R. P. F.

PHILIPPI DIEZ LVSITANI,


ORD. MIN. REG. OBSERVANTIAE, PROVINCIAE SANCTI IACOBI,

Conciones Quadruplices:

DOMINICARVM, ET FESTORVM OMNIVM, quæ à Dominica Prima Aduentus, vsque ad Septuagesimam exclusiuè, in Sacrosancta Romana Ecclesia habentur.

Tomus Tertius.

Cum Authorum citatorum, Materierum, & sacrorum locorum locupletissimo, ac fidelissimo Indice.





VENETIIS, M DCIII.

Apud Petrum Mariam Bertanum.



CHRISTIANO LECTORI.



CCIPE Lector pie volumen hoc ea, qua offerimus, charitate: ipsa etenim, ut in lucem ad animarum salutem prodiret, confecit. Operarij quidem (teste Euangelico præcone) non multi, terra autem ampla est, & spatiosa nimis, semen quod ei inseras, abundat. Ratio ergò iure optimo illud Emblematis in memoriam reuocat,

Surge igitur, duroque manus assuesce labori.

Hac modò vbertate fruere, & talento a Domino accepto negotiare. In omnibus, & pro omnibus soli Deo Optimo Max. honor, & gloria. Vale, & ora pro me.

INDEX OMNIVM CONCIONVM QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

INDEX AVTHORITATVM SACRAE SCRIPTVRAE,

Quæ sparsim in hoc opere ab authore explicantur, secundum ordinem librorum ueteris, ac noui Testamenti.

Quid

Erit

11 Si

F I N I S.

INDEX RERVM ET SENTENTIARVM MEMORABILIVM

Quæ in hoc opere continentur, iuxta ordinem Alphabeticus conscriptus,



Amor

I

L

pa.

Q


FINIS.

DOMINICA PRIMA IN ADVENTV DOMINI.

CONCIO PRIMA.



Erunt signa in Sole, Luna, & Stellis, &c. Lucæ 21.



A SANCTVS & Euangelicus ille propheta Esaias ait, uisio dura nũciata est mihi, propterea repleti sunt lumbi mei dolore, & angustia (Esa. 21.)
B possedit me, sicut angustia parturientis, corrui cum audirẽ conturbatus sum cum uiderem, emarcuit cor meum, tenebræ stupefecerunt me. Quænã uisio hæc esse poterat quæ huiusmodi effectus in uiro sanctissimo parere potuit, cui Deus prouidentiæ suæ secreta detegebat?
C Visio fuit vrbem Hierusalem euertendam esse, & ideo tanta admiratione, & timore plenus propheta remansit. (Simile.) Væ uobis, & mihi, quibus uisio hæc nunciata est quæ hodierno Euãgelio continetur: uisio (inquã) euersionis nõ unius ciuitatis aut regni, sed totius uniuersi. Dixi: væ uobis & mihi,
D quia omnibus communis est. Si pluresde linquentes morti damnati essent, unus autem damnatorum sententiam pronunciaret, quanto cum timore illam pronunciaret? hoc idem est iudicium prędicare eum, qui etiam iudicandus est, & ideo tremere omnes hodie debemus. (Apo. 19) Diuus Ioãnes ait: hunc filij Dei aduentũ sibi fuisse in uisio-

A ne ostensum. Vidi (inquit) cœlum apertũ, & ecce equus albus, & qui sedebat super eũ uocabatur fidelis & uerax & cũ iustitia iudicat, oculi autẽ eius sicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa, & vestitus erat ueste aspersa sanguine, & uocabatur nomẽ eius verbũ Dei, & exercitus, q̃ sunt in
B cælo sequebantur eum, & de ore eius procedit gladius ex utraq; parte acutus, ut in ipso percutiat gentes. O rem admirabilem poterat ne hoc mysterium magis exaggerari? Equum uocauit Christi redemptoris nostri corpus, propter leuitatis dotem, album propter claritatem, uocatur fidelis, &
C uerax, quia promissa seruabit iustis, & malos sine passionum affectu iudicabit: oculi eius sicut flamma ignis, quia omnia igne uastabit. (Iob. 7.) Signum est Domine meus, quòd isti oculi non repræsentãt misericordiam, (Matt. 4.) nullus iam est ueniæ & misericordiæ locus, qua antea uti solebas, cum peccatores (Act. 9.)
D peccatorum suorum pœnitebat. Ita etiam prædixit Iob dicens, nec aspiciat me uisus hominis. Quasi diceret peccatorum nomine, tunc filius virginis non aspiciet nos humanis & pijs oculis, quibus Diuum Petrum, Diuum Paulum, uel Diuum Matthæum, aspexit, iam non pios illos & misericordes oculos inijciet, sed oculos igneos

A quibus malos torquebit. Tu uero peccator, qui peccata tua tenebris tecta tenes, tunc Domini oculos uidebis facis instar splendescere, ut ea patefacta in lucem prodeant. In capite eius diademata multa, quorum alia dabuntur ijs qui esurientibus cibo, alijs ijs, qui nudis uestitu, alia, qui infirmis curando, aut uisitando opem tulerunt, & sic de singulis: Diadematum enim & coronarum diuersitate diuersi premiorum gradus significantur, quæ Deus pro meritorum diuersitate daturus est. Et ueste aspersa sanguine, hoc significat, quod ibi tunc pretiosissimus Iesu Christi
Luc. 5.

B sanguis pro te in cruce effusus repræsentabitur, ut te tunc pudeat eo ad salutem tuã uti cum poteras, noluisse, & te accusans, clamauit ultionem, ita ut tunc utilis tibi futurus non sit, sed potius condemnaturus. Et hic est uerus eius loci Beati Pauli sensus, uoluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam ueritatis, iam non relinquitur pro peccatis, hostia, terribilis autem quædam ex pectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. Animaduertite uerbum illud, ignis æmulatio, quasi in igne Dei honoris & gloriæ zelus futurus sit, & præterea illud, non relinquitur pro peccatis
Heb. 10

C hostia. Idest altera crux Christi secundum Chrysostomum ibi, nihil erit cur secundam passionem, quæ tibi medeatur expectes, prima uero, quæ mederi antea potuisset, tunc te accusabit. Et de ore eius procedit gladius ex utraque parte acutus. O spectaculum horribile, lingua illa tam amabilis, suauis, qua nunc aduentiam nos & misericordiam inuitat, & uocat, tunc erit gladius anceps ex utraque parte acutus, quo malorum corpora animasque percutiet, eos æternis tormentis
Chri. in epist. ad Heb. 10

D condemnans. Dignum autem animaduersione est quod cum idem Apostolus aliam eiusdem iudicij reuelationem referret, qua Christum uidit eodem modo oculis igneis, & quòd de ore eius gladius ex utraque parte acutus exibat, addidit, & cum uidissem eum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus. Quidnam hoc est? discipulus ne ille dilectus qui supra pectus Domini in cœna recubuit, præ timore nunc, & admiratione cadit tanquam mortuus, iudicem eum uenturum esse intelligens? ex hoc colligere possumus qualis hic sit futu-
Apo. 1.
Ioã. 21.

rus aduentus. Ita eũ exaggerauit Dauid dicens, montes sicut cera fluxerũt a facie domini, a facie dñi omnis terra, idest, uiri per fectissimi fluxerunt sicut cera in meditatione tam terribilis aduẽtus Domini, nos uero cur non timemus? timebat uir Sanctissimus Iob qui ait, quid enim faciam, cũ surrexerit ad iudicãdum Deus, & cum quæsierit, quid respondebo illi? Dixit Deus, ego plaudã manu ad manũ, & implebo in dignationẽ meã. Percutiã (inquit Deus) in uicẽ manus, & inter illas peccatores includã & cũ ijs indignationẽ meam implebo. Sæpius a mũdi primordio Deus homines A Psal. 96. Iob. 31. Eze. 21.

punisse legitur, nunquam tamen indignationem suam impleuisse dr̃ nisi hoc iudicij die. Dei manus misericordia sunt, & iustitia, plaudere manu ad manum significat, qđ tunc aderit hic mĩa, illinc iustitia. Misericordia tot ac tãta in homines collata bñficia in memoria reuocabit, ille ego, qui te ad imaginẽ similitudinemq; meam creaui, ille ego, qui pro te humanã carnem assumpsi, & crudelissimã mortem subiui, ille ego, qui tot tibi sacramenta ad animæ tuæ remediũ largitus sum, & tot beneficia contuli, ut uix numerari possint. Iustitia uero horum omnium beneficiorum ratio B

nem exiget, & præterea peccatorum, quæ in Deum, cui tãtũ debebas commisisti. Et ita ambæ manus concurrent ad plausum. Peccator uero undiq; inter has manus intercludetur, & hoc est plaudere manu ad manum. Mundus uniuersus inter manus Dei est instar uibri, & ita eum destruet, tu igitur o peccator inter eius manus cõstitutus quid eris? quid ei misericordiæ, quid iustitiæ respondebis? ait Iob, cũ quæsierit q d respondebo illi? tu vero peccator quid respõdebis si uir ille sanctissimus hæsitat, & quid respõdere posit ignorat? De hac die Propheta Sophonias ait, dies illa dies tribulationis & angustię sup ciuitatẽs munitas & sup angulos excelsos. De hac Esaias C Iob. 31.

inquit, ecce dies Domini ueniet crudelis, & indignationis plenus ad peccatores conterendos, de hac etiam propheta Malachias, ecce dies ueniet succensa quasi caminus, & erunt omnes facientes impietatẽ stipula, & inflammabit eos. Videtis quid de hac die Dñi prophetæ dicant? quam diem Domini uocare solẽt, quia præsentes dies nostri sunt, nobis dati ut in illis salutem nobis futuram acquiramus. Infœlix ille, qui eos D Soph. 1. Esa. 13. Mala. 4.

inutiles

A inutiles præterire finet. Quomodo igitur fratres charissimi dum hæc auditis capilli ipsi præ horrore non arriguntur? sed ita hæc absque ullo timore auditis, acsi fabulæ essent. O stulti quis uos sic excæcauit? Hoc sapiens admirabatur dicens, sunt impij, qui ita securi sunt quasi iustorũ facta habeant. Sed & hoc uanissimum iudico. Quæ maior uanitas, & stultitia quam cum luxuriosi, superbi, & omnes tandem, qui in peccato mortali, sunt, in summo periculo uersentur, hodie aut cras æternis inferni ignibus conflagrandi, tamen tanta securitate uiuant opus hoc Diaboli est, qui diuini huius iudicij memoriã ex aïs nostris tollere diligentissime curat. Hoc Dauid significauit de peccatore dicens, non est Deus in conspectu eius, inquinatæ sunt uiæ illius in omni tempore, auferentur iudicia tua a facie eius. Quia Diabolus cum distrahit ne de illis cogitet. D. Ant. de Padua in sermone quodam de iudicio appositissimam affert comparationem. In locis ubi fit sericum, si tonare, & fulgurare contingit, ne uermes deterriti moriantur, tympana & cymbala & alia huiusmodi instrumenta musica pulsantur, & ita decipiuntur, & distrahuntur ne ex tonitruum strepitu aliqua in eis impressio fiat, hoc eodem artificio utitur Diabolus, nã, cum mortis, & iudicij homines recordãtur, statim delere has cogitationes studet humanarum uoluptatum, & delectationum musica, ne hac recordatione perturbentur & conuertantur. Cum agit prædicator de huius diei timore, quam exacta ui tę nostræ ratio reddenda sit monet, & tormentorum minis, quæ malis sunt præparata deterret tunc Diabolus tympanis & mundi uanitatibus obstrepit, ut eos tympanis similes factos rapiat ad interitum. Rogo igitur uos fratres per uiscera misericordiæ Dei nostri, ne decipi uos a diabolo sinatis, sed semper diem hunc uestros habeatis ob oculos. D. Basilius super illud Esaiæ: discite benefacere, & admirabilem ait sententiam. Habete (inquit) in oculis terribilem diem iudicij, & habete eum pædagogum. Vt quemadmodum puer ante pędagogum stat summo cum timore, nec quicquam facere audet, quod modestiæ repugnet, ita Christianus se suosque mores componere debet, hunc diem in memoria perpetuo præsentem habens tanquam pędagogum. Cum dixit Esaias, ululate quia prope est dies

Eccl. 8.
Psal. 9.
B
D. Ant. d Padua
Simile.
C
D
D Basilius sup. Esa. c. 1.
Esa. 13.

Domini, clamores & ululatus edite tãquam feræ syluarum, dixit prope esse, quia ita in memoria habere debemus, ut prope sit, & una semper nobiscum uersetur, & nullo prope temporis momento ab obliuione discedamus, cogitantes particulare uniuscuiusque iudicium hodie, aut cras esse posse. De die illa nemo scit, dicit Dominus, uerum quandoquidem quando erit, ignoramus, æquum non est scire quando non erit. Sunt enim nõnulli, qui cum quando erit ignorẽt ita uiuunt, ac si quando non erit scirent. Non erit (inquiunt) hoc anno, uiuamus nunc ut libet, pęnitentiæ tempus postea non deerit. At non ita fratres cogitare debetis, sed potius quod prope est dies Domini, & ideo vlulate, plorate, & pænitentiam agite.

Erunt signa in Sole, & Luna. Proponit Sancta mater Ecclesia hoc iudicij Euangelium in prima hac Dominica aduentus, ut significet maiorem accusatorem, quem eo iudicij die habituri sumus hoc tanti & tam excessiui amoris beneficium futurum esse, ut est Deum pro homine hominem fieri, cui tanta ingratitudine homo respondit Agens Christus Redemptor noster cum discipulis suis de uniuersali hoc mundi fine dixit, tam occultum esse, ut nemo sciat quãdo futurum sit, nec filius hominis nisi Pater. Modus hic loquẽdi fuit, ut suum in humanum genus amorem exaggeraret. Quẽadmodum si alicui dicitis, nescis nequid illi amico nostro contigerit? ille uero respondeat (ob magnum quem ex amici sui infortunio dolorem capit) nec scio, nescire uel em Tanta molestia afficitur, ut eam exaggerandi causa se nescire dicat, quod uere scit, ita Christus Redemptor noster uerus hominum amicus quamuis non ignoret iudicij diem & horam nostram, tamen afflictionem, quã eo tẽpore habituri sumus ita sentit, ut eam exaggerãdi causa ignorare se dicat, sed patri tñ hoc notum esse, quia Deus, ut Deus est nullo affectu affici potest D. Chrysostomus sup illa uerba Marci aliam affert explicationem dicens, quemadmodum cum interrogauit adolescens ille Dominum, magister bone quid faciens uitam æternam possidebo? dixit autem ei Iesus, quid me dicis bonum? nemo bonus nisi solus Deus. Quomodo Domine, tu quoque nonne infinita es bonitas? ita est. Quare quemadmodum ibi ea uer-

A
Mar. 13
B
C
Simile.
D
D. Chr. sost. sup. Mar. 13
Luc. 18.

A ba intelligenda sunt, nemo bonus nisi solus Deus, ita & ista, nemo scit nisi pater, qui a solus pater bonitatem habet & scientiam ex se, non communicatam ab alio, filius autem a patre habet, & ita non sciet ex se, & quia in eo sermone interrogauerũt discipuli eius, quod signum aduentus tui? respondit. *Erunt signa in Sole, Luna, & Stellis.* D Paulus ait, uidemus nunc per speculum in ænigmate, per speculũ, i. per creaturas in ænigmate, idest, confuse, creaturæ enim sunt speculum per quod aliquomodo diuina cognoscimus. Si speculum habemus ob oculos, in eo uidemur omnia quæ retro posita sunt ex rebus quas homo retro positas & oblitas habet, una est ratio exactissima, quam in hoc iudicij die uitæ est redditurus, quare Deus omnia hæc signa hominibus ponet ob oculos, ut sint tã quam speculum, in quo eius diei horrorem intuentes perhorrescant.

Mat 24 i. ad Co. 15. Simile. B

Simile. *Erunt signa in Sole, Luna, & Stellis.* Cum in domo aliqua Dominus mortuus est, plures solent dari mæroris, & tristitiæ signa: famuli lugubrib induti uestibus plorant, uirgines radunt genas, soluunt capillos, lachrymis sese, & sanguine fædant, oia querelis, & fletibus personant quæ omnia C ut ait D. Augustinus, magis sunt solaria uiuorum, quam subsidia defunctorũ. Mundi huius Dominus, homo est, & tunc omnes homines morituri sunt, nam quod D. Paulus dixit, statutum est hominib. semel mori, tunc implebitur: nunc n. pauci paulatim moriuntur, quare quia tunc uniuersum genus humanum moriturum est, ideo omnes creaturę, quæ ut homini inseruirent a Deo creatæ sunt, doloris signa dabunt. Sol tanquam lugubri ueste indutus obscurabitur. Luna quasi pulchra uirgo unguibus faciem suam fædans mutabitur D in sanguinem, plorabunt aues, ululabunt feræ, omnia tandem miseri hominis dolebũt interitum. O infælix, & crudelis peccator, quare tu propria mala non defles, si Sol, Luna, Stellæ, & creaturæ omnes tua causa lachrimantur? plora frater, plora nunc ex animo, ne tunc sit quod plores. Audi quid addat Dominus, dicens, *Et in terris pressura gentium.* Adeo ut alter in alterius uiscenibus occultari uellet, *Arescentibus hominibus.* Qui tanquam statuæ præ timore rigebunt uidentes ea signa, quæ suorum scelerum erunt quasi scripturæ quædam & libri

D. Aug. li. i. de ciuit Dei c. 11. Heb. 9.

ut affirmat Iob dicens, cœli narrabunt A iniquitatem eius, quia obscurari Solem, Iob. 20. mutari Lunam in sanguinem, cadere de cælo Stellas, idest, cometas, & alia omnia fient, ut significetur quam obscuri, quam crudeles, quam inconstantes fuerint peccatores. Et ait, *Præ timore & expectatione, quæ superueniet uniuerso orbi.* Ex quo colligi uidetur, quod ea signa præsentia non ita eos deterrebunt, ac alia maiora, & horribiliora, quæ postea sunt consequutura: *Nam uirtutes cælorum mouebuntur.* Idest, influentiæ cælestes distemperabuntur, in B quibus omnis ista inferior machina gubernatur, & hinc sequetur omnium creaturarum perturbatio. Verum hæc omnia malos tantum, timore, & admiratióne afficiét iustis enim (ait hoc loco Dominus) *His fieri incipientibus respicite, & leuate capita uestra, quoniam appropinquat redemptio uestra.* O rem admirabilem, res tam admirabiles non modo admirationem, & timorem non parient bonis, uerum etiam gaudium, & consolationem pollicetur Dominus cum ait, ut eas respecientes lætentur, & gaudeant. Quemadmodum in Simile: regis alicuius potentis ingressu plurima C publicæ lętitiæ genera ex cogitantur, ludi, uenationes, comœdiæ, & huiusmodi alia, ita ut homines noua quotidie summa eum uoluptate spectent, ita in filij Dei aduentu lætabuntur iusti, cometas illos, fulgura, & corruscatione cæli, terræmotus, & quassationes, & cætera omnia signa sine ulla perturbatione spectabunt, ex animalium ululatu, ex maris strepitu uoluptatem capient. Quam uere Diuus Paulus dixit, diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Quandoquidem Rom. 8 ex tot infortunijs uoluptatem illi & consolationem colligent. Cum prædicaret Diuus Petrus Hebræis dixit. Pænitemini D igitur, & conuertimini, ut deleantur pecca Acto. 3. ta uestra, ut cum uenerint tempora refrigerij a conspectu Domini, & miserit eum qui prędicatus est uobis, Iesum Christum supple, bene sit uobis. Animaduerte obsecro, ut tempus illud ruinendum refrigerij tempus appellat, ijs tantum qui ueram nunc pænitentiam agunt, & diuinæ legis præceptis obtemperant, quia his ait Dominus, quoniam appropinquat redemptio uestra, quia hucusque tanquam captiui uixistis. Ex his omnibus

A bus fratres infertur id, quod semper timendum est, peccatum esse, & ita interrogabat
Psal. 48. David cur timebo in die mala id est die laboriosa, quæ est iudicii dies? & respondens ait, iniquitas calcanei mei circundabit me. O infælices peccatores qui nunc tanta peccandi licentia uiuitis, recordamini miseri quod vestræ iniquitates vos ea die circundare debent, non solum graues, sed leuissimæ
Simile. quæque, mendacium nullius fere momenti verbum otiosum, et huiusmodi alia quæ nunc, minima uidentur. Hoc enim significat iniquitas calcanei mei. Iter quis facit, et
B cum minus id cogitabat, adsunt canes plurimi, et diuersi generis, qui quidem grandioris uenationi et gregis custodiæ apti, illi uero minuti, et pusilli, et omnes eum circundantes latrāt, et mordent, si catulorum morsus ille uix potest effugere, quo grandiorum propulsabit iniurias? Hoc ipsum peccatoribus accidet, qui a suis peccatis sese circumuenini uidebunt, ita ut sese ne a minimis quidem peccatis, quæ peccata calcanei sunt, tueri possint, quæ si peccatorem mordebunt, quid facient peccata maiora, quæ capitis peccata sunt? quis tunc tibi o pecca-
C tor defensor accurret? nemo. Et ideo ait David, in virtute propria, & in multitudine diuitiarum tunc confidendum non esse, frater non redimit, redimet homo? Frater tuus Iesus Christus, qui pro te mortuus est, tunc te non liberabit ab afflictione illa, & redimet homines? nequaquam hoc credas, inutiles etiam tuæ lachrymæ erunt, & ideo addit, non dabit Deo placationem suam, hoc quod placare antea Deum solebant, tunc illi non offeres quia frustra offerri intelliges, frustra etiam Iesu Christi sanguinem pro tua redemptione effusum offeres, & ideo addidit, nec pretium redem-
D ptionis animæ suæ. Pretium illud tam efficax, quod animæ tuæ pretium fuit, nunc tibi erit inutile, sed quod sequetur est, quod laborabit in æternum, & viuet adhuc in
Simile. finem, quod malorum quisque uitali quadam morte morietur, quæ in æternum duratura est. Et vt intelligatis quid nam hoc sit, in æternum, fingite animo, & cogitatione quod debeat quis decem millia aureorum propter quod compellatur in carcerem ingredi, non multo post soluens quatuor millia ait creditori suo, accipe quatuor millia aureorum, sex millia adhuc mihi soluenda supersunt, si responderet creditor, falleris decem millia adhuc debes, nonne quæreretur debitor nullam quatuor millium rationem haberi quæ iam soluerat? vendit reliqua omnia, & sex millia, quæ supererant soluit, ait creditor adhuc debes decem millia. O *Sancta Maria Señora*, quatuor, & sex millia soluit, & decē millia me adhuc debere dicis, quęrit alia decem millia, & soluit. Idem creditor dicit, soluit uiginti millia, soluit quinquaginta millia cētum millies, millia, semper decem millia, deberi creditor clamat. Hoc est laborabit in æternum. Interrogate Iudam quamdiu es in inferno, ò Iuda? respondebit. Mille quingentis annis, qd debebas initio, pęnam ęternam? nunc quid debes? pœnam ęternam. Centum, & mille abhinc annis quid debebis? pœnam æternam, semper in eodem statu est, & quamuis patitur, et soluere videtur, non recipit Deus, vt pretium, quia iam nullus est satisfaciendi locus. O rem horribilem quomodo audientes non perhorrescimus? ò Deus maiestatis infinitæ, illumina nos domine, pro tua clementia, vt mature tot malis imminentibus medeamur. A B

Tunc uidebunt filium hominis. Et eius aduentum ignis precedet horribilis vt ait Psalmographus, ignis ante ipsum præcedet, de quo igne dicit Beatus Augustinus ad aquarum diluuij altitudinem esse ascensurum. Hic ignis omnes viuentes comburet, et in electis id omne, quod purificandum inueniet purgabit, et erit loco purgatorij, vt habet Magister sententiarum. Tunc, vt ait Diuus Paulus, omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Tunc cum anima iusti corpori suo coniungetur, quanta lętitia, et voluptate perfundetur, veni huc (dicet illi) corpus sanctum, fruere mecum gloria, in qua acquirenda socius fuisti, & comes. Cum vero ex sepulchro excitatus resurget, & Angelum custodem suum adstantem viderit, quo gaudio, exultabit, veni dicet illi Angelus, veni frater, ne timeas, pro te hodie est pronuntianda sententia, hodie te in secura quiete, & integra illius coronæ possessione constituent, quæ tuis debetur laboribus. Animę uero peccatoris quę erit angustia, quis dolor, quę tristitia, cum ad corpus suum animandum vocabitur. Maledictum corpus, clamabit misera, maledicta hora, in qua te primum infor- C Psal. 96. D. Aug. li. 20 de ciu. Dei cap. 18. Mag. li. in 4. dis. 44. 1. Cor. 15.

A informaui quandoquidem tua causa in uoluptatum pœnam, quibus semper tibi fum obsequuta, condemnor. Accede huc misera, & infœlix caro, ut pœnarum sis particeps, quæ peccatorum fuisti socia. O maledicta lingua, qua proximis toties maledixi, ô maledictæ manus quibus tot eos affeci iniurijs. O oculi maledicti mearũ libidinum ministri, ô membra infirma præteritas uitæ uoluptates æternis ignib. persoluite. Cum uero ad sepulchrum adstantem Diabolum viderit, qui erit terror? qui horror? tunc congregabuntur omnes gentes, nudi. Reges, & Imperatores abstrahunt,
B nullæ ibi coronæ, nulla regna, nulla sceptra, nulla seruorum pompa: Nudi tyrannidis, & iniustitiæ suæ rationem reddent, Nudi mali pontifices, & episcopi, & ecclesiæ prælati, adstabunt fine mitris, fine ulla authoritate magno cum pudore uoluptariæ & prophanę uitæ, quam Dei suique muneris obliti uixerunt. Nudi adstabunt iudices absque virgis cæterisque imperij insignibus. Omnes denique adstabunt ante tremendum illud iustitiæ diuinæ tribunal, & vniuscuiusque peccata, & scelera pro-
C dibunt in publicum. Iusti uero (ut ait D.
1. The. 14. Paulus) rapientur in nubibus obuiam Christo in aera. Quæ tunc lætitia erit, quod gaudium, cum militanti ecclesiæ ciues triumphantis ciuibus coniungentur? quam dulces, quam charos ueri amoris dabunt amplexus, ut nunquam postea diuellantur. Humi cætera malorum turba iacebit omnium dæmonum multitudine septa, qui cum iustos ascendentes uiderint, qui mærorem explicare posset, quem ex illorum gaudio, & fœlicitate percipient? tunc quod
Mala. 3. per Malachiam dixit Deus, implebitur, accedam ad uos in iudicio, & ero testis ue-
D lox maleficis, & adulteris, & periuris, & ijs, qui calumniantur mercedem mercenarijs, & humiliant uiduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me; dicit Dominus exercituum. Testis uelox apparebit, qui coram omnibus cito claritatis suæ radio malorum scelera deteget. O Dei lux, ô splendor ineffabilis, qui radios tuos effugere poterit? nunc tandem terribilem illam sententiam diuinus iudex pronunciabit, discedite à me maledicti in
Mat. 25 ignem æternum, qui paratus est diabolo.
Eze. 23. Dixit Deus ad Hierusalem, in uia sororis tuæ ambulasti, & dabo calicem eius in manu tua, id est quia uixisti, ut soror tua Samaria, punieris ut illa. Ita hoc loco ait Deus, quia in uia Diaboli ambulasti, punieris ut Diabolus. Heu qui discessus, heu quæ maledictio, heu qui ignis, heu quæ æternitas, heu quod Dæmonum consortium. Quid primum deplorabimus? separationem ne illam a Deo, & sanctis eius? an maledictionem? an ignem? an malorum æternitatem? heu quam deploranda omnia sunt. Lata sententia, quæ erit tortorum in ea exequenda diligentia? Cum rex Assuerus Aman super reginæ lectulum uidisset, dixit iratus; Etiam reginam, vult opprime-
B re, me præsente in domo mea. Necdum verbum de ore regis exierat, & statim operuerunt faciem eius, quòd morte dignum esse significabat. Nondum iusserat rex occidi, & iam tenebant uinctum, qui ei paulo ante ministrabant. Cum imperabit summus rex Iesus Christus, ite maledicti, qua ui, quo furore, qua sæuitia infœlices peccatores dæmonum turba rapiet ad supplicium, quod iam diu curant, & optant? si illi qui non optauerant Assueri sententiam sunt tanta cum diligentia exequuti. Hæc
C fratres charissimi si meditare aliquando vellemus, quoties à peccatis, huius saltem iudicij timore abstineremus? Cogitabat aliquando Sanson quonam modo Philistæos posset euertere, cumque iam messis dies instarent, tercentas vulpes cepit, caudasque earum iunctis, faces ligauit in medio, quas igne succendens dimisit, ut huc illuc per Philistinorum segetes discurrerent, & ita accidit. Igitur igne vulpium caudis imposito
Iudi 14 victor extitit Sanson, ita & uos fratres si vincere vultis, vulpium caudas succendere debetis: uestri affectus, uestræ cogitationes, vestræ tentationes sunt uelut vulpes. Existit
D cogitatio, ulciscendam esse iniuriam, specta caudam & finem, qui ultionem consequi solet, utique exilium a patria, & ubicunque sis timor perpetuus, huic caudæ appone, ite in ignem æternum, & cogita in eo peccato mori te facile posse. Existit alia cogitatio & te ad ludum inuitat, ut tristitiam deponas ex animo, vulpis huius cauda est, post ludum sequi contentionem, perfidiam, periurium. Succende igitur hanc caudam recordare si tunc mors interueniret æternis ignib. te esse conflagraturum, & ita

Hest. 7.

vitiorum

A uitiorum tuorum uictor existes, Diaboli superabis astutias, & te ad diuinam gratiam recipiendam dispones, qua acquiritur gloria, ad quam uos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

IN EAD. DOMINICA prima Aduentus.

Concio II.

B *Erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis, &c.* *Lucæ 21.*



Nnumerabiles sunt causæ, propter quas homo Deum amare & ei omni cura, & diligentia seruire debet, quia nimirum bonus est, quia potens, quia misericors, quia liberalis, & tandem quia Deus est. Quia hoc nomine perfectiones omnes continentur, quæ nec hominum, nec angelorũ lingua explicari possunt. Hoc Deus significare voluisse videtur, cum mit-
C tens Moysen in Aegyptum dixit nomen
Exod. 3. suum esse qui est, qui est misit me ad vos. Vt ostenderet, quam æquum esset ut illi in eo cõfiderent, & eius se protectioni traderent. Acsi diceret, vos in Aegyptum venistis ob spem & fiduciam, quam tunc in Ioseph, & Pharaonis familiaritate habebatis, eius regis uirtus causa fuit, cur domos uestras deserentes alienam terram habitare voluistis. Successit postea alius rex q non amat Ioseph, ut prior & ita vos in hoc seruitutis statu constituit. Iam potuistis animaduertere non esse confidendum in hominibus qui quamuis in omnibus certi essent, saltem mortales sunt. Et
D quia ego sum, qui sum, mihi tantum fidem præstare debetis, in me omnem spem uestrã collocate, quia nunquam deficio, semper sum, qui sum, ego dominus, & non mutor, & ideo neque promissa mea deficere possunt, Hac consideratione quisitam Deus sit sancti omnes quasi extra se rapti ei seruire, & omnino eius se obedientiæ subijcere statuebant, & eo magis, quia amorem, quo nos
Eccle. 3. Deus amat, intelligebant. Hanc affert causam Ecclesiasticus dicens. Iudicium patris audite filij dilecti, & sic facite, ut salui sitis. A acsi diceret confidite in eius amore, quandoquidem filij eius estis dilecti, quia amor fallere nescit. Parete illi, nam quod iubet hoc vobis conuenire scitote. Et alibi dixerat, uæ dissolutis corde, qui non credunt Eccle. 2. Deo. Cor dissolutum & uagum habet, qui se Deo non subijcit, neque in eo, ut par est confidit, effrænati enim cordis hoc signum est, & temerarij. Cum igitur Deus sit qui est, res omnino indigna & vilis, moueri nos potius malis, quæ timemus, ad seruiendum ipsi, quam tot iustissimis causis, quæ nos ad eum amandum incitare deberent. Seruos vestros omnia ui, & uerberibus præstare admiramini, & timore vobis seruire, B cum tamen homines sitis, cum uero Deus sit qui est, & tot in uos quotidie beneficia conferat, nihil tamen uobis nisi timore, & minis persuadere posse, non admiramini, humanam infœlicitatem. Cum intelligeret dominus nostram duritiem, ut nos deterreret, signis admirabilius quę vltimi iudicij diem præcessura sunt in hodierno Euangelio minatur, dicens. *Erunt signa in Sole, & Luna*, Sanctus Propheta Dauid magno quo Psal. 50. dam exordio incipit. Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem. Omnes uocat, nullam nationum aut C gentium diuisionem facit, quia ad omnes pertinet, id quod docere vult, & ideo addidit, quique terrigenæ, & filij hominum, simul in vnum diues & pauper. Quod narrare vult dignum est, ut tam a paupere, quam a diuite audiatur. Age vero o propheta sancte, narra iam quod dicturus es, quamuis enim non adsunt homines delicati, qui in lectulo iacent sopiti, nec mulieres quæ sese comunt, & ornant, nihil de sermone cogitantes, nec potentes, qui meridie surgunt, & missa tantum festinanter dicta contenti sunt. Hic tamen pauci adsumus, qui summo audiendi desiderio tenemur, hoc quod te dicturum nobis esse polliceris. Os meum D (inquit) loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam. Dic tandem aliquando sanctissime rex, quod dicturus es, noli esse in tuo sermone prolixus, nam si hoc intelligent, paucos omnino auditores habebis. Si prolixus esse vis in conuiuijs, in ludis, in comœdijs, & fabulis esse poteris. Dei uerbum prolixum ferre non possunt. Nolite, obsecro defatigari, hæc enim quod

A cturus sum Dei doctrina est, non me, ad quã inclinabo in parabolam aurem meam, & ibi eo edoctus aperiam in psalterio propositionem meam, ut in animis uestris facilius imprimatur. *Sancta Maria Señora* Magnum quid nobis dicturus est, & ideo tam longo exordio & uerborum ambitu auditorum animos attentos reddit, & ita profecto est. Subdit enim statim interrogans sibi ipse, cur timebo in die mala? cur in laboriosa mortis die mihi timendum est? num forte quia diuitias desero, quas tanto labore acquisiui? num quia uxorem formosam desero? num quia filios orphanos? num quia affines & amicos? num quia ad loca proficiscor ignota, ideo ne timendum mihi est? minime vero. Quid igitur timebo? quia iniquitas calcanei mei circundabit me. Calcaneum est humanæ uitæ extremum. calcanei vero peccata sunt, quæ dum in ultimum vitæ tempus prorogamus pœnitentiam, aduenientes mors in animo inuenit, hæc enim ita nos circundabunt, ut in barathrum præcipites agant. Hoc mortalibus nobis timendum est. O sententiam admirabilem, quam utinam in uestris cordibus Spiritus Sanctus imprimeret. Hac de causa inuitatur redemptor noster, ut peccata timere discamus, ne mors in ijs nos inueniat, quare (ait) *Erunt signa in Sole, & Luna.* Hi erunt mundi quasi paroxismi, & instantis mortis indicia. Hoc significare uoluit Dauid cum dixit, Opera manuum tuarum sunt cæli, ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut uestimentum ueterascent. In senectute cæcutiunt oculi, tremunt membra, nutare omnia uidentur & uicinam mortem innuere, ita etiam in ultima mundi senectute, cum iam eius instabit interitus eius oculi, id est, Sol & Luna obscurabuntur. *Et erunt terræmotus per loca.* Homines tanquam arena maris tempestate commoti turbabuntur, ædificia corruent & omnia terræ hiatibus exhaurientur. Cum Deus Aegypti iam & Pharaonis obstinationem fatigare[illegible] statuit, unum ex præcipuis signis fuit Deos, quos adorabant euertere, & ita dixit, in cunctis dijs Aegypti faciam iudicia, ego dominus. Nam antequam ea nocte exirent Hebræi, Aegypti idola omnia ceciderunt, eodem modo ea omnia, quæ homines tanquam idola uenerantur, & colunt, diuitias possessiones, ædificia, hæc prius euertet Deus & in ijs iudicium, quod est de omni carni facturus ostendet, & ideo subdit dominus. *Et in terris pressura gentiũ, &c. arescentibus hominibus.* Cum de hac die ageret propheta Ioel ait, uinea confusa est, & ficus elanguit, & omnia ligna agri aruerunt, & causam addit, quia confusum est gaudiũ a filijs hominum. Quod si arbores eo die arescent, quid facient homines peccatores? quare addit, accingite uos, & plangite sacerdotes, ululate ministri altaris, ingredimini cubate in sacco ministri Dei mei, quoniam interijt de domo Dei uestri sacrificium & libatio, i. quia tunc non erit sacrificiũ quo Deũ placare possitis, nunc sacerdotes dum tempus habetis pœnitentiam facite, sanctificate ieiunium, uocate cœtum, congregate senes, omnes habitatores terræ in domum Dei uestri, & clamate ad dominum. Aduertite, ut sacerdotib. & senibus iubet, ut cæteros omnes ad pœnitentiam prouocent. Statim uero tanquam tristitia plenus exclamat, A, a, a, diei, quia prope est dies domini, & quasi uastitas a potente ueniet. Monet nos eo loco per hunc prophetam, Spiritus Sanctus dicens, confusum est gaudium a filijs hominum propter afflictionem, in qua se ea die uidebunt. Si pes, aut manus, aut aliquod aliud membrũ luxatum est & e suo loco motum, ut in suũ locum redeat, sine magno dolore fieri non potest, quid si omnia corporis mẽbra e suis locis mota essent? quot membra tot essent dolores. Considerate obsecro fratres omnes mundi status, qui membra ipsius mundi sunt, & luxata uidebitis, & e suis locis abiecta prolapsa, ecclesiastici, nobiles, mercatores, artifices, rustici, & fere omnes è proprijs locis moti sunt tanquam membra detorta. Pauci in officio continentur, pauci præstãt, quod debent. Eo igitur die reformator ille uniuersalis adueniet, & vnumquodq; membrũ in locum suum non sine magno dolore reuocabit. Proprius enim locus, qui illi debetur, qui in culpa uersatur est pœna. Heu mundus infelix, quo dolore in omnib. suis membris miser afficieris, cum iustus ille iudex reddet vnicuique secundum opera sua.

Arescentibus hominib. præ timore. Aliqua hic esse uisa est contradictio, quia alio in loco ait dñs, sicut factum est in diebus Noe, ita erit & in dieb. filij hominis, edebant, & bibebant, uxores ducebant, & dabantur ad nuptias usque in diem, qua intrauit Noe in arcam, & uenit diluuium, & perdidit omnes. Apud Lucam

Esa. 10.

Simile.

Simile.

Gen. 7.

A etiam dixit, attendite aũt uobis ne forte grauẽtur corda uestra in crapula & ebrietate, & curis huius uitæ. & superueniat in uos repentina dies, illa, tanquam laqueus n. superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ. Hic aũt ait, erunt signa, & arescent hoĩes præ timore. Quõ igitur edent, bibent uxores ducent, si hæc signa erunt? sed facile uidetur, diem nõ uocari tñ ultimum illum iudicii diem, sed totũ illud tps ab initio turbationis usq; ad aduentum dñi, & antequã ea signa fiant, edent homines, bibẽt, uxores ducent, &c. & ideo paratos uos esse monet in id
B tps, quo ea signa uentura sunt. Quasi significet, postquam ea uenerint & turbari homines inceperint, difficile posse nos pœnitentiã facere. Plurimum autem notandum est, qđ cum tot futura sint, quæ præsentem timorẽ hominibus afferent, ait tamen quod timebunt res futuras præ timore, & expectatione eorum, scilicet, quæ superuenient uniuerso
Simile. orbi. Quasi diceret, quod non ea signa tantum timebunt quantum rationem quam diuino iudici reddituri sunt. Hoc nunc præuidentes timere deberemus cogitantes, cum
C opera nostra, rigoroso Dei iudicio tanquã se taceo cribro discutienda erunt farina ne an furfur ex bit. Accidit mulieri cum farinam a furfure separaret, (ut uulgo quando *Gierne*) inuenire totum fere furfur esse, alias totam esse farinam, & furfuris nihil pene habere admixtum. *O uala me la beatissima Trinidad*. Cum mea ieiunia, meæ orationes, meæ eleemosynæ, meus status diuini iudicii cribro purgabuntur, quid exibit farina ne, an furfur inuenietur ne totum fuisse uanitatem & apparentiam, in pura opera & perfecta, hoc est quod plures timeri dẽt.
Simile. *Nã & uirtutes calorum mouebuntur*. idest
D angeli, secundum aliquos, quæ magna exaggeratio est, dicere quod ipsimet angeli tremebunt. Quemadmodum siquis urbem ardere uideat, quamuis in tuto sit, & securo loco quo peruenire ignis non potest, ex ipso tñ ignis aspectu horrorem quẽdam concipere uidetur. Ideo B. Gregorius super illa uerba Iob columnæ cæli tremunt, & contremiscũt
D. Gre. ad nutum eius, ait, quid faciẽt tabulæ quãdo
in. Iob. tremunt columnæ? quid uirgula deserti qñ
26. cedrus paradisi concutitur? His aũt aut efficipienti se picere. Cũ hyems gelat, cũcti
Simile. homines continentur, uere autem incipiente, cũ uirent & florent omnia, tunc exeunt, & campi pulchritudine gaudent, ita nunc A iusti tanquam hyeme afflicti tristes, & inclusi, tunc uero tanquam adueniente uere signa illa spectabunt, ac si flores, & rosæ essent. Et ita illis ait dñs, ut ea respiciant, & gaudeant. *Respicite, & leuate capita uestra: quoniã appropinquat redemptio uestra*. Si rex aliquis Christianus Turcarum urbem obsideret, captiui qui in ea sunt cum bombardarũ Simile. strepitum audiunt, & expugnari urbem intelligunt, ut gaudent proxime libertatis spe erecti, o Deus æterne, quam certa tua uictoria est, quam merito gaudebunt iusti cum uiderint terremotus illos fulmina, fulgura, & B cætera omnia tuæ potentiæ signa (quib. hostes tuos deterrebis) cogitantes libertatis suæ tps aduentare. Si huius sortis participes esse Gene. 49 uultis, estote hic fratres captiui, unicuique Christianorum ea uerba conuenient, equũ est, quæ dixit Patriarcha Iacob filio suo Isachar Isachar asinus fortis accubans inter terminos. Vidit requiem quod esset bona, & terram, quod optima, & supposuit humerũ suum ad portandum, factusq; se est tributis seruiens. Mundus bonos appellat, asinos irridendi gratia, nequaquam; quod id ex intelligit, quia malitiosi, fraudulenti ita cuncti non C sunt, asinos esse putat, at ita esse eos conuenit si saluari debent, ut quisq; sit tanquam asinus fortis, qui oẽs uitiorũ terminos, & extrem tãtes euitet quãdam mediocritate contentus. Hoc n. est accubare inter terminos. Et præterea habitare inter terminos dr quia ita spiritualia & cœlestia curat, ut corporis & eorum rerum quæ necessariæ sunt ad id alendum, penitus non obliuiscatur, & ita corporalia & terrena curat, ut non obliuiscatur cœlestia, cogitans autem quam præstans sit gloriæ quies diuinæ legi humeros suos, libentissime subiicit, & Dei amore facit se tributarium. Sunt aliqui qui si ab eis eleemosynam pro pauperibus petis, quotidie (inquiunt) petere a nobis debetis? iam uti tributarii, o quantum a uero erratis, nam si D gloriam lucrari uultis, tributarii Dei in hac uita sitis necesse est. Cogitate hæc obsecro fratres, quæ magni momenti sunt & dicat vnusquisque in corde suo dominus meus tributarius tuus sum, tributum; hoc tibi soluere uolo, quotidie, mane & uesperi aliquantulum temporis, iustitiam, me diuinæ tuæ maiestati commendans, et uitæ meæ rationem disponens, et in meliorem

ordi-

A ordinem redigens, ut tuo sancto seruitio dedicat. Missam quotidie audiam maiori qua potero deuotione, diebus dominicis sermonem, octauo quoque die confitebor peccata mea, & sanctiss. mæ eucharistiæ sacramentum accipiam bis saltem in mense, lucri quartam partem pauperibus distribuam, visitabo hospitalia, & carceres, si me iniuria afficiunt, ignoscam. Hæc omnia tributa pro te domine soluam, & tanquam captiuus in posterum viuam factus, tributis seruiens. O te beatum si ita uiues, quia redemptionem ea die inuenies. Quod si in libertate hic viuere uis tuæ uoluntati obsequens, diuinæ uero repugnans, ne expectes, tunc redemptionem, sed captiuitatem æternam, quia illis tantum, qui hic

B demisso capite, & humiles sunt, dicit dominus *Respicite & leuate capite uestra, quoniã appropinquat redemptio uestra, & tũc ui debunt filium hominis, &c.* Cur quæso ò domine tu ipse rationem ab hominibus exigere uis? quis nam rex, quis dominus in hoc mundo est, qui à seruis suis rationem exigat? Maior domo id committere solet ut postquam exegit ipse uideat. Hoc ad mirabatur Iob dicens. Homo natus de muliere, &c. Et dignum ducis super huiusce-

Iob, 14. modi aperire oculos tuos, & adducere eum

C tecum in iudicium? vt digneris tu domine rationem in iudicio repetere a re tam vili, & miserabili, ut homo est, & altissima tua maiestate dignum hoc existimas,

Luc. 1. melius esse uideretur, ut angelo hoc committeretur, & eo magis, quod alia grauissima negotia illa commissa sunt, ut illud omnium quotquot fuere grauissimum uerbi diuinæ incarnationis, quod Diuo Gabrieli commissum est. O ineffabilis Dei misericordia, & bonitas, ipse rationem exigere vult, quia si alius exigeret, summo iustitiæ rigore æquaret omnia, & ideo, vt imbecillitati nostræ compateretur, & plurimum de eo, quod debemus ignoscendo remitteret, ille ipse rem

D nostram agere vult. Præterea quia non mõ

Mat. 24 operum, sed desideriorum & cogitationum rationem reddere debemus, quas solus Deus nouit non angeli. Dicitur etiam quod ante eius aduentum apparebit, signum eius in

Exo. 13 cœlo, quod sanctissimæ crucis signum est., quod malis maiori erit tormento. Columna illa, quæ die nubes Hebræis uidebatur, noctu ignis erat. Heu peccator fili Dei crux & passio, quæ nunc nubes est, quæ omnes sub umbra sua tuetur, ac protegit, eo die contra te in ignem mutabitur, nisi ea nunc ad tuam salutem uti uolueris. Vtaris igitur ista tanto bono, hæc enim cruce iter tibi securum reddet, & tutum. Hinc intelligetis cur

Ps. 142. Dauid rogabat uehementissime Deum dicens, non intres in iudicium cum seruo tuo; quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Qui tamen alibi ait Iudica me

Psal. 42. Deus, & discerne causam meam. Quomodo vir sanctissime contraria a Deo petis? modo vt te iudicet, modo, ne iudicet, utrumque, dico nec tamen ulla repugnantia est. Nam cum dico, non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur, &c. Hoc dico mea tantum peccata cogitans, quæ si tãtum spectaret Deus, condemnari timeo.

B Cum uero te domine tot ac tanta pro me passum esse recordor, tuis meritis confidẽs, quæ pœnitentiæ meæ ualorem tribuunt magna cum fiducia dico, iudica me Deus. Et ita sancta Ecclesia in solemni illo cantico, Te Deum laudamus, cum diuini iudicii mentionem fecisset dicens. Iudex crederis esse uenturus: tanquam metum ex eo, & terrorem concepisset, ad sacratissimum Iesu Christi sanguinem tanquam ad remedium humili, sese inclinatione dimittens, confugit dicens. Te ergo quæsumus tuis famulis subueni, quos pretioso sanguine redemisti. Præterea in ijs uerbis, iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta, includitur in quonam magna iustorum fiduciæ pars consistat, hoc est, in fine, propter quem omnia sua opera fecerunt, Quasi diceret, ne iudices domine labores, sudores, pericula, uigilias tantum, quia hæc omnia auari etiam pecuniæ causa tolerant, gulosi edunt, luxuriosi, ut suis, appetitibus obsequuntur, superbi & ambitiosi gloriæ & dignitatum desiderio. Quare ò domine ne iudices opera mea sic nuda, sed discerne causam meam de gente non sancta, hoc est magna ex parte spei meæ, & fiduciæ fundamentum. te solum meorum operum finem fuisse, & causam. Tua tantum causa, tuo amore laboraui, tu meus es unus, & solus finis. Discerne causam meam de gente non sancta, quæ alios fines suorum operum habet. O quanti momenti istud est, ut plurimum finem, cuius gratia operamur, spectamus, quando quidem

Ex D. Ambro. & Aug.

C

D

A dem index qui nos iud caturus est, nouit hominum cogitationes, & corda, itaque tunc non tantum uirtutes, & bonorum opera patefient, quæ hic illi occultant, tanquam agricol., qui frumentum abscondit sub terra, ne aues illud comedant, uerum etiam patefient eorum sanctæ intentiones. Illi uero quibus satis non fuit bene operari pura, & sancta intentione, sed omni efficacia, & studio curauerunt, ut alij quoque bene operarentur, & Deo seruirent, quas ibi coronas accipient? hoc magno erat D. Paulo solatio qui aiebat, quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ, nonne uos ante dominum nostrum Iesum Christum, estis in aduentu eius? & iterum repetit, uos enim estis gloria nostra, & gaudium: O, infælices illos, qui suis oculis peccatores uidebunt, sua opera, & diligentia ad pœnitentiam conuersos. Tunc dicet rex ijs, qui a dextris eius erunt, uenite benedicti patris mei, &c esuriui enim & dedistis mihi manducare. O ineffabilis Dei benignitas, qui nos, de hoc monere uoluit Cum in uniuersitate aliqua in licentiatorum numerum aliquem uolunt admittere, eum prius doctores summo cum rigore examinant, nec monēt, qua de re arguere debent Dicite obsecro nō, ne illi, qui gradum accipere debet, singulare beneficium uideretur, ut multo ante communicarent cum eo, quæstiones, quas propositari sunt, vt esset ad respondendum paratior, ita est profecto, & si certior hac de re factus, non se antea prepararet, nulla esset excusatione dignus. Vltima illa iudicij die licētiatus gradum expectamus, quia tunc licentiam nobis daturus est dominus, ut eius faciem cum beatis uidere liceat. Voluit autem uniuersalis magister Iesus Christus Redemptor noster singulari beneficio monere nos antea quas tunc quæstionis nobis propositurus est: Quę sunt, esuriui, sitiui, hospes, eram nudus, eram, &c. In his nunc nos exercere debemus, ut tunc interrogati sciamus respondere. Et ideo dixit Dauid, iucundus homo, qui miseretur, & commodat, disponet sermones suos in iudicio, i. quid tunc respondere possit, habebit. Cum dicet: Domi-nus, esuriui, uere respondere poterit, at ego domine dedi tibi manducare. Cum dicet, hospes eram, sciet huic difficultati respondere, & dicet, ego te collegi, & sic de omnibus operibus misericordiæ.

Plurimum autem notanda sunt ea uerba, quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, quæ uerba declarat S. Augustinus hoc exemplo. Quemadmodum ob naturalem amorem, quo mea omnia membra amo, si quis pedem premit, aut manum, dico heus tu recede, quia me premis, cum tamen pedem tantum, aut manum premit, & si podagra pedes laborant, dico me esse infirmum, & cū in uinculis pedes sunt, dico me esse uinctum, ita etiam quia omnes Iesu Christi membra sumus qui nos tam singulari amore diligit, ait se uinctum esse, & infirmum cum suorum aliquis uinctus est, aut infirmus. Et quemadmodum si pedis vulnus curamus, homo curator, quid dicere solet, ô quantum me refecisti, ita etiam tanquam proprium solatium recipit Dominus, quod pauperi datur, ut ipsemet significauit per Esaiā dicens, hæc est requies mea, reficite lapsum, & hoc est refrigerium meum. Benedictus, & glorificatus sit talis Deus, qui ita pauperes diligit, & eos qui illis bene faciunt æternis remunerat præmijs. Nam ut Dauid Abigail ob munus, quod ei tempore suæ necessitati obtulerat, in uxorem accepit, & reginam illam fecit, ita te Deus si illi nunc in suorum necessitate succurres, regem faciet, ideo etiam dictus est, percipite regnum. His igitur quæstionibus studete fratres charissimi diligenter cum pauperibus uestra distribuentes, qui Iesu Christi loco in terris sunt, Nolite esse, vt animalia, quæ nisi mortua, & cocta comedi non possunt. Ita diuites nonnulli sunt, qui nisi antea morte coquantur nihil prosunt Facite uobis thesaurum non deficiētem in cælis (ait Dominus) cum uideat homines thesaurizandi amicos esse, eos thesaurizare non prohibet, sed in cælo thesaurizare iubet, qui locus securus est, ut D. Paulus, cum uideret homines tanto gloriæ, & honoris desiderio teneri, non dixit eos nullo modo gloriari debere, sed qui gloriatur (inquit) in Domino glorietur.

Super ista uerba Domini notare poteris quam malum sit peccatum, quando quidem thesauros in diuino pectore absconditos, quo fur non appropinquat, mortale peccatum inde auferre potest. Vt intelligatis, quanto odio peccatum dignum sit, & quoniam eleemosyna facienda est in gratia, & gratiose, cum gaudio, & letitia, ideo uoca-

Marginalia: 1. ad Th. | Mat. 25 | Simile. | Psal. 3. | Au. sup illud. | Mat. 25 | Simile. | Esa. 28. | 1. Re. 25 | Luc. 12. | 2. Cor. | Section letters A, B, C, D.

A uocauit Diuus Paulus ipsammet eleemosynam gratiam dicens, cum autem præsens fuero quos probaueritis per epistolas ad vos mittam perferre gratiam uestram in Hierusalem, idest, eleemosynam uestram. Quod si in hoc seculares se, & laici exercere debent, multo magis ecclesiastici, & omnium maxime prælati. Et ita ait Diuus Augustinus, bona clericorum bona pauperum sunt, unde ego, qui episcopus sum, cauere debeo, ne res pauperum diuitibus elargiar. Consanguineos habeo, ad me ueniunt dicentes, da nobis pater aliquid, caro enim tua sumus. Et tamen Dei gratia consanguineum aliquem d tasse non recolo. Chariores enim mihi pauperes reputo, quam diuites. Heu, heu, quam deploranda hęc tempora sunt, quantum hodiè in superfluitates insumitur, cum in unaquaque Christianorum republica tanta sit pauperum multitudo. Verum cur ò Domine eorum tantum recordatis, qui corporalia pietatis opera exercuerunt? illis tantum regnum datur, & præmium? cur nullam eorum mentionem facis, qui tuo amore mundum deserentes se se religionum claustris incluserunt, uiuentes in paupertate, obedientia, & castitate? cur nulla eorum qui ut legem tuam docerent, tot labores subierunt? cur nullam tot martyrum, qui pro nominis, & gloriæ tuę confessione tot passi sunt tormentorum genera? hoc Dominum significare uoluisse dico, ut quæ ac quanta horum, futura sint præmia, sic pro aqua frigida, panis buccella, & minima quaque re pauperi in eleemosynam eius amore data regnum largitur æternum Benedicta sit tanta liberalitas, & magnificentia, & beati illi, qui huic domino seruiunt. Cum ita bonos, & electos Dominus solatus erit ad malos sese tanquam leo iratus conuertet, dicens, discedite a me maledicti. Hoc uerbo, discedite, denotatur maxima pœna damnatorum quæ a theologis pœna damni uocatur, quæ non est æqualis omnibus, quia eo maior erit dolor, quem damnati ex diuinæ uisionis priuatione percipient, quo plura peccata, & maiori malitia, & deprauatione omiserint. Vt lapis fertur longius, quo sępius & maiori ui iacitur. In uerbo, maledicti, denotatur ligatio intellectus, & uoluntatis, quia (ve ait Scotus) pœna sensus damnatorum consistit quantum ad animas (qui corpora eorum post resurrectionem verè patientur, & cremabuntur ab igne infernali) in ligatione, siue incarceratione intellectus, qui ita est ligatus, vt necesse omnino sit eum de pęna illa, & igne in quo deriuetur perpetuo cogitare. Voluntas vero ligata est, vt maxime odiat illam pęnam. Ex quo sequitur illa tristitia, qua tristantur damnati: Pœnam autem hanc terribiliorem facit hoc, quod ait dominus: discedite in ignem æternum. Nam si huic pœnæ certum aliquod tempus præscriberetur, aliquod damnatis esset consolationis genus. Considerate Oceani magnitudinem, quam immensa est aqua, quam continet, fingite anno centesimo millesimo quoque anno formicam ex eo bibere, quantum formica potest, diceret autem Deus damnatis, confidite, nam cum exhaurietur a formica mare, tunc pęnatum uestrarum finis erit. Dico magnam ex eo spem concipere posse damnatos, & merito quia finis aliquis futurus esset, immo millies, & millies, ex hauriri posset, & hoc omne nihil omnino est, si cum æternitate comparetur, quæ nunquam, nunquam finem habitura est. Vt intelligatis fratres quanti referat victores ea die existere, & quamuis ignis ille obscurus est, & tenebrosus, ut ea Domini uerba significant, eijcite in tenebras exteriores, tamen quod illis pœnam augere poterit, ibi uidebunt: Et ita Beat. Gregor ait, ut peccatores amplius in supplicio puniantur, & eorum uident gloriam, quos contempserunt, & de illorum torquentur pœna quos inutiliter amauerunt. Et ita dicitur, peccator uidebit, & irascetur, dentib. suis fremet, & tabescet. Quis tunc erit malorum terror, cum terribilem illam sententiam audient, cum uix paruam stillam sermonis eius audierimus; quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri? ait Iob: omnes huius uitæ labores uocat eo loco Iob stillam sermonis Dei, eius D uero magnitudinis, tonitruum, ultimam huius diei sententiam. Quare ò infælix homo si leuem huius uitæ dolorem minimam quamquè molestiam ferre non potes, quid tunc facies, terribili huius sententiæ tonitruo deterritus? quid respondebis? ut obmutesces, cum Deus illam condemnationis tuæ causam afferet: quia esuriui, & non dedistis mihi manducare res quæ tam facile fieri potuissent, mutus tacebis infælix,

Margin notes: 2. ad Cor. 8. — D. Aug. ser. 21. ad frat. in er. — Simile. — Scot. q. 4. d. 44. q. 2. — Mat. 25 — Mat. 32 — B. Greg. — Ps. 111. — Ps. 1.

A lis, quia omnis iniquitas oppilabit os suū. Nunc cum peccamus plurimas semper excusationes excogitamus, quib⁹ peccata nostra occultare, aut minuere volumus, ibi verò intelligēt mali excusationes omnes fore inutiles. Cum primi illi parentes peccauerunt, cum cognouissent se esse nudos consuerunt folia ficus, & fecerunt ipsi perizomata. Sed
Gen. 2. adueniente Deo absconderunt se,& cum clamaret Deus, Adam vbi es? respondit,timui quod nudus essem, & abscondi me. Antequam Deus adueniret folia illa ficus optimum nuditatis suæ remedium videbantur, at adstante Deo hoc nihil proficere intelle-
B xit, & ideo se nudum fatetur. Idem omnino peccatoribus accidet: nam cum adolescens hoc tempore peccat,excusat se dicens nobilem se esse, & ita fieri inter adolescentes. Mulier, quæ tot horas in se ornando consumit, excusat se & statum suum hoc requirere ait, illa vero quæ castitatem suam turpissimo pretio vendit, sese paupertate excusat. Et hoc antequam Deus veniat fit, at cum clamabit, Adam vbi es? tunc in diuinæ suę maiestatis conspectu excusationum tuarum folia peccata occultare non poterunt. Ideo
Esa. 1. Esaias: erubescetis (inquit) quando eritis sicut quercus decidentibus folijs. O infœlices huius sæculi filios, quæ tunc vestra erit
C confusio, qui pudor, vt peccatorum vestrorum grauitatem intelligetis, quæ nunc nul-
Simile. lius ferè momenti videntur? Literæ quæ citri succo scribuntur legi non possunt, nisi igni admotæ: ita etiam peccata, quæ nunc in corde concupiscentiæ,& sensualitatis succo,& humore scribuntur a peccatorib. non dignoscuntur, nec dignoscentur, donec infer ni ignibus admoueantur. Vt epulo ille diues cum esset in tormentis, tunc tandem peccati sui grauitatem intellexit, & remedium petebat ab Abraham inutiliter. Quis hæc
D fratres audit & non perhorrescit, de vitę suę
Luc.16. mutatione cogitans? Quare obsecro vos, de his sæpe non agimus? cui non hæc quotidie meditamur? quare res tanti momenti obliuiscimur? Quare qui paruo damno mouemur, hoc quod omnium maximum est quo Deus amittitur, non timemus? quis vos ita incantauit, & amentes quodam modo reddidit? quis mentes vestras excęcauit, vt mala tam timenda pauci omnino sint, qui timeant, & ab his sese liberare studeant? quantæ nunc esset vtilitatis corpora nostra affligere, animas purificare, antequam hoc tempus adueniat, quod non pœnitentiæ, A sed iudicij tempus est. O beatos illos, qui antea iudicati, & a seipsis puniti ante supremi iudicis tribunal adstabunt, O quanta cum voluptate, gratia iā iustificatus, recipies ibi præmia gloriæ, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

IN EAD. DOMINICA Prima Aduentus.

Concio Tertia. B

Erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis, &c. Luc. 21.


CVm daret Deus legem Moysi, eum in montem Sinai iussit ascendere. Et cum iam ad Exo.19. montis culmen peruenisset, ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangorque buccinæ vehementis perstrepebat, & timuit populus, qui C erat in castris, ita vt dixerint postea Moysi, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. Res omnino digna admiratione, quod vt daret Deus legem tantam, prius in monte tempestatem concitarit, ita decebat fratres, sciebat Deus gentis illius malitiam, & ad legem frangendam promptitudinem, & vt tempestatem illam videntes timerent, ideò ante legem præcedere voluit. O magna Dei secreta, nouit Ecclesia a Spiritu sancto recta, quod doctrina, quam in hoc aduentu vobis tradere vult, excidet cito: vobis ponit ob oculos in quo Deus pluere debet fulgura, & fulmina super inimicos suos. D

Reuocat hodie in memoriam terribilem illam tempestatem, tubæ illius sonum horribilem, ad quem mortui omnes resuscitabuntur Hebręis dedit Deus legē cum tempestate, vt deterreret, ne eam frangerent, vobis S. Mater Eccle. doctrinam cœlestem tradit cū hac iudicij tempestate, vt deterriti, eius nunquā obliuiscamini. Quod si dicat aliquis D. Paulus ait, non accepistis spiritum seruitutis Rom. 8.

A tis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, abba pater. Quare si filij sumus, filij amore potius alliciendi, quam timore deterrendi. Dico hanc esse sagittam è Sathanæ pharetra egressam, qua eius ministri damna plurima ecclesiæ his temporibus intulerunt: qui cum amatores carnis, & defensores sint, non solum verbera, sed ne verba quidem ferre possunt. Et ita in suis legibus præcipiunt ne iudicij sermo prædicetur: & qui secus fecerint loquentes de iudicio homines sine iudicio existimandos esse. At non ita dicebant homines illi Dei amantissimi primitiuæ ecclesiæ & Diuus Augustin. toties hunc iudicij diem in memoriam suis auditoribus reuocabat, vt cum prædicaret aliquando super ea verba Matthæi, cum venerit filius hominis in maiestate sua, &cęt. rogauerit eos, ne si toties iudicij recordationem inculcaret molestus ijs videretur: nam si id non fecisset, Deus negligentiæ suæ rationem exacturus esset.

B — D. Aug.

Dico enim vobis, (inquit ille) quod ipsemet Christus summus hominum Magister suis discipulis hoc per diuersas parabolas, & C similitudines sæpissimè prædicauit, vt in sacra Euangelij historia videre est. Neque mirum est hoc fecisse dominum, quia hoc vnum ex negotijs est, cur pater eum misit in mundum, vt affirmat Esaias eius nomine, dicens, ad annuntiandum mansuetis misit me, vt prædicarem annum placabilem domino, & diem vltionis Deo nostro.

Esa. 51.

Et ideo veri cœlestis huius Magistri sectatores eum in hoc etiam imitantur, vt doctrinam hanc sæpius iterent: vt ea auditores deterriti conuertantur ad dominum. Pro quo est notandum duo esse timoris genera. Primum humanum est & malum, mul- D totum malorum principium & Christianæ libertati contrarium. Alterùm bonum est, Spiritus Sancti effectus & donum, bonorum omnium principium. Prior timor est ille, quo temporalia damna timemus. Inter alias conditiones malorum, quas refert Dauid vna est, quia illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor, & ita eiusdem Dauid verba declarat Diuus Basilius, a timore inimici eripe animam meam, id est, libera me domine, vt timeam vllum malum, quod mei inimici mihi volent inferre, quia qui se timori dedit, propè est vt ijs etiam rebus se dedat, quæ inde oriri possunt. alius

Duo timoris genera. — Psal. 52. — D. Basil.

timor est sanctus, quo Deum, & eius iudicium iramque timemus. qui animam quantumuis dissolutam refrænat. Et ideo dixit Dauid confige timore tuo carnes meas, a iudicijs enim tuis timui. Sanct. Basilius ait, in his verbis metaphoram desumptam esse ab ijs, qui clauo confixi sunt, quos claui ita continent, vt præ dolore neque in hanc, neque in illam partem moueri audeant, ne maiori afficiantur dolore, ita etiam qui diuino timore configitur, sese mouere non audet, neque vllum peccatum committere rigoris eius memor, quo ea Deus punire solet B Taurus cum emittitur omnes in theatri septa intrare compellit. Ita iudicij, & inferni timor sæpissimè efficit, vt nos ad pœnitentiæ septa recipiamus. Vt igitur hunc timorem in hominum animis imprimeret, monet nos dominus de vltimi illius diei rigore. Cum Dei nomine Propheta Zacharias moneret Tyrum, & Sidonem de onere, quod ijs venturum erat, ne miremini, (inquit) me tot annis ante monere, quia dominus est oculus hominis, quia longè præuidet periculum, ne in eo pedes prolabantur. Benedictus & glorificatus sit talis Deus, qui nobis est instar oculi, & quo possimus offendere spectat, vt moneat ne offendamus, & ideo ait. C

A — Psl. 118. — D. Basil. ho. 2. in Psl. 33. — Simile. — Zach. 9.

Erunt signa in Sole. & Luna. Ex quo apparatur qui in eius aduentu fieri debet, eius seueritas colligitur, moueri cœlum, & terram, creaturas omnes rationales conuenire, res est, quæ admirationem parit. fingite, quod vellet Rex de homine aliquo sententiam ferre, & hanc ob causam omnia sua consilia, & regni totius principes conuocaret, imo omnes qui eius iurisdictioni subijciuntur, quantum hæc timorem illi afferrent, cuius causa hoc iudicium fieret, & eo magis si plures esse causas intelligeret propter quas Rex merito eum punire debet, quas antea dissimulauerat, vt de omnibus, mul eo die cum illo apparatu iudicaret? O infelix peccator tu ille es, aduersus quem vniuersus mundus surgere debet, cumquo Deus toties dissimulauit, quid de te erit eo die tam laborioso? & ita ille dixit per Esaiam, tacui semper, silui, patiens fui, sicut parturiens loquar, loquar, vt ille qui pectus vestrorum scelerum prægnans habet, parere desiderans, & producere in publicum, vt seuerissime puniantur, dissipabo & absorbebo simul

Simile. — D — Esa. 42.

A mul. Quemadmodum naues dum prospe-
Simile. ro ac secūdo uento nauigant, a fluctibus, & tempestate, cum minus id cogitant, extollitur, & turbine facto absorbentur: ita (ait Deus) cum homines tuto sibi esse uidebuntur, exercitabitur huius diei tēpestas,
Simile. & Dei ira absorbebūtur. Solent è terra frigidi quidam uapores excitari, & ijs alij quidam fumi uaporesque calidi conuolu- ti, frigidi conuertuntur in nubes, quæ calidos & siccos in seipsis, includant, hi exitum sibi quærunt, & a suis contrarijs recedere tentant, qua pugna tonitrua fiunt,
B quæ quidem deterrere solent. Sed liberet nos Deus, cum frangitur nubes, & fulmen hue illuc erumpit. Ita fratres mei in diuinæ misericordiæ nube iustitiæ suæ ignis latet inclusus, exitum sibi sæpe iustitia quærit, sed cū ibi retineatur, nihil aliud nunc facit quam tonare & strepere, satis nunc Deo est minari, & deterrere dicendo. *Erūt signa in Sole, & Luna. Veniet filius hominis.* Supplicia etiam quibus nunc homines afficit in hac uita fulgura, & tonitrua sunt, ne postea afficiantur æternis. Verum liberet uos Deus cum ex nube ignis erumpet; cum iustitia misericordiæ nubem fránget.
C O quæ rigoris & iræ fulmina, o quot mortis æternę sagittæ, hoc est, patiens sui, sicut parturiens loquar.
Simile. *Erunt signa in Sole, & Luna, &c.* Siquis crimen aliquod commisit quod morte dignū sit, si iustitiæ ministri ei dicāt, captus esto regis nomine, quāuis fortissimus sit, statim regis nomine deterritus contremiscit. Creaturæ oēs, quæ Dei ministri sunt, eo die clamabunt, captus esto o peccator sanctissimæ Trinitatis nomine, quis tunc terror erit, & horror o infelix homo, cum omnes creaturæ contra te surgent? quia scriptum est, & armabit creaturam ad ul-
D tionem inimicorum. Omnia seruiunt ei,
Sap. 5. qui Deo seruit. Egressus est populus Israel ex Aegypto, cœlum, terra, mare, flumina,
Exod p omnia illi seruiebant. Cœlum dabat illi
totum. manna, ignis in itinere præcedebat, quæ eis erant quasi pro muro, aer siccabat terram, per quam transituri erāt, per medium maris, montes exaltauerunt ut arietes, & colles sicut agni ouium. Omnia Dei serius seruiebant. Eo uero die omnes creaturæ eum qui Deum offendit, offendēt, Sol, Luna, stellæ, mare, flumina suis mugiti-
Psal. 13. bus, terra suis terræmotibus. *Et in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum.* Neque solum insensibiles A creaturæ, uerum etiam sancti ipsi pietate pleni contra eos consurgent. Cum essent manus Moysis graues, eas Aaron, & Hur Exo. 17 ex utraque parte sustentabāt. O quam graues manus habet Deus, adeo ut afflictiones omnes suas Iob diuinæ manus tactum Iob. 19. appellaret, cū aiebat, miseremini mei, quia manus Dñi tetigit me. Si diuitiarū amissionem, & filiorum mortem, uxoris persequutionem, corporis plagas, tactum diuinæ manus solum appellat, quid fuisset si uerberasset? uerum quamuis hæ Dei ma- B nus graues sint, duo tamen nunc sūt, quæ tanquam Aaron, & Hur eas sustentāt, ne super nos cadāt. Eius nimirum miseri cordia, & sāctorū oratio. Sed ueniet illa dies in qua misericordia conuertetur in iudicium, & sancti fient ex intercessoribus ac Sap. 5. cusatores, quia stabunt iusti in magna cōstantia aduersus eos, qui se angustiauerunt. O miseros huius seculi filios, cum misericordia & sancti liberas Dei manus ad supplicium cadere sinent, quæ uerbera, quos ictus uobis infligēt? quam uere dixit Diuus Paulus horrendum est incidere in C manus Dei uiuentis. Si hominem inimi Heb. 10. cum habes, quamuis ex potentioribus huius mundi sit, eras tamen eum moriturum esse spectare potes, & ita inimicitiæ finis ponetur. Verum si Deum habes inimicū, quisnam finis expectari potest? & ira eius manus, manus sunt Dei uiuentis, scilicet in æternum. Curate igitur fratrés mei obsecro uos, incidere hic in manus Dei mortui, quæ manus sunt uulneratæ, a quib. nihil mali, imo bona plurima uobis prouenient. Incidere in has manus est, eius sanctissimorum, uulnerum meritis ad uestræ salutis remedium uti. Quod si in has Dei D mortui manus, non incidítis, necessario, ea die in manus Dei uiuentis incidetis, quod horrendum est. Hanc ob causam hæc uobis prædicamus, ut modo uos præparare incipiatis. Sed heu, heu, quis sanguinis lacrymas haberet, ut negligentiam uestram deploraret, & quam leuia ista existimetis, dicentes, nō deerit postea tēpus, tunc hoc præstare poterimus Carnalem, uidetis, qui cum diu adulter fuerit, mortis suæ tempore crucifixum amplectitur, & dicit, ita & ego faciam, & me saluabo. O stulte, quomodo scis, si ne ad hoc tempus peruentu-

rus?

A rus? in repentina,& inopinata morte moriturus, ut alij quam plurimi? quomodo scis, si pœnitentia illa, quam peccator ille eo tempore fecit, satis fuit ad Dei gratiam consequendam? putas ne nihil aliud requiri, quam crucifixum amplecti, & ideo sanctum remanere? nonne audisti sæpius dicere, rem esse difficillimam in ultima illa mortis hora ueram pœnitentiam facere cũ qui in omni uita in peccatorum pelago natauit, & nunquam sonus ab ijs recedere uoluit? Multi tanquam boni Christiani hominum opinione moriuntur, & dicimus omnes, benedictus sit Deus; mortuus
Iudi.5.
B ille est tanquam sanctus, & forte in inferno est, quia illud omne quod lucet, non est aurum. Cum maledictus ille dux Sisara è domo sua exiret aduersus Delbora, & Barac pugnaturus, quadraginta militũ millia, & magna curruum, & equorum multitudo eum sequebantur, cumq; Hebræi pauci essent, eius mater, & uxor certam esse uictoriam existimabant, adeo ut cum tardaret, nec tam cito, ut illæ sperauerant, reuerteretur, respiciens mater per fenestram inde uictorem eum, & triumphãteor putabat, aspicere, moram admiraretur
C ducis uero uxor dicebat illi, forsitan nunc diuidit spolia, & pulcherrima fœminarum eligitur ei, uestes diuersorum colorum. Sisaræ traduntur in prædam, & supellex uaria ad ornanda colla congeritur. Hoc mulier conijciebat, quia nihil nisi pompam illã, cum qua egressus erat. Si sara, spectaret, & ita hæc omnia de illo fœlicia, & pro spera suspicabatur. Verum si quãtum mulier illa deciperetur, scire optatis, & quam diuersa Dei iudicia sint a iudicijs hominum, audite quid de hoc Sisara tunc fieret scriptura dicat. Voluebatur ante pedes Iahel, & iacebat exanimis & miserabilis, de
D fecit & mortuus est. O quoties id uidemus accidere, uam qui a aliquis magnum sibi testamentũ fecit, & in eo plurima pia legata reliquit, aut aliqua dedit pœnitentię signa, statim dicitis, hic Deo nunc in cœlo angelorumque societate perfruitur, & forte ob sua peccata secreta, & ignota in inferni ignibus palpitans iacet. Quamobrẽ nolite periculosum illud mortis tempus expectare, nunc, nunc Deo seruire incipite, hoc enim tutius est, & certius.

His uerbis. *Arescentib. hominibus, &c.* Coniungi debet, quod infernus sequitur, *His autem fieri incipientibus respicite, & leuate capita uestra, quia appropinquat redẽptio uestra.* Quæ uerba iustis dicuntur, qui
A bus gaudium, & consolationem dominus pollicetur, tunc cum mali tanquam statuę prę timorę arescent. Curate igitur fratres, ut captiui in hac uita sitis & uirtutis serui, ut tunc fœlici hac redemptione, & libertate perfruamini. Iusti uita perpetuum hic est captiuerium, ut significauit Diuus Paulus dicens, humanum dico propter infirmitatem carnis uestræ, sicut enim exhibuistis membra uestra seruire immunditię, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitiæ in sanctificatione. Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Super hæc uerba notant D. Ambrosius, Diuus Augustinus, & Origenes, quanta cum moderatione loquutus sit Apostolus dicens, ut eo modo Deo seruiamus & uirtuti, quomodo peccato seruiuimus, ne difficilis Christiana religio gentibus uideretur. Poterat ne minus peti eum Deus sit is, qui est, & uirtus illa quę est, peccatum uero id qđ nõ est? & cum seruiendo peccato æterna pœna acquiratur, seruiendo uero Deo æterna gloria. Sed peto, cum dicat Apostolus, seruire nos debere Deo, ut seruieramus peccato, si quis biennio aut triennio peccato seruierat, satis ne erit, ut biennio quoque uirtuti seruiat? respondeo, satis non esse, quia qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Quomodo igitur intelligẽdum est illud, ita exhibete? dico D. Paulũ tanquam magnum Theologum locutum esse ꝓprie & formaliter, quia de rõne peccantis mortaliter est, quantum in se est facere se perseuerantem in malo, nisi Dei mia subueniat, quia per se surgere non poterit. Ideo ait, sufficere ad salutem seruire iustitiæ, ut peccato seruiuimus, quia de ratione serui est, ut perpetuo maneat in seruitute si non liberetur. Ideo mysteriose dicat, sicut exhibuistis uos seruire iniquitati ita nunc exhibete uos seruire iustitiæ, idest, ut perpetuos nos iustitiæ seruos efficiamus. Et aliam affert rationem dicẽs: cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ, idest, cum in peccato eratis, ab omni uirtute alieni eratis, uacui, & liberi iustitia: ita nunc seruientes iustitiæ, ab omni malo alieni, & liberi esse debetis. Aliam etiam rationem addit, quem ergo fructũ habui
Rom.6.
B
Ambr. Aug. & Origen. sup. ea uerba Pau. ad Rom.6.
C
Mat.10
D

A habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? id est si cum res ne peccatū utili. tatis nullius, damni uero plurimu, ei tamē tam diu seruisti, quanto æquius est seruire uos iustitiæ, quæ tam utilis est, & fructuosa? quia gratia Dei uita æterna, id est opera a gratia & libero arbitrio emanantia habent pro præmio uitam æternam. Quare secundum hæc D. Pauli uerba, gratia est seminarium gloriæ. O beatos illos qui sese hic huic seruituti subijciunt. Hi enim eo die redemptionem libertatemq; inuenient. Idem D. Paulus ait, ipse domi-

B nus in iussu, & in uoce archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo, & mortui, qui in Christo sunt, resurgēt primi. *O valame la beatissima Trinidad*, quam potentes sūt Angeli, si dum clamabit vnus, & tuba signum dabit, uniuersum genus humanum ad eius sonum exurget, orbem uniuersum ab imo usque ad summum uox illa penetrabit, ut intelligatis quanta sit Dei potentia, qui vni creaturæ tantum posse dedit. Et quamuis Diuus Paulus iustorum tantum resurrectionis mentionem faciat, omnes tamen resurgent iusti, & peccatores, quamuis, ut idem Diuus Paulus dixit, om

C nes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Et ita illud intelligendum est, non resurgent impij in iudicio, id est, non leuabunt ibi capita sua, non florebunt ut iusti, qui in hac uita tanquam ar-

Psa. 1 bores in hyeme sicci uidebantur sine viro re & folijs. Immutationem appellauit Iob resurrectionem suam, qui sese hac spe consolabatur dicens; Cunctis diebus, quibus

Simile. nunc milito: expecto donec ueniat immutatio mea O admirabilis immutatio, qui hic marcidi, & aridi erant, ibi efflorescent, qui floridi fuerunt, ibi marcidi existent, & tristes. Quid tunc erit uidere Alexandros

D illos, Darios, Xerxes: illos Cæsares, Romanos, Imperatores, illos mundi monarchas animos, quos hic habebant, & audaciam deposuisse, qui eos hic uidit tanta cum pompa, & maiestate, & tanta ibi nuditate & confusione spectabit? Si Adam ad uocem tantum domini se abscondit deterritus, cum tamen nesciret adhuc, quid Deus vellet, sed quod eum conscientia sola argueret, quantus erit istorum timor, qui vocem illam audierint, cum nō ignorent, quid uocentur, & eos mundus uniuersus accuset?

Dum simul omnes erunt, ait Sanctum Euangelium; *Tunc uidebūt filium hominis uenientē in potestate magna & maiestate.* O Christe, cælorum potentissime Imperator qui te sedentem uidit spinea corona coronatum, consputum, flagellatum, blasphematū ab impijs iniquitatis ministris, & te ibi in tam ineffabili gloria a tanta angelorū & sanctorum multitudine laudatum, & glorificatum aspiciet, o quanta erit bonorū uoluptas & gaudium, o quanta malorū tristitia & mæror. Sanctos omnes adducet secū, ut testes sint aduersus peccatores. Et ita Diuus Paulus cum de pluribus sanctis locutus esset dixit, habentes ergo tantam impositam nubem testium, vbi sanctos testes appellat, quia sanctissimæ Christe Redemptoris nostri uitæ, & cælestis doctrinæ testes sunt in terris, cum eius fuerint uitæ imitatores. Et ita idem dominus, dixit suis discipulis, eritis mihi testes usque ad extremum terræ. Sua enim uita sanctissima nostras condemnabit. Eodem modo declarat D. Augustinus uerba illa Apocalypsis: uidi thronum magnum candidum & sedentem super eum, a cuius conspectu fugit terra, & cœlum: & uidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est uitæ, & iudicati sunt mortui ex ijs, quæ scripta erant in libris, secundum opera eorum. Libros enim priores, sanctos esse ait veteris & noui testamenti, in quibus diuinæ legis præcepta apparebunt in eorum cordibus inscripta. In corde meo abscondi eloquia tua vt non peccem tibi. Et alibi, legem tuam in medio cordis mei, quo significatur, iustum diuinæ legis esse amantissimum. Eo igitur die sancto rum conscientiæ aperiendę sunt tanquam libri, & quā similes sint uitæ libro, qui est Iesus Christus, uidebitur, & ex his libris homines iudicabuntur. Dissimiles autē inuenient malorum conscientias a bonorū vita est, esse bonos testes contra illos, cum omnes ex ossibus constarent, & carne, oēs imbecilli essent, & infirmi, omnes eundem haberent Deum adiutorem. Ergo nē contra nos testes futuri sint, eorum uitā summa cum attentione spectemus, tanquam exemplar, ut nostra illi similis fiat. Tunc dūs ad electos, pios, & lætos oculos conuertet, ita ut in eos suū eos admittere velle uideatur dicens: uenite benedicti patris mei

Simile. C

D

Gen. 7.

A mei. In malorum maledictione nō air patris mei. Cur hoc? quia nimirū Deus benedictionis est author, & bonorum operum
Ori. ho. 34. in Matth. iusti fautor præcipuus, ut notat Origenes mali uero propria malitia sese maledictione illa dignos effecerunt. Perditio tua ex
Ose. 13. te Israel. Non est Deus author illius Possidete paratum uobis regnum O Dei serui tolerate nunc hic quicqd est laboris. Deliciæ enim omnes, & uoluptates ad illud tempus uobis a Deo seruantur. Cum vero ita bonos exceperit, ad malos sese irato vultu conuertet, quos seuerissima illa sen-
B tētia vulnerabit, discedite a me maledicti.
2. Re. 13 & 14. O quanta est amissio, Deum quod infinitum est bonum amittere. Cum Absalon ab exilio ad urbem Hierusalem reuocaretur, hoc ea cōditione factum fuit, ut regis faciem non uideret, & quamuis domi suæ esset, diuitijs afflueret filios haberet pulchros, & uxorem dilectam, misit tamen regi nuncium, qui diceret, obsecro, ut uideam faciem regis, quod si memor est iniquitatis meę, interficiat me. Tanto afficiebat dolore patris priuatus aspectu, vt mori mallet. O infelix peccator, quid erit Dei faciem non videre? ab eius aspectu in perpetuum te esse reiectum? ideo orabat Da
C nid, ne proijcias me a facie tua. Quomo-
Psal. 50. do inquit B. Ambrosius proijciet Deus à
D. Am. Apolog. Dauid. cap. 14. facie sua? audi dicentem, tollite illum in tenebras exteriores. Discedite a me. Quamuis Deus ubique est, dicitur tamen recedere a malis, non solum quia eum nūquam
Mar. 25 videbunt, verum etiam quia nunquam au
Gene. 3. xilium in eo, & fauorem inuenient. Peccauit Adam & vniuersum humanum genus euertit, sed refugium habuit ad arborem quo confugit, quo significatum est eius remedium in arbore crucis futurum esse.
Gen. 19. Cum euersa est Sodoma, Loth ad montē
Gene 7. recurrit, peccauit mundus tempore diluuij, & in arcam confugit Noe, quę sanctis
D simę Iesu Christi humanitatis figura fuit. Peccabat populus Israel, & recurrebat ad templum. Peccatis nunc & ad diuina sacramenta recurritis. Verum tunc ò peccatores quo recurretis? non ad arborem crucis, quæ vobis iustitię virga erit, non misericordiæ signum, vt modo est. Eadem vir
Exo. 14 ga qua Moyses maris Rubri fluctus diuisit, vt Hebræos defenderet, eadem puniuit Ægyptios, ita sanctissima hæc crux, quæ bonorum fuit remedium, malorum erit quoque supplicium, non ad Saluato- A
ris nostri humanitatem confugietis, vt Noe ad arcam. Tanti enim ea tunc erit terroris, vt dicat D Hieronymus damnatos melius sibi esse inferni pœnas, quam eius præsentiam tolerare, ita eos suo torquebit aspectu. Non recurretis ad mon- D. Hier.
tem tanquam Loth, idest, ad angelos, ut vos defendāt, quia illi diuinæ iustitiæ ministri futuri sunt Non recurretis ad templum, idest, ad sanctissimā virginem Mariam pietatis parentem, quę tunc suam vobis intercessionem denegabit. Quo igitur ibitis infœlices cum uerba illa audietis, discedite a me? vtimini igitur fratres his re B
medijs, quandoquidem, & opportunum tempus habetis, & ea vtilia vobis futura non ignoratis Maledictos eos appellat. Benedicere Dei secundum Hieronymum D. Hier.
est benefacere, maledicere autem non est malefacere, sed tantum benedictione priuare, quam antea dedit. Maledixit arborem ficum, idest, prohibuit nē fructum afferret, ita maledicere malos est, eos steriles relinquere, nè vnquam postea bonorū operum fructus producāt, nec remedium suū mereri possint. Et ita addit in ignem æternum. O verbum timendum, quis te lapis audit, & timore non frangitur, tales C
pœnas, & talia tormenta in ęternum Deus erit Deus, esse duratura? aiebat Dauid. Sagittæ tuę transeunt, vox tonitrui tui in rota. Sagittæ, quas Deus in hac vita iaculatur, monētis amici sagittę sunt. Cū carcere quis ui actus includitur, & quomodo exire a supplicio sese eximere possit ignorat, sagittam iacis cum literis, quib. quid illi faciendum, sit mones. Ita fratres Psa. 76.
infirmitates, & tribulationes, quas Deus in hac uita immittit non sunt sagittæ, ut Simile.
vulnerent, & occidant, sed ut moneant quomodo è peccati uinculis exire possitis. Labores sunt breues, & momentanei, quia finientur breui, omnes inimico D
rum uestrorum iniuriæ, & persecutiones Psal. 63.
sunt quemadmodum ait Dauid, sagittæ paruulorum factę sunt plagę eorum. Si puer sagittam in uos puerili arculo iacit, ferit quidem uestem, sed non elicit sanguinem, ita sunt malorum inuentiones, & artificia, quibus bonos persequuntur, non eliciunt sanguinem, externa tantū lædunt Dei gratiam si noluimus, non aufe. runt. Liberet uos Deus à tonitrui eius voce

A uoce quæ nullum finem habitura est, quia ignem minatur æternum. Et ideo in rota esse dicitur, uox tonitrui tui in rota, quæ est horribilis illa sententia. O si ex tot horis, quas in uestras uanitates fratres insumitis, unam saltem quotidie in pænarum & gloriæ æternitatis meditationem insumeretis. Cogitate si vobis in alicuius delicti pœnam in molli lectulo per annum iacendum esset, quamuis filij, vxor, affines, am ci adessent, & uos, cantuum suauitate oblectarent, nonne pæna vobis intolerabilis uideretur, & eius euitandæ gratia

B quemcunque laborem libentissime subiretis? at quid erit non per annum, non per centum, aut mille lectulo, sed in igne æterno iacere, non annos, sed in perpetuum, non in molli cum suaui filiorum & amicorum sed terribili dæmonum societate, quę sola tormentum esset grauissimum? Cur igitur obsecro uos paruum hunc laborem, ut est diuinæ legis præcepta seruare recusatis, ut mala euiteris æterna? O summe Pater, illumina nos pro tua clementia, vt quantum hoc sit malum, intelligamus, & nunc

Gen. 25. ploremus, ne tunc frustra fit, & inutiliter

C plorandum. Esau lentis edulio vendidit primogenita, & cum postea præreptam si bi a fratre benedictionem vidit, dicitur, quod eiulatu magno flebat. Vera hæc est miseriæ nostræ imago, comedimus nunc, & lentis edulio cœli primogenita uendimus. Quid enim est o peccator totum illud, cuius causa Deum offendis, nisi duæ, aut tres lenticulę? postea vero cum diuini iudicis decretum audiemus, tunc plorabitur, sed frustra. Verum peto Deus æterne, sicut dixit Dauid iustus es domine,

Pf. 118. & rectum iudicium tuum, cur in tua sententia pœna non est culpæ æqualis? cur cum

D peccatoris culpa sit temporalis, quamuis omni uitæ tempore peccauit, quæ morte finitur, cur (inquam) pœnam assignas æternam? huic D. Augu. respondit. Deum non

D. Aug. solum peccatum punire, uerum et & multo magis, malitiam, hæc autē in uoluntate consistit, quæ si recte aduertitis æterna est. Cur. n. peccatorem peccandi finem fecisse existimatis? an pp Dei amorem? an pp odium peccati? minime vero, sed quia finiri uitam uidebat, quam si credidisset æternam, aut facere potuisset æternam sēper peccare voluisset. Cum igitur Deus malitiam voluntatis tunc puniat, in qua æternum est peccatum, quia æternum illud peccator faceret, si quomodo vitam facere posset æternam inueniret. Ideo æquum est pænam esse æternam. Et ita, ait hic san ctus, vasi iræ non perpetuus remaneret interitus, nisi spōtaneum probaretur habuisse peccatum. Habetur 15. q. 1. cap. Nabuchodonosor. Peto. domus uestræ ignis cur extinguitur? respondebitis quia ligna deficiunt.

Et si nunquam ligna deficerent, nunquam ignis extingueretur, ita etiam in inferno ligna quæ ardent sunt mala uoluntas, quæ cum nunquam deficiat, nunquam ignis extinguitur. Videbitis lusores quosdam, B qui ludo ita delectantur, nunquam cessent donec candella deficiat, imo deficiente candela ludendi desiderium non deficit, & sese affligunt dicentes, o nobis candela deficit, iam lucere non poterimus, ita etiam sunt damnati, quibus quamuis uita deficiat peccandi, tamen uoluntas non deficit: Voluissent inquit Beatus Gregor. fine fine uiuere, ut fine fine possent in iniquitatibus permanere. Alia præterea huius rei ratio affertur, peccatum scilicet esse infinitæ malitiæ, quia infinitum est bonum, contra quod committitur, & ita vt proportionatum habeat supplicium, & culpa pęnæ respondeat, æquum est pænā infinitā persolui: infinita esse non potest intensiue, quia creatura rei finitæ secundum intensionem ea pax non est, ideo petit iustitia ut pœnam sit secundum durationem infinita. Lata sententia demittent miseri caput, nec replicare poterunt, sed eam sese meruisse intelligent. Cum filij Iacob peterent a fratre in Aegypto frumentum, qui dixit ad eos exploratores estis, uos eritis in uinculis, donec probentur, quæ dixistis, tunc loquuti sunt inuicē, merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrū dum deprecaretur nos, & nō audiuimus, idcirco venit super nos ista tribulatio. O peccatores, filius uirginis, qui frater est uester precatur uos nūc, ne eum uendere uelitis, uos autem duri, & obstinati non auditis; at, tunc uinciri uos, & in carcerem perpetuam detrudi iubebit vestræ autem conscientiæ dicent, merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. Quis igitur erit, qui altissimam hanc Dei maiestatem posthac offendere audeat hæc intelligens? nemo sit, sed om-

Simile.

Greg.

C

D

A ni spiritu, & efficacia pænitentiam facere curemus, ut Deus suam hic nobis gratiã largiatur, & postea gloriam. Amen.

IN EAD. DOMINICA prima Aduentus.

Concio Quarta.

Erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis, &c. *Lucæ 21.* B



Vm in omnibus Dei operibus infinita eius eluceat misericordia, tum in hoc præcipue quod nunquam punit, & vulnerat nisi antea minetur, vt homines, quos punire vult moneat, vt pœnitentiam agant, qua in re si uolũt, euitare, facile possint. Cum primi nostri parentes peccassent, venit Deus, vt puniret, (Gene. 3.) ait.n. scriptura. Et cum audissent vocẽ domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem. Vox illa, & illud deam C bulare erant quædam veluti minæ, quib. eos, ut ad suam misericordiam confugerent, admonebat. Cum peccasset Cain, venit Deus ad ipsũ, & posuit signũ in Cain, (Gene. 4.) quod signum doctores Hebræi magnum dicunt fuisse tremorem, quia erat Dei admonitio, vt ad penitentiam conuerteretur vitam etiam illi tribuisse longissimam, ita vt septem suas generationes viderit, fuit vt ait Diuus Ambrosius, quia Deus, ut se corrigeret expectabat. Antequam Deus mundum vniuersali diluuio obrueret, cen (D. Amb.) tum annis ante iussit Noe, ut arcam fabricaretur, qua etiam homines minari voluit vt sese conuerterent. Antequam Deus tur D pissimas illas vrbes Sodomam, & Gomorram incenderet, misit antea Loth, qui ge (Gene. 19) neros suos moneret, vt antequam urbem Deus deleret egrederẽtur. Antequam Pharaonem, & exercitum suũ rubri maris fluctibus mergeret, misit Moysen, qui coram eo tot signa faceret, ut conuerteretur. Hæc ob causam dixit Dauid, dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus, ut liberentur dilecti tui. Auceps, vt quiescat ramo auis spectat, & tunc iaculatur, ut certior sit ictus, quia eam optat occidere. Deus aũt, non ita, sed antequam iaculetur, monet, & minatur, vt caueant illi quos vulnerare vult, & sagittas suas euitent. Pænæ et istæ temporales, quib. nos in hac uita punit, minæ sunt, ne in æternas incidamus, quemadmodum quod natura corrumpit, ex accidẽti corrumpitur, quia præcipuus eius finis rei sibi similis productio est, non corruptio, ut in igne apparet, qui lignum corrumpit, vt ignem sibi similem generet, non vt lignum præcipue corrumpat, quod corrumpit, quia generare non posset, nisi corrumperet. Ita etiam B præcipuus Dei finis huius uitæ supplicijs est nos deificare, & sibi similes gratiæ participatione efficere, & quia unum ex medijs aptioribus ad hoc effic ẽdum est, nos castigando, & flagellando corrumpere, ideo sæpe hoc præstare solet. Dignum autem animaduersione est, Dei supplicia vocari eo in loco a Dauid arcum, duas ob causas, primum quia quemadmodum iaculator ante quam sagittam emittat, arcu prius feriat sibi pectus necesse est, dum remittitur arcus & reflectitur, ita & Deus an C te quam puniat homines, seipsum prius in suo diuino pectore ferit, ut patet in Genesi ubi dicitur, tactus dolore cordis intrinsecus, delebo (inquit) hominem, quẽ creaui. Magnam vim habent, & emphasim verba illa, delebo hominem, quem creaui, i. opus hoc, quod precipua quadam ratione meũ est, quod tantopere amo, eius peccatis cogor, ut destruam. Hoc quod dicimus ferire se dum punit Deus in pectore, significat, si Deus tristitiæ capax fuisset, maximam in aio recepisset, quod cogatur (si ita dici potest) eorũ malitia, ut puniat. Secundo arcus uocantur, quia quemadmodum in arcu quo magis retrahitur sagitta & neruus intenditur, eo maior est ictus, D ita Dei supplicium, quo magis differtur, & expectatur, eo grauius esse solet, & hoc est, quod significat D. Pau. dicens, an diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorãs quod benignitas Dei ad pænitent. am te adducit, sm autem duritiã tuã, & impenitens cor thesaurizas tibi irã in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuiq; sm opera eius. Notate uerbum illud, thesaurizas tibi irã. O rem terribilẽ, cogita peccator qd facias

nam

A nam quo plura peccata committis,eo maiorem iram tibi thesaurizas,& accumulas in Dei pectore. Cum uero minus id cogitabis misericordiæ septa frangentur,& repente erūpet,ut cū magni alicuius fluminis septa euelluntur. Quid igitur tibi fiet infœlix cum Dei ira tot dierū spatio accumulata super te cadet? O si hæc cogitaretis nec Dei longanimitate,& patiētia,qua uos expectat,abuteremini,ne in maiorem condemnationem postea mutaretur. Quēadmodum diximus,unam ex rebus, in qbus Dei elucet misericordia, esse quod minatur prius,& monet , antequam puniat:

B ita ēt una ex rebus,in quib. miseria nostra ostēditur est, q nullam ex his admonitionibus, & minis percipiamus utilitatē,ut nec

Gene. 4. percepit Cain,nec diluuij homines, neq; ge

Gene. 7. neri Loth,neq; Aegyptij. Et quāuis Deus

Gen. 19. miseriam nostram cognoscat, & eius mi-

Exo. 14. nas nos parui facere uidet, tamen non cessat solita sua mīa uti,& ita pollicetur ī hodierno Euangelio ante ultimum illud iudicium futura signa, ut moneat malos, q ea tunc uidebunt , & etiam nos,qui nunc ea futura audimus. *Erunt (inquit) signa in Sole, & Luna*. Quasi dicat, sint homines quantumlibet mali, non ideo eos monere

C desistam. Non uacat mysterio,quod cum uerum sit, Dei secreta prophetis per Spiritum sanctum alijs alia fuisse reuelata, & ita hi de passione scripserunt,illi uero nō: hi de incarnatione, illi nequaquam, & sic de alijs. Verum ultimum hoc,& terribile iudicium fuit prophetarum ferè nulli occultum,omnes descripserunt,quia nimirū uidit Deus plurimum referre, ut illud no-

Esa. 40. bis semper esset ob oculos. Et ita dixit Esaias. Nunquid non scitis? nunquid non audistis? nunquid non annuntiatum est uobis ab initio? nunquid nō intellexistis,fundamenta terræ? qui sedet super gyrum ter-

D ræ, & habitatores eius quasi locustæ, quæ in cophinis colliguntur, & mittūtur in foueam,ne lædāt terram. Hoc omne fuit ut nos deterreret,& ad nos præparandos inci

1. ad Co. 11. taret. Quia (vt Paulus ait) si nosmetipsos dijudicaremus, non utique iudicaremur. Hoc autem iudicium,quo nos ipsos iudicare debemus, cū iustitia fieri debet. Hæc enim duo necessario sunt ad animæ repa-

Psal. 96. rationem, Nam(ut ait Dauid) iustitia, & iudicium correctio sedis tuę. Dei sedes anima est,quæ si perdita,& tanquam sedes fracta strider,ut Deus sedeat in ea, necessariū A est, ut duo illi artifices , iudicium & iustitia eam resarciant. Iudicium ad intellectū pertinet, qui si inquisitionem faciat, conscientiam,quæ ita accusat inueniet. Fur es,qui alienam rem possides? Murmurator es qui proximum tuum infamia affecisti? Gulosus, carnalis,& sic de singulis? Iudicet igitur intellectus ex huius fidelissimi testis accusatione,& lata sententia,supplicium quod sibi meruisse uidebitur imponat. Adsit mox iustitia,quæ iudicatū exe- Th. c.4.

qui facere debet,quod ad uoluntatem per q.5. a.

tinet,iudicium mei intellectus me tanquā 4.

lasciuum,& carnalē condemnat, uolo igitur B

me affligere disciplina,ieiunio, cilicijs,cōdemnat me iudicium, ut furem,restituere volo aliena, & mea largiri pauperibus , & sic de alijs. Hoc enim modo Dei sedes,quę anima est,reparabitur,ut in ea diuina maiestas quiete sedere possit. Hanc ob causā

Esaias Dei nomine ait , si fuerint peccata Esa. 1.

uestra,ut coccinum, quasi nix dealbabuntur, & si fuerint rubra, quasi uermiculus,

uelut lana alba erunt, idest si erunt pecca- Tertull.

ta uestra sanguine tincta, & purpureo co- li. 4. cōt.

lore infecta, ex nigris ut antea erant, alba Martio-

fiant,ut nix. Ita hæc uerba exponit Ter- bem.

tullianus. Quo significatur secundum hu C

ius grauissimi doctoris declarationem, sanguinem uoluntarie pro Iesu Christo effusum, & lasciuientis carnis afflictionem tantæ uis esse,& efficaciæ,ut Deum placare possint,& ut ipsa peccata pulchra uideātur efficere. Non quia peccatum colorem ullum habeat, cum rectitudinis priuatio sit, sed quia causa est cur homo sanguinē effundat, & se Deo per pœnitentiam reconciliet. Hoc autem iudicium, quod tecum ipse facere debes, statim tibi faciendum est,cum nescias hodie ne, an cras uocabit te Deus ad iudicium Dicit dominus,cum

uadis cum aduersario tuo ad principē in D Mat. 5.

via,da operam liberari ab illo. Quo in loco utile nobis consilium tradit , ut nimirum dum in hac uita sumus,quæ est ueluti uia,ab aduersario nostro liberemur,antequā ad iudicis præsentiam deueniamus. Hoc accidere solet duob. litigantibus,qui sæpe antequam in forum ueniant,de componenda lite consentiunt. Aduersarius noster synderesis,est ille ratio is,& conscientiæ stimulus, qui nos perpetuo pungit, & semper nobiscum est , cum hos... ut-

A ta consentire debemus, & quod monet effi cere, vitam nostram corrigere, & tot culpa
Th 1.1. rum onera ex animo deponere. Synderesis
q. 44. & sis in intellectu est, ut ait D. Thomas, &
Seo. 1.2 Scotus Doctor subtilis. Et est scintilla ani
d. 39. mæ uiua, quę semper hortatur ad bonum: & quia malus in hac uita semper huic synderesi repugnat, uoluit Deus æquissim⁹, vt hæc synderesis, quæ in hoc mundo nos inclinabat ad bonum, in alia uita tanquam tortor crudelissimus nos torqueat, qui ver
Esa. 66. mis remordens appellatur. De quo Esaias uermis eorum non morietur. Et ideo (ait Dominus) dū sumus in uia, ut demus ope
B ram, cum hoc aduersario transigere, & ad-
Matt. 5. dit cām ne forte trahat te ad iudicem Vbi illud, ne forte, significat certè, & absq; ulla dubitatione: ut, Ne mittas margaritas an-
Matt. 7. te porcos, ne forte conculcent eas. Nulla enim dubitatio est, quod cōculcabūt. Qd autem inferius ait: quod iudex eijci te iubebit in carcerē ē quo non exibis, donec nouissimum minutum reddas, illud donec, non significat, φ aliquando exibis, ut alibi dicitur: coruus nō est reuersus donec
Gene. 8. siccarentur aquæ, & tamen nunquam est
Ps. 119. reuersus. Et alio in loco, sede a dextris
Ps. 72. meis donec ponam inimicos tuos scabel-
C lum pedum tuorum, non significat quod post gentium conuersionem ad Christi fidem non sedebit Christus ad dexteram patris, sed φ perpetuo sedebit. Et iterū, orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferat luna. Nunq̄.n. auferetur de cęlo luna, & ita illud donec, perpetuitatem significat. Diuinum profectò, & cæleste consilium, quo utimini fratres charissimi per reuerentiam illius Domini, qui illud tanto cum amore, & salutis nostræ desiderio dedit. Cogitate, quod nisi nunc in uia cum aduersario transigitis, nullum
Rom. 3. postea coram principe remedium erit. Au
D dite quid de hoc cælesti principe D. Paulus dicat, quem (inquit) proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ pp re missionem præcedentium delictorum, in sustentatione Dei, ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tēpore. O verba suauissima, & ignea ut amoris uiscerib. & gratiarū actio-ne excipiantur, ut quib. D Paulus, qđ un a er rebus, in quibus potissimum Dei iusti-tia cō sistit, est, peccata ignoscere, & hoīe s sanctificare, iustitia enim virtus est, quæ suum unicuique tribuit. Iustitię species vi A
detur esse, ut ignis calefaciat, nix refrigeret, quia operationes sunt, quæ horum naturæ debentur. Cum autem sit natura Dei Simile.
pijssima, æquum est, ut peccata ignoscat. Et quemadmodum agētium naturalium vis, nulla in re magis cognoscitur, quam cum aliam in se ipsa conuertunt, ita infinita Dei iustitia cognoscitur plurimum, cū peccatores in bonitatis suæ similitudinē conuertit, ut ignis uis ex ligno ignem efficit. Et ideo peccatorum iustificationem uocat D. Paulus diuinæ iustitiæ ostensionem, & ita dum uiuimus in seipso Deus iustitiam exercet, post mortem exercebit B
in nobis. Quare addidit, in hoc tempore, quia nunc Deus efficit quod eius bonitas iustissime petit, & ideo hoc est bonitati ipsi iustitiā facere, postea uero id quod malitia nostra merebitur faciet. Quamobrem plurimum nobis referr in hoc tēpore hac opportunitate uti, quia (ut ait Sanct⁹ Dio S. Dion.
nysius) quod angelis fuit casus, & obstina- li. de di-
tio, hoc hominibus pessimis est mors, ne ui. no.
postea à peccato recedere possint. Quare Hier. 17
verba illa, quæ scripsit Hieremias exaggerationis causa, peccatum Iudæ scriptum est in ungue adamantino, stylo ferreo, illis conuenire optime videntur, qui in pec- C
cato moriuntur, & hoc est mysterium il- Ioan. 8.
lud, cur cum adduxerunt ad Christum Re Glo. ibi.
demptorem nostrum adulteram, ipse digito scribebat in terram, ibi enim eorū, qui aderant peccata scripsit, ut glossa ait. Ea autem in terram scribere uoluit, ut significaret quantum huius temporis peccata differant ab ijs, in quibus moriemur. Nā quemadmodum quod in terra scribitur, minimo quoque uento tegitur, ut non appareat, ita peccata, quæ nunc habemus in Psal. 31.
anima, contritionis & pęnitentiæ actu (ut par est) qualificato teguntur. Et ideo dixit Dauid de ueris pœnitentibus, beati quo- D
rum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Verum post mortem scripta peccata sunt in ungue adamantino, & stylo ferreo, quia nunquam deleri Eccl. 12
poterunt. Quam ob causam monet nos Spiritus sanctus dicēs, memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequā ueniat tempus afflictionis tuæ, quando tenebrescent videntes per foramina, quando ibit homo in domum æternitatis suæ, antequam conteratur hydria, & confringa-
tur

tur rota super cisternam: Seruias Deo frater in iuuentute tua (ait Spiritus Sāctus,) magna omnino esset impudentia, siquis regem inuitaret piscium spinis corrosis, carnium ossib. & pomorum corticib. quæ omnia stomachum illi mouerēt ad nomirū. At quid aliud est defatigata senectus, nisi adolescentiæ spina? os corrosum cortex putridus? & uis tu o peccator Sathanæ in iuuentute tua seruire, ut postea Deo in senectute seruias? magna omnino impudentia est. Offer, offer Deo infinitæ maiestatis, ætatis tuæ optimum, & illi mature seruias. Videntes per foramina sunt animę potentiæ, quæ uident nunc per foramina, idest, per bona, & mala, quæ in hac uita recipimus. Cum magnum aliquod uobis solatium succedit, & gaudium, foramen illud est, per quod anima cęli bona & gaudia considerare debet dicens si hæc momentanea, & corporalia gaudia ita delectant, quid cœlestia facient, & æterna cū aliquid aduersi succedit, foramen est per quod anima inferni tormenta considerare debet, dicens, si hic labor, & dolor tam paruus, tam breuis, uidetur tam durus, & difficilis ad tolerandum, hæc, quam dura quan que difficilia æterna inferni tormēta uidebuntur? igitur ante quam tenebrescant uidentes per foramina conuertere ad Deum. Quando autem tenebrescent? certe in morte. O quam confusæ, & attonitæ tunc erūt animæ nostræ potentiæ, cogitantes post horam aut dimidiam duarum sortium tā inæqualium, unam esse recepturas, pœnā, aut gloriam æternam. O Deus immutabilis, quomodo hæc cogitantes non contremiscimus, ait præterea, quando ibit homo in domum ęternitatis suæ. Ait suæ quia boni aut mali æternitas, quam in alia uita habituri sumus, nostra est, quia nostris debetur operibus. Hæ sunt duę illę ciuitates, quas Diuus Augustinus ait, duos amores efficere, Duo amores fecerunt duas ciuitates, amor Dei usquę ad contemptum sui fecit ciuitatem cęlestem, & amor sui, usque ad contemptum Dei fecit ciuitatem infernalem. Specta igitur quis nam amor est tuorum operum finis, & quā primum remedium adhibe, antequam conteratur hydria, & confringatur rota super cisternam. Hic mundus cisterna appellatur, non fons, quia uoluptates, honores, & cętera huius mundi bona, sunt tanquam aquæ cisternæ quæ breui consumuntur, omnes aquæ sunt mortuæ, & corruptæ, quæ nunc uento, nunc calore siccantur. Est quis diues, & prosperus uanæ gloriæ, & ambitionis aura inflatus, magnos sumptus facere cœpit, breui diuitiæ exhauriuntur. Quid huius cisternæ aquam exsiccauit? uanitatis, & superbiæ uentus. Alius auaritiæ calore, & desiderio acquirendi correptus, pluribus se negocijs implicare uoluit defecerūt ij quib. cum negociabatur, & amisit omnia. Quid cisternæ huius aquā exhausit? nimius capiditatis calor. Videtis igitur quam proprie uocetur mundus cisterna. Rota uero homo est, qui tanquam rota nunc lætus, nunc tristis, nunc sanus, nunc infirmus, nunc pauper, nunc diues circumagitur. Hydria uero e fragili luto, corpus hoc est, hac hydria, & hoc luteo uase homo tanquam noriæ rota ex mundi cisterna uoluptatum, & uanitatum aquas haurit. Omne enim quo hic fruimur, corpore hoc m[?] serab [?] & infœlici colligitur. Igitur antequam morte hydria confringatur & rota creatoris nostri prius recordemur necesse est. O fratres mei ullā ne nobis utilitatem hæc, quæ dic. mus allatura sunt quæ non solum carnea, & humana corda, sed lapides prope ipsos mouere posse uidentur? Cauete obsecro uos, ne uerba ista tortores uestri aliquando fiant, ita ut quo plura audistis, eo etiam plura sint futura tormenta. Hoc ut uobis persuadeam, agit hoc loco Deus de signis quæ eius ad uentum præcessura sunt dicens *Erūt signa in Sole & Luna*. Erunt, ut ait B. Bonauentura signa quam terribilis secundus eius aduentus futurus sit, quandoquidem tam timenda signa præcedunt. Erunt tāquam admonitio, quæ condemnationem præcedant. Quemadmodum in cœli tempestati bus ante horribilem illius diei tempestatem antequam tonet fulgura uidemus ita antequam tonitruum diuinæ sententiæ audiatur, hæc signa tanquam fulgura spectabuntur.

Erunt signa in Sole, & Luna. O Deus infinitæ misericordię quid nam inte Sol, Luna, & planetæ alij peccauerunt, ut eos punire uelis, & sua illos luce, & pulchritudine priuare? Non. n. ideo peccauerunt, quia peccatoribus inseruierunt, ut nimirum intelligatis quanto odio Deus persequatur peccatum, cum non solum peccatorem

Margin notes: A; B; C; D; A (right); Simile; B (right); C (right); Bon. 14; D (right); D. Augu. li. 14. de ciu. Dei c. 28.

puniat, sed ea etiam, quæ peccato seruiebant, quamuis insensibilia sint. Cum Holofernes uicisset terram Madian, descendit in campos Damasci in diebus messis, & succendit omnia sata, omnesque arbores, & uineas fecit incidi, & cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram, ita omnia destruet, & euertet Deus, malos, ut se conuertant deterrês. In regis Pharaonis figura minatur Deus quam eo dic stragẽ facturus sit, his uerbis. Et operiam cum extinctus fueris, cælos, & nigrescere faciam stellam eius, solem nube tegam, & luna non dabit lumen suum, omnia lumi naria cęli mœrere faciam, & dabo tenebras super terram tuam, dicit dominus. O infœlix peccator omnia tua causa plorant, tu uero durus tuique oblitus non ploras?

A Judit. 8. Eze. 32. B

Erunt signa in Sole, & Luna. Imitabitur Deus medicum, qui cum videt infirmum regulæ quam illi perscripsit, obtemperare nolle, sed quicquid libet quamuis noceat comedere uelle, comedat (inquit) & moriatur. Venit Christus redemptor noster in hunc mundum, tanquam lux quæ illuminat omnem hominem, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Quare dixit Deus, ita tenebras, & peccata amatis; His tamen cibis quanuis noceant, delectamini: Moriantur igitur lucidissimæ omnium creaturæ in tenebras, satiate uos tenebris, & cum illis moriamini, quando quidem tantopere illas amatis. *Et in terris pressura gentium* Ideo B. Bernard. ait: O quam angustę erunt tunc uię reproborum quo fugiet tunc miser peccator? non enim poterit ascendere sursum, quia ibi erit iudex iratus, de cuius ore procedit gladius bis acutus, nec a dextris, quia ibi sunt peccata eum accusantia, nec a sinistris, quia ibi sunt dęmones eum accusantes, neq; intra se, quia ibi erit uermis conscientiæ remordax. Sed quid mirũ ita peccatores timere *Nam & uirtutes cælorum mouebũtur.* ait dñs, angeli ipsi reuerentiæ quodam timore contremiscent, tanquam filius dilectus, qui cum patrem iratum uideat seruos uirga punire, quamuis certo scit, q; se non magis quam pupillã oculi tãget, tamen deterritus tremit. Tunc tubę sonus excitabit omnes. Et ut ait D. Ioannes. Et dedit mare mortuos, qui in eo erant, & mors, & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant. Quid tunc erit uidere mare, & terram, tot mortuorum corpora parere, & tot nationum exercitus undiq; ex diuersis orbis terrarum partibus in unum eundemq; locum concurrere. Stabunt ibi potentes q hic tanta cum pompa, & tam inflati steterunt, in magna humilitate & confusione. Oculi (inquit Isaias,) sublimis hominis humiliati sunt, & incuruabit altitudo uirorum, exaltabitur autem dominus solus in die illa, quia dies domini exercituum super omnem superbum, & super omnem arrogantem, & super omnes cedros Libani, & super omnes quercus Basan, & super omnes montes excelsos, quibus omnib. uaria peccatorum genera significantur.

Simile. C Ioan. 3. D. Bern. Simile. Apo. 20 A Isa. 2. B

Et tunc uidebunt filium hominis cũ potestate magna, & maiestate. Malorũ nullus Christi redemptoris nostri diuinitatem uidebit. Quia ut ait B. Augu. Oculi eorum erũt improportionati, sed gloriosam eius humanitatem uidebunt, ex quo magno afficientur dolore, quia oculus infirmus magnũ lumen uidendo offenditur. Et præterea quia tunc diuina præsentia sua luce omnes eorum malitiæ patefient, & minimæ quæque cogitationes. O quot tunc mala inuenientur, quæ hic bona uidentur. Acceditis ad frumenti aceruũ; qui in area est, & cũ cribrare incipitis nihil exit præter paleam, acceditis ad alium, & exit frumentum absque ulla palea, cum eo die opera nostra diuinę iustitiæ cribro decutientur, palea ne an frumentum exibit. Cum sacerdotis, religiosi, iudicis, prælati, prædicatores munus, cum ieiunia, eleemosynæ, orationes nostrę, eo diuino cribro purgabuntur, palea exibit e multis, quia omnia uanitatis plena fuerunt, ex alijs autem frumentum, qui solũ Deum tanquam finem in suis actionibus habuerunt.

Aug. li. 2. de Tri. c. pen. Simile. D

Videbunt filium hominis O Christe, animarum sponte suauissime cur cum diabolo pugnaturus tanquam agnus uenisti, nunc uero hominem iudicaturus tanquã Leo uenis iratus? contra diabolum uenisti inermis, & nudus, contra hominem uenis cum potestate, & maiestate magna. Similem omnino rem narrat sacra scriptura de Dauid, qui cum Gigante Goliath pugnaturus arma deposuit, & tanquam pastor pugnauit, & uicit inermis cum uero ulcisci uoluit Nabal Carmelum, qui rusticus erat armatus, & cum magno suorũ exercitu profectus est. Figura hæc fuit eius quod

D 1. Re. 25

A quod Iesus Christus R. N. facturus erat nam in primo aduentu venit, vt culpas redimeret, & pro ijs labores subiret, & mortem, & ideo ita venit, vt pati possit. Sed in eo iudicij die in quo culparum rationem exacturus est, vigore, & seueritate indutus adueniet. Pauperem & humilem in priori aduentu venisse artificium fuit, vt diabolum fallendo vinceret, vt canit Ecclesia, ars vt artem falleret, & medelam ferret inde, hostis vnde læserat. Et præterea, quia in priori aduentu venit noster, in secūdo autem veniet suus. Et ideo tunc, cum noster venit, more nostro venire voluit, sese
B miseriæ nostræ accommodans, cum verò veniet suus, more suo veniet cum potestate magna & maiestate. Ibi clamabunt angeli, & iusti dicentes, exaltare qui iudicas terram, redde retributionem superbis, i. cōculca domine hos malos, qui seruos tuos in mundo ita cōculcabant. Hoc illud est, quod dicitur. Stabunt iusti in magna constātia aduersus eos, qui se angustiauerunt.
Sap. 5. Idem Moyses qui Deum aliquando rogabat, vt plagas a Pharaone auerteret, vt patet in pluribus locis Exodi, cum eum verò obstinatum videt, idem extendit virgam, vt eū Deus eiusq. exercitum maris fluctibus mergeret. Quemadmodum pater, qui
C
Simile. postea quam filium virga puniuit, vt ei blandiatur, accipe (inquit) fili mi hanc virgam, & proijce in ignem, ita etiam Deus iustos in hoc mundo malis tanquā virga verberauit, tunc vero eis has virgas tradet vt in ignem proijciant per approbationē sententiæ. Tunc bonos pio & hilari vultu respiciens, suauissima illa verba dicet. Venite benedicti Patris mei, &c. O verbū be
Mat. 25 nedictum. O inuitatorium gloriosum, ò beatos illos, qui hanc vocationē audituri sunt esuriui. n. &c. O quam salutaris est cō
D munis illa D Ambrosij sententia, sola mi-
Ambro. sententia. sericordia comes est defunctorum. Nec solum comes erit in iudicio, verum ēt in hora mortis. Certum est, quotquot hic sumus, ex hac misera vita cito esse migraturos, in quo discessu desertos nos inueniemus, & solos: Rex, an Papa, & totius orbis monarcha sis nihil refert, solus in eo itinere profecturus es, non te comitabunt serui non amici, non affines, non dilecti filij, non charissima vxor, non diuitiæ, quas tanto labore acquisisti. Omnis huius vitæ pompa cadauer tuum ad sepulchrū vsque comitabitur, tua vero anima sola sine vllo
A comitatu ibit, vt prætericæ vitæ diuino iudici rationē reddat, quæ erit potentiū admiratio, qui horror, qui tanta seruorū turba in hac vita incedebant, cum se in horribili illa regione solos videbūt? in tāta igif solitudine sola misericordia comes erit, & alia bona opera. Et ita cœli illa vox dixit. Opera. n. illorum sequuntur illos. Hæc nō Apo. 14 solum sequentur, verum ēt defendent, & pro te intercedent, non res, quas tāta cum solicitudine accumulasti, sed quas cū pietate distribuisti. Si contra te cōsurget dæ- Ecc. 29. mones, audi, quid dicat Spiritus sanctus. B Super scutum potentis, & super lanceam aduersus inimicum tuum, ipsa pugnauit. Quis tam durus, & sibi ipsi inimicus erit, Mat. 25 qui sese optimis his socijs munire non cogitet, qui tam vtiles eo die futuri sunt? & quoniā malos illis destitutos videbit, irato vultu, & horribili voce clamabit. Discedite a me maledicti in ignē æternū. O æqsl- Apo. 18 sime iudex, cur ais ęternū? Repugnare hoc vr illi finir, quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantū date illi tormentum, & luctū. Ergo si delectatio tēporalis fuit, cur pœna æterna? nunq d iniquus est Deus, qui infert iram, i. pœnam æternam? Absit (in- C quit) D. Pau. Sed notandum est, q sicut ci- Rom. 3 bi nisi stomachi calore decoquuntur, aut Simile. vomuntur, mortales solēt in corpore morbos generare, ita etiam peccata, quæ cibi sunt pessimi animarum, nisi in conscientiæ stomacho pænitentiæ calore digeruntur, nec confessione vomuntur, cruda in anima ppetuo, & indigesta remanēt. Quare pœna illis similis debet esse, & quia illa æternaliter ibi manent, pœna quoque debet esse æterna. Hæc illa est admiranda redemptoris nostri sententia. Si cœci essetis nō haberetis peccatum, nunc vero dicitis quia videmus, peccatū vestrum manet. D Quomodo manet? Manet, quia nunquā Ioā. 19. pænitentiam egerunt. Ideo de peccatore Psal. 48. dicitur, non dabit Deo placationem suā, & pretium redemptionis animæ suæ, & laborabit in æternum. Quemadmodū illa quæ seruātur, similem sibi fructum afferūt, triticum triticum, hordeum, hordeū, & sic de singulis, ita etiam ait D. Paulus. Quæ seminauerit homo, hæc & metet. Gala. 6. quoniam si seminat in carne sua, de carne metet corruptionem, qui aut seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.

A Quare? quia mala hæc peccatorũ semina, perpetuo in anima manent: ideo perpetuò ex illis pœnę fructus colligendus est, vt in sti ex virtutib. gloriæ fructus perpetuo col
Mat. 25 ligent Esuriui.n.& non dedistis mihi mãducare. Quomodo dñe homicidiorum, adulteriorum, furtorum non recordaris? O incomprehẽsibilia iudicia Dei, vt signi ficaret, q̃ si homines pij essent, & misericordes cum proximis suis, hac ratione se se ad aliorum peccatorum pœnitentiã disponerent, ideo operũ misericordiæ tantũ mentionem facit. Et præterea vt significaret, si ignis detur æternus illis, q̃ esurienti
B pauperi cibũ non præbent, q̃d ijs debebitur, qui eos expilãt, & tot iniurijs afficiũt?
Mat. 25 Quid alijs qui alia maiora peccata committunt? Cõcludit D. Mat. dicens, & ibũt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Meministis ne nomina, & cognomina, & titulos, quib. potentes mũdus honorat, quãuis mali sint, videte hic quo nomine Spũs Sanctus appellet, ibunt hi. Vix habet mundus nomen, quo plus aliquem paruifaciat, quam cum appellat, hunc, hoc nomine ibi Deus malos dedecorat. Quo, ò Domine, nõne erũt ibi Re-
C ges, Pontifices, Imperatores? cur ais, ibunt hi? Quia nimirum corã Deo mali, titulo, & nomine carent, quamuis Reges sint. Bonos autem quos mundus stultos, reipubli cæ perturbatores, & hypocritas vocat hos appellat dñs benedictos, & honorat dicẽs. Iusti autem in vitam æternam: Intellexistis fratres charissimi hæc omnia? audistis quis bonorum, & malorum finis futurus sit? Quos igitur sequi vultis? plurimum ne vobis referre videtur vitia deserere, & virtutum exercitatione serio aggredi? decernite hoc aliquando per Christi crucifixi viscera, vt omnes tantæ maiestatis iudicem præueniamus, & præoccupemus faciem
D eius in cõfessione peccatorum. Ploremus nunc, ne perpetuo plorandum sit. Nolite vobis parcere, vt parcat Deus. Oportet.n. vel pænitere, vel in æternum ardere. Sed heu, heu, heu, quã securi, & sine vllo timore, hæc audimus, ac si res nostra nõ ageretur, vel ac si fabulæ essent, & nunquã dies ille venturus sit. Cum tamen perorauerit dominus dicens. Cœlũ & terra transibunt verba autem mea non transibunt, quare merito hæc die Ecclesia Sancta eam Diui Pauli epistolam proponit, in qua nos hortatur dicens, Fratres, hora iam est nos de A somno surgere. Quis nam hæc audiens iacere in somno potest? Surgendi iam tempus est, & pœnitentiam agendã, vt dominus parcat, & suam nobis gratiam largiatur, qua acquiritur gloria. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

IN FESTO SANCTI Andreæ,

Concio Prima.

Ambulãs Iesus iuxta mare Galileæ vidit duos fratres, etc. Mat. 4.

De diuina sapientia dr̃, attingit a fine vsq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Quo significatur, quod Sap. 8. quis diuina sapientia potentissima sit, nullam tamen reb. vim infert, sed regit, & disponit omnia suauiter. Cęlestis doctrinę scholã instituit, & ad eã mun di magistros vocauit Dionysiũ, Augustinum, Cyprianũ, Iustinũ, & qui mendacio- C rum, & vanitatũ doctores fuerant, vt veritatis & virtutis essent, effecit. Negotiationẽ fecit spiritualem, & actorẽ suũ mundi mercatorem esse voluit Frãciscũ. Ratiocinatore egebat, vt suæ genealogiæ temporalis parẽtes numeraret, & virtutes, quib. cælestis beatitudo acquiritur, recenserentur, Matthæum vocauit hominem ratioci nandi peritum. Patientiæ incudem facere Simile. voluit, & quemadmodum in fabri ferrarij officina ex malleo sæpe fit incus, ita Saulum vocauit, qui cum malleus esset, quĩ Sanctos torquebat, ac percutiebat, ex mal D leo, patiẽtiæ incus Ecclesię fieret. Et ita cũ diceret Ananias, domine, audiui a multis Act. 9. de viro hoc quanta mala fecerit sanctis tuis in Hierusalem, Rñdit dominus: Ego ostendã illi, quãta oporteat eum pro noĩe meo pati, q.d. Si hucusq; malleus fuit, sanctorũ tortor, posthac patientiæ incudẽ efficiam. Piscari voluit aĩas, pisciũ vocauit piscatores. Sciebat.n. quanta cum cura, & patientia triũ, aut quatuor minutorum pisce piscant. Ex quo intelligitur quanta cura, & patientia piscatorib. hominum, qui tan-

A tanti precij sunt necessaria sit. Videtis igitur quanta cum suauitate diuina sapientia regit omnia, nec suas hominibus artes eripit, sed potius perficit. Est etiam animaduersione dignum, quod idem Dominus, cum Deus sit, qui lapides filios Abraham facere potest, & ignorantibus scientiam, & sapientiam largiri, tamen ad diuersa offi-

Ephe. 4. cia diuersos elegit homines. Ita Diuus Paulus affirmat, dicens: Et ipse dedit quosdam Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios autem pastores, & doctores, ad consummationem sanctorum in ædificationem corporis Christi. Et hos aliquam

B humanorum rerum experientiam habere uoluit, ut inde ad spiritualia duceret. At non ita nunc mundi Reges, & Principes facere solent, sed illi quem plus amant, omnia imponunt officia, ac si hominum esset inopia Et ita homini literato, qui nihil scit, nisi libros suos uoluitare, & legere belli, aut pecuniæ administrationem tradunt, cuius nullum habet usum, & experientiam, ac si esset illa, quæ in chartarum ludo appellatur, *Malilla*, quam nunc Regem, nunc equum ut libet faciunt Eques si robustus est, & fortis, una quidem lācea pugnare optime poterit, duabus uero ni-

C hil faciet, & multo minus tribus. Scriptor quamuis scribendi arte præstet, uno tantum calamo scribere potest, & si duobus scribere uellet, aut tribus, deleret unus, quod scriberet alter. Est preterea notandū quod ipsemet Dominus elegit, & uocauit homines istos, ut eius essēt ministri, & nō

Gal. 1. per aliam personam. Quod etiam D. Paulus notauit de seipso dicens. Paulus Apostolus non ab hominibus, neque per homines, sed per Iesum Christum, & Deum patrem qui suscitauit eum a mortuis, & alus in uerbis paulo ante citatis dixit, & ipse dedit quosdā apostolos, &c. Vbi plu-

D rimum ponderandę sunt duæ illæ dictiones & ipse, quæ magnam, uim habent, &

Ephe. 4. emphasim. Quia, cum dixisset Diuus Paulus de ineffabili Iesu Christi redemptoris nostri excellentia illis uerbis, qui descēdit ipse est, & qui ascēdit super omnes cælos, ut adimpleret omnia, subdidit statim, & ipse dedit quosdam apostolos, &c. Quasi diceret cum esset tantæ excellentiæ, ipse tamen ministros suos, & seruos uocauit & sua illis ministeria distribuit. Scire ne optatis causā, cur Reges & alii Principes malos sæpissime seruos, & ministros habent? Causa est, quia eorum plures aliena sub tectura, qui eos a quibus aluntur in regum loco habent, iis tantum seruiunt, eos uenerantur, & colūt, quia eis illuc aditum præbuerunt, domestici enim Regum & familiares nōn hoc tantum contenti sunt familiares esse, sed cæteros quoque per seipsos uolunt admitti, & ita plures ab his, quam ab ipsis regibus ad officia uocantur & eliguntur. A

Notandum præterea est, quod hos apostolos inuenit Dominus, alios quidem piscātes, alios autem reficientes retia (ut ait sanctum Euangeliū.) *Vidit Iesus Simonem & Andreā mittētes retia in mare, & Iacobum & Ioannem fratrem eius reficientes retia sua*: B Nunc uero si oculos ad aliq̄ Christianorum rempublicam conuertitis, omnes fere uidebitis piscantes, nemo reficit retia, & quamuis in republica plurimæ sint fracturę, uix tamen est, qui resarcire uelit, & tot malorum, quæ in ea sunt, minori saltem remedium aliquod afferre, hoc etiam suis temporibus Diuus Paulus deplorabat, quia omnes (inquit) quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Phil. 2. *O ualame la beatissima Trinidad*, quæ miseria est, tot ac tam uarios piscatores in mundi huius C mari uidere, hi diuitias, illi honores, hi uoluptates; illi dignitates, hi beneficia & prælaturas, illi principum familiaritatis piscātur, & propter hæc omnia admirationem patit, quot sint retium genera, fallaciæ, mendacia, assentationes, munera, hypocrisis. Quot retia tendit auarus, ut proximi sui pecuniam capiat? cum uenisset Esau Gen. 25 de agro lassus a fratre Iacob petiit, ut sibi aliquid daret, quo se reficeret, cui cum diceret Iacob, uende mihi primogenita tua, respōdit. Eu morior, quid mihi proderunt primogenita? & ita lentis edulio, sua ab illo primogenita emit, qui quamuis in hoc D non peccauit, cum sciret Dei sententiam, quia illis uerbis, seruiet maior minori, dixerat, sua esse primogenita, & ea posse se quoquo modo acquirere. Quemadmodū neque Hebræi peccauerunt cum spoliauerunt Aegyptios, quia eā omnia illis Aegy- Exo. 12 ptii debebant. Vos tamen grauissime peccatis, qui cum proximum uestrum necessitate compulsum uidetis, dicitis uēde uineam, aut possessionem minoris precii, si meas uis lentes, comedere. Ita ne; Vineam

illi

A illi eripitis? at diabolus animã uobis (quod peius est) eripiet. O infœlices qui odoratis pleni, & sericis uestibus uestitu superbe incedítis, quas si quis premeret, pauperum (credo) sanguinem eliceret. nec cogites miser fentes tantum uendidisse, sed animam etiam, & uitam ipsam sæpissime uendidisti, ut affirmat Spiritus sanctus, dicés a
Eccl. 10 uaro autem nihil est scelestius. Quid superbis terra & cinis? nihil est iniquius, quam amare pecuniam, hic enim, & animam suam uenalem habet quoniam in uita sua proiecit intima sua. Vide ut eo loco Deus auarum quodammodo depingat, qui animam suam in manu uenalem habeat, ut
B minimo quoque pretio uẽdat. Vbi auaritia regnat, nulla est conscientia, & ideo nihil scelestius. Auarus raro ad senectutem peruenit, quia sese lucri desiderio torquet ac macerat. Et hoc significat, in uita sua proiecit intima sua, tanquam sese euisceret. At quid dicam de ambitiosorum retibus, ut dignitates, & officia cõsequantur? uix iam est, qui obtineat dignitatem nisi eam sibi negotietur, & ambiat. Ait Diuus
Apo. 13 Joannes uidisse se belluam de terra ascendentem, cuius tanta erat potentia, ut factura esset, ne quis posset emere, aut uendere, nisi qui haberet characterem bestiæ. Et
C ait Apostolus, hic est patientia, & fides sãctorum. Bellua ambitio est, quæ iam ita dominatur, ut qui se illi non subiiciat, uix uiuere possit, & ideo magnam habeant fidem, & patientiam sancti necesse est, ne affligantur, & doleãt, dum uident prauos hominum, corruptosque mores. De his
Isa. 59. omnibus dicere possumus illud Isaiæ, telas araneæ texuerunt. In araneæ omnes peccatores repræsentantur, superbus significatur, quia aranea caput habet paruum,
Simile. pedes autem longos, & plures. Solet autẽ e suorum uiscerum filis suspensa incedere, ita superbus, qui paruo est capite, idest
D parum sapit, & tamen plurima habet, & longa imperãdi desideria, & semper e suorum negotiorum, & prætensionum filis suspensus incedit. De apibus refert Plinius: nihil eis plus nocere, quam si ad eas aranea ingressa suas ibi telas texat, eas enim suo ueneno corrumpit, apum uas est capitulum, consistorum, monasterium, ubi boni tanquam apes conueniunt, ut mel fabricentur, dest ut cœlestibus & diuinis rebus occupentur, & aliis ad rempublicam pertinentibus, quo si superbus, aut ambi- A tiosus ingrediatur, omnes ueneno inficit, & negotiorum suorũ telis perturbat. Inuidus quoque in aranea significatur, quæ sese, ut texat euiscerat, & consumit, ita etiam inuidus sua propria consumitur, & maceratur inuidia. Iratum etiam repræsentat, quia ut aranea ore uenenum expuit, ita iratus ore uenenosa uerba in proximos suos uomit. Auarum quoque, quia ut aranea tenuissimos, & subtilissimos filos texit, ita auarus subtilia machinatur artificia, & acutas excogitat inuentiones, vt proximos fallat. Gulosum itidem repræsentat, & sensualem, quia ut tota venter est B & ore texit, & præterea animal est sordidissimum, ita & gulosus totus venter est, omnis eius actio, & loquutio est comedere, & bibere, & hinc sordes, & sensualis turpitudo nascitur. Accidiosum etiam, & pigrum repræsentat, quia ut aranea sua ipsius tela capta remanet, & in ea dum sedet uita insumitur, ita accidiosus suis ipsius peccatis remanet irretitus, & in iis vique ad mortem hærens, sese iis explicare non curat. Itaque de singulis peccatoribus, & omnibus simul dici potest, telas araneæ texuerunt, araneæ enim sunt, & tanquam araneæ texunt, eorum retia nihil C aliud præter quam muscas, idest mundi uanitates uenantur, & captant. Quanto cum dolore de hoc querebatur Dauid, dicens. Psal. 4.
Filij hominum usquequo graui corde? ut quid diligitis uanitatem, & quæritis mendacium? ait, filij hominum, significans, quod si bestiarum filij essemus, quæ nihil aliud cogitare debent quam nasci, & mori, mirum non esset, res humanas, & terrenas tanta cũ solicitudine quærere, cum nihil in futura uita expectent, & sperent. Sed D. Hieronymus transtulit Hebræo, filij inclyti mei, usquequo ignominiose diligitis uanitatem? quæ maior exaggeratio D est, creaturas tam illustres res, tam uiles, tanta cum ignominia quærere. Cum igitur omnes piscando sint occupati uix qui in reficiendo retia occupetur inuenies, quod parui omnino in Deum amoris indicium est, cum tam negligentes in eius honoris defensione simus & cum tot fracturæ (ut dixi) sint, tot mala, tot scelera, tot tyrannides in Christianorum republica, nemo resarcire, nemo remedium afferre cogitat. Gentium historiæ narrant, Cræsum Lidiæ

Regem

A Regem filium habuisse, qui mutus natus erat. Cumque pater aduersus Syriæ Regẽ proficisceretur, sustulit in pugna miles dextram, ut Crœsum ferro percuteret, quem cum filius vidisset, qui patrem comitabatur, linguæ solutis impedimentis edere cœpit uoces, & clamare, ò homo caue, ne regem Crœsum occidas. Res omnino admirabilis, amoris uim linguæ impedimenta tollere potuisse, nos uero qui quotidie homines suas manus uidemus extollere, vt parentẽ nostrum cælestem tot iniurijs afficiant, & illius filium eius Iesum Christum iterum cruc figere, muti tamen aspicimus
B neque saltem vt eos lingua deterreamus, in verba prorumpimus, quāuis enim muti vere essemus, verus amor linguæ impedimenta solueret, ita ut zelo saltem proximis nostris diceremus, cauete, cauete, nolite parẽtem nostrum cui tantum debemus offendere. Quanto magis cum muti non simus, & unusquisq; proximum monere tam facile possit? Vnum ex potissimis mediis, ut Deus defensor noster fit, & protector, est eius honoris defensores, & propugnatores esse. Vt Ezechias fecit cum Sennacherib & seruorũ eius blasphemias audisset, quā postea Deus ultus est. Misit n.
C angelum suum, qui percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia hominum. Quo zelo in honore Regis
4.Re 9. fui Dauid turbatur Absai, qui cū illi maledici audiret, quare (inquit) maledicet canis hic moriturus domino meo Regi? Vadam, & amputabo caput eius. Cur igitur nos non eundem animum in Dei iniurijs ostendimus? Cur non dolemus cum eum offendi uidemus? Postquam Dux Iudas
2.Re.16
Mac. 15 Machabeus exercitum suum ad pugnam sanctis admonitionib. hortatus esset, cum iam pugnaturus esset (ait sacra scriptura) statuerunt dimicare fortiter, eo quod ciuitas sancta, & templũ periclitarentur. Erat
D enim pro uxoribus, filiis itemq; pro fratribus, & cognatis minor solicitudo. Maximus autem pro sanctitate timor erat templi. Hæc omnia exempla paruum nostrorum temporum zelum reprehendunt, & accusant. Quod quamuis in omnibus reprehensione dignum est: multo magis in prælatis in gubernatoribus, in iudicib. repræhendendũ est, quorum munus est rei publicæ fracturas resarcire. Vna autẽ ex rebus, quib. mederi præcipue debent, est diuitũ, & potentium in pauperes tyrannis, & uiolentia. Cũ loqueretur Dauid de eo, quod
A Psal.71 Messias facturus erat in mundo, normam posuit, ad quam se dirigere debent iij omnes, qui alijs præsunt cælestis illius præsidis, & iudicis imitatione Deus (inquit) iu
Psal.71. dicium tuũ regi da. Ad quid? Respōdet, iudicare populũ tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio, in quo autem hāc cum pauperib. iustitiam seruare debet? In hoc, quia liberauit pauperem a potente, & pauperem, cui non erat adiutor. Parcet pauperi, & inopi, & animas pauperum saluas faciet. Ex usuris, & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum
B corā illo. Vbi quatuor ponit, quibus omnia continentur, quæ cum pauperibus præstari possunt. Primũ est, ut cum diues pauperem uorare vult, pauperi sinceritas & adeo auxil[illegible] potente. Secũdũ est parcet [illegible] Hodie [illegible] gibus pauperes [illegible] cuntur, at nō ita fieri debet, sed si frangi al quando debent, in pauperum potius, quam diuitum fauorem frangendæ sunt. Tertium est, ex usuris, & iniquitate redimet animas eorũ. Tu quoque curare debes, ut eos ex omni uexatione iniqua, & insulta tributorũ, &
C onerum impositione, quib. quotidie affliguntur defendas. Quartum est honorabile nomen eorum coram illo, at nimirum si pauper a te aliquid petat, citius expedias quam diuitẽ. In Hebræo, loco, honorabile nomen eorum, sic habetur, preciosus sanguis eorum corā illo. Sed heu, heu, contrarium omnino hodie fit. Siquis mortè damnatur pauper est, diues autem quāuis ea dignus sit pecunia liberatur.

Est etiam, in hoc euangelio notandum Christum redemptorẽ nostrum Ecclesiā suam fundasse in duab. fraternitatib. Nā D. Petrus, & D. Andreas fratres erant D.
Exo. 18 Ioannes, & Iacobus similiter. Cū Synagogā institueret, eā in vna tantum fraternitate
D fundauit in Moyse, scilicet, & Aaron, qui fratres erant, quo significauit, in hac gratię lege maiorẽ debere esse charitatis vnionem, & vinculum, cum maiorem lucem, & maiora beneficia acceperimus. Quanto minor esset veteris legis amor, & charitas, cum amicos tm̃ amabant, oderant autem inimico declarauit Dñs dicens. Audistis, quod dictum est, oculū pro oculo dẽtem pro dẽte. Ego aūt dico vobis, non resiste-

A re malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam præbe illi & alteram. Ex quo patet aliquo modo Euangelij apostatas esse, & iudaizare illos, qui vlcisci uolunt iniurias. Imo ipsius Iudæis deteriores esse, quia illi dentem pro dente oculū pro oculo petebant, nunc vero ad quadruplū: Qui mihi capillum auferet, uitam illi eripiam. O sæuitia, & immanitas diabolica, in ijs qui tam sanctam, & piam legem profitentur. Obsecro vos fratres mei per reuerentiam huius domini, qui nos in hac sancta Ecclesia tanto, ac tam singulari beneficio collocauit, ut eum supra omnes, & pro
B pter eum proximos vestros amore omni studio, & diligentia curetis. Audite quid dicat D. Paulus. Plenitudo legis est dile-
Ro. 13. ctio. Vt differt vas plenum a uacuo, ita cogitare debetis, legem sine amore, & charitate uas esse vacuum, quamuis cœtera omnia legis præcepta seruentur, nisi adsit charitas, plenam legem non esse. Et in hoc sensu ea Diui Iacobi uerba declarari possunt, qui cum de proximi amore lo-
D. Iac. 2. queretur dixit: quicunque totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Hoc unum est charitas quæ omnia implet, si adest, & si abest oīa, remanent uacua. Et ita ut charitas etiam
C plena sit, non vacua, non solum in uerbis esse debet, sed corde, & operibus, ut affirmat B. Ioannes. Filioli non diligamus uer
1. Ioa. 3. bo, neque lingua, sed opere, & ueritate. Nolo (inquit Apostolus) ut uerba tātum sint amore & suauitate plena, sed ut verus sit amor non fictus, & quod verbis promittitur operibus ostendatur. Statim autem de se ait, & suis socijs. Cognoscimus quoniā ex ueritate sumus, idest ueritatis nos esse filios, qui Deus est, filius ueritatis, idest, ueritatis amatores, eo qđ uere proximos nostros amamus, & in conspectu eius sua
D debimus corda nostra, i. coram Deo, hoc ita esse probabimus, corda nostra pro testibus afferentes: quoniam, si rephenderit nos cor nostrū, maior est Deus corde nostro, & nouit omnia. Quia si cum mentimur cor nostrum nos reprehendere potest & tanquam mendaces conuincere, eo qđ charitas in eo non sit quam lingua profitetur, quanto magis Deus nos conuincere poterit, qui maior est corde? & ita declarans hunc locum Oechumenius ait, quod dicimus, tanquā Deo inspectori dicimus.

Ait igitur sanctum Euangelium. *Ambulās Iesus &c. uidit duos fratres*, hoc est, A 1. Ioa. 4.
nostrorum bonorum omnium principiū ut Deus non aspiciat, fœlices illos in quibus Deus suos oculos figit. Hinc. n. fit, vt uestros in eo figatis Magna profecto res, est beatos Deum in gloria illa cœlesti perpetuo contemplari, sed mea quidem sententia maior est, quod Deus ipsos contempletur, non dico beatorū gloriā in eo cōsistere, ut Deus eos contempletur, non ut ipsi Deum contemplentur, sed si illi Deum vident, & in eo suos oculos perpetuo habent defixos, & ex hac uisione fruitio, & beatitudo pcedit, hoc esse quia Deus eos B
aspexit, inde omnia eis bona promanasse prospiciens enim, quia eos prædestinauit uocauit, iustificauit, glorificauit, Vt speculi imago eum intueatur, qui eam spectat, Simile.
necesse est, ut qui eam facit, eam prius intuearur. O anima, quæ Dei imago es, & oculos hic defixos habes ut illi de quibus, Psal. 16.
ait Dauid. Oculos suos statuerunt declinare in terram, omnes cogitationes tuas, & affectus in humanis rebus collocatos habes, nunquam eos in Deum tolles, nisi in te antea suos ille demittat. Quapropter roga cum omni affectu, vt te respiciat, vt rogabat Dauid, Respice in me, & miserere C
mei. Ezechiel ait de se ipso ingressus est in me spiritus, postquam loquutus est mihi, & statuit me supra pedes meos. Hoc spiritualiter fit in eo, quem Deus respicit, & ei Psal. 85.
diuinum suum spiritum infundit. Pedes Ezec. 2.
enim q affectus sunt ante Dei ingressum supra hominem sunt, ei dominantur, eum premunt, & in terram inclinare faciunt. Postea uero cum supra pedes suos homo statuitur, suorum effectuum fit dominus eos ut decet, gubernat, & regit. Hac visione uidit dominus hos sanctos Apostolos, in quibus id fecit, quod Sol in conchis facere solet, quas ad litius maris eij D
cit refluxus, quæ cum clausæ sint oriente Simile.
Sole aperiuntur, quibus apertis Sol reflectit, & ita in eas influit, ut humor ille crystallinus, qui intus est congeletur, & ita margaritæ generantur, ita duo hi fratres, Pietrus, & Andreas tanquam duæ conchæ clausæ erant, simplices, & ignorantes, ita, ut primas Hebraicæ linguę literas ignorarent. Cumque sic staterit iuxta mare uenit sol iustitiæ Iesus Christus. *Ambulans Iesus iuxta mare Galilææ*, qui eos diuina luce

A luce illuminans, intellectus eorum aperuit vt bonum agnoscerent,& voluntatem, ut illud amarent. Mox in eorum animis ita reflexus est in fluendo in eis fidem infusam,charitatem infusam,& tot gratias, & excellentias,ut facti remanserint duæ Apostolici collegij margaritæ. Sed plurimum notandum est,cum diceret dominus. Venite post me, illi continuo relictis retibus sequuti sunt eum. O beatos viros, qui diuinæ uoci tam prompte obtemperauerũt, Non refert hic Euangelista quid dixerint, sed quid fecerint. Quid dixerunt? nihil, quid fecerunt? reliquerunt quicquid ha-
B bebant. O fratres mei quum cœlestis doctrina hæc est, scitote cœlum non uerbis, sed operibus acquiri. Cum rationem in
Heb. 10 iudicio exiget Deus, quid proder t pluri-
Psal. 39. ma nos esse loquutos? plurimũ laudat D. Paulus Christi redemptoris nostris obediẽtiam, & citat illud Psalmi, in capite libri scriptum est de me, ut facerem uoluntatem tuam, ingrediens mundum dixit, ecce uenio,ut faciam voluntatem tuam, in qua uoluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Christi, semel in eũ hoc exequutus est, tunc uobis sanctificationẽ meruit. Magna hæc Diui Pauli pondera-
C tio,noluisse Christum Redemptorem nostrum, solo illo uoluntatis actu infiniti meriti nos redimere, sed exequi eam uoluisse,vt doceret nos, ne bonis tantum desiderijs,& uerbis contenti essemus, sed ad opera ueniendum esse.
Simile. *Relictis retibus*. Omnia reliquerũt. Qui magnam aliquam domum fabricatur in cellis vinarijs, & reliqs locis subterraneis trabes ponit rudes, & impolitas in cœnaculis vero,& cubiculis trabes collocat summo artificio elaboratas,quia in oculis omniũ sunt in sublimiori,& nobiliori parte. Sancti sunt in ecclesia Dei, qui reges, &
D imperatores fuerunt,& plurima bona temporalia habuerunt, illi autem qui in sublimiori ecclesiæ parte collocari debebant voluit. Christus Redemptor noster bonis omnibus terrenis esse nudatos, vt ita perfectissimi essent. horum imitatione plurimi nunc facultates suas, & diuitias deserunt, & pro Christo se pauperes faciunt, alij vero non modo proprium, sed ne alienum quidem relinquunt (quod maxime dolendum est.) De usurario quodam legitur,
Exẽplũ. pecuniã suam in monasterio depositasse, vt ibi asseruaretur, cumque quodam die
A eius conuenti religiosus iuxta arcam ubi erat pecunia oraret, diabolum supra arcã sedentem vidit, deterritus sanctus vir, sese crucis signo armauit,& cum interrogaret, cur hic sedes? aut quid expectas peruersissime diabole? merito (respondet diabolus) & iure optimo hic sedeo, nam quod meũ est, custodio Quæ cũ audisset monachus, certiorem hac re abbatem fecit, qui statim arcam,& pecuniam extra monasterium eijci iussit. Liberet uos Deus a pecunia male acquisita, quæ pecunia Diaboli est, neque eius depositum domi uestræ consentire ve-
B litis Non solum ait. *Relictis retibus*. Sed addidit *sequuti sunt eum*. Quod præcipuũ est. Nam plurimi etiã philosophi diuitias reliquerunt, & tamen nihil illis profuit. Diogenes Laertius de Diogenes Cynico refert,cum magnam auri, & argenti summam illi Alexander offerret, respondisse Diogenem, tolle,nõ sunt hæ munera hominum, sed onera iumentorum. Et ideo non solum temporalia bona relinquere debemus, sed Saluatorem nostrum Iesum Christum vera eius vitę imitatione, sequi vt hi Sancti Apostoli vsque ad mortem sequuti sunt Nam ita gratię diuites,ad fruẽdum gloria ibimus ad quam nos perdu-
C cat Iesus Marię filius, Amen.

Dioge. Laer de uita Ph.

IN EODEM FESTO S. Andreæ.

Concio Secunda.

Ambulãs Iesus iuxta mare Galilaæ uidit duos fratres,&c. Matt. 4.

D RES est animaduersione digna, tera dño Diuum Andrea vocatũ esse. Primo cũ
Ioan. Luc. 5. staret gloriosus Baptista cũ duobus discipulis suis, quorũ unus erat Andreas, & respiciens Iesum ambulantẽ dixit, ecce agnus Dei. Et tunc duo illi discipuli, sequuti sunt eum dicentes. Rabbi ubi habitas? Secundo piscium miraculo uocauit, cũ laxare eos retia iussit, quod cum fecissent, copiosam piscium multitudinem concluserunt. Tertio hoc

loco

A loco cum relictis retib. sequuti sunt eum. Ex quo colligitur trib. modis à Deo homines uocari. Primo cum illis ipsius cognitionem tribuit, vt ex ea ad amorem paulatim deueniant, quia nihil volitum, quin sit præcognitum. Gentibus hanc cognitionem dedit naturæ lumine, ut affirmat D. Pau. dicens, quod notum est Dei, manifestum est in illis, Deus. n. illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius uirtus, & diuinitas, ita ut sint inexcusabiles. Notate verbum illud, intellecta, quo docet Apostolus, quod intelligens humanus intellectus lumine res creatas, per illas ad creatoris cognitionē uenit. Hebræis præter hanc cognitionem aliam dedit clariorem, per sacras scripturas prophetis reuelatas. Nos vero Christianos multo etiam magis illuminauit per suum vnigenitum filium, vt D. Paulus exaggerat dicens, multifariam multisq; modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissimè dieb. istis loquutus est nobis in filio quod maximum fuit beneficium, quod si Gentiles inexcusabiles fuerunt, multo magis Iudæi, & maxime omnium erunt Christiani. Secunda vocatio est, sui ipsius cognitionem homini dare, ut D. Petro dedit in eo piscium miraculo, ita ut statim ideo dixerit procidens ad genua Iesu, exi a me domine quia homo peccator sum. Eandem cognitionē habuerunt eius socij, cum ibi dicatur, q͠d stupor circumdederat eum, & omnes, qui cum illo erant. Altissima cognitio est seipsum cognoscere. Adam omnibus animalibus nomen imposuit. Ait enim scriptura, id omne quod vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est nomen eius. Mirum autem est, quod cum cæteris reb. nomen imposuerit, nullum sibi ipsi imposuit, hoc enim nomen Adam, appellatiuum est, & omnibus hominibus commune quamuis primo homini tribuatur ut proprium. Quemadmodum homo ab humo (quod terram Latine significat) deriuatur ita Adam ab Adamath, quod terram Hebraicè significat. Esse autem hoc nomen Adam cōmune testatur D. Hieronymus, & D. Augustinus. Quod autem nullum sibi nomen Adam imposuerit, non sine aliquo mysterio factum esse dicendū est. Quod hic solet responderi est, quod ut sciat quis nomina rebus conuenientia imponere, earum prius essentiam & naturā cognoscat, necesse est. Cum autem Adam in eo statu, rerum omnium, quæ naturaliter sciri poterant, cognitionem haberet, vt D. Tho. & D. August. affirmant, facile illi fuit eas proprijs nominibus appellare Se autem appellare noluit quia, fateri ausus non est seipsum cognoscere Docere nos primus ille parens uoluit sui ipsius cognitionem, adeo esse difficilem, & philosophiam tam sublimem, vt facilius rerum quantumuis abstrusarum naturam, quam nos ipsos possimus cognoscere. A b antiquis tam singularis habita illa sententia est, homo nosce teipsum, ut dicat Plato in templi Delphici ianua fuisse scriptā. Causa autem esse illi videtur, vt esset tanquam Dei salutatio ijs omnibus, qui templum ingrediebantur. Nam quemadmodum cū homines se salutant inuicem, quod cuique uidetur optimum precari solent, ij salutem plurimam, illi vitam longæuam, alij fœlicem, ita etiam verba, quibus Deus homines salutat, sunt, petere, ut seipsos cognoscant, quia hæc plurimorum bonorum fons & origo est. Tertia vocatio cum Deus ita hominum corda incendit, vt quę habent omnia deferant, & ita nudi eum, & liberi sequantur vt sanctissimi hi duo viri fecerunt, & alij plurimi. Esse homines inuenietis, qui uitam omnem in priori vocatione insument, quæ scire est vbi habitat. Nolunt aliud sibi prædicari, quam quid sit Deus, vbi habitet, quid ipsi sint, & ubi habitent scire nolunt. Cùm ingressus Christus Redemptor noster esset in Synagogam Nazareth, traditus est illi liber Esaiæ prophetæ, & vt reuoluit librum inuenit locum ubi scriptum erat, spiritus domini super me, propter quod unxit me euangelizare pauperibus misit me. Ex quo infertur, prædicationis fundamētum debere esse sacram scripturam. Ita D. Petrus, non enim indoctas fabulas sequuti notam facimus vobis domini nostri Iesu Christi uirtutem. Hodie plurimi ut scientiam ostentent, nihil fere in toto sermone afferunt prætergentiles historias, ita vt sermo gentilis potius quam Christianus uideatur. Plurimum etiam notandum est, quod cum Dei filius in mundum uenerit, ut tam diuitibus, quam pauperibus euangelisaret, & ipsemet discipulis

Marginalia (left): Rom. 1. — B — Heb. 1. — C — Luc. 5. — Gen. c. 2. — D — Hier. de nomini. Hebr. & Au. l. 15 de ci. Dei

Marginalia (right): A — Tho. 1 p. q. 6. ar. 3 — D. Aug. — Plato. — B — Luc. 4. — C — D — 2. Pet. 1.

A puli's suis dixerit, prædicate Euangelium omni creaturæ, cur in eo Esaiæ loco dicat: Euangelizare pauperibus misit me? (Mar. 16.) respondeo: hoc dicere, quia quamuis omnibus Euangelium prædicetur, diuitibus, & potentibus eiusdem fere est utilitatis, acsi non prædicaretur. Dico præterea, Hebræum, verbum, quod eo in loco est, non solum pauperes, sed humiles etiam, & mansuetos significare. Et ita diuites etiã, qui his uirtutibus præd. ti sint, comprehẽdit. Cæteri enim si aliquam ex prædicatione uoluptatem capiunt, est, cum in ea agitur, quid Deus sit, & ubi habitet, si verò B eos tantillum tangis, qui nã sint, irascuntur, & si possent prædicatorem vinum comederent: ut illi Nazareni, qui dum declarauit Dominus Messiæ prophetiam mira bantur in uerbis gratiæ, quæ procedebant de ore eius. (Luc. 4.) Cum vero eos reprehendere cœpit, repleti sunt omnes ira, & duxerunt illum usque ad supercilium montis ut præcipitarent eum. O malitia infernalis, & quam consueta semper in omni ætate fuisti. Cum prædicaret propheta Hieremias populo uerba, quæ illi *Deus* iusserat. Hæc dicit dominus, si non audieritis me ut ambuletis in lege mea, & cæt. urbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentib. terræ. Cumque compleret Hieremias loquens C omnia, quæ præceperat ei Dominus, apprehenderunt eum sacerdotes, & omnis populus dicens: morte moriatur. Semper huiusmodi reprehensione & minæ male ab auditoribus acceptæ fuerunt, & odij causa. Volunt homines, ut libet uiuere, & cum in periculosis præcipitijs eorum uita uersetur, de Dei gloria, & bonorum beatitudine sibi prædicari uolunt, & certam eorum possessionem futuram esse dici, amitti eam nulla ratione posse. At scitote fratres tam lætos nuntios uestris corruptis, ac deprauatis moribus non deberi, sed reprehensiones, & minas, quibus deterriti de D vestra conuersione cogitetis. Alij sunt, qui uitam omnem in secunda uocatione insumunt, magnos se peccatores esse fatentur, & noscunt, sed nolunt hoc a te dici. Peccatores se ipsi publicare nolunt, a te vero publicari ut iustos. Itaque omnia confitebuntur, omnia dicent: sed si eorum nauim, & retia tangis, ferre non poterunt, quod superbiæ, & imperfectionis signum est. De Philippo Magni Alexãdri parente dicitur, inter regios pueros quos nunc appellamus *Pajes*, habuisse vnum, cuius erat A munus, hæc verba illi quotidie dicere, Philippe homo es. Acsi diceret ne inmemor tui oblitus, ne tua te fœlicitas excæcet, tandem enim ut homo moriturus es. Itaque ut cæteri principes pueros habent, qui lanceam gestent, qui pocula ministrent, & alijs alij fungantur muneribus: ita Philippus puerum hũc habebat, qui suam illi miseriam in memoriam reuocaret. Plus hoc ille præstabat, quam alij plurimi, qui cum Christianos se esse profiteantur, ferre nullo modo possunt, ut quisquam defectuum suorum sit præco, nec etiam ut eos solos priuatim admoneant, & dicant, cogita te esse B hominem. Non satis fuit Sancto Dauid hominem vocare hominem, sed filium hominis uocare uoluit, vt magis eius miseriã declararet dicens. (Ps. 143.) Domine, quid est homo quia innotuisti ei? aut filius hominis, quia reputas eum? filius hominis Hebraice significat non solum hominem esse miserum, sed miseriam suam amare. Hæc quoque ratio est, cur cum Deus familiariter prophetas alloqueb. eos nõ dicebat, audi propheta, sed fili hominis, ne intima illa cum Deo familiaritas superbiæ causa esset, eam hoc verbo fili hominis temperabat. Quasi diceret, quis mecum familiariter loqueris, C ne superbias, cogita te esse filiũ hominis. O quanti momenti esset, ut non tm̃ propria nostra cognitione cõtẽti essemus, sed ut gauderemus quoq; cum alij ad eã nos admonitionib. & reprehensionib. excitãt.

Alij sunt, qui vlterius progrediuntur, nauem, retia, & seipsos quoque deserentes, uocantem dñm sequuntur. Ait igitur Euangeliũ. *Ambulãs Iesus iuxta mare Galilææ vidit duos fratres.* Primum de quo hic mẽtio fit, est uisio domini, quia ex ea duobus istis fratribus plurima bona prouenerũt, eos enim aspiciens, eorum intellectus illuminauit, & corda molliuit. Cũ fugeret A- D gar è domo Abraham, misit Deus angelũ (Gen. 16.) qui ei reditum suaderet, & quid illi faciendũ esset doceret, ut dñæ suæ placere posset. Illa aũt beneficium agnoscens, dixit, tu Deus qui uidisti me. At quanto æquius hoc duo isti sanctissimi uiri dicere potuerunt, quandoquidem talia in illis operata est Dei uisio, uerba etiam illa, quæ statim eadem Agar dixit: vidi posteriora uidentis me, explicãt aliqui hoc modo, vidi oculo-

A oculorum uestigia, eius q me aspexit. Vidi effectum, quem in me ipsa operati sunt. Tantam uim habent Dei oculi, ut admirabiles causentur effectus in eorum animis, quos aspexerũt. Et hoc est Dei oculorum uestigium, noua desideria ardẽtissimi affectus, firmissima proposita, & tandem signa quædam ex quib. singulari modo conjicitur, Deum animam illam respexisse. Hoc ea uerba significãt: qui respicit terram, & facit eam tremere, tangit montes & fumigãt. Vbi terra, & montes quid aliud sunt, quam terreni, & superbi peccatores, in quibus Dei uisio tot operat effectus: vt postea

Ps. 103.

B in his sanctus qdam timor, & diuini amoris ignis remaneat, qui fumo, idest, externis operibus patefit. Hoc cognoscens Dauid magno cum animi affectu clamabat, Domine, quando respicies? restitue animã meam a malignitate eorũ; Anima enim plus est ubi amat, quam ubi animat. Cum Dauid instigãte diabolo, quod ei non licebat, amauit; sine anima tũc fuisse ipsemet fatetur. Quare a Deo eo loco petit ut illam sibi restituat, eum diuinæ misericordiæ oculis respiciens. Heu, heu, quomodo ad dicam? quomodo ô filij Adam, quot hic adestis corporibus, qui animas alibi habe-

Psal. 34.

C tis, hi quidem in pecunia, illi vero in amica, alij in suarum ambitionum, & prætentionum negotijs. O Christe, uere cordium reformator. Respice domine suauissimis tuis oculis, respice meos istos fratres, & ais illis, quas dæmon eripuit, restitue. Eia igi fratres ad hoc unicum, & singulare remedium accurrite: rogate p̃ ssimum hũc dominum, ut uos clementiæ suæ oculis respiciat, & quamuis in malo nunc statu sitis, & ita uos uinctos esse sentiatis, ut explicare uos ignoretis: missam saltem quotidie audite, coram sanctissimo sacramẽto uos deuotè prosternite, ibi uestra uulnera dete-

D gite, ut uobis medea.ur precãtes, ita enim aliquando uestri status miseria, eius misericordiæ uiscera commouebit, quamuis ea indigni sitis. Quid merebantur Hebræi, cum omnes fere essent in Ægypto idololatræ: cum Deus misericordia motus dixit Moysi. Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui, propter duritiam eorum, qui præsunt operib. & descendi, vt liberare eũ. O ineffabilis Dei misericordia, qui perditissimæ gentis clamores audiuit, & illi remedium attulit. Quid

Exod. 3.

merebatur Ioachaz rex Israel, qui una cũ populo suo idola adorauerat? Deus tamen ita misertus est, ut dicat textus, uidit Deus angustiam Israel, quia attriuerat eos rex Syriæ, & dedit Deus Saluatorem Israeli, & liberauit eos de manu regis Syriæ: quamuis certo sciret, neque hoc beneficio a peccatis, & idololatria Ieroboam recessuros esse, ut uerè accidit. At quanto magis tibi opem feret, quamuis hoc non merearis, si uero illi seruiendi desiderio teneris. Quãuis ut eleganter dixit D. Ambrosius: accipimus sine merito, quo tendamus ad meritum. Prosternite igitur uos fratres coram sanctissimo altaris sacramento, ut Diuini illius solis radij, qui ibi candida illa nube cõtectus includitur, animarum uestrarum niuem liquefaciant. Si in cera molli sigillum imprimitis, turres, muri, montes, & quicquid in eo erat, remanet impressum. Quod si eam, ad solem pontis radiorum reflexione liquescit cera, & turres illæ, muri, montes, & cætera omnia desinunt esse. Ita enim auaritiæ, ambitiones, passiones, & cætera omnia, quæ in anima Diabolus imprimit, diuini hui⁹ solis luce liquescũt. Vos igitur fratres qui consensum Sathanæ præbuistis, ut in cordibus uestris quicquid uellet imprimeret, petite ab hoc diui no sole ut uos suis potissimis rad js feriat, ut non solum quod in uobis malum est, liquefiat: sed ut in virtute magis ac magis quotidie proficiatis. Hic enim dominus ille est, qui Hebræis dixit, respiciam uos, & crescere faciam, & hoc in uobis spirituali ter operabitur.

A 4. Re. 13

3. Re. 13

D Ambros.

B

Simile.

C

Leu. 16.

Vidit duos fratres Antequam eos uocaret, antea eos diligẽter inspexit, ut ille qui cum rem aliquam emere vult, eam prius optime solet insp cere. O si hoc fratres mei feceritis, antequam res, qu s uobis dæmon, & mundus proponit & offert, acciperetis. Persuadet Sathanas, ut episcopatum, aut aliquam aliam dignitatem ambias, diuitias tibi, honorem, & alia, q æ inde sequuntur proponens. Hortatur u t proximi tui mulierem habere cures, aut quid aliud, quo Deus offendatur, efficias, dicens, magnam, te in eo uoluptatem, & delectationem inuenturum esse. Quod si rem nullius pretij empturus, eam prius diligentissime tentas, & inspicis, cur non eadem uteris diligentia, tecum ipse considerans, quid nam Dei offensionibus consequi

D

A sequi possis? Cum iuuenis Tobias ambularet, iuxta fluuium Tigris, piscis immanis exiuit ad deuorandum eum, cui angelus, qui eum comitabatur dixit, apprehende brachium eius, statim subdidit, exentera hunc piscem, & cor eius, & fel, & iecur repone tibi sunt enim hæc necessaria ad medicamenta utiliter. Hoc ipsum tibi frater dico piscem istum, qui te deuorare vult, idest, peccatum, quod tibi offertur exentera, cogita quid voluptati illi, quid honori, quid diuitijs subsit. Hoc enim animæ tuæ oculos curabit. Cogita, qs malæ illius conuersationis finis futurus sit, quid
Tob. 6.

B boni possis ex ludo, aut ultione percipere. Vt cum hoc intellexeris, reijcias quod tibi magno futurum est detrimento. Nesciunt hæc perditionis filij cōsiderare. Et ita declarauit quidam illud Psalmi, in circuitu impij ambulant, idest, externa tantum & quæ circa rem sunt spectant malì, quod intus est negligunt, & ita decipi se sæpe sinunt. Rem pretiosissimam, ut anima est, momentanea uoluptate, & uilissimis quibusque rebus permutantes. At nō

C ita obsecro sit fratres, & cum homines sitis, & rationis participes, ab ea uos regi sinite nec tanto cum impetu, ut bestiæ ab uoluptates, & alias res temporales accurrite.
Psal. 11.

Postea quam eos dominus aspexit dixit illis. *Venite post me, at illi continuo relictis retibus sequuti sunt eum.* O admirabilis promptitudo, & obediētia in Christianorū cōfusionem, quoties nos Deus interius uocat, & exterius, & nullum in cordibus nostris operatur effectum: De interioribus uocib. ait dominus. Ego sto ad ostiū

D & pulso, quas non audiunt, nisi qui diligenter attendunt, delicatæ enim sunt, & cum plurimis alijs rebus occupati sint, nō eas percipiunt. Similes hi sunt mulieribus quibusdam, quæ diem integrum in sumunt in fenestra, quid in uia fiat aspicientes, quæ & si clamores, & uoces plurimæ domi edantur exaudire non possunt quia strepitus uiæ impedit, ita etiam animæ sunt quædam, quæ uitam omnē in sensuum suorum fenestris insumunt. Hæc quidem in oris fenestra de alienis moribus, & uita loquēs, illa uero in aurium fenestra ob scœna uerba, & profana audiens, hęc in fenestra oculorum uanitates aspiciens, illa rebus alijs externis occupata, & tandem omnes ita distractæ, ut Dei uoces, quas in
Apoc. 3
Simile:

corde loquitur audire non possint, quia diabolus eas de uia alloquitur, per tot instrumenta, quot sese offerunt occasiones, quibus eas distrahere possit, ne Dei uoces audiant. O infælix anima, quæ nunquā domum suam ingreditur, cogitationes suas colligens ut mediteтur qua nam in re uita insumatur, & sibi paulatim eripi non aduertit. Ideo ait Esai. Dei nomine, redite p̄ uaricatores ad cor, satis sit hucusque uagatos esse. Aperiens Noe fenestram arcæ, dimisit coruum, qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec siccarentur aquæ quæ erāt super terram, idest, nunquā. Dimisit quoq; A
Esa. 46.
Gen. 8.

colūbam post eū, quæ cum non inuenisset ubi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcā. Videtis hinc quid inter bonos, & malos intersit, mali ita extra seipsos egrediuntur, ut quemadmodum coruus sese cadaueribus pascens, nunquam reuersus est, ita illi carnis, & mundi fędissimis uoluptatibus pasti nunquam de reditu cogitant, boni uero si aliquando extra se egrediuntur, cum cœnum omne esse aspiciant, & ubi requiescere possint, non esse, statim ad se redeunt. Et hi sunt, qui Dei uoces audiunt, qui a mundi strepitu emoti sunt De exteriorib. Dei uocib quib. nos p̄ predicatores, uocat, & quæ quotidie in nos con B

C
fert beneficia ait D. Paulus afferens uerba quædam, quæ Deus dixit per Esaiā. Tota die expandi manus meas ad populum nō credentem & contradicentem mihi. Tota die, i. toto uitæ tempore te Deus uocat. Manus expansæ, Dei beneficia sunt, & supplicia quoque, quibus nos punit, & tū his omnibus uocibus surdi sumus Seneca bona mens, inquit, nec commodatur, nec emitur, & puto si uenalis esset, non haberet emptorem, at mala quotidie emitur. Gentilis quidem dictum, sed uerissimum sua enim nos gratia Deus inuitat, & sanctos nos vult pro sua infinita bonitate efficere, & tales sumus, ut gratiam grat: nolimus accipere Pudeat igitur nos fratres charissimi nostræ duritiæ promptitudinē hinc audientes, quia duo isti fratres diuinæ uoci paruerunt, quos, & alios plures Deus nobis ad imitandum proposuit. Et ita ait D. Paulus, cupimus unumquemque uestrū eandem ostendere solicitudinē ad expletionem spei usque in finem, ut nō segnes efficiamini, uerum imitatores eorum qui fide, & patientia hæreditabunt pro-
Esa. 65.
Ro. 10.
Sen. ep. 27.
D
Heb. 6.

A missiones. Ita sese D. Augu. incitauit qui cum pænitentiam audisset, & conuersio-
Augus.i nem D. Antonij Abbatis, feruido animi affectu, quid facimus (inquit) surgunt in docti, & rapiunt cęlum, nos cum nostris scientijs demergimur in infernum, quid piget imitari? utinam fratres hunc spiritum conciperetis, & hæc uerba serio dicer etis, horum apostolorum consideratione excitati, qui cum pauperes essent, rudes, & idiotæ piscatores, ita seipsos uicerunt, & omnia relinquentes diuinam lu-
B cem, quæ eos illuminabat, sequuti sunt.

Relictis retibus sequuti sunt eũ. Vt diuinũ illum ducem, qui tam uelociter per uirtutũ campũ currit sequamur, plurimum refert, humana deponere, quæ tãto oneri & impedimento sunt, ut omnes quotidie ex-
Gen.13 primimur. Quare ubi translatio nostra habet, erat Abraham Diues valde, uersio Grȩca habet, erat Abrahã grauis uehementer, quo Spiritus sanctus onus, quo diues premitur, signauit. Quamquam priscis temporibus bona temporalia tanto ut nunc impedimento non erant, quandoquidem qui illis affluebant humiles nihilominus
C erant, & charitatiui. Cum esset Abraham opulentissimus, ita ut seruorum tantum suorum exercitu quatuor reges superarit, non ideo tñ peregrinorũ pedes lauare dedignabatur, non uitulũ a grege humeris gestare, ut eo illos reficeret, non ijs cibum ministrare, uxor uero eius panem, & alios cibos coquere non recusabat. Nunc uero siquis quatuor habet minuta, seruos vult ut princeps, & omnia humilitatis, & charitatis dedignatur officia. Et iõ pluris nunc refert, hæc nostris temporibus relinquere. Cum ad pugnam cum suo exercitu Iudas
1. Mac. Machabæus egrederetur, dixit non concupiscatis spolia, quia bellum contra nos
D est, sed state nunc contra inimicos nostros & expugnate eos, & sumetis postea spolia securi. Ita & uos fratres moneo, cum tam sæuum bellũ contra uos sit, ne nos mundi huius rebus oneremus, quia finito bello, & acquisita uictoria, erit opportunitas ut æternis honoribus & diuinis perfruamur. Quod si nunc nos his oneratis, periculum erit, ne illa amittatis. Ideo Diuus Paulus nos monet, dicens, ne tetigeritis, nec gustaueritis, nec contractaueritis, quæ sunt omnia in interitum ipso usu. O
Colo.2. admirabilis exaggeratio, qua nos Diuus Paulus monet, ut quocunque modo ab rebus abstineamus, quibus utitur diabo- A
lus, tanquam esca, ut suis nos laqueis irretire possit, ut ab arboris fructu usus est, cum primos illos parentes decepit. Neque solum harum rerum consideratione contenti simus, sed omni diligentia diuini magistri, & ducis sequamur uestigia, ut gloriosus hic Apostolus Andreas sequutus est, Gene. 3. qui tanto cum gaudio crucem eius amore ascendit, quam cum a longe uidisset, exclamare cępit. O bona crux, quæ decorem e membris Domini suscepisti, diu desiderata, solicite amata, sine intermissione quæ- B
sita, & aliquando cupienti animo præparata, accipe me ab hominibus, & redde me magistro meo, ut per te me recipiat, qui per te me redemit. Qui hæc dicebat, obsecro uos fratres erat ne mortalis, an angelus? an noua aliqua creatura natura diuersa? hominem fuisse mortalem, & passibilẽ passio, & mors ipsa ostendit. Vnde igitur tantum gaudium, & in tanta fragilitate tanta constantia? mortem, quam ita omnes timent, hominem ex ossibus, & carne, ut nos sumus, non timuisse? Belluæ ipsæ, quæ ratione carent, eam uehemen- C
tissime timẽt. Ita ut ad rugitum Leonis feræ, ad uocem aquilæ uolucres contremiscant. Sanctus autem iste uir instrumentũ mortis aspiciens, gaudet, & gestit. Quod autem maiorem parit admirationem, est quod cum Christus Redemptor noster Mar.14
esset qui erat, & in ætatis suæ flore mortis tempore, cæpit pauere, & tædere. Andreas uero iam senex adueniente mortelætatur. Simile.
Cum equus indomitus est, quamuis equitandi artem quis optime calleat, eum timet ascendere, at postea quam domitus est pueri ipsi equitare in eo audent. Crux antequam eam Christus redẽptor noster ascẽderet, equus erat indomitus, qui quotquot eam ascendebant, prosternebat, eorum honorem, & uitam adimens, quare sacratissima Dei filij caro, ut vera erat caro, saltus istos, & succussus pertimescebat, at postquam eam animosus ascendit, ita domita, & mansueta remansit, ut pueri & senes ausi sint, iam absq; ullo timore ascẽdere. Et ut clarius loquar, secundum doctores inter Christi Redemptoris nostri & sanctorum dolores, hæc una ex differentijs est, quia Christus dominus, sine auxilio relinquebatur, ut fortus, ut magis

A gis dolores percipere. Idem, ut hoc declararet, dicebat, ut quid dereliquisti me? qa quamuis diuinitas nunquam sese ab humanitate separauit, eam tamen ita pati permisit, acsi secum non haberet unitam, Martyres uero contrario modo passi sunt, nam ex passione Christi Redemptoris nostri, suas ipsi consolationes habebant, & hoc est, quod ipse dominus orabat in horto dicens, transfer calicem hunc a me, id est oro, ut transeat calix iste ad membra mea, ut in suis tormentis ex huius calicis consideratione consolentur. Itaque ex Domini passione fortitudo ad ipsos prouenie B bat, ut non solum patienter, sed hilariter paterentur. Nec solum mortem ferre potuerunt, sed & appetere, & tanquam ad epulas inuitati adire tormenta, in quibus Spiritus Sanctus talem rorem, & consolationem in eorum cordibus influebat, ut longe tormenta illa superarent. Ita Diuus Bernardus, leuabat nempe dux benignus Christus inter ipsa dura tormenta militis deuoti oculos, & vultum in sua vulnera, ut illius ex hoc animum erigeret, ne sua propria sentiret. Vbi erat tunc anima martyris? nempe in petra, in uisceribus Iesu. Quid ergo mirum si in petra habitans, in C modum petræ perdurauerit, & omnia ferret? quod si mors crudelissima, & acerbissima tormenta suauia sanctis uidebantur: cur igitur diuinæ legi obtemperare, quod neque mors est, neque tormentum non erit, eiusdem Domini auxilio, & fauore suaue? hæc si experiri fratres in vobis ipsis aliquando uelletis: ut verissima esse deprehenderetis. Cognoscens (inquit Ecclesiasticus) qui derelicti sunt, quoniam nihil melius est quam timor Dei, & nihil dulcius quam resp cere in mandatis Domini. Poterat ne clarius dici? Animalia natura ipsas herbas cognoscunt, quæ D utiles ipsis, aut nociuæ sunt, & utiles quibus conseruantur, magna cum voluptate pascunt. Homo verò qui rationis est particeps & a fide doctus, res, quæ sibi utiles sunt ad animæ suæ salutem cognoscit, ut per illas uitam consequatur æternam, qua animi alacritate eas exercere debet? Ideò Spiritus Sanctus ait: nihil dulcius quam respicere in mandatis Domini. Et David de iustis cum Deo loquens ait: memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt, & in iustitia tua exultabunt: Mi-

Mat. 27 & Mar. 15.

Mat. 14 & Luc. 22.

D. Bern.

Eccl. 23

Eccl. 23


Ps. 144.

ra exaggeratio, tantam esse iustorum suauitatem, ut cum eam vix anima capiat; per os exitum sibi quærens erumpat, hoc enim est, eructabunt, & cor præ gaudio saliat, quod significat, exultabunt. Post hanc uerò maximam hui9 uitæ consolationem, aliam maiorem in cœlo recipiet, quæ est gloria ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen. A

IN EODEM FESTO S. Andreæ.

Concio Tertia.

Ambulãs Iesus iuxta mare Galilææ uidit duos fratres, &c. Matt. 4.



Aturalis visio secũdum perspectiuæ præcepta per intromissionem fit, recipiendo species. Dei verò visio non ita, sed per extramissionẽ fit nobis insæ suæ dona conferendo, ita ut Deum uidere sit bona conferre. Hoĩes quãuis alios aspiciant, non ideo eorum quos aspiciunt, necessitatib. medentur. Dicere sibi inuicẽ aulici magna cũ voluptate solent rex me aspexit: Quid tũ quod inde bonum cõsequutũ est? nullum At Dei oculus tantam hẽt vim, vt aiam bonis refertã efficiat. Hinc verba illa intelligetis, quæ sanctissima uirgo Maria dña nostra in suo cantico dixit, quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicẽt omnes generationes. Hoc nomen, humilitas, in Latina lingua uarium est, & æquiuocum, ex quo aliqui in sacræ scripturæ intelligentia falluntur. Sępe n pro vili, & infima sumitur, ut in illo, Saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrę, cõfiguratum corpori claritatis suę, i. quamuis corpus nostrum vilissimum sit, illud tamen ad sui similitudinem clarificabit. Dixit etiam Dauidi, uide humilitatem meam, & laborem meum, i. quam uilis, & miser sim, ita hic, humilitatem ancillę suę, miseriam significat, & abiectionẽ. Quasi dicere sanctissima uirgo; Quãuis abiecta sim,

C

Luc. 1.

D

Phili. 3.

Psal. 24.

A sim,& vilis, visio Dei ita potens est, vt me respiciens talem effecerit, ut ideo beatam me omnes generationes dicturæ sint. Ita que ex hoc,quod respexit me, omne in me
Psal. 32. bonum prouenit Ita etiam Dauid ait: ecce oculi Domini super metuentes eum, vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame. Quo in loco significat bona omnia,tam corporalia,quam spiritualia a
Simile. Dei oculo promanare. Hinc infertur quã-tū a Deo petere debemus, vt nos clementię suę oculis aspiciat. Quod vt melius intelligatis,considerate,quod cum vos ipsos in speculo aspicitis formatur in eo imago
B cuius omnis existentia in eo consistit, ut eam vos aspiciatis: nam si aspicere desinitis,esse illa desinit. Fingite igitur imaginem illam ratione præditam esse,& loqui posse. Dicite, obsecro qua efficacia pete ret ne ab ea recederetis, nec cessaretis aspicere, intelligens suū esse a uobis pendere, vt nunquam vos dies, noctesque rogando defatigaretur. Placet infinitæ Dei maiestati mentes vestras illuminare, vt ex hoc intelligatis, quanti sit negligentia uestra detrimenti Dei obsecro,ò peccator,nonnè credis animam tuam imaginem esse, quæ nullam aliam vitam habet,neq;aliud
C esse gratuitum, nisi dum eam Deus aspicit?cur igitur ab eo dies noctesque non petis, ut nunquam sanctissimos suos oculos auertat? cur rei tam necessariæ obliuisceris? ò cælum,ò terra,tanta,& tam communi miseria obstupescite. Quin plus etiam hoc exaggerare uolo. Si uideretis imaginē illam speculi,non solum rogare ab eo,qui eius causa est, vt in ea suos semper oculos defixos haberet, sed iniurijs, & maledictis eum irritare, & ut inde recederet prouocare,nonne eius stultitiam admiremini? maximè vero, & merito. O infœlices,& cæcos huius seculi filios, cur uos ipsos, non
D admiramini,qui uestris peccatis diuinam maiestatē quotidie prouocatis,ut uos aspicere, & opem in necessitatibus ferre cesset. Intelligite obsecro fratres mali huius grauitatem, & a Deo magno cū affectu dies & noctes petite cum Dauid dicentes,uide
Psal. 24. humilitatem meam,& laborem meum, & dimitte vniuersa delicta mea.

Vidit duos fratres Simonem, &c. Prius fraternitatem nominat, q̃ eorum nomina,ea enim, & amor mutuus, quo simul laborabant, dispositio fuit ad hoc, ut eos Xps redēptor noster aspexerit, & uocarit. Erāt.n.fratres carne,mente, amore, & officio,& tandem in oībus. O si hęc fraternitas hodie inter Christianos inueniretur,Dei oculos ut nos aspiceret inueniret. Hoc uerissimum esse inuenietis, quamuis plurimæ sint uiæ,ut mundum fugiamus, vnā tantum esse, ut cœlum ingrediamur. Cum Hebræi ex Ægypto egressi sunt,per plurimas partes mare diuisum est, ut affirmat Dauid dicens:q diuisit mare rubrū Ps. 135.
in diuisiones aquarum, verum cum promissionis terram ingressi sunt, vnum tantum in Iordane factum est iter. Omnia Iosue 3.
B fere præcepta decalogi sunt, ut peccata fugiamus,ut non mœchaberis, non occides, non furtum facies &c. verum vnum tantū est, vt pmissam gloriæ patriam ingrediamur, & hoc est charitatis præceptum, ad quod cætera omnia diriguntur. Et hoc in Dei,& proximi amore consistit. Proximi amor tāti momenti est, vt in eo totam legem D. Paulus incluserit dicens, qui.n.diligit proximum,legem impleuit, & ita il- Ro. 13.
lud seruauit, ut de se ipso dicat, optabam Rom. 9.
ego ipse anathema esse à Christo, pro fratribus meis. Quæ verba pluribus modis explicantur. Primum de separatione tem
C porali, idest, à spirituali conuersatione quam cum Christo in cōtemplatione habebam,aliquandiu separari desiderabam: ut fratribus meis seruirem, tāto eos amore amabam. Secundo modo exponitur de separatione à bonis æternis,quasi diceret, nolo domine cæli tui gloriam, nisi eam meis quoque fratribus largiaris. Tāquam mater,quæ puerum lactat,& nutrit, si pu- Simile.
blicum aliquod spectaculum exhibetur, & ei dicunt,si eo ire uis,puer tibi domi relinquēdus est,illa vero,nolo ire (inquit,) si puer mihi relinquendus est. Ita Paulus tanto filiorum amore incensus erat, ut di-
D cat exaggerationis causa: ire nolo, nisi & ipsi quoque una eant. O admirabilis amor, ut q̃s pecuniam det ne Deus offendatur bonū est,& dicat;Accipe soror hanc dotem,qua nubere possis, ne Deum offendas. Accipe frater hanc eleemosynam, nè fureris,& pecces Magna quidem charitas hæc est, ut uitam etiam quis det, ne alij peccent,maior uero ut cælum,& gloriam recuset. Diuus Paulus, cum prætertim eam iam antea ad tertium usque cœlum raptus prægustasset, & uolo eam dicat ;

A ut Deum fratres mei offendere cessent, hoc non nisi uehementissimi amoris potuit esse effectus. Age uero o Sancte Apostole, nonne scis cœlum absque culpa admitti non posse, ergo desideras culpam? sed respondeo, quod amor nescit habere modum, non spectauit uir sanctissimus culpam, quam nullo modo habere uoluisset, desiderium tantum spectauit, quo vt omnes boni essent, & Deum amarent tenebatur. Alia etiam affertur declaratio, quæ literæ uidetur esse conformior, & ut
B intelligatur, notandū est ex Budæo in Pandectis, anathema Græcè idem esse quod homo sacer, homo qui propter rempublicam sese in sacrificium offerebat, quod ita solebat fieri, cum pestis in republica erat, aut bellum, aut aliquod aliud infortunium, ibat aliquis, & dicebat populo, uestra scelera huius infortunij sunt causa. volo me pro uobis sacrificare: tunc sacris cum uestibus indutum per vrbem ducebant, stabat quisque ante ostium domus suæ, & eo transeunte, dicebat peccata mea super te, inde ad mare deducebant, aut ad sublimem aliquem montem, ubi non esset mare, & inde præcipitabant dicentes,
C esto uictima, esto piaculum ciuitatis, omnia nostra peccata in te finem habeant. Hic igitur uocabatur homo sacer, siue anathema, hoc significans ait D. Paulus, cu pio anathema esse. Quasi diceret, ò quis mihi concederet mori, ut fratres meos a peccatis liberarem. Quarta etiam declaratio affertur, pro cuius intelligentia notandum est, in omnibus linguis nomina esse, & uocabula, quæ contrarium omnino, & aliud quam sonant, significant, ut lucus, syluam Latine significat, non quia lucet, sed quia obscura est, parcæ uocabantur a poetis fata eo quod nemini parcant. Hebræa lingua, quæ non adeo copiosa est, plures habet huiusmodi uoces. & ita bene-
D dicere, dicunt pro maledicere, & piscinam lacum uocant sine piscibus. Nos etiam de homine malo dicere solemus. *Es un hombre de la gratia de Dios*. cùm dicere uelimus Diaboli esse hominē, & ita p anathema, quod rem remotam significat, res ēt significatur D. propinqua, ut ex alijs sacræ scripturæ locis probari pōt, in quibus pro anathema in Hebræo habetur Hære. idest, excissum, qd res significat ab hominū usu remotas, & gloriæ Dei dicatas. Ita-

Budę in Pādect.

que in hoc sensu optat D. Paulus, Deo ita A esse propinquus, & tanto amore, & charitate intensus, ut suos etiam fratres posset eodem amoris igne incendere. Eius igitur imitatione, & horum fratrum, nos quoq; fratres in perpetua fraternitate, & amore uiuere curemus.

Vidit duos fratres mittentes rete in mare, erant enim piscatores. Cur necesse erat, dicere eos fuisse piscatores? nonne satis erat dixisse eos piscari? nihil caret mysterio
dico. Plurimi sunt, qui piscantur, sed non B sunt piscatores. Piscantur nobiles plurimi recreādi animi cā, & tñ piscatores nō sunt. At vero duo isti fratres piscabantur, & piscatores erant, proprio munere fungebantur. Locus ubi Iesum Christū expectare debes est munus tuum, & officium. Apparuit Deus Mosi, cum minasset gregem ad interiora deserti. Et D. Paulus ait. Mulier saluabitur p filiorum generationem, idest, uiuens vt nupta, & matrimonij leges seruans. Helias reperit Eliseum arantem in duodecim iugis boum, ubi specificat textus, q ipse unus erat ex arantibus, & tunc eum vocauit, eo q Deus eū sibi prophetā elegisset. Ita ēt hos duos fratres ad Apostolatum vocauit cū proprijs officijs occupati erant. Vna ex multis miserijs q̄ in mun-
do sunt, est, propriam artē & munus deserere, & alienis incūbere. Quia filij Aaron, Nadab & Abiu obtulerunt Deo ignē alienum, quod eis præceptum non erat, egressus est ignis a dño, & deuorauit eos. Si nuptus es, uiue vt nuptus, ne offeras ignem alienum, quia te Deus puniet. Arma Saul meliora erant, q̄ arma Dauid, sed non ideo vtiliora, & ideo suis proprijs armis gigantem superauit. Religionis status matrimonio perfectior est. Verum tibi qui uxorē habes, plus te ita uiuere decet, ut nuptum, q ut religiosū, rerum quæ familię necessarię sunt oblitum. Sancta erat lex, quā Sichem uolebat accipere, sed quia sui tantum appetitus gratia recipiebat, nihil illi profuit. Cum Gedeon excuteret, & purgaret frumenta, apparuit ei Angelus dñi, & dixit, Dei nomine, uade in hac fortitudine tua, & liberabis Israel de manu Madian. O q̄tum in Dei seruitio proficeremus, si in eo tm̄ nos occuparemus, q muneri nostro, & officio conuenit, ea uero, q̄ ad nos minime ptinēt omitteremus. Fatetur Dauid se amisisse uirtutem, cuius rei causam

Exod. 3.
1. ad Ti. 2.
3. Re 19
C
D
Gen. 34
Iud. 6.
Psal. 37.

A fuisse ait, animi sui distractionē: dereliquit me (inquit) virtus mea, & lumen oculorū meorū, & ipsum non est mecū. Vbi illud, & denotat causam, Ac si diceret, quia lumen oculorum meorū non est mecū, quo non se cœcum fuisse significat, sed quod intellectu, quē cum Deus illi dedisset, ut seipsū recognosceret, & eo animæ suæ d[illegible]ais mederetur, eo non in ipso, sed in alijs utebatur. Quid inde factum est? Amici mei, & proximi mei recesserunt a me. Hoc enim iis accidere solet, qui aliena curant, ut eum omnes, & ipsi met amici odio persequantur, & deserant, scilicet, si boni sunt, tales enim esse debebāt amici Dauid. Plurimum hæc exaggeratur miser a à Salomone, dum ait: proposui in animo meo quærere, & inuestigare sapienter de omnibus, quæ fiunt sub Sole. Hanc occupationem pessimam dedit Deus filijs hominū, vt occupentur in ea. Notate ut occupationem pessimam vocat, & ait, quòd dedit eā Deus filijs hominum, idest, permisit illis in ea occupari in aliorum peccatorum pœnam. Vt cum tot in anima tua, & in familia habeas, quæ cures, aliena tamen spectes, vt viuit illa mulier, & quis illi dedit, quod habet, & alia huiusmodi, ex quibus tot damna, & mala in republica consequuntur. Obsecro igitur uos fratres p[er] uiscera misericordiæ Dei nostri, ad vniuscuiusque pedes humiliter demissus, ut pessimam hanc occupationem omittere, & uestris malis meden omni diligētia posthac velitis. Audite quid D. Paulus dicat. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonū, siue malū. vide iniuē, ut dicat unūquemque propriorū operum rōnem Deo esse reddíturum, ut p[ræ]mium, aut pœnam, prout illa merentur accipiat? O uerba plusquā acuti gladij acuta, o animæ æternæ, & immortales, animaduertite hæc, recordamini, q[uod] quam æternus est Deus, tā æterni vos eritis, aut uiui in inferno ignibus conflagrantes, aut incōparabili cœli gloria perfruētes, & ideo sua quisq; curet. Ingredimini in domū aliquā amplam, & puluere sordidā, uidebitis cubicula depicta, & aurata araneis plena, & semidiruta, quæ ingressi uespertiliones, & aues aliæ fœdant. Quid hoc est? Quę nā est huius rei causa? quia nimirum dñs in ea non habitat. Principis cuiusdam est, qui in regis aula uiuit, & ita cum habitatore careat, ruinā per diuersas partes minatur. Huiusmodi est anima, & conscientia tua, o infœlix peccator, q[uo]n quia in ea non habitas, fœda est, sordida, & prope euersa.

Eccle. 1.

Eccle. 1.

2. ad Co. 5.

Simile.

Ait illis. Venite post me faciā uos piscatores hominum. Suauē Dei prouidentiā animaduertite: qui eorū officia non tollit, sed perficit. Eodem modo cum hominis affectus tolli non possint, eos vult perfici. Plures sunt affectus, quibus mouetur animus scilicet, gaudium, spes, dolor, timor, amor, & odium, quæ quidem euelli ex animo nō possunt, quod curare debemus est, ut ex malo mutentur in bonum. Cum sciret Deus Hebræos edendi amicos esse, cū ex Aegypto liberare uellet, iussit Moysi illis dicere Deus patrū uestrorum apparuit mihi dicens. Visitans uisitaui uos, & dixi, ut educam uos de afflictione Aegypti ad terram fluentē lacte & melle. Videtis ne Dei artificium, qui affectū quidem non tollit, sed ab Aegypti cibis ad terræ promissionis cibos immutat. Cum ad sacrificandum idolis inclinatos uideret, sacrificare non prohibuit, sed tibi sacrificari iussit, ut in libris Exodi, & Leuitici uidere est, ita & nos affectus nostros in melius mutare vult. Spem in hominibus collocatā habes, muta, & in Deo colloca, quia maledictus homo qui confidit in homine, qui ponit carnem brachiū suum. Mundi times infortunia, nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam aūt nō possunt occidere, timete eum, qui postq[uam] occiderit, habet potestatem mittere in gehennā. Humanis rebus gaudentis, audite q[uo]d suis discipulis dñs dicat, in hoc nolite gaudere, q[uod] spiritus uobis subijciuntur, gaudete, aūt, q[uod] nomina uestra scripta sunt in cælis. Tristes estis ob damna tēporalia, mutate hanc tristitiam, quæ enim secundum Deum tristitia est pœnitentiā in salutem stabilē operatur, sæculi aūt tristitia mortem operatur. Hoc artificio usus est dñs hoc loco, non enim dixit Venite post me faciā uos principes terræ, ne officij nouitate obstupescerent, sed faciā (inquit) uos fieri piscatores hominum.

B
Luc. 3.

Hier. 17
C
Luc. 12.
Luc. 10.
D

Venite post me. O Christe uitæ reparator & animarum nostrarum amor suauissime, cur o dñe, rem adeo difficilē ut est te sequi hominibus iubes? quid est homo, ut sequi possit Regem factorem suū; ait Ecclesiastes. Quod tanquam rem difficilē ait imo

Eccle. 2.

A, imò & naturæ corruptæ uirib. impossibilem, nam quemadmodu agnus infirmus & tener, leonem neq; in fortitudine, neq; in cursu, neq; in rugitu, neque in uictoria sequi pôt: ita homo imbecillis & miser te potentissime Rex sequi non potest, qui ambulas super pennas ventorum. De quo D Paulus ait: quod & sanctus, & innocēs segregatus a peccatorib. & excelsior cęlis factus est. Sed respondeo, illum vna cū diuina uocatione fauorem quoque & auxilium suppeditare ut eum sequi possimus, & ita quod impossibile humanis uiribus esset, diuina fit ope facillimum. Quā in re

Simile. Ps. 103. Heb. 7.

B plurimū notandū est, quod Deus nō uult nos esse quod ipse est, neque posse, quod pôt, neq; scire quod scit, sed uelle tantum quod uult. Per uoluntatis iterē nos sequi desiderat, & ut ille omne quod bonū est amat, ita & nos amare. Operibus autē id tantū qd præstare possumus exequi uult. Ne igit' queri homo posset, & diceret, quo modo domine, iubes me humilem esse, & me ipsum contemnere, qui honorem & gloriam tuam ita amas: ut Angelos ipsos eo q in ea te lædere uoluerūt, de cælo deieceris? Iubes ut meas iniurias ignoscam, & Deus ultionū uis appellari, & nemo te iniuria afficit, qui pœnas non det. Paupe-

Psal. 93. Psal. 94.

C rem esse iubes, qui tam diues es, ut dicas, meus est orbis terrarum. Iubes me noctes ac dies laborare, tu uero ta ita cū gloria in cœlo quiescis. Mansuetum me esse, & humilem iubes, qui tanquam Leo es natus, & rugiens, cu' nemo resistere potest. Hoc idē est ac si scribere nos, aut pingere sine exēplari iuberes. Accepit itaq; diuina maiestas candidam illam faciæ humanitatis chartam, propria manu quæ est filij persona, & in ea uirtutes omnes, & perfectiones scripsit, quas nos inde transcribere possumus. Accepit pulcherrimum illud

D sanctissimi corporis uelum Spiritus sācti manibus in sacratissimę uirginis textrina cōtextū, & in eo duris clauis in sanctæ crucis ligno extenso ea nobis omnia depicta deposuit, q̄ uobis imitanda sunt. Querebaris homo Deum esse terribilē, & tremendum, aspice hic mansuetum, & humilem, tanquam agnum, cuius uellere te debes induere, & sanguine lauare. Querebaris Deum adeo honorem, & gloriam suam æstima, te uero humilem uelle, & demissum, aspice hic humilem, & demissum usque ad mortem, mortem aūt crucis. Querebaris Deū esse ultionum, audi uoces, quas patri p inimicis fundit, pater ignosce illis. Querebaris cum diues esset paupertatem iubere, aspice nudum, & pauperem, ita ut non habeat ubi reclinet caput suum. Est igitur exemplar quod imitari potes. Est qd in Deo sequi debes, merito igitur clamat pijssimus Iesus: uenite post me. O ineffabilē Dei misericordiam qui miseriæ, & imbecillitati nostræ respōdere uoluit. Quæ igitur cau a est, cur cum tā pauci sequuntur? Cū iter facitis, ne aberretis a uia ab alijs qui occurrūt petitis ut

A.

B doceāt. Si is q docere dēt longius distat galerum manu sumit, et eo indicat, qua iter sit, q si prope est manu ind cat, et tūc si aberraus maior est culpa. Eodē modo cum homines per hanc mundi uiam iter fac entes in cælū cuperent peruenire, petebat Dauid a Deo eorum noīe, uias tuas domine demonstra mihi. Verum cum lōgissime Deus distaret q nondum humanam carnem assumpserat, needum tā singularia in nos beneficia contulerat, (hoc .n. distare appello,) Galero docebat iter, *Con el sombrero, con sombra*, quæ erat cœremoniarū sacrificiorū, & pręceptorum legis multitudo. De q b. omnib. ait D. Pau-

Simile. Psal. 24.

C lus, quæ sunt umbra futurorum. At uero cū Deus hoib. factus est humanitate propinquus, tot in eos beneficia, et tam singularia cōferēdo, ut redemptionis beneficia sunt, iā no galero, sed propria manu, quæ unigenitus eius filius est, iter docet. Et ita hoc exaggerans beneficiū sanctus Isaias, inquit, non faciet auolare à te ultra doctorē tuum, & erunt oculi tui uidentes pceptorē tuū, & aures tuæ audient uerbū post tergum monētis. Ait post tergum, nos esse sic admonitur um, hac eādē est. Quam quā liberum arbitriū non tollit, quia uocat, nō cogit Quā igitur excusationē afferemus, si tali auxilio errabimus? Cur non omnes uię labores, et difficultates superare conamur sicut iusti faciunt? Hoc signi

Colo. 1. Isa. 30.

D ficat sanctus Hieremias dicens. Non sum turbatus te pastorem sequens. Nō turbantur sancti te, o domine, in laboribus pręeunte Hęc omnia his uerbis significantur uenite post me.

Hie. 17.

At illi cōtinuo relictis retib. sequuti sūt eum. O admirabilis prōptitudo, quæ pigriuam nostrā redarguit. Quod si dicitus admira-

A mirabile aliquod Christi redemptoris nostri factum uiderũt, quo ad eum tanta cũ celeritate sequẽdum incitati sunt, nos uero nihil huiusmodi uidemus, & ideo mirum non est si non ita accurrimus, dico, dubitandum non esse plurima, & stupenda domini opera eos vidisse, sed certa est, & indubitata veritas nihil maius uidisse Apostolos, quo incitari possent, vt relictis omnibus, dominũ sequerentur, quam hoc ipsum qđ fide credimus, adeo certe & firmiter, imo multo magis ac si oculis videremus, & ideo nulla excusatione digni sumus. Hoc verbum continuo admi-
B rabilem diuinæ vocationis efficaciã signi ficat, quam etiam singulari, quadam ratio ne declarauit spõsa, dicens, Dilectus meus
Cant. 5. misit manum suã per foramen, & uenter meus intremuit ad tactum eius, Venter, idest, viscera mea contremuerunt ad tactũ eius, vel, vt in Hebræo est, super eũ, idest eius gratia. Quam turbata diuino illo tactu remanserit, clarius Hebræum verbum significat, hamu, pro quo posuit interpres, commota sum. Cum ꝓprie significet, infremere, & de mari turbato ꝓprie dicatur. Vnde sponsa desumpsit, vt significaret, cor suum tanquam mare fremens,
C & turbatum tempestate remansisse *O ualame la beatissima Trinidad* Quã admirabilis est in anima diuinæ manus operatio quæ mugire eã, fremere, & suspirare efficit, irati & tumefacti maris instar, quem quidem effectum hi sancti uiri in seipsis ostenderunt, quandoquidem statim quicquid habebant, reliquerunt, ut eum sequerentur. Cũ Abraham singulare illud opus effecit proprium filium Deo in sacrificiũ
Gen. 22 offerendo dixit ei Angelus. Nunc cognoui, ꝙ timeas dominum, i. nunc cognoscet mundus, quod timeas dominum. Tunc pietas & verus Dei timor, & amor cogno
D scitur, cum ne eum offendamus, res quas plurimum amamus, amittere malumus. Et hoc est, quod ipsemet dominus dixit, Nisi quis renunciauerit omnib. quæ possidet, non põt meus esse discipulus. Quod si dicitis hos pauca reliquisse, quia nihil præter retia relinquerunt, dico, qđ plura reliquissent, si plura habuissent. Deus non tantum, quod præstatur, sed etiam quod optatur spectat. Et ita dixit Angelus Abrahã loco citato, quia fecisti hãc rem, & non pepercisti vnigenito filio tuo, benedicam tibi, quamuis re ipsa Abrahã non sa- A crificauit filium, voluntatem Deus recepit, ac si vere sacrificasset. Et ideo ait, quia fecisti. Si igitur hi sancti Apostoli totius orbis principes fuissent, eum (credo) reliquissent vt Christum redemptorem nostrum sequerentur, & hoc desiderium diuina maiestas spectauit. Vnde Dauid: Desiderium pauperum exaudiuit dominus Psalm. 9 præparationem cordis eorum, audiuit auris tua. Non ait desiderium diuitum, quia diuitibus, qui plurimum possunt, non satis sunt desideria, nisi ea exequantur, pauperes vero plus præstare non possunt. Benedictus, et glorificatus sit talis Deus. B Quis est tam durus, et ferreus, qui tam pio domino, & tam gr to seruire recuset, Mundi principes quamuis plurima iis diligentia seruias, vix opera, & facta remunerant, hic vero non solum bona opera, sed etiam bona desideria magis remunerat præmiis, hic gratia, in cœlo gloria, ad quam nos perducat idem Iesus Mariæ filius. Amen.

IN EODEM FESTO S. Andreæ.

C

Concio quarta.

Ambulãs Iesus iuxta mare Galileę uidit duos fratres, &c. Matth. 4.



QVI columbaria habent, vt columbis frequententur, hoc artificio vti solẽt: ex domesticis granis odoriferis, & dulcibus pascunt, rostrum deinde & alas melle vngunt: et ita dimittunt, vt ad loca euolet, quo siluestres columbæ conuenire solent, quæ dulcedine illa allectæ eam sequuntur, quas eodem modo melle liniunt, vt cæteris esca sint, et ita paulatim columbarium frequentetur. Creauit Deus cœlum, vt columbis impleret, et ideo columbarium conuenientissime appellari potest, eo enim columbæ tantum ingrediuntur. Et ideo Dei filius monuit homines, dicens. Estote simplices sicut columbæ. Coruis enim nigris et fœdis in cœlesti hoc columbario locus non est, nisi prius
Simile.
D
Mat. 10

in

A in columbas mutentur. Et hæc causa est, cur sponso non satis fuit dicere, quod sponsa, quæ est anima iusti, oculos habet columbæ, verum etiam columbam absolute vocat. Cum enim dixisset, quam pulchra es amica mea, oculi tui columbarũ, inferius dixit, aperi mihi columba mea. O quot ac quantas excellentias, hoc columbæ nomine Spiritus sãctus significat. Significat syncentatem, & bonæ æstimationis splendorem, quia pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Significat lachrymarum abũdantiã, quia B columba gemitum pro cãtu habet. Significat etiam fidem, quã anima diuino sponso seruare debet, quia columba non miscetur indifferenter, uni tantum sociatur. Cumque columbus, ut experiẽtia uidere est, zelotissimus sit, cum foris venit ad locum, vbi columba est, quasi aliquid suspicetur, concutitur, & turbatur attolit pectus, & tanquam iratus gemit, eam hinc inde circumit, & rostro aliquãdo ferit, quę omnia singulari mansuetudine columba perfert, quia nec fugit, nec se defendit, do nec eius patientia columbus mansuescit, C iras deponit, & suspicionis oblitus, ad amores redit. Quæ omnia animæ sanctæ mansuetudinem, & patientiam repræsentant, quæ si diuinus sponsus eius amoris zelotissimus aliquãdo irascitur, & aduersi aliquid et in hac vita permittit accidere, ne suum amorẽ in alio collocet, perfert, & tolerat omnia, donec eius mãsuetudine motus, mansuetus factus, & mitis, eã suauissimis cœli delicijs, & amoribus consolatur. Vt igitur has columbas in cęlum pater ęternus attraheret, mansuetissi nam hanc columbam Iesum Christum redemptorẽ nostrum immisit, quæ fuit diuinæ fruitionis suauitate depasta, vt fatetur Ecclesiasticus eius nomine dicens. Spiritus meus D super mel dulcis. Os habuit suauissimũ, & ita verba loquutus est suauissima. Alas etiam dulces habuit, quæ sunt admirabilia eius opera, & ita verbis, & operibus, ad sanctissimam suam legem homines conuertit, quorũ primi fuerunt Apostoli, qui eum relictis retibus sequuti sunt. Quibus etiam vt alias columbas attraheret verba dedit, & opera admirabilia, vt ijs pollicitus est dicens, dabo vobis os, & sapiẽtiam cui non poterunt contradicere omnes aduersaru vestri. Ex omnibus fratres intel-

Cant. 4.
Cant. 5.
Psal. 67.
Eccl. 24
Luc. 5.

ligetis, quanti nobis referat curare, vt colũ A bæ fiamus, id est, eius conditiones habeamus, vt superius declaraui: si in cæleste illud columbarium admitti volumus. Res est admiratione digna, quam ob causam cum Christus redemptor noster mũdum vellet ad suam obedientiam redigere, huius operis ministros sibi, & coadiutores elegit rudes homines, qui nihil fere sciebant, præterquam retia reficere, & piscari, Huic dubitationi respondetur, huiusmodi elegisse, vt admirabilem suam potentiã magis ostẽderet, & humanam superbiam B ita euerteret, vt intelligeret Dei opus hoc esse, non hominum In operibus artificialibus, quo maior laus instrumento tribuitur, eo maior detrahitur artifici. Si quis calamo bene præparato scribit, quamuis optime scribat, dici tamen solet hoc calamo quiuis optime scriberet, quod si male præparato optime nihilominus scribit, laus omnis, & gloria scriptori tribuitur, qui tã malo instrumento opus fecit tã bonum. Hæc igitur fuit Dei gloria admirabili, qui tam vili instrumento opus fecit tam singulare, vt esset mundi ad eundẽ cõuersio. Et hoc est quod D. Paulus ait his verbis. Habemus C thesaurũ istum in vasis fictilibus, ut sublimitas sit uirtutis Dei, & non ex nobis, i. prædicationem Euangelij posuit Deus in infimis hominibus, ut infirmitas uasculi facile declaret, hæc tam magnifica opera nequaquam tam inanis uasculis fuisse. Hoc idem docuit, dicens. Misit me Christus euangelizare, non in sapientia uerbi, ut nõ euacuetur crux Christi, id est, ne humano artificio animarum cõuersio facta uideatur, & honor Iesu Christi cruci detrahatur. Et inferius sese magis declarãs, ait, uidete uocationẽ uestram fratres, quia nõ multi sapientes secundum carnẽ, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confun- D dat sapientes, ut non glorietur omnis caro in conspectu eius, quia si sapientes elegisset, potuissent gloriari dicentes, hoc sapientia nostra factum est. Clamauerunt filij Israel ad Dominum, qui suscitauit eis saluatorem uocabulo Aoth, qui utraque manu pro dextera, utebatur, quod sacra scriptura notauit, ut doceret, quid principes, & Gubernatores præstare debeant, suos nimirum subditos ab exterioribus inimicis defendere, & ab interiorum tyrãnide. Sunt enim plurimi, qui vna tãtum manu pa-

Simile.
2. Co. 4.
1. Co. 2.
Iudi. 3.

A pugnant, & subditos suos ab externis ini micis tuentur, non ab internis, qui propria cuiusque vitia sunt, & affectus. Vbi nos legimus, utebatur, vtraque manu pro dextera, in Hebræo habetur, erat Aioth in ualidus manu dextera: quo significatur quam bonus artifex est Deus, qui instrumentis uilibus, & infirmis admirabilia operatur, ut eo duce, qui inualidus erat manu dextera, quod plurimum ad rem facit de qua loquimur. Et ideo fratres, cum nos inutiliores, & imbecilliores nobis esse uidebimur: tunc confidere maxima debemus, conuenientiora diuinæ operationis in B strumenta fore; vt Dominus infinitam suam sapientiam, & potentiam in nobis Isa. 56. ostendat. Hanc ob causam ait propheta Isaias. Et non dicat Eunuchus, ecce ego lignum aridum. Quia hæc dicit Dominus. Eunuchis, qui custodierint sabbatha mea, & elegerint, quæ ego uolui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea locum, & nomen melius à filijs, & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. Benedicta sit ò Domine altissima tua maiestas, qui tantam his uerbis fiduciam hominum imbecillitati præbes. Neminem desperare iubet, quamuis se noscat C infirmum, si eius se uolūtati subijciat, quites admirabiles ea ipsa infirmitate poterit operari.

Act. 10. Ait igitur sanctum Euangelium. *Ambulans Iesus iuxta mare Galilaæ*. Quærebat Dominus, cui benefacere posset, de quo D. Petrus: Qui pertransiit benefaciendo, & sanādo omnes oppressos a diabolo. Hac de causa deambulabat Iesus iuxta mare, nō vt otiaretur, ut plurimi, qui domi Deū offendendo defatigati, per hortos, prata, & alia loca amœna deambulant, ut hic quoque rursus offendant, & alios, ut offendant, inducant. Quemadmodum Chri D stus, Dei filius, singulis horis, & momentis domi, & foris stans, & ambulans sanctis rebus occupabatur, ita homines sunt, qui omnibus horis, & in omni loco sunt ad innumerabilia prope mala committenda parati. Magna est profecto confusio, quod uiuant hodie Christiani, tanta cum negligentia, ac si ad edendum tantum, ad luden Sap. 15. dum, ad deambulandum, ad omnia scelera, & mala nati essemus. De his dicit. Sapiens, Æstimauerunt lutum esse uitam nostram, & cōuersationem uitæ composi-

tam ad lucrum. O cæcitatem horribilem A ita viuere ac si alia uita non esset, nec Deo actionum nostrarum ratio reddenda. Qua in re plus peccant nobiles, & diuites, quam pauperes. Et ita de his queritur Dominus dicens. Fertilis fuit Moab ab adolescentia Hier. 48 sua, & requieuit in fæcibus suis, nec transfusus est de vase in uas, & in transmigrationem non abijt, idcirco permansit gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus. Hoc enim in nobilibus, & diuitibus accidit, qui cum ab adolescentia sua in delicijs, & omnium rerum abundantia educati fuerint, fæces, quæ peccata sunt, ita in his resident, vt mores mutare nesciant, sed B semper in eodem uitæ sapore, & odore persistunt, Dei gustui insipidi & inter homines infames. Hoc enim significat, saporem malum, & odorem habere, per fœces autē peccata significauit. Et hoc propheta So Soph. 1. phonias declarauit in his uerbis, & erit in tempore illo, scrutabor Hierusalem in lucernis, & uisitabo super viros defixos in fæcibus suis, qui dicunt, &c. O infelices peccatores in peccatorum fœcibus defixos, quid uobis fiet in eo iudicij die, nisi nunc uos mutare curatis, & transfundi de uase in uas? Omittite igitur fratres inutiles istas deambulationes, sed potius foraminē vcb's C aliquod quærite in quo peccata uestra deplorare possitis.

Ambulans Iesus iuxta mare Galilaæ. Et cum diues esset thesaurum suum secum habebat, vt si necessitas aliqua occurreret opem ferre posset. Non ut nonnulli facere solent, qui quāuis diuites sint, domo exeunt sine crumena, & si pauper ab ijs eleemosynam petit, promptam habent excusationem, domi crumenam reliqui. Discite crudeles a diuino hoc præceptore, qui cum deambulatum exibat, thesaurum suum secum semper habebat, & cum duos hos fratres vidisset egentes, vt opē ferret, D uocauit dicens *Venite post me, faciā uos fieri piscatores hominū*. Quasi diceret singularia vobis beneficia polliceor. Idē & uobis faciendum est, vt vos pietatis oculis Deus aspiciat. Audi quid dicat Spiritus sanctus. Fili eleemosynam pauperis ne defraudes. Eccle. 4. Animaduertite, ut eleemosynam pauperis esse dicat, & quod suum est non esse illi denegandum. Ne existimetis beneficium maximum esse cum datis, sed fraudem esse, cum denegatis, quod si illi, qui rem fu-

dore

A dore suo, & labore acquirunt fraudē committunt, nisi pauperum necessitati medeantur cum possunt, & cum fieri hoc dominus iubet, quid de Ecclesiasticis dicēdum erit, nisi pij sunt, & misericordes? Horum enim redditus iustiori titulo pauperum eleemosynæ vocantur, & maiorē omnino

Dan. 4. fraudē committunt Idolo quidem, quod vocabat Bel, offerebat populus escas plurimas, & vinum; quia Sacerdotes persuaserant illi, idolum ea omnia, quæ illi offerebant, comedere, illi autē (inquit sacra scriptura) fecerant sub mensa absconditū introitum, & deuorabant ea, neque solum il-

B li, sed eorum quoq. vxores, & filij, sed excitauit Deus Danielem, qui fraudem ex vestigijs Regi detegeret, qui eos seuerissimē puniuit. Nostris temporib populus Christianus multa templo offert, vt sunt decimæ, primitiæ, & alia, & hæc offert sibi p̄suadens quod detracto eo, quod ad templi ministros alendos necessarium est, quod superest, Deus, idest, eius pauperes comedāt. Certum enim est, quòd eorum nullus, qui sanctis Ecclesijs redditus reliquerunt, voluit, vt ijs canes venatici alerentur, neque alia fierent vana & profana. taceo de mu-

C lierib & filijs, q̄ de hominib. Deo iactis, necdum dici ferendum esse videt. Verum ingrediuntur plurimi sacerdotes per portas secretas, & abscōditas, vt redditus istos comedāt, & hi sunt, qui per ambitionem, & simoniam ad Ecclesiasticas dignitates ascendunt, de quibus dominus, qui non intrat per ostium ille fur est, & latro Hi ex vestigijs cognoscuntur. Spectate eorū vitam, & quæ populo præbent exempla, & inde intelligetis an per ostium ingressi sint, an per absconditum introitum: pastores ne sint, an fures, ingressi ne sint Dei Ecclesiam, vt orent, an vt comedant, quę offeruntur, vt sacerdotes illi Bel, qui postq̄

D in furto sunt deprehensi, morte pœnas dederunt Nunc verò in Christiana Repub. vix est, qui malis nonnullis Ecclesiasticis dicat saltem, malè agis. Sed quamuis in hac vita impunè peccent, nisi sese emendent, pœna eos expectat æterna.

At illi continuo relictis retibus sequuti sunt eum. O quot hic adestis quos sæpius Deus vocauit, & a malo recedere optan-

Pro. 26. tes, pigritia tn̄ vos ī eo detinet. Sicut ostiū voluitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo. De vnoquoq; peccatorum hoc dicitur, qui pigri sunt, & negligentes. Ostiū A quamuis hinc inde circumagitur, semper tamē hæret in cardine: ita piger bonis desiderijs huc illuc mouet, quæ Deus in eo imprimit, sed nunquā exit è peccato, & in eo tanquam in cardine ostiū voluitur. De his etiam dicitur. Leo est in via (dicit Pro. 26. piger) & leæna in itinerib. O superbe dæmon, tibi Leo factus obijcit, nec te Iesum Christum per humilitatis, & cæterarum virtutum iter sequi sinit. Si ignoscere vis, pusillanimitatis existimationē opponit. Si viuendi mediocritate contentus es, & vestium, & supellectilis pompam contemnis, cęteris re, contemptui fore, ait. Si alie- B na restituis, de necessitatis periculo admonet. Hic est Leo, qui in virtutis via occurrit. Leæna autem glossa ait, præteritorum peccatorum esse delectationem, quæ tenet, Iesum Christum Redemptorem tuum se- Glossa quaris acriter remorantur, & ita per dirupta, & periculosa rupium, & saltuum, itinera vagaris incertus: vt vagati solent ij, qui tectum, & planum iter Leonem fugientes reliquerunt. Dicere volo, quòd si Iesum Christum sequeris, diuinæ eius legis præcepta seruans quietus, & securus viues, & si hæc, quæ difficilia quidem videntur, fugis in plurima pericula, & labores C incidis. Hanc ob causam inter laudes, quas Pro. 31. Spiritus Sanctus animæ iustæ tribuit, vna est, & potissima. accinxit fortitudine lumbos suos, roborauit brachium suum, & addit, fortitudo, & decor indumentum eius. Merito vocat fortitudinem indu- Simile. mentum, quia quemadmodum vestis nō vni tantum membro, sed omnibus vtilis est, ita fortitudo communis est virtus, quę nō vni tantum virtuti, sed omnibus inseruit Quæ enim virtus, dicite obsecro, sine fortitudine exerceri potest, cum omnes repugnātiam habeant? Aīa sine fortitudine D est tāquam miles inter armatos hostes inermis, quem quiuis facillime superare potest. Rogate igitur fratres Dominum, vt vos hac virtute muniat, quo maiori animo retia ista, quib. vos irretitos video relinquere possitis, & redemptorē vestrū magna cum alacritate sequi. Mundi creaturę omnes, retia quædam sunt, quibus homines leues, & infirmi capiuntur. Pulchritudo illa, & voluptas, qua alliciuntur est esca, vt ea inuitati facilius retibus implicentur, quæ non ipse dico, sed sacra scriptu-

A ra affirmat, dicés. Creaturæ Dei factæ sunt in tentationem animæ hominũ, & in muscipulam pedibus insipientium. Quæ non ita intelligenda sunt, acsi Deus creaturas fecerit, vt hominibus tentatio essent, & laquei. Non enim eas ideo tam pulchras effecit, sed vt per eas ad diuinum eius amorem attraherentur. Verum homines sua malitia eas sibi retia effecerunt, vt sese earum illicitis amoribus irretirent, creatorē suum propter eas deserendo. Et ideo sententiam illam statim limitauit; nam cum dixisset, factæ sunt in tentationem, addidit, & in muscipulam pedib. insipientiũ; B significans insipientes tantũ decipi. Hæc igitur retia sunt nobis relinquenda; scio tamen hoc hominibus persuaderi difficile posse, quia si id quod furati sunt non sine dolore restituunt, quanto magis id, qđ proprio sudore, & labore acquisierunt?

Sap. 14.

Gen. 2. Egebat Adam societate, quia, vt dicitur; non inueniebatur ei adiutor similis eius inter omnia bruta animantia; dicebat autem, vt mulier quã Deus illi daturus erat in sociam, ex eodem Adam egrederetur, vt eam plus amaret, & vt oēs ab vno principio orti maiori vnitate, & concordia coniungeremur. Verum nè ęgrè ferret Adam vnam sibi de costis eripi, quamuis in eius C vtilitatem fieret: immisit Deus soporem, idest, extasim in Adam, vt hoc modo sopitus costæ dolorem non sentiret. Potuisset quidem Deus costam ei sine dolore eripere, quamuis sopitus non esset, sopire tamē maluit, vt doceret nos quòd vt homines mundum sine dolore relinquant, sopire eos debemus, & vt dormiant persuadere, idest, vt diuina contemplentur, & orationis, & meditationis amici sint: hoc enim cælesti somno, & extasi ab humanis rebus sine dolore, imò magna cum voluptate auellimur. De aliquo, q diues sit, dicere vulD gariter solemus. *Es ombre que tiene costilla.* Hanc igitur costam; si dormire scit, idest, orare, & meditari sine vllo dolore dabit. Quoties fratres rogaui vos, vt aliquã temporis partem in rerum diuinarum cõsideratione velitis insumere? Iterum nunc rogo, & toties rogabo, quoties sese offeret occasio: inde enim discetis creaturarum amorem ex animo deponere, & in creatore collocare. Quòd si hoc somno sopiti nõ estis, non modo costam, sed ne duo quidē minuta sine dolore vobis eripi poterũt.

De hoc diuino exercitio ea verba intelligenda esse puto Lætare cum muliere adolescentiæ tuæ, Ceruus charissima & gratissima hinnulus, vbera eius inebrient te in omni tempore in amore eius delectare iugiter. Hinnulus gratissimus est Spiritus sancti gaudium, quod in contemplatione acquiritur, vbera eius sunt fructus eius, qui animam alunt, & admirabili voluptate perfundunt. O verba diuina, imprimat ea dominus in cordib. vestris. Mulier adolescentiæ tuæ vocatur hæc cælestis sapientia, & diuina cõuersatio, qui ab adolescentia eam amare debemus, & in eius suauissimis amplexibus exerceri. *O sancta Maria señora.* Hæc si facerent homines, qua puritate, & amore, quo gaudio, & voluptate viuerent? Hanc amaui, & quæsiui eam a iuuentute mea, & quæsiui sponsam mihi assumere, & amator factus sum formæ illius, de iusto dicitur O Deus Deus ô Deus maiestatis infinitæ, inclina dñe pro tua clementia horum, qui me audiũt, corda, vt hinc pulcherrimæ huius mulieris amatores discedant. Hoc optabat Dauid cum dicebat. Vnam petij a dño, hanc requiram, vt videam voluntatem domini? vbi D. Hieronymus ex Hebręo vertit, vt videam pulchritudinem domini, quia vnũ ex præcipuis cōtēplationis exercitijs est, Dei pulchritudinis cõsideratione delectari. Quod si adolescentiam vestrã fratres, sine mulieris huius cœlestis amore transegistis, tempus adhuc superest, nunc quam primum eam amare incipite, & præterita damna compensabitis, & relictis retibus (imò & vobis ipsis) dominum sequimini, se enim ipsum relinquere res est maioris momenti, & quæ plus ad diuinam hanc sequelam confert. Narrat D. Anton. quod cum Socrati dixisset, quidam sese hoīum familiaritatem reliquisse, nihil tamē hoc sibi ad animi quietem profecisse, interrogauit Socrates, an seipsum secum adduxerat, cum ab hominum familiaritate recessit. & enim ita respondisset, igitur (inquit) solus nõ eras, aderat socius, & quod peius est, malus socius, si tecũ tu ipse aderas, tu ipse tibi prius relinquendus eras (idest, propria voluntas) quam si reliquisses, nec ab ea te trahi sine res, quietiorem omnino, & meliorē vitã inuenisses. O admirabilē Gentilis philosophi sententiam, quã quoties plurimi experimur, qui mundum reliqui

A Prou. 5. B Sap. 8. Psal. 26. Hieron. C D. Ant. 1. par. D

A liquimus, & tamen nihil in moribus, & uita profecimus, uani, ambitiosi, auari eodē fere modo sumus ut antea. Iam scitis fratres in unoquoq; uestrum duos reperiri, in unoquoque hominum (ait D. Paulus) duo sunt homines. Hoc scientes quod vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, vt ultra non seruiamus peccato. Homo uetus est corruptio illa, quæ ex Adam ad nos hæreditario quasi iure peruenit. Homo no. u⁹ est renouatio illa spiritus, quā per merita Christi Redemptoris nostri accepimus. Cú igitur corruptionem illam relinquimus, &

Rom. 6.

B renouationem hanc sequimur, tunc nos ipsos relinquere dicimur, & Iesum Christum uerū ducē huius gloriosissimi Apostoli imitatione sequi, qui quamuis retia reliquit, quibus pisces capiebat, alia accepit, ut homines piscaretur, idest euangelicam doctrinam, nam quemadmodum retia ex plurimis funiculis, & filis constant, ab uno tamen puncto incepta in puncto terminantur, ita Euangelii doctrina quā uis præcepta plurima, & consilia continet duobus tamen punctis includitur, quæ sunt Dei amor, & proximi, in eo, quod ad uoluntatem pertinet: nam quod ad intel

C lectum pertinet, duobus etiam punctis includitur, idest, articulorum fide eorū quæ ad diuinitatem pertinent, & eorum quæ ad humanitatē. Præterea quemadmodum rete aquā continere non potest, ita etiam doctrina euangelica non bona hæc temporalia, quæ mundi huius aquæ sūt amarissimæ capt... debemus, sed homines piscari, ut Dei sint cibus. Hāc ob causam aiebat D. Paulus. Non quæro uestra, sed uos. Hic uester, o patres in uestris prædicationibus finis esse debet, homines in profundo peccatorum pelago demersos extrahere, ut peccato moriant, & solo Deo uiuāt:

1. Co. 12

D aquas uero bonorum temporalium exire finite. Et quemadmodum piscatores nauiculam habere solent, ut ex ea melius rete iacere possint, & plures pisces capere, ideo gloriosus hic apostolus Andreas in cruce tanquam in naui poni summo cum gaudio passus est, & in ea per duorum dierum spacium crucifixus vixit, vt inde sanctissimę suę doctrinæ retia melius explicaret, ut prædicandi munus ad quod uocatus a Deo erat, exerceret. O rem admirabilem: Christus Redemptor noster crucis meditatione cohorruit, Andreas ad crucis aspectum exiluit. Quia nimirum Christus cū timebat Andreæ erat humanitate uestitus, eum gaudebat Andreas, Christi erat fortitudine uestitus. Timuit enim Christus Redemptor noster ne nos timerem⁹. In hoc æquū est, ut prælati, & sancti Euāgelii ministri veros sese Christi seruos esse ostendāt, ut crucem nimirum ascendant, & labores libenter subeant, ut piscentur animas, quæ tanquam pisces uoluptatum aquis demersi, natant in hoc mundi mari Ita n. eum uocauit Dauid, dicēs. Hoc mare magnum, & spatiosum manib⁹, illic reptilia quorum nō est numerus. Dixit spatiosum manibus, & non pedibus, quia quā uis amplus sit mundus, angustus tn̄ est, unius tn̄ auari, & ambitiosi desideriis, q illum uno si posset haustu absorbere vellet. Manib. etiam spatiosus est, & amplus, tanta. n. hoīum in bonis oper. b. pigritia & & negligentia, ut satis spatii iis relinquatur, q ui sese in uirtutibus exercere uoluerint Qui eleemosynā dare optauerit, salutem hanc non ideo omittet, quin alii uicē præuenientes acceperint, omnium pauperum necessitatib. succurrendo, plurimę illi supererūt. Qui orare uoluerit, Ecclesiā nō inueniet adeo plenā, & occupatam, ut locus illi ad orandū non sit, & ita de aliis bonis operib. Hoc igitur significat spatiosum manib. In hoc mari Dei serui piscari debent peccatores, quamuis crux illis, & mors esset subeunda. Et ita mutuo nobis auxiliantes gratiam a Deo hic consequęmur, & in cælo gloriam, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Psal. 103

DOMINICA II. IN Aduentu Domini.

Concio Prima.

Cū audisset Ioannes in uinculis opera Christi, &c. Matth. 11.

CVm memoriā Dei filii in hūc mundum aduētus sancta mater ecclesia hoc tempore celebret; cum nos redempturus aduenit, euangelica nobis quædam

A dam proponit, in quibus certissimæ huius ueritatis testimonia continentur, ut hodiernum huius initium magnam nobis admiratione parit. Res enim admiratione digna uidetur, uirum hunc tam heroicum D. Ioannem Baptistam Dei adeo familiarem, cuius uita tantæ erat utilitatis, in uinculis esse. Manum illã, quæ Deũ hominem factum digito indicauit dicens ecce agnus Dei, ferreis manicis esse deuinctam. Linguæ illi, quæ tam clarum summæ ueritatis dedit testimonium, tantum esse silentium impositum. Libertatem illam qua in deserto tantum cum sanctitate B uiuebat, carcere esse inclusam. Virum illum, qui Iordanis aquis Christum Dei filiũ baptizauerat, dignus a Deo factus, ut æterni patris compater esse, talẽ (inquã) virum in carcere crudelissimi tyrannis manu proprio sanguine baptizari. O admirabile spectaculum, quod sublimiora etiam ingenia stupida reddere admiratione potest. Et ut admirabilior res videatur, animaduertite uerba illa Canticorum, en lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi, uniuscuiusque ensis super femur suum propter ti C mores nocturnos. Quorum uerborũ uerus, & legitimus sensus est, per lectulum iustum significari, nam i peccatores uidetur Dei maiestas quodammodo pressa esse, & contracta, & eius magnificentia in angustum deducta, quia eius opera, & effectus impedit, & ita unum ex maioribus malis, quę peccatum facit est, Dei bonitati impedimento esse. Diuinæ enim bonitatis inclinatio est, seipsam communicarę, quam communicationem peccatum impedit. In iusto uero iacet Deus tanquã in amplo lectulo, & extenditur, & ita Hebræum nomen quod lectulum significat, D ab extendendo, & dilatando deducitur. Sexaginta uero fortes diuersa Dei auxilia significant, quę undique iustum ambiunt. Quod nostra trãslatio ait optime, omnes tenẽtes gladios: si uerbum interpretemur ex uerbo: in Hebræo est, omnes capti, siue apprehensi gladijs: quo significatur ipsa Dei auxilia ab ipsa auxiliandi inclinatione, & desiderio apprehẽdi, quæ mira exaggeratio est. Vniuscuiusque ensis super femur suum significat, quam parata Dei auxilia sint, ut iusto accurrant. Propter timores nocturnos, i. propter damna, quæ timet iustus in huius sæculi nocte. Quæ cum ita sint cur tot enses ad iusti auxiliũ parati, uirum hunc iustissimum ab hominum vi non defenderunt? verbis diuinæ scripturæ respondebo. Iustorum animę in manu Dei sunt, & non tanget illos tormẽtũ mortis, uel ut alia trãslatio habet, tormentum malitiæ q̃ peccatum est. Maxima omnino prærogatiua & excellentia, iustorum animas talem meruisse locum, ut de iis dicatur in manu Dei sunt, ubi eas defendit, vt non a corporis laboribus, sed a peccato rangi nõ possit. Et hoc mysteriũ illud fuit, cur ipse dominus prophetæ Ezechieli dixerit, ut adamantem, & ut silicem dedi faciem tuam, ne timeas eos. Adamas enim quamuis feriatur, non læditur, imo si sagittis percutis resiliunt & reflectũtur in teipsum sagittę, ita & iustorum persequutiones persequutorib. ipsis detrimento esse solent. Cum igitur certum hoc in sacra scriptura sit, Deum seruis suis tribulationes, & persequutiones permittere, in ferri ex eo potest, quãti iis referat sese fortitudine armare, ut aduersa forti ãio tolerare possint, & iis magnas sibi coronas acquirere. Hoc illud est, qđ muliere illa significare uoluit Spiritus sanctus: de qua dicitur mulierem fortem quis inueniet? C procul & de ultimis finibus pretium eius. Et cum exaggerauerit, quam difficilis sit, & rara fortitudo, narrat statim admirabiles eius effectus dicens, confidit in ea cor uiri sui, & spoliis non indigebit, reddet ei bonum, & non malum, omnibus dieb. uitæ suæ, quęsiuit lanam, & linum, et operata est consilio manuum suarum. Quibus uerbis, & aliis quæ sequũtur significat fortitudinẽ esse tanq̃ mulierem diligẽtissimã, quæ domum, & oẽs qui in ea uiuunt, reb. necessariis instruit. Sermone integro opus esset ad omnes huius præstantissimę D virtutis effectus declarãdos, qui eo in loco a Spiritu sancto uariis & diuersis metaphoris referuntur. De Duce Veneto dicitur, quotannis mari soleuni quadam cæremonia nubere, & in huius fœderis signum annulum in mare proiicere, quo significat præcipuam eius curam esse debere nauium & triremium classem apparare, & instruere, quia inde lucrum omne, & utilitas in eum rempublicam manat. Ita vir tutis amicus huic mulieri, quæ fortitudo est

Ioan. 1.

Cant. 3.

Sap. 3.

Ezec. 3.

Pro. 30.

A est patientiæ, & tolerantiæ mater; nubere debet, & eam tanquam uxorē amatam amplecti, ita.n. citò virtutum diues eueniet. Cū igitur sciamus cur Deus iustos affligi, & tribulari permittit, æquum est etiam vt
Mar. 6. sciamus quā ob causam iusserit rex Herodes sanctissimū hunc uirum vinciri. Quā refert D. Marcus ipse (inqt) Herodes misit, ac tenuit Ioannem, & misit eum in carcerē ꝑpter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui, q̄ duxerat eam. Dicebat.n. Ioannes Herodi non licet tibi habere vxorem fratris tui Plurimos D. Ioannes reprehendit, vt ex sanctis Euangelistis constat,
B verum nemo deeius morte cogitauit præter Herodē, nemini tam ingrata, & odiosa veritas fuit, vt illi, q̄ rex erat. O quam miseri hac in re sunt reges, & potentes, quib. nemo ferè vera dicere audet, hi quidem, quia nullum Psalmum canere volunt præ
Ps. 114. terquam, placebo dño, alij quia ne audiantur, sed potius persequantur, timent. Cum lasciuus ille rex Baltasar cū uxoribus, concubinis, & regni sui optimatibus in conuiuio potaret, & uasa aurea, & argentea quæ è templo Hierusalem eius pater attulerat,
Dan. 5. profanaret, in eadem hora (inquit textus) apparuerunt digiti, quasi manus hominis
C scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulæ regiæ scribebat autem pœnam, & supplicium, quod Deus illi præparabat. Admirabile hoc fuit mysterium, quo Deus significare uoluit æquū esse, ut in regū, & principum palatijs parietes ipsi loquātur, cum hoīes loqui non audeant, & veritas in lapidibus manu a cęlo dilapsa scribatur, cum in terra orę eam pronuncia
Simile. re audeat nemo. Quod nam naturę secretū esse dicemus, vt arbor altissimis humi fixa radicibus vento euellatur, arundo uero uix luto inhærens eiusdem uenti impetu perculsa euelli non potest? dico, q̄ ar
D bor uento resistit, et vnn propellit uentus, arundo non repugnat, sed infirma & imbecilla inflectitur, & eum libere finit excurrere, & ita eum nullam uentus inueniat repugnātiam, nullam ei vim facit. Hoc ipsum in potentium domibus accidere solet. Dei seruum, qui firmissimas in uirtute defixas habet radices, statim eijciunt, hominem verò perditissimum, q in uitiorum luto radices habet, diu ibi perseuerare ui debitis. At, quomodo euellunt arborem, & non arundinem, quia nimirum uento ar

bor resistit, arundo, quoque impellit uentus, inclinat. Iustus domini uitijs, quæ superbiæ, & uanitatis sunt uenti, repugnat, ideo deijcitur, peccator uero, q̄ tanquam arundo inflectitur, & dñi uitia non modo non reprehendit, sed laudat, hic alitur, hic amatur. Legis Noe posteros quosdā dixisse, uenite faciamus nobis turrim, cuius culmen pertingat ad cęlum Perfici autem turris nō potuit, quia confudit Deus linguas eorū, ita ut alter alterius linguā non intelligeret, & q̄ in inferiori turris parte erant, non ea cæmenta præberent, quæ, qui in superiori parte ædificabant, ab ijs petebant, nam si petebant calcem dabant arenam, cum petebant arenam, aquam præbebant, & sic magna erat rerum oīum perturbatio Turris quam mundani ędificant vt nomen suū extollāt, & famam sibi, & gloriā acquirāt, tam diu durat, q̄ diu qui in inferiori turris parte sunt, materiam, & cæmēta præbent quæ petunt ij, qui in superiori parte sunt. Mūdi fauor, & gratia tam diu durat, q̄ diu minores maiorum uoluntati obsequuntur, quod ipsi uolunt loquūtur, vitia eorum laudāt, & in ijs opem, & auxilium præbent (hoc.n. est materiam & cæmēta præbere, quę petunt) at cum secus fit, & aliud quam ipsi uolūt, præbent, cum eos reprehendunt, & eorum uitijs opem ferre recusant, statim cessat ædificium, & euertitur. Hāc ob causam imperfecti pigrescunt, & vera dicere non audent. At D. Ioannes Spiritu Sancto plenus scelus, illud nefandum, ut fratris sui uxorem uiuente fratre, publice ducere auderet Herodes, acerrimè reprehēdere non timuit. Ita hoc uitiū cæcos homines & amentes reddit, ut affirmat propheta Oseas dicens, fornicatio, & vinū, & ebrietas auferunt cor. O admirabilem exaggerationem, uix potuit S. Propheta paucioribus verbis mali huius nimmelius explicare, q̄ ebrietati illud comparādo Quemadmodum.n. ebrietas iudicio homines priuat, qui eo tpe nihil a stulto, & amente differunt, ita hoc uitium hoīes bestijs similes reddit. Hoc rectè sacra scriptura expendit, cum ait, fornicatus est populus cum filiabus Moab, quæ vocauerūt eos ad sacrificia sua, at illi comederunt, & biberunt, & adorauerunt deos earum, Initiatusq; est Israel Behelphegor, idolū erat hoc obscænissimum, quod ab alijs dicebatur Priapus. Ex hoc igitur intelligitur,

Right margin: A; Gen. 11; B; C; Ose. 4.; Simile. D; Nu. 25.

A quo nos carnalis delectatio cæcos, & tamen tes rapiat. Quis crederet populum illum Israel a Deo electum, & edoctum ad tantã mentis cæcitatem deuenturum, vt obscęnissimum idolum adoraret? libido nimirum & luxuria causa fuit. Subdit eo loco textus; q Moyses, & omnis turba flebant ante fores tabernaculi, dum idololatriæ illi fœdissimæ adorationi operã dabant. Nũc autem maiorem ferè mundi partem eidẽ Behelphegor idololatriæ deditã videmus, & uix est, q Moysis imitatione deploret. Illi Dei iussu in eodem loco pœnas mortis dederunt, nunc verò uix est, qui rephendere saltem nostros idololatras audeat. Ve-
B rum non ideo ô miseri carnales Dei manus effugisse existimate, hoc enim vitium seuerissime Deus punire solet. Quod tunc declarauit cum terram lasciuia, & luxuria plenam spectans dixit, nõ permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Vbi
Gen. 6. Hebraicè legitur, non litigabit spũs meus cum homine, quia caro est, idest, nolo cum homine verbis contendere, sed operibus eam seuerissimè punire, quandoquidem carni deditus est. Inferius autem dixit: delebo hominem quem creaui, à facie terræ, ab homine vsque ad animentia, a reptili,
C usq; ad volucres cæli. Omnia deleuit, ita ut animal nullum (præterquam pisces
Gen. 38 quia non carnali coitu, sed alio modo multiplicantur) supplicij immune fuerit. Alia peccata solet Deus reprehensionibus punire, hoc vero punit operibus. Videte ut Iudæ filium Iacobi nepotẽ punijt, de quo legitur, quod quia obscęnum quiddam, &
Tob. 6 turpe committeret, idcirco percussit eum Dñs, q rem detestabilem faceret, & ita infœlici morte mortuus est. De septem uerò Saræ maritis legitur quod dæmonium occidit illos. Et addit, ab angelo illius supplicij causa, quia coniugium susceperant, ut suæ libidini vacarent, sicut equus & mu-
D lus quibus non est intellectus. *O ualame*
Psal. 31. *la beatissima Trinidad*. Quot hodie huiusmodi peccata, & scelera fiunt, q si Deus statim non punit, nẽ obliuione id fieri existimetis, nã quo magis differtur, nisi correctio sequatur, maior erit pœna. Nã si eos, qui tot ab eo beneficia non acceperant, puniebat, quanto magis uos puniet, quos maiori obligatione deuinxit? aduertite, obsecro, fratres hæc, quæ uobis Dei nomine dico, ne postea maioris condemnationis cau-

sa fiant. Hoc igitur peccatum fuit, quod A
infœlicẽ hunc regem Herodem adeo excæcauit, ut ppter Herodiadem uirum hunc sanctissimũ in carcerẽ detrudi iusserit. Ex quo infertur, q de homine carnali quodcunque malum præsumi potest. Ideo de Luc. 6.
Magdalena dixit D. Lucas, q erat peccatrix indefinitẽ, q si petitis, quo peccati genere erat peccatrix? quocunque, quia carnalis erat, & ideo hinc multa alia uitia habuisse sequitur. Et ita de ea dixit D. Marcus, de qua eiecerat septem dæmonia, per D Mar. 16.
quæ D. Greg. ait, septem peccata mortalia intelligi. Magna inter peccata commu D. Gre. Ho. 16.
nio, & societas est, q a sibi inuicem disposita sunt. Hoc significauit D Paulus dicẽs, B
exhibuistis membra vestra seruire iniquitati in iniquitatem. Et D. Lucas hæc Herodis crudelitatẽ referens ait, adiecit & hoc Ro. 6. Luc. 6.
super omnia, q inclusit Ioannem in carcerẽ. Animaduertite uerba illa, & adiecit super hæc omnia, quibus significat plurima alia peccata, q commiserat, ad hoc aditum patefecisse. Peccauit infœlix adulterio, peccauit mox veritatis, & rephensionis odio, inde ira cõsequuta est, mox carcer, & uincula, & tandem capitis amputatio. Cũ q̃reretur propheta Oseas Dei noie, q mũdus Osee. 4.
malitia plenus esset, his uerbis, maledi- C
ctum, & mendacium, & homicidiũ, & furtum, & adulterium, inundauerunt, addidit statim tantorum malorum cãm dicens, & sanguis sanguinem tetigit. Vbi illa, & est causalis idest, quia sanguis sanguinem tetigit, q a peccatum peccati causa est. Nam quia hoĩes nascentibus malis iter non intercludunt, hinc fit ut ijs plurimi obruantur. Quapropter timete, obsecro, fratres prima peccata, neq; peccare audeatis dicendo, hoc tantum peccatum committam nõ Simile.
plura. Peccata enim sunt tanquam cerasa: nam si ex cerasorũ aceruo vnum tantum sumitis, illud vnũ duo secũ trahit, & duo D
illa, tria, & tria illa, quatuor, & quatuor illa, octo, et ita sese inuicẽ sequuntur. Idem in peccatis accidere solet. Quare si forte Deum aliquando offendere audetis recidite statim peccatorum filum, priusquã uoluntas in ijs resideat, & uires acquirat, postea enim à malo magna cũ difficultate di 3. Re. 16
mouetur. Voluit Hiel vrbẽ Hierico reædi Iosue. 6.
ficare, cum maledixisset Iosue Dei nomine eos q hoc facere ausi essẽt, & cũ uix primũ ædificij lapidem posuisset mortuus est
illi

illi filius primogenitus, q̃ uocabatur Abiram, nec tñ ab opere cessauit, sed dum ædificabat paulatim eius filij moriebantur donec perfecto opere nullus ei filius superfuit. Liberet nos Deus ab animi obstinatione, & in malo perseuerantia postea quã in voluntate rad. ces legit.

Quãuis in vinculis esset Ioannes, amor tñ vinciri non potuit, solutus erat & liber, & ideo in carcere de animarum remedio, & reb. ad Dei gloriã pertinentib agebat: nos vero tã miseri sumus, ut minima quaque aduersitate a uirtutis exercitatione de
B sistamus. At non ita homines magni, & virilis animi, quib. quamuis aduersa plurima accidãt, ea tñ quæ pstare dẽtn, nõ obliuiscuntur, & hanc ueram esse existimo eorum verborum intelligentiã, anima mea in manibus meis semper, & legem tuam
Ps. 118. non sum oblitus. Phrasis est Hebraica, ad significandum aliquem in mortis periculo versari, uel mortis periculo exponi, dicere animam habere in manibus, ut dixit
1. Re. 19 Ionathas patri suo Saul de Dauid, posuit animam suam in manu tua, idest, morti se se tua causa exposuit, & pythonissa dixit ad Saul, posui animã meam in manu tua, & ita hic, anima mea in manib. meis semper, & legem tuam non sum oblitus, significat, quamuis in mortis periculis conti-
C nuò uerser, cum vndique ab aduersarijs meis mihi parentur insidiæ, non ideo dñe,
Ps. 120. legis tuæ præcepta obliuiscor. Idẽ Dauid iusto loquens, tanquã singulare beneficiũ exaggerauit, p diem Sol non vret te, neque Luna per noctem. Quasi dicat aduersa plurima, & pspera, res sunt periculosæ, verum Deus te tcruabit, ne prospera, cum res tibi tanquam Sol claræ, & lætæ succedent, extollant, neq; aduersa, cum res tristes tibi, & obscuræ tanquam nox uidebuntur, deiiciant, & ad impatientiam prouocent, imo
D vires & animos addant. Hoc fuit myste-
Exo. 3 riũ illud cur Deus Moysi ĩ rubo apparuit, nã in medio rubi magnus erat ignis, quo rubus ardebat, & non comburebatur, quo, significauit, eodẽ modo populũ Israel tot ac tantis Aegypti afflictionib & laborib. oppressam nullũ tñ detrimentum recepturũ esse, quia Deus erat cũ eo. Ergo si Deũ habes, tribulationũ ignis lędere te non poterit, sed maiori tibi erunt utilitati, & gloriæ *Mittens duos de discipulis suis, &c.* Animarum zelus, q cũ in Herodis carcerẽ includerat, hic idem zelus effecit, ut ẽ carcere
A ad Christum Redemptorẽ nostrum duos hos discipulos mitteret. Vsus est uir sanctus hac cautela, vt hi discipuli, domini fierent discipuli. Vtinã nostrę omnes cautelæ in vtilitatem proximorum fierent. Vtinã fratres cum peccatorib huiusmodi cautelis, adducite ad sermonem cautela aliqua, forte enim error in quo versantur illis eripietur, forte ad uirtutem animum applicabunt, Ideo hoc vel illo modo adducite. Cum voluit Christus Redemptor noster Lazarum resuscitare, misit Martham vt vocaret Mariam, ut cum ea uenirent simul Iudæi, qui ad eam consolandum
B conuenerant, & videntes miraculum crederent in eum. Videtis cautelam qua vsus est, ut eos ad bonum attraheret. O si charitatem haberemus, quot cautelas excogitaremus, ut fratribus nostris mederemur. Cũ uiderẽtur discipulis D. Ioannis opera, & miracula Iesu Christi, nomen D. Ioannis magistri sui obscurare, tracti inuidia vt homines imperfecti, quæ nã melior schola esset, Christi, nẽ an Ioãnis contẽdebant. Se per hoc malũ in mũdo fuit, ut si quẽ amatis, & illi faueris alterius damno hoc fiat.
C Si deuotus es ordinis D. Francisci, & eius sermonũ, aliorũ ordines, & sermones contemnis, & è contrario quo vehementer erratus, nã virtus sequenda, & imitanda est, pardis ne albis, an nigris uestib. induatur, nihil refert. Nunquam uirtus est alteri virtuti contraria, sed uitio. Et tandem hinc infertur, animi affectus homini esse impedimento, ne verum iudicare possit. Certum enim est, opera & miracula Christi Redẽptoris nostri præstãtiora fuisse, & admirabiliora, & tñ D. Ioãnis discipuli ita magistrũ suũ amabant, vt nullus eis comparari posse illis videretur. Quẽ errorem, ut illis D. Ioãnes eriperet necesse fuit, ut ad Christũ tanq̃ ad solem eos mitteret, qui eos in ignorantiæ suæ tenebris illuminaret. In
D Genesi dr, vidit mulier q bonum esset lignum ad uescendũ. Videte quid amoris affectus efficere possit, ut quod proprius est effectus potẽtiæ gustus, oculo tribuatur. Ita Eua pomum illud amabat, ut illud uidens bonum ad uescendũ, & gustui gratũ iudicauerit. Liberet nos Deus ab homine
Gene. 3. affectibus occo, qui ut illi benefaciat quẽ amat, tibi male facit, & in eo se non errare existimat. O quot hac de cã iniustitiæ

A fiunt, o quot suffragia in electionibus iniuste dantur indignis magna cum Dei offensione, & conscientiæ onere? Verum peto, cur ipse Diuus Ioannes hunc errorem ex discipulorum suorum animis euellere noluit, sed eos misit ad Dominum? huic dubitationi responderi potest, cognouisse gloriosum Baptistam hoc a seipso præstari non potuisse, quidquid enim dixisset in sui ipsius contemptum, humilitati tribuissent. Et quo plus de sua uirtute uerbis detraxisset, plus eos in eorum opinione confirmasset, Vnus Iesus Christus

B eius uulneris medicus esse poterat, & ideo

4. Re. 2. eos ad illū misit. Postquā Elias igneo curru a Deo raptus est, eum prophetarum filij ferre cuperent, quid de eo factum esset, misit eos Eliseus per montes, & ualles, ut eum quærerent, & cum tres dies, ac noctes errassent, non inuenerunt. Non dubitabat Eliseus a Deo raptum fuisse Eliā, sed vt illorum dubitationem tolleret, misit eos, ut quærerent. Eodem modo D. Ioannes misit discipulos suos, ut crederent, quod ipse sine ulla dubitatione credebat. Causam etiam eos mittendi fuisse existimo, quia

C vidit D. Ioannes populi illius duritiem, & cæcitatem, qui suum de Iesu Christo Dei filio, testimoniū recipere nolebat, & cum hanc ob causam magnum animo dolorē caperet, proximum se morti uidens, admirabile quoddam artificium excogitauit, quo Dei filium manifestare posset. Et hoc fuit, mittere suos discipulos, ut publicè hoc ab eo interrogarent. Quasi diceret; iam o domine, de te testimoniū dedi, nec mihi fides præstatur, da tu de te ipse testimonium, & fortasse tibi credent. Existimabat sanctissimus uir magna cum prudentia, quod diuini redemptoris responsum, magnam eorum tenebris lucem esse allaturum. Vt quemadmodum pater, & Spiritus sanctus, dederant de eo in Iordane te-

D stimonium, ipse etiam de seipso daret in maiorem fidei confirmationem. Et ita uerè accidit, quia respondens Iesus ait illis. *Eūtes renūciate Ioāni, quæ audistis, & uidistis. Cæci uidēt &c.* Opera hæc q̄ Christus Redemptor noster faciebat, modus, quo ea faciebat, scilicet iubendo, & imperando tanquam dominus, non deprecando, ut solent sancti, reddebat mirabilia, & eo magis, quia ea omnia, a prophetis antea prædicta inueniebantur, a Messia facienda esse. Vt clarius apparet ex illo Esaiæ ubi dicitur, ecce dominus ueniet, & saluabit nos, tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Quæ omnia maxime Christum, uerum Deum & hominem esse, & Messiam mundo promissum cōfirmabant. Sed Redemptoris modestiam (quæso) animaduertite, non ait, cæcos illumino, mortuos resuscito; sed, cæci uident, mortui resurgunt, &c. Qui uero humiles sunt omnibus in rebus, tam in corde, quàm in verbis humiles esse debent, superbi quod in corde habent, uerbis ostendunt, ut Nabuchodonosor, qui superbia inflatus dixit: nonne hæc est Babylon ciuitas magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? quæ cum tam superbe, & gloriose iactaret, uox de cœlo ruit, tibi dicitur rex, regnum tuum transibit a te, & ab hominibus eijcient te, & cum bestijs, & feris erit habitatio tua, fœnum quasi bos comedes. Ita Deus superbos punit, etsi nunc cum tot sint, non eodem supplicij genere puniri, ne tamen securi sibi esse uideant. Nam nisi se emendent, eos Deus ad maiora mala reseruat. Quapropter fratres a ueræ humilitatis magistro discite, & si quæ bona facitis, nolite gloriari dicendo, hoc, vel illud feci, bonorum enim operum potissimam partem Deus facit, etiamque si opera vestra cum sanctorum operibus conferris imperfectissima uidebuntur. Quod per se album uidetur, iuxta niuem positū ferè nigrum uidetur. Si hoc facitis, uos sagitta illa non feriet, de qua dicitur, Deum dilectos suos liberare, a sagitta uolante in die, quæ uanitas est, & diei sagitta uocatur quia producit e luce bonorum operum, & herba est ueneno sa infecta. Interrogauit Pharao patriarcham Iacob, quot sūt dies annorum uitæ tuæ? respondit uir sanctus, dies peregrinationis uitæ meæ centum triginta annorum sunt, parui, & mali. Quod tamen tps a pueritia sua Deo seruiendo insumpserat, & magnos quos habuerat labores patientissime tulerat, nihilominus tā ait, parui & mali. Quasi parum illi uideretur, & imperfectum, quod fecerat. Ita & uobis uideri æquum est. Recordamini cælestis illius doctrinæ, q̄ nobis diuinus magister dedit dicēs, cum feceritis oīa, q̄ præcepta

Marginalia (right): A — Esa. 35. — B — Dan. 4. — C — Simile. — D — Psal. 37. — Gen. 47.

A cepta sunt uobis, dicite: serui inutiles sumus. Quid? Dñe inutile ne est ieiunium? Inutilis eleemosyna? minime, sed significat, ex his omnib. nullam Deo utilitatem prouenire, serui inutiles sumus Deo, scilicet, cũ utilitas nostra sit. Et ideo nihil est cur nostra laudemus, quia q̃ facimus bona in utilitatẽ nostram facimus. Plurimũ notandũ est, quod inter signa, quæ dedit dñs aduentus sui, unum est, pauperes euãgelizantur. O rem stupẽdam. Sunt hominnes, ppriæ utilitatis tam amici, ut dñs affirmet admirabilem rem, & aliquo modo nouam esse, prædicare euangelium paupe-
B ribus, a quib. nullum lucrum, nulla sperari possit utilitas, & pro iis labores pati eos illuminãdi, & regẽdi causa, sicut cæcis uisum, mortuis u- tam restituere, quia in hoc magna erga proximos charitas & amor ostẽditur. Qui n. pfecte Deum amat, oẽs diuites, & pauperes ad eundem amorem
Act. 16. uellet attrahere, quãuis de uita periclitandum esset. Cum causam suam D. Paulus corã Agrippa, & Festo defenderet, & uerba quædam interdum interponeret, q̃ magnum quo tenebatur, desiderium ostẽdebant, ut quotquot aderant oẽs sese ad Christi fidem conuerterent, dixit illi Agrip
C pa, paucis Christianum me facere uis, in modico suades me Christianum fieri. Cui S. Apostolus, opto (inquit) apud Deum & in modico, & in magno, non tantum te, sed etiam omnes qui audiunt hodie fieri tales, qualis ego sum. Vbi illud & in modico, & in magno significare existimo, quocunq; precio uel modico, uel magno, etsi uita ipsa, & sanguine hoc mihi emẽdum
Philip. 1 sit. Et hic intelligetis cur ad Philippenses scribẽs dicat; testis est mihi De⁹, q̃ cupio uos oẽs hẽre in uisceribus Iesu Christi, i. ut amorem, quo uos amo, & uestram salutem opto uideretis. Neq; hoc solum ad-
D mirabile est, ut Euangelium pauperib. tãta cum libertate prædicatum sit, uerũ & ut illud pauperes ipsi prædicauerint. Inter cætera. n. quæ admirationem nobis parere debent, est, uidere quonam modo usus sit De⁹, ut cælestes aduentus sui nũtij, & Euangelia reciperentur. Elegit fortitan duodecim Platones, an duodecim. Demosthenes, & Tullios, ut hoc mysterium mũdo persuaderet? duodecim elegit pauperes, omnes eloquẽtiæ, & doctrinæ præsidio destitutos. Et ita dicitur, q̃ mirabãtur seri-

bæ, & pontifices audientes mirabilia, quæ A loquebantur D. Petrus, & D. Ioannes comperto q̃ homines essent sine literis, & idiotæ. Hos igitur mũdi imperatores, & sapiẽtes Euãgelij iugo subiecisse, signũ est certissimum diuini spiritus afflatu loquutos esse. Quare elegãtissimè D. August. dixit: D. Aug. li. d ucr. domin.
non. cõuertit Deus piscatorẽ p oratorẽ, sed oratorem per piscatorem, non armis, sed spiritu. Hoc est miraculorum oĩum maxime sufficientissimum ad pbandum Iesum Christũ esse illum quẽ tandiu antea mũdus sibi promissum expectauerat. At uero facilia erãt fortasse creditu, quæ prædicabãt? nihil unquam auditũ est in B omni ætate tam difficile. Sanctissimæ scilicet Trinitatis mysteriũ, Dei filij incarnatio, sacratissimæ mortis, & resurrectionis mysteriũ, uniuersalis mortuorum resurrectio, q̃ sola ut psuaderentur, quot annorũ millia necessaria fuissent? Diuina sacramẽtorum mysteria pdicauerũt, & breui temporis spatio tantos in fide progressus fecerunt, ut omnis mũdus uera, & indubitata esse crediderit. Quæ fides durat adhuc, & duratura est usq; ad cõsummationẽ seculi. Hoc igitur est mysterium, qd his verbis significatur, pauperes euãgelizant. Cum 1. Re. 30
C David Amalechitas psequeretur, Aegyptium quendam inuenit in agro itineris labore, & fame defatigatum. Cui cum dixisset David cuius es tu, uel unde? respondit, puer Ægyptius ego sum, seruus uiri Amalechitæ. Dereliquit autẽ me dominus meus, q̃a ægrotare cœpi nudius tertius. Duc me igitur (inquit David) ad illos. Qđ cũ fecisset Ægyptius, inuenit eos David comedẽtes, & bibẽtes, & quasi festum celebrãtes diem. Quare ita eos percussit, ut nullus ex eis euaserit preter quosdam, qui ascenderant camelos, & fugerãt. Qua in re hoc mysterium depictum uidetis. Nam cum uenisset Deus in mundum, D ut mũdanos psequeretur, pauperes quosdam inuenit: qui lassi ac defatigati mũdi diuitias & pompam sua paupertate sequi non poterant. Huiusmodi. n. homines a tergo mũdus relinquere solet. Hos igitur desertos contemptos elegit Deus itineris sui duces, eos Euangelij sui prædicatores efficiens. His ducibus mundum uitijs, & uoluptatib. occupatum inuenit: his eũ cul, pæ occidit, & obediẽtiæ suæ subiecit, suauissimum Euangelij iugum imponens.

A Huic igitur potentissimo domino, q. tanto cũ amore remedium nobis allaturus aduenit, omni uolũtate pareamus: vt suã nobis gratiam largiatur, qua gloria acquiritur, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

IN EADEM DOMINICA Secunda Aduentus.

Concio II.

B *Cũ audisset Ioannes in uinculis opera Christi, &c. Matth. 11.*

Apo. 14 Gloriosus Euãgelista Ioãnes ait, uidisse se angelũ q clamabat uoce magna. Siquis adorauerit bestiã, & imaginẽ eius; & acceperit characterẽ in frõte sua, aut in manu sua, hic bibet de uino iræ Dei, qđ mixtũ est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne & sulphure in cõspectu angelorũ sanctorũ, & an C te cõspectũ agni. Et fumus tormẽtorũ eorũ ascẽdet in sęcula sęculorũ. Et subdidit paulo post; hic patiẽtia sanctorũ est, qui custodiũt mãdata Dei, & fidẽ Iesu. Quib. verbis Spiritus sanctus nos docere uult q̃ cũ hoĩes ad id malitiæ culmen peruenerũt, ut de ea glorientur, tũc Dei serui maxima indigent patientia. Homines quidam sunt adeo perditi, ut iactent sese quod proximum suum iniuria affecerint, quod uirginem uiolarint, quod turpissima sua desideria cũ nupta expleuerint, quod fratrem deceperint, & tandem Christum iterum crucifixisse glorientur De quibus Esaias D ait: peccatum suum quasi Sodoma prædi- Esa. 3. cauerunt, nec abſconderunt. Væ animæ eorum quoniam reddita sunt eis mala. O peccator quomodo uerba hæc audiẽs non perhorrescis? tolera hic parum doloris, ne postea patiaris æternos. Ne plurimos patiaris dolores dentẽ tibi soles euellere, & unum quamuis maximũ pati dolorem uis, ut te pluribus minoribus liberes. Cur igitur paruum nunc dolorem, & laborem nõ eligis: ut te à tot quot in inferno sunt, maximis, & ęternis liberes? Eligi tur dæmonis characterem in frõte sua impressum habent. Videbitis aliquos ita immodestos, adeo prophanos, ut uultu ipso, & oculis impudentiam suam ostendant. A Hi bestiæ imaginem in fronte habent, & in manibus, plurima passim peccata operando Hic patientia sanctorũ est, hic Dei amici qui tanquam lapides pretiosi firmi in Iesu Christi fide cõsistitis, & diuina eius præcepta seruatis, hic necessaria patientia est. Cum uirtus deijcitur peccatum extollitur, & homines eo deueniunt, ut peccare gloriosum sibi esse ducant. Tunc duas ob res ait Angelus, patiẽtia necessaria est ijs qui custodiunt mandata Dei & fidem Iesu. Vna est Dei præcepta seruandi causa: cũ praua exẽpla ad uitium prouocent: B Altera est, ut fides Iesu Christi seruetur, idest, fidelitas, q̃ debetur, eius nos honoris defensores præbẽdo. Has potissimum ob causas patientia necessaria est, & multo magis ob secundam, quia Dei defensores existentes, & deprauatos hominũ mores reprehendentes statim hominum in nos odium concitamus. Hinc persequutiones, hinc uincula, & tandem mors ut D. Ioanni Baptistæ accidit. Hic patientia sanctorum est, & quamuis uniuscuiusque peccati continuatio homines ad hanc impudentiam trahit, eorum tamen, quæ maxime trahunt est sensualis turpitudinis vitium, quod homines imbecilliores reddit, C & ad resistendum infirmiores. Quam ob causam, de his singulari quadam ratione verba illa Esaiæ intelliguntur, & erit fortitudo uestra, ut fauilla stupæ, & opus vestrũ quasi scintilla, & succendetur utrunque simul, & non erit qui extinguat. Passim cõburuntur misseri, tanquam stupa igni admota, neque plus resistunt, quam scintilla, neque solum infirmi remanent, uerum Esa. 1. etiam tanquam insani & amentes. Et ita dixit propheta Ezechiel de gẽte libidinosa: insaniuit libidine. Cum uero hoc uitiũ D tot fautores habeat, & hortatores, quia Ezec. 23 alios alij perdunt, & ut peccandi pudorem amittant, efficiunt, ideo de hoc præcipuẽ queritur Deus dicens de peccatore quodam: habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balaac, mittere scandalũ corã filijs Israel, edere, & fornicari. Notate, ut ponere mulieres coram hominib, uocet Deus scandalũ, ad quod ostendunt sæpissimẽ. Ideo plurimũ refert oculos ab Apoc. 2. Nu. 24. 25. & 31

huius-

A huiusmodi rerum aspectu remouere, quia de his ait propheta. Hieremias peccatorum quorundam nomine: Oculus meus depredatus est animam meam cunctis filiabus urbis meæ. Quo oculi animam depraedantur? ita est depraedantur, & extra ad rem uisam & delectabilem trahunt, taliter ut ibi captiua remaneat. Quia plus est ubi amat quam ubi animat. Qua propter moneo uos fratres, & rogo, ut Salomonis consilium capiatis, qui ait, omnis mulier, quæ est fornicaria, quasi stercus in uia conculcabitur. Nam quemadmodum B cum iuxta sterquilinium transeundum est, oculos clauditis, & nares premitis, ne uos foedissimæ rei aspectus, & odor offendat, idem iuxta mulierem fornicariam transeuntes facere debetis, & quasi eam stomachantes expuere, neque solum oculi ab ea, sed a quacunque alia remouendi sunt, quia ut eo loco ait sapiens, pp speciem mulieris multi perierunt. Et ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Ideo uocatur scandalum, & maledicti illi sunt, qui scandala proximis suis obijciunt, ut ad ea offendāt. C Quemadmodum infidelis ille Balac, qui quidem hoc ideo fecit, ut filios Israel hostes suos euerteret. Nunc uero Christiani cum sitis, cum ijs quos maxime amatis hoc crudelitatis genere uti soletis. Bona ne uobis amicitia uidetur esse, eos quos amatis in æternas inferni pœnas deijcere? o crudeles feris; & uenenosis serpentibus crudeliores, nulla ne in uobis est pietas, amicos uestros tanto damno afficere? neque solum eos deprauatis rerum turpium, & obscœnarum aspectu, sed ubique de rebus loquentes tam sordidis, ut aerem ipsum corrumpere posse uideamini. O quā D uere Sathanæ (non Dei) filios uos sectatores esse ostenditis. Dum creasset Deus hominem, dixit statim, crescite & multiplicamini. Idem dixi Noe, in quo animaduerti te quam honeste dominus de actu matrimoniali loquutus sit, non dixit, iungite uos uxoribus uestris, sed crescite, & multiplicamini, ut discant homines, si de huiusmodi rebus aliquando agendum est, honeste de ijs esse loquendum. Et ita ait Diuus Paulus, estote imitatores Dei sicut filii charissimi. Et paulo post, fornicatio (inquit) & omnis immunditia, nec nominetur in uobis, sicut decet sanctos. Ita mundi esse debemus, ut nec uerbū quidem immundum esse in ore debeat. Videtis igitur, quam his contraria sint, quę hodie A fiunt? uos enim uiuitē prophanatis, & bestiæ infernalis imaginem nō solum in manibus, sed etiam in fronte, & linguis impressam habere gloriamini, uidere autem D. Ioannem Angelum descendentem de cælo qui ijs minaretur, qui bestię imaginem haberent, nihil aliud significat, quam quod quamuis magna sit in mundo peccantium multitudo, nunquam tamen Angelici uiri deficient qui eos reprehendant, & uirtutis iter edoceant, ut Herodi, qui in nefario illo scelere publice uersabatur, nō defuit, qui eum reprehenderet, gloriosus enim Baptista tantum crimen, tanto reipublicæ scandalo, tanta cum Dei iniuria ferre non potuit. Defectio tenuit me, pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam dicebat de seipso Dauid, uir qui ad superandos hostes tanta erat fortitudine præditus, Dei uidens iniurias animo deficiebat. Idem fortissimo Baptistæ contingit, Verum hic patientia sanctorum est.

Cum igitur maledictus hic rex insanus amore sensuali esset, & cęcus, minas, & reprehensiones indignatus, iussit sanctissimum uirum uinciri, & in carcerem compelli. *Et cū audisset Ioannes in uinculis opera Christi, &c.* Si lucernam aliquo in loco includitis, quamuis clausus sit locus lucis tamen radij contineri non possunt, quin per rimas, & foramina egrediantur. En igitur lucerna ardens, & lucens de illo dicitur, qui quamuis carcere esset inclusus, inde tamen lucis suæ radijs emittit, ibi etiam animarum remedium quacumque potest ratione curat. Et ideo *Mittens duos de discipulis suis, &c.* D. Gregorius hoc in loco dubitasse ait D. Ioannem, an uere, & realiter ad limbum esset dominus descensurus, ut inde sanctos patres educeret, an potius hoc erat ex hoc mundo missurus, & ideo ut hanc uirtutem certo sciret, misisse hos duos discipulos ad dominum. Nam ut uiuos laetissimo illo nuncio de filij Dei aduentu consolatus erat, ita & mortuos solari cupiebat, certissimum ijs domini descensum prænuncians. Tanto Dei serui benefaciendi desiderio ardent, ut non tantum uiuis benefacere, uerum etiam mortuis uelint. Et ita de quodam dixit Noemi nurui suæ, benedictus sit a dño, quoniam eadem gratiam q̄ præbuerat viuis ser

Thre. 3.
Eccle. 6.
Nu. 22.
Gene. 1.
Gene. 6.
Ephe. 5.
Isa. 14.
Psal. 118.
Simile.
Ioan. 5.
Gre. ho. in Mat.
Ruth. 2

A quauit & mortuis. Quam pauci hodie hoc faciunt, uiuorum tm, quos quotidie uidetis recordamini, mortuorū uero, qui forte sæuissima in purgatorio tormenta patiuntur non recordamini, quamuis parentes uestri sint, a quibus uitam, & bona omnia accepistis, quæ magna est sæuitia, & inhumanitas. Per reuerentiā Dei obsecro uos fratres, ut mortuorū oīum, qui in purgatorio sunt, memoriam in quotidianis uestris orationibus habeatis, & eorum præcipue, quibus plus debetis. Quamuis gratissimi doctores ideo D. Ioannem duos hos disci-

B pulos misisse existimant, ut certiorem per se ipsos redemptoris cognitionem haberent. Qua in re præclarissimum parētibus magistris, & superioribus omnib. exemplum præbuit, ut de suis famulis, seruis, filijs, & subditis præcipuam curam gerant. Nemo dicat uictū illis, & uestitum præbeo quod ad animam, & conscientiā pertinet, ipsi uiderint, non enim Episcopus sum, nec parochus.

1.Ti.5. Vehementer erratis, quod si mihi non creditis, audite quid D. Paulus dicat, si quis autem suorum, & maxime domestico-

C rum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. O uerba timenda, quæ ijs conueniūt, qui familiarium suorū maiorē curam non habent, quā si Arabes

Simile. essent, & infideles. Et quamuis fidem habeant, eā tñ negare D. Paulus ait, quia uiuunt, acsi non haberent. Si cum rueret domus tua clamaret quis, exi, exi foras, ruit enim domus, tu uero letus, & securus accūberes, nec eius uocib. deterritus te a ruina subduceres, nonne certū esset iudicium fidē te illius uerbis non præstare? ita profe-

D cto, nam si præstares festinus assurgeres, & te ex periculo imminenti proriperes. Ruūt in caput tuum domesticorum, & subditorum, peccata, monet te hac de re sacra scriptura, nec ullum remedium adhibes, quid igitur aliud, quam te non credere significas, etsi uere credas? moneo itaque uos fratres Dei nomine, ut in hoc plurimum uigiletis, ne uos alienis peccatis implicare uelitis. O præclarissime Baptista quum ipse in carcere, & mortis cui eras propinquus oblitus eras, plus te discipulorum cura angebat, non ut diuites eos redderes, sed Christo unires, quæ ueræ animi diuitiæ sunt.

Rom.1 Loquens D. Paulus de sancto Euangelio ait, Virtus Dei est in salutē omni credenti. Iustitia enim Dei in eo reuela-

A tur ex fide in fidem, sicut scriptum est. Iustus autem ex fide uiuit. Vocatur euangelium Dei uirtus, quia agit de admirabilibus uirtutis, & omnipotentiæ Dei operibus. Et præterea est uirtus Dei credentib. quæ eos illuminat, ducit, & disponit ad Dei gratiam, & uirtutem recipiendam, & in eo Dei iustitia reuelatur, quia de bonorum præmio, & de malorum pœna in eo memoratur. Haba.1 Citat statim Habacuc dicens. Iustus aūt ex fide uiuit, i. iustus iā per gratiam, & fidē formatā uiuit, i. hēt ius ad ui-

B tam æternā, exēplū uero affert de bonorū præmio hic sanctus Apostolus tātū, & non de malorum pœna, quia hoc inde necessario sequitur. Nam contrariorum eadem est disciplina. Hoc eodem loquendi modo usus est D. Ioan. dicens, Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri. De malis, qui non credunt, tacuit, quia certum est Dei filios non esse, Ioan.1. neque gloriæ hæredes. Hæc igitur omnia mysteria reuelantur in Euangelio, de fide in fidem, idest, e maiorum, & parentum fide ad minores fides peruenit. [illegible] doctrinam, quam maiores minoribus tradere de-

C bent. Neque hoc nouum est, sed antiquissimum, ut filij religionis lucem a parentibus accipiant. A patre Adam filij, & nepotes Dei mysteria didicerunt, & ex illis ad Noe per Mathusalem, eorum scientia deuenit, diu enim tempore Adam uixit Mathusalem, quem Noe cognouit, quinquaginta annis antequam moreretur Noe, natus est Abraham, qui una cum Melchisedech, plurima a Noe discere potuit. Ex Abraham multa accepisse Iacob uerisimile est, & ita de alijs. Neque solum eos ipsi docere debent, sed ad eos etiam mit-

D. tere, qui plus sciunt. Nam quamuis sapientissimus esset D. Ioannes, misit tamen suos discipulos, ut eos dominus magis illuminaret. Posteaquam Moyses Dei iussui parere decreuit, tulit uxorem suam, & filios suos, & imposuit eos super asinum reuersusque est in Aegyptum. (ut sacer textus) Omnes secum ducebat, uxorem & filios, non sine causa, ut Dei mirabilia, quæ ibi operaturus erat, proprijs oculis uiderent, & in diuino timore, & amore e- Exod.4 ducarentur, uxor præsertim, quæ a gentilibus ducebat originē. Sapiens quidem erat Moyses, uerum non satis illi erat eos docere, & instruere, & antequam aliorum magister,

A gister, & dux esset suorũ prius esse voluit.
Hos igit gloriosissimos viros fratres imi-
tamini, & semper illuc vxores vestras, & fi-
lios adducite, vbi Dei mirabilia audire
possint, non ad theatra, & comœdias, vbi
mundi vanitates audiẽtes deprauent: neq.
hoc tantum contẽti sitis; sed eos cùm ne-
cessitas postulat, punite. Quot damna eue
2. Re.13 nerunt, eo q̃ Dauid filij Ammon incestũ
punire noluit? Quare scriptura ait, noluit
contristari spiritum Ammon filij sui, qm̃
diligebat eum, quia primogenitus erat ei.
Quot inde mala euenerunt? eum enim
Absalon interfecit, qui cum Dauid ei nol-
B let ignoscere ob cędem, iratus de vita illi
& regno auferendo coniurauit. Ex quo
tot cædes, tanta est perturbatio consequuta.
Et tandẽ, quia filiorũ vnũ punire noluit,
amisit vtrosque. Et ita tam filijs quam pa-
tri blandities illa detrimento fuit, & erit
Pro.19. ijs omnibus, qui ea vtentur. Quod spiritus
sanctus significauit. Qui a pueritia delica
te nutrit seruum suum, postea sentiet eũ
contumacem. Vbi alia translatio sic hẽt,
Qui delicate a pueritia sua seruus erit, no-
uissimè contristabitur. Vbi videtis, quàm
aperte moneamur, tam in priori, quam in
posteriori translatione, quod qui in deli-
cijs nutritur, maiores suos postea cõtrista-
C bit, & ipse quoque contristabitur.

Interrogauerunt igitur Dominum Io.
Simile. discipuli. *Tu es qui venturus es. an aliũ ex-
pectamus? Respondens Iesus ait illis, eun-
tes &c.* Cur non aperte respondit, dicens,
ego sum? dico satis aperte rñdisse. Nam,
si aliquã arborẽ interrogaueris, malum ne
es, an pyrũ, an cerasum? Satis aperte tacen
do rñderet, si pendentes fructus ostenderet.
Animaduertite autẽ nõ satis fuisse Domi
no vno tantum opere quis nã esset testari,
sed pluribus. Ait. n. *Cæci vident, surdi audiũt
claudi ambulant.* O admirabilẽ doctrinã
D sunt aliqui, qui si vnum, aut alterum opus
virtutis exercent, nihil faciendum super-
esse existimãt: in quo plurimũ errant. Di-
xit Deus, germinet terra herbã virentẽ. &
Gen. 1. facientem semen, & lignum pomiferũ fa-
ciens fructum iuxta genus suum. Et pau-
lo post dixit, Producat terra animam vi-
uentẽ in genere suo, iumenta, & reptilia, &
bestias terræ secundum species suas. Fa-
ctumque est ita. Quod si vult Deus terrã,
herbas, arbores, fructus, & tam diuersi ge
neris animalia producere, quanto magis

volet, vt tu vno tantum opere contentus A
non sis. Sed vno perfecto, facias aliud, &
aliud, & semper ad alia facienda sit dispo
sita, & præparata voluntas. Hoc enim si-
gnificat terræ iubere, vt germinet herbã
virentem, & facientem semen, & lignum,
cuius semen in ipso sit. Quia semen est
dispositio, & principium ad aliam herbã,
& alium fructum. Et profecto posteaquã
Christus Dei filius nos suo Sacratissimo
Sanguine rigauit, æquum est, vt in san-
ctis, pijsque operibus fertilissimi simus, &
abundantissimi. In Canticis verba quæ- Cant. 1.
dam dicuntur, quæ sponsi ne sint an spon-
sæ, sciri non potest, sed sponsæ potius con-
uenire videtur. Ea hæc sunt, ego flos cam- B
pi, & lilium conuallium, & antea dixerat
sponsa, lectulus noster floridus, tigna do-
morum nostrarum Cedrina, laquearia no-
stra Cypressina. Et statim addit, ego flos
campi, & lilium conuallium. Vt his oĩbus
sponsum, inuitaret, vt vna cum ea habita-
re vellet, quasi diceret. Vides hic sponsę le-
ctulum floridum, domũ perpulchram, me
verò formosam tanquam rosam, hæc om-
nia æquum est, vt te hic mecum detineãt.
His rebus omnib. diuersa exercitia signi-
ficantur, & diuersa iustorum opera, quæ
vt Deo placeant facere solent. Verba au- C
tem illa sponsæ esse, & hanc operum ferti-
litatem significare, ex Hebræo probari po-
test. Nam vbi nos legimus flos, i Hebræo
est, habaceleth, quod non genus quoddã
significat nigri coloris, sed egregiæ pul-
chritudinis, & odoris optimi, quod spõsæ,
conuenire videtur, quæ antea dixerat. Ni-
gra sum, sed formosa, & vt rẽ magis exag-
geraret addidit, lilium conuallium, quia in
vallibus pulchriora nasci solent lilia, & o-
lera, quia ibi maior est humoris copia.
Alij vbi nos legimus, ego flos cãpi, trãstu-
lerunt, ego flos saturitatis, aut vbertatis, i. D
ego sum flos optimi, & fertilis anni. Flos
vbertatis Iesus Christus Redẽptoris mei, &
sponsi. Hæc bonorũ operum fertilitas, &
abundantia animã ad altissimum pfectio Ezec. 8.
nis culmen excitat. Quod in his Ezechie-
lis verbis, significatũ est. Emissam (inqt)
similitudo manꝰ apprehendit me ĩ cincinno
capitis mei, & eleuauit me spiritus ĩter ter-
ram & cęlum. Eodẽ mõ bonorum operũ
manus a Spiritu Sancto recta, & guberna
ta animam ad magnæ perfectionis altitu- 4. Re. 3.
dinẽ eleuat, & magnas illi spirituales victo

A rias acquiritur. Rex Ioas Elisei iussu sagittam iecit, & cum plures iacere deberet, tres tantum iecit, has tantum sufficere existimans. Et iratus est vir Dei contra eum, & ait, si percussisses quinquies, aut sexies, aut septies, percussisses Syriam vsque ad consummationem, nunc autem tribus vicibus percuties eam, tres tantum victorias de ea acquites, & si pluries percussisses plures acquireres, donec eam omnino euerteres. Ita & nos quia in bonorum operum exercitatione deficimus, & quia multum
B in virtute nos esse progressos existimantes sæpe consistimus, ideo affectus nostros vita nostra, & prauas inclinationes non omnino euertimus, quod si perseuerare vellemus, magnas victorias consequeremur, & tandem in mortis nostrę hora securum
Iud.12. iter inueniremus. Cum Ephrataei per vada Iordanis trāsituri essent, vt in patriam suam proficiscerentur, tribus Galaad Iordanis vada occupauit, vt eos insidijs exceptos occideret. Cum igit aliquis de Ephraim accedebat, vt scirent Galaaditæ, an Ephrataeus esset, hanc vocem illi pronuntiare iubebant, Schibboleth, quæ spicam significat. Nam si Ephrataeus erat, Sibbo-
C leth, respondebat, eo q literam illam non
Simile. posset exprimere, vt nunc valentiani exprimere non possunt el, Ce, sed eius loco dicunt, Se. Ita igitur Ephrataeos agnoscebant, & iugulabant. Ephrataei sunt huius sæculi diuites, qui velint nolint per mortis vadum ex hac vita ad aliā transituri sunt, quos dæmones aduersarij nostri æternæ dānationis pœna occidunt, quia Schibboleth exprimere non poterunt, idest, spicarum bonorum operum fertilis, illi vero, qui bonorum operum spicas tulerunt cō-
D demnationis morte non morientur. Ideo
Mat. 22. enim dixit Christus Redēptor noster scri-
Exod.3. ptum esse. Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Quia non est Deus mortuorū, sed viuentium, quia qui moriuntur in gratia, non mortui, sed viui
Rom.5. potius vocari debent. Quare in eo D. Pauli loco, regnauit mors ab Adam vsque ad Moysem, etiam ī eos qui nō peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ, Origenes & Diuus Ambrosius affirmatiue legunt, in eos, qui peccauerunt. Nam quamuis negatiue optimè legatur, vt D. Hieronym. D. Augu. Irenæus, Cyrillus, Theophylactus, & alij plurimi legunt, tamen non incongrue dici videtur, mortem A in ijs propriè regnasse, qui peccatores fuerunt, vt Adam: nam cæteri, qui diuinam gratiam receperunt, & in ea vsque ad finē perseuerauerunt, parum certe mors potuit.

Illis autem abeuntibus cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne. O q̄ fidelis amicus est Dominus. In mūdo statim ac quis est, in aduersitate aliqua constitutus, statim amicis destituitur. Quot habebat amicos Esther 7 Aman, cum regi Assuero acceptus erat? at cum Rex illi iratus esset, non defuit, qui dixerit, en lignum, quod parauerunt Mar- B dochæo stat in domo Aman. Quasi diceret; ibi eum suspendere possunt. Quòd si amici tunc cum necessitas postulat, deficere solent. quid facient extranei, & ignoti? Vt Pharaonis ministri, qui ita Ioseph dū Gen.41 in carcere detinebatur, obliti sunt, vt cum adolescentulus in eam ingressus esset, barbatus exierit? quæ nam eorum temporū iustitia esse debebat, quæ ita vinctos obliuiscebatur? sed & nostris temporibus maiorem esse, & diligentiorē non existimo. Pharaonis vero pincerna quamuis ab eo Gen.40 somni interpretationem audierat, eodem modo ac cæteri eius oblitus est. Plena est C sacra scriptura admonitionibus, & consilijs, vt homo non confidat in homine, & iter alios locos vnus ex præcipuis est. Ma- Hier.17. ledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, idest, fiduciam suam, quæ eius brachium est, in carne collocat. Vel ille, qui carnem, sibi pro brachio, & defensione accipit. Merito hu- Isa.36. iusmodi hominibus dicere possumus: qd dixit quidam Regi Ezechiæ. Ecce cōfidis super baculum arundineum, cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, D & perforabit eam. Admirabilis comparatio, quam quotidie plurimi experiuntur, qui dum hominum gratiæ, & fauori inniti volunt, vnde auxilium sperabāt, ibi maiorem doloris, & tristitiæ occasionem inueniunt. Et ideo, beatus ille cuius Deus Iacob adiutor eius. Huic baculo fortissi- Ps.147 mo, & fidelissimo niti vos volo. Videte, vt vinctum Ioannem defendit, vt in eius laudes prorumpit, & toties eius virtutum sit præco. Benedicta sit Domine meus, tua ista lingua sanctissima, qua doces nos qd cum mūdum iustos persequi videbimus, tunc eos nos laudemus, & defendamus,

Aequum

A Aequum præterea est, fratres charissimi, et diuini magistri imitatione uinctorum recordari, & misereri discamus quod magnæ pietatis opus est, & magnæ remunerationis. Ita significauit D. Paulus (Hebræos enim de hac uirtute laudat dicens) nam & uinctis compassi estis, & rapinam bonorum uestrorum cum gaudio suscepistis. Et postea addidit: nolite itaque amittere confidentiam uestram, quæ magnam habet remunerationem. Cum patientia uinctorum compassionem coniungit sanctus Apostolus gaudij plena, tunc cum eorum bona diripiebantur, quæ singularissima B uirtus est.

Heb. 10

Prorupit igitur Dominus in laudes Diui Ioannis dicens. *Quid existis in desertũ uidere, arundinem uento agitatam?* Nõ est profecto D. Ioannes arundo, sed arbor uirtutum fructibus plena. Peccator arundo est: quam ut illa non in terra solida, sed in stagnis & paludibus radices agere solet, ita peccator amorem suum in rerum humanarum luto defixum habet. Et quemadmodum arundo cum semel in cæno, & luto radices egit, euelli difficile potest: ita & peccator si semel ad res transitorias animum appulit magna cum difficultate di- C uelli potest. Arundo foris quodammodo splendet, intus autem inanis est, & uacua, eodem modo peccator corporis pulchritudine, & ornatu foris splendere curat, animam autem intus uirtutum omnium uacuam habet. Ideo D. Augustinus aiebat. Cum iniquis omnia pulchra sint, ipsi soli remanent turpes. Tandem arundinis fructus lanugo est, quam diripit uentus: ita peccatoris fructus omnes uentus aufert: de iusto uero ait Dauid. Beatus uir qui nõ abijt in consilio impiorum, & in uia peccatorum non stetit. Beatus non quia diues, non quia potens, sed quia peccato ca- D ret. Hoc est beatitudinis fundamentum, carere malo, peccatoris uia est malum facere, & in eo perseuerare, cathedra autem pestilentiæ est, alios in malo erudire. Quapropter, moneo uos fratres, si uestrã salutem amatis, ut primum fundamentum sit nulla de causa, nulla utilitate, aut lucro, nulla occasione mortaliter peccare. Neq; hoc tantum, sed in lege Domini uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Ex diuinæ legis amore diutna, & nocturna eius meditatio sequitur. O quantæ

August.

Psal. 1.

est utilitatis hæc diuinæ legis lectio & meditatio, in qua si nos exerceremus quãtos in uirtute progressus faceremus. Hæc enim est tanquam aqua iuxta arborem decurrens, quæ ei humorem, & uires præbet, ad fructum. Ideo subdit, erit tãquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et quia perfectus uere non est, qui operatur tantum, sed qui una operatur, & docet, ut ipse dominus dixit. Qui fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum, ideo addidit, & folium eius non defluet, idest cui sancta, & proximis utilia uerba non deficiant. Et quia iustus non crescit, & decrescit ut luna, sed semper in uirtute proficit, ideo ait, & omnia quæcunque faciet prosperabuntur. Eia igitur fratres uidetis hic iusti definitionem, qui non arundo est, sed arbor plantata secus decursus aquarum. Videamus igitur an adsit hic quisquam, cui hæc definitio conueniat. O Deus meus, Deus meus, quis cor diuini amoris igne haberet incensum, ut hæc magno cum dolore dicere posset, qui uerba habere efficacissima, ut res tãti momẽti postulat. At quid hoc est, pater, quod tanta cum efficacia dicere optas: dicere uolo plures hic fortasse adesse, quibus plus conueniat definitio illa, quam statim subdidit propheta dicens. Non sic impij non sic, sed tanquam puluis, quem proijcit uentus a facie terræ. O quam uere hoc de peccatore dici potest. Iustus est tanquam arbor pulchra, florida, fructibus plena, quæ magnam uoluptatem, utilitatem, & umbram iis præbet, qui ad eam accedunt. Impius uero tãquam puluis sterilis, leuis, inutilis ad omnia, præterquam ad eorum oculos excæcandos, qui iter faciunt. Ita malorum conuersatio eos excæcare solet, qui in uirtutis uia progrediuntur. Et ideo prudentes ab hoc puluere quam maxime possunt recedere solent, claudire oculos, ne uos hic puluis excæcare possit. Nolite inconstantes istos, & leues aspicere, quos leuissimus quisque uentus, minima quæque tentatio proijcere potest. Sũt enim tanquam puluis, pondus illud, & humorem non habens, de quo Diuus Paulus. Optimum est enim gratia stabilire cor, & enim tales sint, ideo non resurgunt impij in iudicio, neque peccatores in consilio iustorum, idest, propter instabilitatem, & leuitatem non

Matt. 5.

Heb. 13

A nunquam mali è proprijs peccatis surgūt, neq; in iudicio proprio quando id statuūt diuina aliqua inspiratione incitati: neque in consilio alieno, quod illis iusti præbere solent, idest, ita inconstantes sunt, ut non satis sit ipsos in seipsis cogitare, quam malum sit peccatum, & quo in periculo uersentur, neque satis sunt aliorum consilia, & præcepta, vt a peccatis surgant, adeo per diti sunt, & deprauati. Liberet nos Deus ab infœlicissimo hoc statu. Curemus fratres omni diligentia & studio arbores esse non arundines, gloriosissimi Baptistę uitā imitantes, quem Dominus rantopere laudauit. Et ita suam hic nobis gratiam dabit, qua acquiritur gloria, ad quā uos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

B

IN EADEM DOMINICA Secunda Aduentus.

Concio Tertia.

Cū audißet Ioannes in uinculis opera Christi, &c. Matth. 11.

D. Chrysost. Diuus Chrysostomus super hoc Euangelium hoc in loco magnis quibusdam exclamationib. immoratur. Ioānes (inquit) magisteriū vitæ, sanctitatis norma, schola uirtutis, est in uinculis? O rem admirabilem videre iustum persequi utrum: quæ ipsi quoque Dauid admirationem parit, qui eum Deo loquens ait. Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & iusti ia tua in terra obliuionis? Obliuionis terram uocat hāc uitam, quia Deus bonorum obliuisci videtur in laboribus, quos eius amore tolerāt. Malorum autem obliuisci eum eos, ut eos tum prece ita merentur, non puniat. Dicite ob'ecro. si Dux aliquis in hostium confinibus esset, qui die ac nocte ferro oneratus incederet, nunquam cibum & quietem sumeret, ut arcem regis sui defenderet, Rex autem nunc eius bona eriperet, nunc uxorem, nunc filios occideret, & tandem eum vulnerari iuberet, nonne regem ingratum appellaretis, nonne officiorum omnium, & meritorum huius oblitum esse diceretis? ita profecto. Idem iustis in hac uita cōtingit, qui ut hanc animæ arcem, quam Deus illis mandauit ab hostium suorum ui, & insidijs tueantur, die ac nocte laborant, ieiunant, orant, uigilant, & sanctis alijs exercitijs occupantur: Deus vero illis nunc eripit bona, nunc filios, nunc uxores, nunc morbis affligit, nunc doloribus torquet. Quæ si quis considerat, nonne ei Deus seruorum suorum oblitus esse uidebitur? Etiam si in hac urbe latro esset famosus, homicida, proditor, & millies morti dignus, qui adeo impudens esset, ut in oculis iustitiæ in foro deambularet: iustitiæ autem ministri dissimularent, & impune hoc facere finerent, nonne iudicem tanquam iniustum accusaretis? nonne huius hominis scelerum oblitum esse diceretis? Ita profecto, has ob causas uocat Dauid hunc mundum terram obliuionis, quia Deus non solum bonorum oblitus esse videtur, verum etiam malorum qui latrones sunt omni supplicio digni. Superbus Deo aufert honorem, & gloriam quæ eius diuinæ maiestati debetur, & sibi tribuit. Carnalis Deo aufert amorē, & in creaturis collocat. Iratus Deo adimit ultionem, qui eā sibi seruauit, ut ait Paulus. Mihi uindictā, & ego retribuam. Auarus Deo adimit obedientiam, quam illi debitam pecuniæ præstat, & tamen eum latrones sint famosi, in diuini iudicis cōspectu, qui omnia aspicit, tam securi deambulant, ac si Deus non esset, Deus autem impune eos vitiere finit, ac si eorum scelera nō essent, neque ijs offenderetur. Quod admirans Dauid dicebat: Vsquequo peccatores domine, usquequo peccatores gloriabuntur? Hanc igitur causam esse dico: cur hic mundus terra obliuionis uocetur, in qua si externa tantum spectamus, neque occulta Dei mysteria penetramus, non videtur diuina iustitia elucere. Exemplum nobis sanctum euāgeliū præbet. Nā cum esset iustus Ioannes in uinculis, impius regnabat Herodes. Verū occultum Dei latet iudicium, quod suo tēpore patefiet. Est in uinculis Ioannes, ut postea regnet in cœlo. Triumphat Herodes in hac uita, ut in inferni carcere æterna patiatur tormēta. O stupendum spectaculū, ò timendum exemplum, quod nobis Dominus in sanctis suis proponit. Cum bonos afflictos in hac uita, & tribulatos uidemus: Tunc plorare peccatores, & de conuer-

Margin notes: A; Simile. (right); Psal. 87.; B; D; Simile.; Ro. 12.; C; Psal. 93.; D

A utrisque sua cogitare, æquum est: ita dixit Christus redemptor noster, cum ad montem Caluariũ cruce oneratus ascenderet. Luc.23. Filiæ Hierusalē, nolite flere super me, sed super uos ipsas flete, quia si in uiridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Si talia ipse propter peccata uestra patior, quid quisq; propter sua patietur, cum lignum sit omnium virtutum aridum? O arbor uiridis, & pretiosa sanctitate, & uirtute onusta. Si talem te, ô totius pulchritudinis flos, aliena peccata reddiderunt, qualē me ꝓpria peccata reddent. *O sancta Maria Senora.*

B Magna profecto consideratio, ꝙ cũ sãctissima domini passio tot lachrymis digna sit, uult tamē eius diuina maiestas, ut hoc non contenti, ad eius causam, quæ nostra sunt peccata progrediamur, & ut hæc deploremus cogitantes, quid propter ea passuri sumus, nisi ueram pœnitentiã agimus: si pro his innocētissimus agnus talia passus est. Ex hoc Euangelio aliud etiam argumētum huic simile deduci potest. Si virum sanctissimũ, qui nunquam mortaliter peccauit talia Deus pati voluit, quę te 1.Pet,4. C & quãta, ô infœlix peccator, expectãt supplicia? Ideo dixit B. Petrus, tēpus est vt incipiat iudiciũ a domo Dei. Si aũt primum a nobis, quis finis eorum qui non credũt Dei Euangelio? & si iustus quidem vix saluabitur, impius & peccator vbi apparebunt. uix saluabitur, i. laboriose. Quomodo igitur putat peccator lusu, & otio sine vlla molestia, & labore saluari, si iustus tãta cum difficultate saluabitur? Si hæc pati sut, quia vera dicit, de eo qui passim mētitur, & periurus est, quid fiet? Si qui locustas comedit, & p lis cameli vestitur, i uinculis est, quid gulosi, & delicati? Si qui ne veni aliter peccaret, in deserti solitudine vixit, occiditur, quid illi qui, vt peccarēt, prauis sese, & corruptis familiaritatibus D dederũt? vere tēpus est, vt incipiat iudiciũ a domo Dei, idest magni momenti fuit, vt Deus amicos suos, ita prius affligere inciperet, vt peccatores confunderentur, & cogitarent, si in hac vita non patiuntur, in æterna se esse passuros. Ex hoc etiã apparet, quam sit parui faciēda mundi gloria, & fauor, cum videamus uirum tantæ æstimationis, & gloriæ tanta cum ignominia breui temporis spatio carcere inclusum, catenis vinctum, & tandem decollatum: quia belle puella saltauerat. Quis nam cogitasset illam uniuersæ Iudææ admirationem, quæ de eius ortu narratur, hunc finē & exitum habiturã? quis hoc de Baptistæ fama cogitasset? quid illa Herodis familiaritas profuit? quid ingens illa hominũ multitudo, ꝙ desertũ eius causa frequentabat? O munde, munde, talis est tua gloria, talis fauor, & plausus. Vir quidam Lystris infirmus pedibus, sedebat claudus ex vtero matris suæ, qui nũquam ambulauerat, cui cum Paulus magna voce dixisset, Surge super pedes tuos rectus, exiliuit & ambulabat. Turbæ aũt cũ vidissent, quod fecerat Paulus, leuauerunt vocem suã dicentes, dij similes facti hominibus descenderunt ad nos, & vocabant Barnabam Iouē, Paulũ vero Mercuriũ. Sacerdos quoq; Iouis tauros, & coronas ante ianuas afferens, cum populis uolebat sacrificare Paulo, & Barnabæ tãquam diis. Parua ne gloria uidet hominē pro Deo habere, coronas illi tãq Deo, & sacrificia præbere uel. sed qui finis? Superuenerunt quidam Iudæi (inqt sacer textus) & persuasis turbis lapidantes Paulum traxerunt extra ciuitatem existimantes eum mortuum esse. En finis, en ut mundi gloria desinit. Res est consideratione digna, quanto cum labore quanta cum diligentia aranea telam sibi texere soleat. Nunc ascendit, nunc descendit, ultro citroque cursitat, se semper excerans. Post multos uero labores quid illi remanet? fragilis tela, & adeo tenuis, ut minimo quoque uento frangatur. Quæ & quanta patitur homo, ut texit, ut huc illuc excurrit, ut sese cruciat, honoris aut fauoris gratia, & tandem falsi testimonii flatus, minimum quodque infortunium omnia frangit, & disicit. Telas aranearum texuerunt dixit de his Isaias. Vnus ex erroribus in quibus genus humanum uersatur est, existimare humanas res firmas esse, et stabiles, ex quo errore in aliũ homines prolapsi sunt, ut falsa nomina reb. imposuerint, et ita status appellant, res quæ nunquam consistunt, sed semper sunt in motu. Vocant statum principum, statum nobilium, statum plebeiorum, nomen quod abiis qui fidei lacte, & Christiana doctrina nutriti sunt expellendum esset, si omnia transeunt, nihil consistit, quid nam status appellari potest? homo quomodo dici potest consistere? De quo Iob. Fugit uelut umbra, et nũquã in eodem

Act.14. B C Simile. Isa.59. D Iob.13.

A eodem statu permanet, non dixit ire, aut
currere, sed fugere, ut maiorem significa-
ret velocitatē. Cum igitur, fratres, huma-
narum rerum instabilitatem intelligatis,
Simile. cur eas tantopere optatis cur non eas an
tea relinquitis, quam vos ipsæ relinquant?
Hyberno tempore sæpe accidit dum ad
ignem sedetis pigrescere, & cum relinque
re nolle donec uos ipse ignis relinquit, &
paulatim extinguitur, & ita frigidi disce
ditis dormitum, qui mature callidi disce
dere poteratis, ita & mundus, si eum relin
quitis cum sese uobis propitium ostendit
B & prosperum, res erit nobis magni meri-
ti, & magna dispositio, ut diuino amore ca
lefacti eatis ad mortem, quod si pigresci
tis, & mundum relinquere dura res ui-
detur, cum minus cogitatis ipsamet pro-
speritas extinguitur, mundus uos relinqt,
uita finit, & ita frigidi sine amore, & cha-
ritate moriemini O terribilis cæcitas, illu
minet uos Deus, vt quam graue hoc ma-
lum sit intelligatis.

Erat igitur Diuus Ioannes in uinculis,
quia Herodem reprehenderat. Omnes.n.
sine ulla exceptione reprehēdebat. Verus
enim Dei seruus nemini parcit. Quasi tu-
ba exalta uocem tuam, annuntia populo
C meo scelera eorum, dixit Deus, Quasi tu-
ba dixit, qui tuba in exercitu omnes uo-
cat omnibus canit, & alibi de prædicato-
Isa. 56. ribus dicitur, qui sunt isti, qui vt nubes vo
lant? nubes cum aquam demittunt, non
Isa. 60. spectant diuitis ne campus sit, an paupe-
ris, nobilis an ignobilis, sed ubique pluūt,
ita prædicatores esse debent Dixit Deus:
Hie. 16. mittam multos uenatores, & uenabuntur
eos de omni mōte, & de omni colle. Hoc
prædicatorum debet esse munus. Nam
quemadmodum uenatores per spinas, &
sentes ingrediuntur feras venandi deside-
rio: ita Dei serui quemcunque laborem
D subeunt, & uitam ipsam exponunt, ut pec-
catores uenentur, qui tanquam bestiæ ra-
tionis expertes, per peccatorum suorum
montes, & saltus uagantur.

Quod autem gloriosus Baptista Hero-
di dicebat, hoc erat. *Non licet tibi habere
uxorem fratris tui.* Notate uerba illa, non
licet tibi. Reges & potētes omnia sibi lice
re putāt, nullas esse leges, nisi quas eorum
appetitus probat. Iuliam Seueri Impera-
toris uxorem, & Antonini Nouercam, cū
sæpius nefarius Priuignus aspexisset, reue
rentiæ tandem ius violans, quam patri, cu- A
ius illa secunda uxor erat, debebat; vellem
(inquit) si liceret. Cui Iulia, si uis, licet, ne
scis te esse Imperatorem, qui leges alijs da
re debet, & a nullo accipere. Quæ cum au
disset malus Imperator, quam toties antea
optauerat turpitudinem, exequutus est.
Hæc nefāda lubricæ doctrina a maiori prin
cipū parte recepta est. Cuius rei testis est
non solum quod gentilium tempore con
tigit, sed qđ in imperiis Christiana reli-
gione sacris factum est, & quotidie fit. Ita
enim principes uiuunt, vt mors illis cum
cæteris non uideatur esse communis. De B
aliquibus, non de omnibus loquor, nō igi
tur licet tibi, qui Rex es, quod diuinæ legi
repugnat: imo si plus, & minus diuina lex
admittit, cui minus huiusmodi scelera cō
mittere licet, quam regi, qui plura a Deo
accepit beneficia? qui uniuersę reipublicæ
plusquam cæteri suo nocebit exemplo. O
quot hominibus hodie dici posset, non li
cet tibi uicini tui, aut amici vxorem habe
re, sed infœlicitas ea est, quod tunc quidē
unus tantū Herodes erat, & unus Diuus
Ioannes, qui eum reprehendebat, nūc ue
ro sexcenti sunt Herodes in unaquaque
ciuitate, nec ullus est, qui D. Ioannis zelo,
& spiritu dicere audeat. Non licet uobis. C
O scelus horribile, affinis, amici, aut auici
ni titulo, & colore alicuius honorem uio-
lare. O nefanda proditio, amicitiam, simu
lare, ut fides matrimonio debita frāgatur.
Erat Herodes Philippi frater, & hoc titu-
lo magnam cum eius uxore familiaritate
habebat, & tandem ex hoc puluere lutum
hoc factum est. Liberet uos Deus ab hu-
iusmodi familiaritatibus, vt Dei noīe mo
net Hieremias dicens. Vnusquisq; se a pro
ximo suo custodiat, & in omni fratre suo Hier. 9.
nō habeat fiduciam, quia omnis frater suo
supplantans supplantabit, & omnis ami-
cus fraudulenter incedit, & ui r fratrē suū
deridebit. Clarius ne dici poterat? uiuite D
igitur caute, & occasiones maxime fugite
ita enim non solum mala euitabitis, uerū Isa. 33.
etiam in uirtute maxime proficietis, ut do
cet Spiritus sanctus dicens. Qui obturat
aures suas ne audiat sanguinem, & clau-
dit oculos suos, ne uideat malum, iste in
excelsis habitabit, munimenta saxorum
sublimitas eius. O verba plurima animad
uersione digna audistis ne unquam sāgui
nem loqui. Cur igitur ait, ne audiat san-
gui-

A guinem? Sanguis in sacra scriptura peccata significat, quæ miseriam hanc carnem inuitant, & hortantur, vt ea committat, luxuria, gula, hinc clamant, illinc superbia, & auaritia, & tandem peccata omnia, nos passim inuitant. Beatus ille, qui sese huiusmodi uocibus surdum præbet, & claudit oculos, ne quid videat quod se ad malũ incitare possit, iste enim in excelsis habitabit, id est, ad magnum perfectionis culmen ascendet, & eius ędificium non erit super arenam. Munimenta saxorum sublimitas eius, id est, hac diligentia plurimas uirtutes acquiret, super quas perfectionẽ B suã fundabit. Et quamuis huiusmodi uir in fœdissimo carcere uersetur, tamen in excelsis habitat. Quæ verba si in animis uestris fratres hęrerent semper, & illud quod significant, præstaretis, maiori ꝑfecto virtutis luce uita uestra fulgeret. *En las Atarazanas de Malaga.* [Simile] Quia magna ibi sẽper pulueris sulphurei copia esse solet, mortis pœna dicitur esse ijs constituta, ꝗ illac cũ igne transeunt, ne puluis ignẽ concipere possit ad concipiendum ignem maxime disposita est corrupta hominum inclinatio. Quomodo igitur ignem pulueri admonere audetis? Nonne uidetis magna C inde incendia consequutura? recedite, recedite obsecro quam longissime fieri potest ab igne, claudite oculos, & obturate aures, cum ex hoc tanta sequatur utilitas. Ita gloriosus Baptista nepharium Regem publicè reprehendit, (ut Lira ait,) & cum [Lira.] se conuertere debuisset, maiorem animo indignationem concepit, & ab Herodiade persuasus uinciri iussit Ioannem. Liberet vos Deus a mulieris furore, & ira, nã quẽadmodum cum amat, uehementer amat, ita cum odit, uehementer odit, in amoris et odij extrema sẽper prolabitur. Ex quo infertur prædicatorem, qui Dei negotia D fideliter tractat mortem certam sibi futuram existimare debere, vt sanctus Hieremias affirmat, dicẽs. Formido, & laqueus, [Thre. 3.] facta est nobis uaticinatio. Quot labores, & iniurias pertulit sanctus Noe centũ an- [Gen. 8.] norum spatio, cũ arcam fabricabatur, et homines monebat, quam ob causam eam fabricaretur, immissurum esse Deum diluuiũ, quo eos in suis peccatis, nisi se emendarẽt demergeret. Quoties eũ irrisisse credimus, quot affecisse iniuriis ob reprehensiones, & admonitiones? quanta cum patientia sanctus uir nunquam à suo munere destitit. Hoc exẽplum uobis proposui, tanta martyrum, & sanctissimorum virorum multitudine prætermissa, qui plurima pericula subierunt, quia palam, & publice uera dixerunt, eo quod Noe longissimo tẽporis spatio in ueritatis prædicatione perseuerauit. Cum igitur hoc sit præmium, quod mundus veritatis prædicatoribus tribuere solet, ideo tam pauci sunt, qui uera dicere audeant, & quod magis deplorandum est, qui vitia reprehendere ue- [Simile 2] lint. Plurimi passim inueniuntur, qui malis assentantur, quod magnæ est crudelitatis genus. Nam si hominem videretis, qui B pelagi fluctibus pene obruitur, alium uero qui cum opem ferre deberet, saxo aliquo, aut pondere, cum magis opprimeret, nonne hunc appellaretis crudelem? Si homini vulneribus pleno non vnguenta, sed venenum imponi videretis, quid obsecro diceretis? O crudelitas horribilis, at crudelior est, & omnium crudelissimus assentator, natat proximus tuus in peccatorum pelago, & pene demergitur, et vero, ꝗ caritatiuis reprehensionibus manum ei debere porrigere, assentationib. tuis deprimis, dicens. Humanum est peccare, si uere nũc hoc tempore, quod datur, pœnitentię tempus non deerit. O crudelis, quid hoc aliud C est, quam eius collo saxum appendere, vt [Pro. 18] facilius in profundum descendat? In profundum illud, de quo Sapiens. Impius cũ in profundum uenerit peccatorum cõtẽnit. Et hoc etiam est vulnera, quæ peccata sunt, ueneno curare, ut plus corrumpãtur. O quam uere de hoc dici potest, quod sanctus Hieremias dixit. Maledictus vir, qui [Hier. 20] annunciauit patri meo dicens, natus est tibi puer masculus, & quasi gaudio lætificauit eum. Eo die quo quis inimicum suum vltus est, eo die quo mulieri uim fecit, eo die quo subditos suos tributo onerauit D iniquo quæ oĩa opera sunt effæminata, & muliebria, quia tanquam fœmina, & pusillanimus a proprijs affectibus superatus est: Hodie seruus, filius, aut amicus ei dicit, natus est tibi hodie puer masculus, uirile opus fecisti, uirum te esse ostendisti. O maledicte, ita proximum tuum peruertere, ac deprauare non pudet, cui sanctum aliquod consilium dare deberes, quo peccatorum suorum dolorem cõciperet, istis assentationibus blandisis, quibus quasi

gau-

A gaudio lętificasti eum. Abstinete vos fratres a tanto malo, satis uobis sint uestra peccata, nolite uos onerare alienis.

Cum igitur in uinculis esset Ioannes, audiuit opera Christi. Diuus Lucas magis Luc. 9. hoc declarat, nam cum plurima Christi Redemptoris nostri miracula retulisset, quæ tunc fecerat, cum D. Ioannes erat in uinculis, addidit, & nunciauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his, & forte alia etiam dixerunt inuidia tacti, ut tactus ca Luc 9. fuisse uidetur D. Ioannes Euangelista cū dixit Domino, præceptor, uidimus quendam in nomine tuo eiicientē dæmonia, & B prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum. Et ait ad illos Iesus. Nolite prohibere, qui enim non est aduersum vos, pro uobis est, neque uero hoc malum tunc incipit. Cum uideret Iosue homines quosdam prophetare, currens ad Moysem di- Nu. 11. xit: Domine mi Moyses prohibe eos. At ille, quid (inquit) æmularis pro me: Quis tribuat, ut omnis populus prophetet, & det ei dominus spiritum suum? nostris etiam temporibus passim huiusmodi inuidias uidere est inter discipulos de præceptoribus, inter auditores de prædicatoribus cōtendentes, dum quem quisque audit, & C sequitur cæteros omnes eum audire, & se 1. Cor. 1. qui vult. Hoc seuere reprehendit D. Paulus, dicens. Si qui autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia, significatum est enim mihi de uobis, quia contentiones sunt inter uos, dum vnusquisque vestrum dicit. Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego uerò Cephæ, ego autem Christi. Diuisus est Christus? nunquid Paulus crucifixus est pro uobis, aut in noīe Pauli baptizati estis? videtis, ut moneat eo quod una, & eadem doctrina est. Omnes sint Iesu Christi ministri, omnes Iesu Christi amore amari, & honorari debere, qui om- D nium bonorum autor est, et principium. Et ut hoc illis magis persuaderet, dixit paulo post, uidete uocationem uestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, &c. Sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut non glorietur omnis caro in conspectu eius, idest, ideo elegit Deus instrumenta tam uilia, et illius mirabiliter operatus est, ut illi gratia referretur, et instrumenta non propter seipsa, sed quia Deus ijs vsus est, honorarentur. Hæ omnes inuidiæ, et dissensiones charitati repu-

gnant, & ideo patres prædicatores, & magistri recordamini, quid dominus discipulis suis, Moyses, Iosue, Diuus Paulus Corinthiis responderit. Hoc.n. uestris discipulis respondere debetis, cum inter eos huiusmodi factiones ex nimio amore oriri videtis. Attēdite diligentiam, qua Diuus Ioannes cum in carcere esset mittit suos discipulos, ut eis errorem in quo versabantur, eriperet. O Deus immortalis, catenæ & uincula impedimento non erant, quo minus suo fungeretur officio. Nos vero minima quæque tribulatio a bono, & uirtute reuocat. Si ab aliquo petitis, cur frater non ita sæpe, ut solebas confiteris peccata B tua? cur sermones non audis? cur in sanctis exercitiis, quibus occupari solebas, factus es negligentior? Respondet, infortunium mihi contigit huiusmodi, ut mei pene oblitus sim. O stulte, tunc cum magis Dei recordari debebas, tunc eius maxime obliuisceris? Quid obsecro, equo pigro, et Simile. vitioso faceretis, qui si calcaribus pungiis vt acceleret, tunc maxime calcitrans, aut quiescit, aut retrograditur? Quis malam hanc bestiam aleret, et non potius quocunque pretio uenderet? Cum lentum te, et remissum Deus in uirtute uidit, tribulationibus quibusdam quasi calcaribus incitat. Tu uero, aut remissiores, aut retro- C gradus. Quid de te dici pōt, præterquam monere, ut caueas, ne tibi accidat, quod tepido cuidam, et remisso dixit dominus? Quia tepidus es, incipiam te euomere ex Apoc. 3. ore meo. Non ita facere solent viri diuino spiritu pleni, qui in tribulationibus meliores esse conantur. Sanctus Ionas in uentre positus, sustulit manus ad dominum in spiritu, et tam quiete orauit, ac si in templo Hierusalem fuisset. Orauit Ionas ad Ion. 2. dominum Deum suum de uentre piscis, et dixit: Clamaui de tribulatione mea ad dominum, et exaudiuit me. De uentre inferi clamaui, et exaudisti uocem meam. D. D Paulus è carcere catenis uinctus scribebat epistolas, quas maiorem habere suauitatem, et eloquentiam, quam cæteras. D. Chrysost. et Theophilactus testantur. Ro- D. Chry. sæ conculcatæ plus olent, quanto magis ho. 1. in pressæ. Tres pueri in camino ignis compo- epist. ad suerunt, et cecinerunt Psalmum illum, Be- Colos. nedicite omnia opera domini domino, in quo creaturas omnes ad Deum laudandum inuitant. Gloriosus Baptista in

uin-

A uinculis suorum discipulorum nō obliuiscitur: sed eos misit, qui interrogarent dominū, *Tu es qui uenturus es, an alium expectamus?* ait aūt D. Lucas ipsa hora mul-
Luc. 7. tos curauit a lāguoribus suis & plagis & cæcis multis donauit uisum. Et ita dixit: *Eūtes renūciate Ioānis, quæ audistis & uidistis cæci uidēt, &c.* His operib. & miraculis doctrinam suā Redemptor noster confirmauit, & probauit eum se esse, qui mun-
Matt. 5. do promissus fuerat. Nos etiā bonis operibus testari uult, qui nam sumus, & ita dixit. Vt uideāt opera uestra bona, & glorificēt patrem uestrum, q. in cælis est. Quā
B pauci hodie hæc de seipsis testimonia præbeant, uos ipsi uidetis. Vix est, q. bene operari sciat, ex quo apparet, quanto in periculo saluatio nostra uersetur. Vt de hoc nos Spiritus sanctus moueret gloriosū Baptistā in primo suo sermone clamare uoluit: Iam securis ad radicem arboris posita est, omnis ergo arbor nō faciens fructum bo-
Luc. 3. nū excidetur, & in ignem mittetur. O uerba timenda, quis est tam durus, ut ex audiens, nō cōtremiscat? ô Deus maiestatis infinitæ, illumina Dñe animarum nostrarum oculos, ut quanti hoc momenti sit, intelligamus. Pōderate fratres unūquod-
C que uerbum, non dixit, exciditur, sed excidetur, ut cogitemus tempus quidem nos habere, sed breue, & incertum, & ideo dormiendum nobis non esse. Per arbores. nā homines intelligit, per securem uero mortem. Ad radicem (inquit) securis posita est & non ad ramos, ut nullā spem esse significaret, arborē denuo pullulare posse, nam cum arbori rami tātum amputantur, statim reuirescunt, at cū radicitus euellitur, nulla spes est. Ita & homo ab hac uita diuulsus nunquā mereri poterit. Ideo addidit: Omnis arbor non faciens fructum bonū excidetur. Omnis arbor (inquit) modo
D rex sit, modo pastor, modo diues, modo pauper, obliuiscatur, nisi bonum fructum in hac uita afferāt. Fructum aūt non specificat, quia unaquæq; arbor fructum naturæ suæ similem affert, Pyrus, pyra, castanea, castaneas, &c. Ita unusquisq; ita uiuere dēt, ut eius status postulat, Nuptus ut nuptus, clericus, ut clericus, religiosus, ut religiosus; neq; dixit fecit, fructū bonū uel faciet, sed faciēs, quia satis non est bene nos esse operatos neq; bene operandi in posterum ppositum habere, sed in præ-

senti bene operari necesse est. Non ait arbor malū fructum faciens, sed arbor non A
faciens fructum bonū: quia satis non est non operari male, sed bene operari debemus. Quare nemo dicat, neminē occido, non furor, non mæchor, non hoc satis est abstinere a malo, sed bonū et facere necesse est. Quis igitur hæc intelligēs tā sibi ipsi crudelis erit, ut inferni pænas malit, q. res tā faciles pstare, ut hę sūt, quas Deus in Euāgelio iubet? scitote fratres, si nunc dum tps habetis in res uanas, & inutiles insumitis, quod uos aliquando, frustra pænitebit, & rabies mordebit æterna. Iō temporis opportunitate nolite obsecro abuti.

Illis āt abeuntibus, cæpit Iesus dicere ad B
Eccl. 1. *turbas de Ioāne.* Hinc uerba illa intelligetis, ante mortem ne laudes hoīem quemquā. Vbi B. Chrysostomus legit, ne lauda-
B. Chr. ueris hoīem in uita sua. An forte significant, ne laudemus hoīem dum uiuit, minime, quia contrariū fecisse Redēptorem nostrū uidemus, cuius opera, ut ait D. Au-
D. Aug. gust. exemplar sunt, quod imitari debe-
Iob. 1. mus. In ueteri testamēto laudauit Iob, cū adhuc uiueret, cum ait, nunquid considerasti seruum meū Iob, quod nō sit ei similis in terra hō simplex & rectus, &c. Dauid dicens. Inueni uirum secundum cor meum. Laudauit Nathanael dicens. Ecce C
uere Israelita in quo dolus non est. Laudauit Chananæam, Centurionem, Magdalenam, & hoc loco D. Ioāne. Cur igitur ait Spiritus sanctus. Ne laudaueris hoīem in
Ioan. 1. uita sua? significat nimirum hominem in aliena uita laudari debere nō in propria. Quid. n. ex nobis habemus. Deus dicit p Oseam. Perditio tua ex te Israel, tantūmodo ex me auxilium tuum. Cum auari estis,
Ose. 13. gulosi, carnales, hæc uita uestra est. Cū uero casti, misericordes, humiles, hæc uita aliena est. Ideo ait D. Paulus. Viuo autem
Galat. 2 iam non ego, uiuit uero in me Christus. Ita hæc uerba declarauit D. Bernardus dicens, cum laudatur homo, in quo iam ui- D
D. Bern. ep. 23. & Ser. 5 omniū sanctorum. uit, non ipse, sed Christus, nō in sua laudatur, sed in Christi uita. Atq; per hoc non laudatur contra sn̄iam, quæ prohibet laudare hoīem in uita sua, hæc ille. Hæc lau-
Pro. 27. Simile. datio iusto proficit, quia ea incitatur, ut magis in uirtute proficiat. Et ita ait Spiritus sanctus, quomodo probatur in conflatorio argētū, & in fornace aurū, sic probatur homo ore laudantis. Nam si hæc lau-

A illi nihil proficit, uera uirtus nō est. Nam quemadmodum in conflatorio, & fornace quod aurum non est, & argentum, in fumum, & spumam mutatur, aurum uero lucet magis: ita uirtus laudata si falsa est, laude consumitur, & in uanitatis fumū mutatur, si uero solida, & uera uirtus est, nullum patitur detrimentum. Et qui ea praeditus est, uires acquirit, & animos, ut
Simile. ulterius progrediatur. Quemadmodum venti, qui mense Maij spirare solent, frumentis adiumento sunt, ut spicas emittāt, ita laus bonis ad uirtutum segetem adiumento est, ut tanquam segetes sint fae-
B cundae, & uberes. Ita igitur fratres uiuamus, ut ab eo qui D. Ioannem laudauit, laudari nos quoque mereamur in ultimo illo die, cùm dicturus est, uenite benedi-
Mat. 25 cti patris mei. Vt laudatione illa & benedictione protecti eius gloria perfruamur. Ad quam nos perducat idem Iesus Mariȩ filius. Amen.

IN EADEM DOMINICA Secunda Aduentus.

Concio Quarta.

Cum audisset Ioannes in uinculis opera Christi, &c. Matt. 11.

Ioan. 13 DIscessurus ex hoc mundo Christus Redemptor noster dixit discipulis suis, in hoc cognoscent omnes, q discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Noluit dn̄s oues suas sine signo relinquere, quo cognosci possent, & à
D diaboli hircis differrent. Signum aūt est, amor & charitas. Qualis aūt amor hic esse
Mat. 22 debeat, quo vnusquisq; pximū suum amare dēt, idē dn̄s iam declarauerat, cum dixit diliges pximū tuū sicut te ipsum. Ex quo infertur, qd̄ q diuersis oculis proximi res, & suas spectat, & aliorum res alienas putat, suas uero proprias tantum a uera, & Christiana charitate abest, quantum proximi res extraneas, & alienas putat. Et ita
1. ad Co. 13. cū ait D. Pau. charitas non q̄rit q̄ sua sunt, uidetur hac voce sua uti, ut vulgari hoiūm linguae se accōmodaret, q sua non nisi pro- A
pria appellare solent. Nam charitas lingua Esa. 35.
magis pprie diceremus, q charitas semper quaerit, q̄ sua sunt, q a oīa, q̄ proximo vtilia sunt, sua putat, & uocat, & quę detrimento illi sunt, odit, acsi sibi ipsi nocerent. Aristoteles ipse, qui quid esset charitas ignorauit praeter naturalem amorē dixit, ex amoris Arist. 8.
defectu iustitiae ortā esse necessitatem, q a Ethi. c. 4
amor inequalitatem cui medetur iustitia, ferre nō potest. Quare inter veros amicos neq; furta fierent, neq; adulteria, neque homicidia, neq; aliae insolentiae, & iniuriae cō-
mitterentur. Quanto minus si uera in no- B
bis esset charitas, amor hic proximi ex Dei
amore nascit. Diuisae sunt aquae Iordanis, Iosue. 3.
& retrorsum conuersae sunt, ut testamenti arca transire posset, neq. solū arcae transitum praebuerunt, sed eius causa (uel ut melius dicam) dn̄i ipsius causa, quem arca repraesentabat omnibus Israelitis, quo significatum est quod in corde in quo Deo datur ingressus, datur etiam proximis, si cor uere Deum amat vere etiam proximos
amat, quia Deus iubet. Et ita ait Diuus 1. Thes. 4
Paulus, de charitate autem fraternitatis non necesse habuimus scribere uobis, ipsi enim uos à Deo didicistis, vt diligatis inui-
cem, etenim illud facitis in omnes fratres C
in vniuersa Macedonia. Hoc nos pp peccata nostra dicere non possumus, quod magnum est malum. Magna est Christiano-
rum confusio ut currentes vndae propriū Exo. 15.
& naturalē cursum deserant, vt testamenti arca, & vniuersus populus ingrediatur, homines verò ratione, & fide dotati Deo & pximis suis iter intercludāt, quò minus in eorū corda ingredi possint. Qua nā poena dicite, obsecro digna est tanta iniquitas, ut homines se esse obliti, & feris ipsis crudeliores facti, sese inuicem discerpant, & uorent? sanctus Apostolus ait, non ne-
cesse habuimus scribere uobis de charita- D
te fraternitatis. Ego verò dico necessariū maximè esse, ut omnes praedicatores saepissimè hoc praeceptū inculcent, dicentes,
cum eodem D. Paulo, charitas fraterni- Heb. 13
tatis maneat in vobis. Ideo rogo vos ut postea quam caeteras omnes uirtutes eieceritis hanc saltem retineatis, & si nihil aliud heroicum facitis, hoc saltem facite. Hinc enim remedium, & salus uestra dependet, eo quod Christus Redemptor noster, ut homo erat altissimā hanc charitatis uirtu-

tem

A tem in summo,& perfectissimo gradu habuit. Ideo dicunt theologi eius mortis sanctissimæ dolores omnibus doloribus, qui excogitari possunt, fuisse maiores: non solum propter tormenta corporis, uerum et propter sacratissimæ eius animæ tristitiã, Nam vt nos amauit tanto ac tam singulari amore, peccata nostra accepit sua; & ita idem quod eius anima eam Dei cognitionem, & amorem habens quẽ habebat, sensisset, si in se ipsa peccata illa vidisset, sensit ea in nobis uidens. Et si peccata sua fuissent, idem quod fecisset, ut ea deleret,
B idem fecit, vt nostra deleret Et hæc eorum verborũ sententia uidetur esse, quæ difficilia sunt,& obscura. Portabitq; Aaron ini-
Exo. 28 quitates eorum, quæ obtulerint, & sanctificauerint filij Israel in cunctis muneribus, & donarijs suis, i. vt peccata remitterentur ijs, qui pro illis sacrificia offerebant, necesse erat, ut ea sacerdos tanquam sua,& propria acciperet, & ut talia Deo offerret; & veniam peteret; & hoc totum summã Redemptoris nostri charitatem significabat, qua hominum peccata accepit ut sua, remissionem perijt, & satisfecit pro illis.

C Cum itaq; D. Ioannes diuino hoc charitatis affectu proximos suos diligeret, hinc factum est, ut regem Herodem tanto feruore, & spiritu reprehenderit, eius animæ remedium desiderans, ac si ipsemet in ea necessitate uersaretur Huius charitatis defectu hodie ita obmutesc mus, vt ne vnũ quidem verbum in nostrorum proximorum remedium loqui audeamus, & maximè si potentes sunt, quia eos timemus. Ipsi Aegyptij quamuis gentiles essent, ausi sunt in rege suo Pharaone duritiem,& obstinationem reprehendere, dixerunt autem
Exo. 10 serui Pharaonis ad eum, vsque quo patiemur hoc scandalum? dimitte homines, ut
D sacrificent domino Deo suo, nonne uides, quod perierit Aegyptus? Ponderate uerba illa, vsquequo patiemur hoc scandalum, scilicet, ut peccet rex?& puniatur populus. Videtis ne gentilium animum, quo potentissimum regem accusant? nonne uides (inquiunt) quod perierit Aegyptus. idest, tam cæcus es, cum sis in sublimi hoc loco positus, ut populi damna prospicere non possis, tam cæcus es, vt ea non uideas? dimitte homines, ut sacrificent domino Deo suo. Et non fuit reprehensio inutilis, nam dixit statim Hebræis rex, ite sacrificate domino Deo uestro. O si inter Christianos homines tanti animi inuenirentur, qui regibus, & principibus dicere auderent, nonne uides, quod perierit regnum? forte non parum Christianæ reipublicæ damnis prodessent. Quot bona fecit Saul qu amuis malus Samuelis consilio, quæ sua sponte nunquam fecisset? Eadem charitas, quæ causa fuit, ut regem Diuus Ioannes reprehenderit, eadem causa fuit, cur hos duos discipulos ad Christum Redemptorem nostrum miserit. Nam cum eorum ignorantiam ita sentiret, ac si eam ipsemet haberet, eam ijsdem remedijs curare uoluit, quibus suam curasset. Itaque neque existimatio, nec opinio eum a proposito dimouere potuit, quo minus ei mederetur. Vna ex maioribus tentationibus diaboli, qua plurimos decipit est, ijs persuadere, ut quam quisque habet inter homines existimationem,& opinionem sustineat. Accusat princip is alicuius familiaris,& domesticus proximi sui peccatum, mentitum se esse scit, & de famæ restitutione tenetur, sed tamen ea retractare non vult, nẽ existimationem, quam de eo eius dominus habet, amittat, eandem ob causam aliena bona restituere nolunt, quia si restituerent, pompa illis, & fastus relinquendus est. Hac sagitta, quæ acutissima est, diabolus Pilatum superauit, cum suorum membrorum linguis ei dixit, si hunc dimittis, nõn es amicus Cæsaris. Contendebat infœlix dominum dimittere; quam iniustè accusaretur, cognoscens Sed hoc ictũ effecit, ut se uictum daret. Maluit iudex existimationem,& opinionem, quam de eo Cæsar habebat sustinere, quam sese ab innocentis sanguine purum conseruare. Hac tentatione Pharisæi, Saluatorem nostrum superare uoluerunt, cum mulierem adulteram ei obtulerunt, tentantes eum. Nam cum dominus a populo amaretur, quia cũ peccatoribus pijssimus erat, existimauerũt, ut hanc opinionem conseruaret, iussurum esse ne eam lapidarent. Et ita ijsdem lapidibus, quos in manibus habebant, ut adulteram lapidarent, posse se eum lapidare, eo quod legem non seruaret. Hæc igitur arma, quibus tot Sathanas uicit, glorioso Baptistæ nocere non potuerunt, quo minus discipulis suis mederetur. Cum tamen potuerit suspicari hoc magno futurum esse detrimento, magnæ quam de eo habebant

Margin notes (right): A; 1. Reg.; B; C; Ioã. 19.; D; Ioan. 8.

A existimatione, quasi discipulos suos dimitteret, qui dominu interrogarent. *Tu es qui uenturus es?* Hoc enim erat occasionem praebere, ut crederent ignorasse se, quod dixit, cum eum digito indicauit dicens, ecce agnus Dei, aut certe negotium esse. Haec omnia Dei, & proximorum suorum amore postposuit. Dicant, credant quicquid velint (se cum ipse dixit) nam cum hoc ad Dei gloriam & proximorum utilitatem pertineat hoc faciendum est. O admirabilem uiri sanctissimi charitatem, quae efficit ut quod mundus tanti facit, contemnat. Haec charitas fratres utinam esset nobis, ut proximorum peccata propria esse existimaremus, & in remedio diligentiores essemus. Quo animi affectu dicebat David, cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. (Psal. 50.) Et paulo post, Spiritu principali confirma me. Cur vero tot a Deo munera petat, declarat mox dicens, docebo iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur. Quasi diceret, si quae a te petij beneficia concedis o domine, non solum ut alij in uijs tuis offendantur, non efficiam, ut ante solebam, verum etiam tanquam caecis ductor, his qui caecis affectibus sunt, manum porrigam, & uiam docebo ne errent. Docebo iniquos uias tuas, quae tua praecepta sunt, & impij ad te conuertentur, & non ad me qui sine te nihil sum. Ad te non ad me, quia in eorum conuersione non meam gloriam, & utilitatem quaeram, sed hoc tantum mihi propositum habebo, ut meis admonitionibus & doctrina ad te plurimi conuertantur, tibi gloriam dent, & gratias. In Deuteronomio (Deu. 25.) iussit Deus, siquis absque liberis moreretur, ut frater eius defuncti uxorem acciperet, & sic fratris sui semen excitaret, non pro seipso, sed pro fratre suo, & ita primogenitus ex ea fratris defuncti nomine appellandus erat. Hoc ut D. Augustin. (August.) declarat, significat, quod uir Euangelicus debet in uxore defuncti Christi Iesu, quae ecclesia est, sanctae doctrinae semine filios spirituales generare, non propter se, sed propter fratrem suum, & dominum Iesum Christum, cui omnis honor, & gloria debetur, cuius uirtute omnia fiunt. Hunc sanctissimum uirum, de quo agimus, pater eius Zacharias (Luc. 1.) praedixit missum a Deo esse ad dandam scientiam salutis plebi eius. Non dixit ad dandam salutem, quod Saluatoris munus est, sed scientiam, & cognitionem salutis. Ut hoc significaret in parabola illa Euangelica (Mat. 25) non appellauit Dominus seruum malum, & pigrum, quia talento illo quod illi dederat, nihil erat lucratus, sed quod negotiatus non esset, & numulariis non dedisset, ut ostenderet docendi tantum diligentiam ad nos pertinere, profectum autem Dei esse munus. Iussit Deus ut tabernaculi cortinae (Exo. 26) ita fierent, ut sese inuicem traherent, significans, quod in sancta Ecclesia inuicem nos ad Dei cognitionem & seruitium debemus attrahere. Quod si haec cum omnibus faciendum est, multo magis cum filijs proprijs & domesticis fieri debet, & curari ut a pueritia in uirtute exerceantur. B Quia, ut dicitur, prouerbium est (Pro. 22), adolescens iuxta uiam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Cum ait, prouerbium est, sacra scriptura significat uetustum hoc esse & antiquum, ut pueri in quo aluntur in eo perseuerent. Sicut lana quae semel purpura inficitur, colorem illum, & splendorem diutissime conseruat, at si quae nigrum antea erat purpureum fiat, uix nouum colorem exhibit, & nigrum amittit, ita & homo qui virtutis colorem a pueritia accepit, facile eum in omni uita conseruat, at qui a pueritia in peccatis & uitiorum nigredine tinctus fuit, eum postea magna cum difficultate amittet. (Simile.) Quam difficile esset flumen, quod in hanc partem longissimo temporis spatio fluxerit, ad aliam partem conuertere, C est nostra sensualitas tepidum flumen, & si in hanc partem fluere semel assueuit, in aliam difficillime mutari potest. (Simile.) Liberet nos Deus, ut anima uestra per diuina currere assuescat, qua enim ui opus erit ut hic cursus mutetur? & ideo filij a pueritia in virtute exercendi sunt. Nemo equum pullum sinit indomitum, donec equus fiat, tunc n. uitia tolli non possunt. Nemo facit illam carnem sale condiri, cum putrida est, & rancida, sed cum recens est, ita etiam filij cum pueri sunt, tunc domandi sunt, ac virtutis sale condiendi. Cum filij David, mane e lectulo surgerent, D per regis patris sui cubiculum transibant, uir autem sanctissimus dicebat illis. Laudate pueri dominum, laudate nomen domini. Filij autem respondebant, sit nomen domini benedictum, ex hoc nunc, & usque in saeculum. Et ita pater, & filii totum illum Psalmum decantabant. O quam utilis doctrina, imprimat eam dominus in cordibus uestris, nul-

la

A la enim lingua explicari pōt utilitas, quæ ex eius exercitatione consequitur, neque damnū, quod ex contrario succedit. Sunt nonnulli patres, qui filiorum suorum non maiorem curam & sollicitudinem habēt, quàm si Christiani nō essent, hi sunt tanq̄ in struthio, de quo dicitur. Penna struthionis similis est pennis Herodij, & Accipitris. Quando dereliquit oua sua in terra, tu forsitan in puluere calefacies ea: obliuiscitur, ꝙ pes conculcet ea, aut bestia agri conterat. Duratur ad filios suos quasi non sint sui, frustra laborauit nullo timore co-
Iob 39. gente. Ait hoc loco sanctus Iob, ꝙ quamuis struthio pennas habeat Herodij pen- B
nis similes, eandem tamen filiorum suorum curam non habet. Oua enim faciens statim eorum obliuiscitur. Et illud, tu forsan in puluere calefacies ea, est ironiæ genus elegantissimū, quasi diceret, ouorum obliuiscitur, ut tu ea calefacias. Eius autē negligentiam supplet Sol, cuius calore exeunt pulli, illa enim frangantur, necne nihil curat, postea quam solis beneficio egressi sunt, auis est tam crudelis, & erga filios suos tam impia, ac si eius filij non essent, duratur ad filios suos quasi non sint sui. Huiusmodi sunt patres in filiorū edu-
C catione negligentes. O struthiones, struthiones, nihil ne pudet tam crudeles esse? si Deus dedit nobis filios, cur nō timetis, ne eos uobis infernalis bestia conterat, & cōculcet? qđ si q̃s hac in re negligens fuit, & struthioni similis, sit saltem aliquis soli similis, qui eius negligentiæ medeatur, & pullos suo calore extrahat. Cogitate, ꝙ nihilominus eorum cura ad uos iure pertinet. Et cum statum aliquem, & nouam uiuēdi rationem accipiunt, quomodo se in ea gerere debent, uos ipsi etiam filios vestros docere debetis, ipsi enim rerum expe-
Eccl. 34 D rientia carent. Ita dixit Spiritus sanctus, vir in multis expertus cogitabit multa, & qui multa didicit enarrabit intellectum. Vxorē ducit filius, dic ei illi, uide fili, uxorē ducis, eā ut teipsū ama, fidē ei serua, ut tibi seruari uis, sis illi uirtutis & sanctitatis exemplū. Quod si filia est. Vide filia, maritū habes non solum ut socium, sed superiorem etiā tuum esse recordare, ei obtempe-
Tob. 10 ra, ei seruī, & fidem serua. Cum Tobias Saram uxorē duxit, Saræ parentes, eam quid illi faciendū esset, longa oratione monuerunt, monentes eam honorare soceros, diligere maritū, regere familiam, gubernare A
domum, & seipsum irreprehensibilem exhibere. Sara iam grādior erat, sed quia nouam uitæ rationem accipiebat, cuius carebat experientia, ideo id omne quod necessarium uidebatur, parentes docebant.

Mittens duos de discipulis suis, ait illi, tu es, qui uenturus es, &c. Non misit discipulos ad amicos, ut se uiserent, de eius libertate agerent, & innocentiam suam regi probarent, carceris & uinculorum obliuiscitur, omnem curam in Dei gloria, & proximorum utilitate collocatam habet. Animaduertite autem mysterium, ꝙ quia ut diximus, in hoc nullā propriæ existimationis rationem habet, attamen uero ho- B
minum amatori satis nō fuit D. Ioannis discipulos illuminare, tot miracula corā illis faciēs in diuinitatis suæ probationem: sed cœpit dicere ad turbas de Ioāne. *Quid existis in desertum videre,* &c. Benedicta sit Deus meus tua lingua, benedictum sit os tuum, quod ita laudat eum, qui laudem tibi, & gloriā quęrit. Credite mihi obsecro fratres, cum res aliqua se uobis offeret, quę ad Dei seruitium spectet, quæ absque uestro contemptu fieri non potest, non ideo eam omittatis, nam præter præmiū, quod Deus in cœlo uobis daturus est, in terra C
etiam uestri honoris defensor erit. Videtis pauperem, orphanam, de honore & anima periclitari? scitis auxilium uestrum & eleemosynam remedium fore? sed status uestri dignitatem & authoritatem seruare, ut antea non poteritis, non ideo quod necessarium est, illi suppeditare pigeat, quia nunquam ob hanc causam dignitas uestra & honor minor erit, quamuis pompa sit minor. Iniuria nos quis afficit, ignominiam ducitis esse agnoscere, & pusillanimitati tribui posse, superate uos ipsos, & cogitate unam ex rebus in quib. Deus gloriam suam maxime manifestat, esse, D
misereri & parcere, ut ait sancta Ecclesia, Deus qui omnipotentiam tuam miserendo, & parcendo maximè manifestas. Eum igitur imitamini, & confidite honoris uestri eum futurum esse defensorem, vt hoc loco gloriosi Baptistæ existimationem tueri uoluit, ne crederent homines mysterium illud, quod ab eo per discipulos suos quęrebat ignorare. O Deus meus quam amicus es tuorum amicorum. Beati qui amicitiam tuam magna cum ef-

A ficacia optant,& curant. Honorem Diuo Ioanni restituit, quē ipse non abstulerat. Vt intelligatis quanta cū diligentia fama illis restituēda sit, quos affecistis infamia. Audietis aliquos dicere bñdictus sit De⁹, tres hodie missas audiui, sed quid ꝓsunt, infœlix nisi famam illi restituis, cui abstulisti? restitue prius, & quod mentitus es, retracta, & sic tibi proderunt missæ. Cū igitus dominus D. Ioannem laudat, primum de perseuerantia mentionem facit dicens. *Quid existis in desertū uidere? arūdinē uēto agitatam?* Non est profecto arundo, sed Ecclesiæ columna firmissima. Et ita de eo

B ipso uerba illa Hieremiæ cani possūt, ego

Hier. 1. dedi te hodie in columnam ferream. Merito eum columnam appellare possumus, quia neq; uentis, neq; tempestatibus, neq; mundi honoribus, & fauore commotus est. In hac perseuerantię uirtute eum quātum in nobis est, imitari debemus, ideo enim Deus nobis in hac uita suo fauet auxilio, ut semper in eius seruitio perseueremus.

Cant. 2. Quod significauit sponsa dicens, dilectus meus, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur umbræ, ubi pascitur, significat, quòd nos ipse pascit, quādum nobis fauet, ita Deus delectatur, acsi

C ipsemet eos fauores reciperet. Ita ait sponsa, quod pascitur, cum nos pascit. Donec aspiret dies, idest, usque ad diei finem, qui uitæ finis est. Aspirare (ait) quia uesperi uēti quidam suauissimi spirare solēt, & quia occidente sole, maiores fiunt umbræ, ideo ait, inclinentur umbræ. Vbi quod interpres Latinus uertit inclinētur, Hebræum uerbum significat, fugiāt, quia tunc umbræ uelocius currere uidentur, quam meridie, cum Sol est sublimior. Dicens igitur, donec aspiret dies, non solum significat, quod Deus fauet homini usq; ad finem uitæ, uerum etiam quod tunc fauores, quos

D ijs largitur, qui perseuerarunt, suauiores sunt, significari per auras illas suaues, quæ uesperi spirare solent. Et dicens, quod sic fugiunt umbræ, significat, quod qui in uirtute perseuerarit, quo magis ad finem accedunt, eo magis ab ijs imperfectionum, & humanarum infirmitatum umbræ fugiunt. Vt hoc significaret Spiritus sāctus, his metaphoris usum esse existimo, cum uno uerbo dicere potuisset, usque in finē diei. Virtus est perseuerantia tantæ præ-

Rom. 8. stantiæ, ut eam Diuus Paulus inter præcipua iustificationis signa ponat, dicens, qui A enim mortuus est iustificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus, quia simul etiam uiuemus cum illo, scientes q̃d Christus resurgens a mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel, quod autē uiuit, uiuit Deo. Ita & nos existimate uos mortuos quidem esse peccato, uiuentes autem Deo in Christo Iesu. Quamuis nemo sine reuelatione scire potest in hac uita, an iustificatus sit, hic tamen D. Paulus tria iustificationis signa ponit, primū mori peccato, secundum uiuere cum Christo ad illius imitationem, tertium mori semel peccato, & non amplius, quæ est perseuerantia. B Non quod qui hæc habent, de sua iustificatione certi esse possint, sed q̃d signa quædam sint, ex quibus id conijci potest, tertium signum eo in loco ponitur, quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel, &c. usque in Christo Iesu, idest, sicut Christus, pro peccatis generis humani semel mortuus est: ita oportet uos ad eius imitationē semel mori peccato in baptismo, ita ut amplius mori uobis non contingat. Nam qui plures peccat, licet pluries per pœnitentiam resurgendo moriatur peccato, non tamen est perfectissimus C Christi imitator. Quapropter magnum est iustificationis signum perseuerantia in innocētia baptismali, & ideo tam affirmatiue ait; existimate uos mortuos quidem esse peccato, uiuentes autem Deo in Christo Iesu. Eandem ob causam Diuus Ioannes de malis quibusdam hominibus dixit, 1. Ioā. 2. ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, si enim fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum. Ille Dei est, qui cum Deo permanet. O quam timenda hæc uerba sunt, cur nullum nobis timorem incutiunt, qui tanquam arundines sumus inanes & leues, sine perseuerantia, qui minimo quoque uento mouemur & flectimur? D nullus est affectus, nullus amor, nullum desiderium, quo noster animus non rapiatur.

Ait præterea dominus *Sed quid existis in desertū uidere? hoīem mollib. uestitum? ecce qui mollib. uestiuntur, in domib. regum sunt.* O rē magnæ confusionis, ait Dominus eos qui mollibus uestiuntur, in domibus regū esse. Nostris vero temporibus in

A artificum domo, qui sudore vultus sui vi ctum sibi lucrantur, uestes inuenietis tam molles & pretiosas, ac si reges essent. Cum esset regina Saba tam diues & potens, ipsa tamen & sui omnes vestitu uti debebat adeo simplici, ut inter cætera quæ in regis Salomonis domo est admirata, fuit seruorum Salomonis uestitus, & regiæ domus
3. Re. 10 pompa. Ex quo infertur neque ipsam, neque gentilium reges, ea magnificentia, & apparatu usos esse. Quanto magis admiraretur regina illa si uideret, non regis Christiani, sed mercatoris, aut notarij domum,
B tanto apparatu instructam, ac si principes essent. Cur hæc fratres non deploramus, cum ex his plurima peccata & uitia oriri sciamus, non deploramus, quia Dei, qui offenditur, amor in nobis nō est. Suetonius
Sueton. Tranquillus de Augusto Cæsare refert, dicere solitum, vestitus insignis uexillum est superbiæ, & nidus luxuriæ. Notate gentilis dictum, & hominis qui fidei lumine carebat. Ideo tanta hodie superbia est, tanta luxuria, quia homines, his uitijs uires dant vestium superfluitate. O gloriose Baptista,
C tua pompa, & apparatus, uestes tuæ & ornamenta, pili erant cameli, & cum fie nudus esses, & corpus adustum haberes, & fædum, animi pulchritudinem, & ornamen
Cant. 1. ta quærebas. Iustorum nomine (ait sponsa) nigra sum, sed formosa, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Arabes uocat sacra scriptura Cedar, q a Cedar Ismaelis filio duxerunt originem. Hi autem in tabernaculis uiuebant. Notandum autem est hoc in loco, ut in alijs sacræ scripturæ locis, q particula prima, sicut, non est coniungenda cū propinquiori nomine, sed remotiori, non. n. dicēdum est, formosa sum sicut tabernacula Cedar,
D sed dicendum est nigra sum, sicut tabernacula Cedar, dest, tabernacula Arabum, quæ nigra sunt Sole & aquis fœda. Et formosa sicut pelles Salomonis, quæ erant pulchræ, non nigræ. Hæc omnia cœlesti huic uiro conueniunt, qui cum animam formosam intus haberet, corpus adustum & aspero uestito contectum erat. Vos autem e contra corpora formosa, & molliter vestita, animas uero carbone nigriores.

Quid existis in desertum uidere? prophetam et dico uobis & plusquam prophetam. Plusq̄ propheta appellari potest, uel quia quem ceteri prophetarunt ipse digito in dicauit. Et ita idem dominus de eo dixit,
A lex & prophetæ usque ad Ioannem, idest, quia ibi pausam quodammodo fecerunt
Mat. 11. prophetæ. Accidit (inquit Diuus Gregorius) Diuo Ioanni & prophetis, quod ijs, accidere solet, qui balista iaculantur ad
Gregor. scopum, unus enim proxime accedit, alter propinquius, alter autem attingit, & tunc iaculandi fit finis. Sic prophetarum scopus est Christus, omnes accedebant ad scopum, alij tamen propinquius alijs, Diuus uero Ioannes scopum, attigit digito, & ita prophetandi de Christi aduentu ad redimendū homines finis tunc factus est. B
Appellatur etiam plusquam propheta, quemadmodum siquis in regis domo esset, (*Mayordomo Maestresala, y Veedor.*) diceretis de eo est mayordomo, & plusquā Simile.
mayordomo, ita Diuus Ioānes, quia Apostolus fuit, præcursor & propheta, dicitur esse plusquam propheta, Hunc igitur gloriosissimum sanctum, quem Deus ipse suo ore laudauit, patronum nobis & intercessorem habeamus, & eius virtutes quantum in nobis est imitemur. Et ita Deus suam nobis gratiam daturus est, qua acquiritur gloria. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen. C

IN FESTO IMMACVlatæ Concept. beatiss. Virg. Mariæ.

Concio Prima.

Liber generationis Iesus Christi filii Dauid, filii Abraham, &c. Mat. 1

Hodiernus hic dies tā solēnis D & lætus ē miseris Adæ filijs, ut post diē illū infœlicem & 1 tristem, in quo mūdus eius culpa lapsus est, postea nullus eo vsque huic similis illuxerit. Hodie enim libertatis nostræ signum apparere in mundo cæpit, & ideo magna cum lætitia canit Ecclesia, conceptio tua Dei genitrix uirgo gaudium annunciauit uniuerso mundo. Fingite animo & cogitatione, captiuum aliquem in misera seruitute positum, qui pro certo habet, regem ip-

A sum uenturum esse, ut eum redimat, sed quando hoc futurum sit, nescit, cum uideret hic captiuus regi tabernaculum præparari, quam obsecro, lętitiam animo cōciperet, uidens libertatis suæ tempus instare? at hic dies est in qua cælesti regi Iesu Christo, sanctissimū hoc tabernaculū ꝑparari cæptū est, ex quo dñs in natiuitatis suæ die egressus est, ut mundi redimeret. In tam celebri festo proponitur sacrū hoc Euangelium, in quo de sanctissimæ uirginis generatione agitur, quo nam modo ex sanctis illis regibus, patriarchis & prophetis descenderit, uel (ut melius dicē) ascenderit, quia omnes in gratia & sanctitate superauit, ut significauit Dauid dicens, fundamēta eius in montibus sanctis. Qui quidem Psalmus ex omniū fere sacrorū doctorum snīa loquitur ad literam de sancta ecclesia, quæ fundamenta sua habet in montibus, idest, Iesu Christi Dei filij meritis.

B Et diligit dñs portas Sion super omnia tabernacula Iacob, i. prestātiora sunt huius Ecclesiæ sacramēta, quæ portæ sunt, ꝑ quas ad gratiam recipiendam ingredimur, quā omnia tabernacula Iacob, idest, quicquid lex uetus habebat. Verum quia quod de toto dicitur, de præcipua totius parte dici potest, præcipua uero Ecclesiæ pars est beatissima uirgo, ideo de ea etiam dici potest ad literam, fundamenta eius in montibus sanctis, Per montes autem reges, ꝓphetæ, & patriarchæ significantur, quia super eorum culmina & perfectiones uirginis huius fundamenta posita sunt. Fundamenta infima sunt ędificij pars & quod in tota domo minus perfectum est. Quo significatur perfectionis suę infimum sanctorū perfectionibus fuisse perfectius. Quo igitur cælestem hanc reginā perfectionum suarum culminæ peruenisse dicemus: si quod infimum in ea est, & minus perfectum super aliorum sanctorum capiat, idest, supra perfectionum culmen extollitur? recte igitur diximus ex sanctis illis patribus ascendisse potius, quam descendisse, quandoquidem ita eos superauit. Reddit statim diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Quæ uerba duos hēnt sēsus. Prior est quod diligit dominus exteriorem eius sanctitatem, & exteriora opera, quæ portæ sunt, per quas ad interioris sanctitatis considerationem ingredimur, quę ineffabilis aliquo modo, & intelligibilis est, ut ex exteriori conijci potest. Quare illuc Deo tantum ingredi licet, quia ipse solus hoc comprehendere potest. Hoc significauit Ezechiel dicens, porta hæc clausa erit, & uir non transibit per eam, quoniam dominus Deus Israel ingressus est per eam. Quod de Beatissima Dei matre intelligitur secūdum B. Hieronymum de qua nihil fere uideri potest præter quam porta clausa, idest, solus Deus, quod intus est comprehendere potest. Alius sensus est; quod diligit Deus sanctissimæ matris suæ portas, idest, ingressum in hanc uitam & egressum, conceptionem, & mortem plusquam aliorum sanctorum uitam, & mortem. Hoc enim primum redemptionis nostræ opus est, quia post sacratissimam redemptoris nostri animam, hæc primum prædestinata fuit. Primum dico, nostro loquendi modo, & in rerum ordine. In Deo enim, & in eius scientia nihil prius, & posterius est, sed quemadmodum in imagine color, qui perfectior est, plus ferit oculum, & prius uidetur, quamuis in imagine omnes colores æqualiter ab oculo distent, & cum una omnes sint, uidentur tamen eorum aliqui eminere, alij recedere, eo quod alij alijs perfectiores sint, ita in diuinæ sapientiæ imagine, quamuis omnia simul sint, & ab æternitate, sine prioris, & posterioris ordine, ea Deus cognoscat, quę tamen perfectiora sunt citius uidentur, & ideo secundum earū qualitatem prius sunt ordinatæ. Hoc prioritatis genere ait Scotus, Doctor subtilis, qđ prius Christi, R. N. anima prædestinata fuit ad gloriam quam omnes sancti, & post eam sanctissima eius mater, quia cum decreuit Deus humanam carnem assumere eam sibi matrem eligere decreuit, & talem illi dignitatem et excellentiam dare, qualis eius matrem decebat. Et hanc huius sanctissimæ uirginis, præstantiæ causam affert in eo Psal. Dauid: nam cū dixisset, gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei, paulo inferius dixit; nunquid Sion dicet, homo? & homo natus est in ea, & ipse fundauit eā altissimus, quasi dicat, quid admiramini ciuitatis huius excellentias, quia idem, qui eam fundauit, sibi in matrem elegit? Sed uidendum est cur eam ciuitatem appellet, quod ut intelligatur, notandum prius est, quod D. Augustinus scribens ad Maximum, cum quæreret anrequam Deus mun-

Marginalia: Psa. 86. (beside "Ecclesiæ sacramēta"); C (beside "tissima uirgo"); D (beside "fectionum culmen"); A Eze. 43. (beside "est, ut ex exteriori"); B Simile (beside "ptionis nostræ"); C (beside "omnia simul sint"); Scot. in 3. sen. d. 7. q. 3. (beside "tis genere ait Scotus"); D (beside "talem illi dignitatem"); Aug. in epist ad Ma. (beside "ramini ciuitatis").

A mundũ crearet, vbi moraretur, respondit: in seipso, in sua infinitate & immensitate. Morari in seipso dicitur Deus, quia in eius diuina essentia tanquã in proprio habitaculo diuinus eius intellectus, & voluntas morari & quiescere possunt. Nostræ oẽs potentiæ sua habent obiecta, tanquam domos & mansiones, i res illas, in quib. operantur, & in his tanquam in proprijs domibus quiescunt. Oculorum domus, & mansio est color pulcher, & bene proportionatus, quia in eo oculi quiescunt. Aurium mansio est musica suauis, & consonans, quia in ea delectantur, & ita de nostra

B voluntate doctores dicunt, quod cùm vehementer amat, a seipsa exit, & ad rem amatam transit, quia ea est voluntatis domus, in qua delectatur, & quiescit. Eodem modo dicimus, quod intellectus & voluntas Dei in infinita eius essentia quiescunt, tãquam in proprio habitaculo, & mansione, quia in ea operantur, & operationes omnes suas exercent, quas operari possunt. Pôt intellectus infinitè intelligere, & ita notitiam producit infinitam, & in ea infinita essentia beatificatur. Idem de diuina voluntate dicimus, amat. n. quam maximè amare potest, & in ea infinita essentia bea

C tificatur. Hanc igitur ob causam Deus ab æterno in se ipso morabatur, & moratur. Verùm postquam creaturas creauit, ita moratur in illis, vt in se ipso remaneat. Et ideò ait D. Dionysius: quod Deus passus est ecstasim, idest, quod extra seipsum abstractus est (si ita de Deo dici potest) vt moraretur in creaturis: in quib. ita est intrinsecè, vt quamcunq creaturam acceperitis, prius in ea Deus, quam ipsa inueniatur. Morari autem in creaturis Deũ est esse in illis per potentiam, præsentiam, & essentiã, quod quãuis sæpius dici audiuistis, nescio an omnes intellexeritis, & ideò similitudi

D ne declarabo, quæ res obscuræ optimè declarari solẽt. Fingite animo Regem intra suũ regnũ in aliquo palatij sui cubiculo sedere, per essentiam in sella tũ est, quia eã solam occupat, & implet, per præsentiam in toto illo cubiculo, quia inde quicquid in eo fit videt, per potentiam in toto regno est, nam in eo non est per essentiam, quia illud non implet, vt sellam, neq; per præsentiam, quia omnia quę in regno fiũt non videt, sed per potentiã quia sua potentia punit, ignoscit, & gubernat, & quia Deus

Simile.

infinitus est, in omnibus reb. est per essentiam, quia omnes res implet melius, quã Rex sellam, & per præsentiam, quia omnia videt melius quam Rex cubiculum, & per potentiam, quia omnes creaturæ eius concursu & fauore operantur. Sed magis particulariter moratur in iustis per alium illapsum magis particularem, suam ijs gratiam, & diuina dona communicando. Et ideo præcipua quadam ratione, iusti, domus Dei vocantur. Sãctissima autem virgo inter omnes sanctos per excellentiam quandam. Dei ciuitas appellatur, ob maiorem amplitudinem, & dispositionem, B quam in eius anima Deus inuenit. Et hoc ipsamet significauit, cum in suo cantico dixit. Magnificat anima mea dominum. O sacratissima virgo, quomodo hęc dicere ausa es? Quomodo magnificat anima tua dominum? dicam. Quamuis Deus in iustis alijs moretur, inueniet eorũ animas adeò occupatas, diuersis cogitationib. vxoris, filiorum, familiæ, & aliarum rerum, quamuis sine vllo peccato, vt aliquo modo moreretur, in ijs Deus tanquã pressus, & cõtractus, vt ille qui in angusto aliquo loco versatur, t. ipsæmet animæ non sinunt operari Deum quod operaretur si maiorẽ dispositionẽ inueniret, verum cũ C in hãc purissimam virginẽ ingressus est, ita liberam inuenit, & expeditam, adeo ei dicatam, vt in illa sese, vt voluit extendere potuerit, idest, dispositionem in ea inuenit tantam, vt quicquid voluit in ea operari potuerit. Et ita. Magnificat anima mea dñm, significat i aĩa mea ita moret Deus, vt vult, vt in ea magnificetur, ab effectu, quia in ea talia operatus est, vt suam omnipotentiam maxime ostenderit. En igitur causa cur eam Spiritus Sanctus ciuitatem appellet, dicens. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Ex quibus verbis psalmi constructio incipienda est, gloriosa enim D quæ de ea dicuntur, sunt q̃ præcedunt, s. fundamenta eius in montib. sanctis, & q̃ postea sequuntur, præter alia multa, quæ de ea tam in veteri quam in nouo testamento dicuntur. Et hoc significat. Dominus narrabit in scripturis populorũ. Hoc enim testamentum nouum, est quod non vni tantum populo, vt vetus testamẽtum datum est. Cæteri enim populi poterant quidem legem illã accipere, sed sine ea saluari poterant, legem naturalem seruando.

Luc. 1.

Eu-n-

A Euangelium autem omnium populorum est, quia vniuerso mundo datum est, vt dixit dominus. Ite in vniuersum mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ. In his igitur scripturis populorum narrauit dominus gloriosa de hac ciuitate sua, neque solum ibi, sed principum, id est, patrum, sui temporis principum, qui fuerunt in ea, patrum, scilicet antiquorum, qui in ea per amorem, & desiderium fuerunt. Hoc igitur significat, quod in scripturis noui & veteris testamenti narrauit Deus res gloriosas de hac sancta ciuitate, ex quib. vnam tantum vobis

Psal. 45. dicam, quæ in Psalmographo est, vbi dici

B tur. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, idest, gratiæ Spiritus sancti impetus, lætificauit hanc preciosissimam reginam. Peccatū & gratia in eo instanti, quo eius anima creata fuit, ad hanc ciuitatem magno cum impetu cucurrerunt, sed gratia maiori impetu, & ita citius peruenit ad animā. Etiam gloriosi Baptistæ currebat gratia, sed peccatum velocius fuit, & ita originali culpa infectus est, sed ad hanc ciuitatē Dei non peruenit hæc culpa, quia fluminis gratiæ maior impetus fuit, qui hanc ciuitatem lætificauit, & talia in eo fundamē

C ta iecit, vt antiquorum patrum & progenitorum suorum perfectiones excesserit, & ideo diximus ex ijs ascendisse potius q̄ descendisse.

Ait igitur S. Euangelium. *Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid filij Abrahā, &c.* Plurimum notandum est, & deplorandum tot regibus, qui hoc loco recensentur, tres tantum iustitiæ fuisse cultores, & religionis, vt sacra scriptura testatur, his

Eccl. 49 verbis Dauid. Ezechiam, & Iosiā, omnes peccatum commiserunt, nam reliquerunt leges altissimi Reges Iuda, & contempserunt timorem Dei. Ex quo apparet nō solum humanæ naturæ imbecillitatem, ve-

D rum etiam potentiam, & imperium plurimorum malorum causam esse. Nunquam finem dicendi facerem, si damna hic referre vellem, quæ regnis illis, & populis malorum Regū peccata attulerunt, quia diaboli fraus est, vt subditos euertat, prius capita euertere. Quod aperte Sacra Scriptu-

1. Par. 21 ra affirmat. Consurrexit Sathan aduersus Israel, & quid fecit? incitauit Dauid, vt numeraret Israel, idest, caput prius voluit inficere, vt vniuersum corpus destrueret. Quæ cum ita sint, magna cum diligentia præceptum illud D. Pauli seruare debe- A

1. ad Ti. 2. mus, cum nos monet, dicens. Obsecro primum omnium orationes, & obsecrationes fieri pro Regib. & principibus, & ijs, qui in sublimitate constituti sunt, vt quietam, & tranquillam vitam habeamus in omni pietate, & castitate. Cum ait, obsecro primum omnium, quanti momenti hoc sit, significat, & quoniam tantopere D. Paulus exaggerat, eo quoque eius nomine vos obsecro, vt in vestris orationib. magnæ vobis hoc curæ sit. Ex hoc prætera infertur consolari plurimum nos ipsos debere, qui pauperes sumus, neque tantam habemus potentiam, vt mala exequa- B mur. Et ita S. quidam vir nostri ordinis dicebat, Dei seruos Deo debere gratias agere, cum tentantur, quia peccandi opportunitatem non habent, & quando habēt, agere etiam debent, quia tunc non tentantur. Ex hoc etiam sequitur, cum potentes in tanto periculo versentur, æquum esse, vt nos prædicatores eos sæpissime moneamus, vt meliores se quam plebeij esse debere recordentur, quia plura à Deo beneficia, & maiora acceperunt. Cœli puriores sunt & perfectiores quam elementa. Inter elementa ignis purior quam aer, aer purior & clarior quam aqua, aqua clarior C quam terra: & ipsa etiam terra montium culmina puriora sunt, & pulchriora quam valles, quæ luto & nebula plenæ sunt. O reges & potētes terræ, recordamini obsecro, q̄ quo sublimiores estis, virtutibus etiam clariores esse debetis. Imperatores & Reges cœli sunt, per quos inferior hæc machina gubernatur, & ideo maior in ijs ordo requiritur. Virtutibus tanquam stellis debent esse ornati, quibus bonorū exemplorum influentias demittant ad inferiora, & ita de omnibus statibus sublimioribus, & inferioribus dici potest, vt diximus de elementis. Qui vero in sublimiore sta- D tu collocati estis, vt virtutes acquiratis, & in ijs perseueretis Dei legem optime omnium tenere debetis, & semper habere in oculis. Et qui Rex futurus erat, hoc præceptum dedit Deus: postquam sederit in solio regni sui, describere sibi Deuterono- Deu. 17 mium legis accipiens exemplar a Sacerdotibus, & habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere dn̄m Deum suum, & custodiat verba, quæ in lege præcepta sunt, ne eleuetur

cor

A cor eius in superbiam super fratres suos, nec declinet in partem dexteram, uel sini stram, ut longo tempore regnet ipse & filij eius sup Israel. Hoc præceptū diligen-
Ps. 118. tissime seruabat Dauid, qui ait. Quomodo dilexi legem tuam domine? Tota die meditatio mea est. Et consilium meum iu stificationes tuæ. Et si attente eius psalmos legimus, monachus potius deserte contemplatiuus, quam Rex, aut belli dux esse uidebitur. Quandoquidem satis illi non erat Deum septies in die laudare, uerum etiam media nocte surgebat ad orādum. Ponderate plurimum uerba illa Deutero
B nomij, sunt enim digna quæ in Regum & Principum memoriam sæpissime reuo centur, & præcipue notate uerbum illud à Sacerdotibus, quo Reges docentur sanctissimā, & prudentū Sacerdotum consilio uti debere. Ioas rex Israel cum posuisset manum suam super arcum, ut sagittas iaceret, sanctus propheta Eliseus superpo
4. Re. 13 suit manus suas manibus regis. Itaque iaculabatur rex, sed propheta regis manus tenebat. Hodie contrarium fit, reges enim prophetarum manus tenent, & eos iacu lari, ut sibi, uidetur, iubent, & inde magna rerum perturbatio consequitur.

C *Filij Dauid, filij Abraham, Abraham autē genuit Isaac*. Et ita p patriarchas, & reges paulatim delabit^r ad sanctū Ioseph.
Simile. *Virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui uocatur Christus*. Agitā hoc sacit^r Euangelista, ut ille qui terrā eruit, & post tergum reijcit, donec perfectissimi auri ueuam inueniat. In toto enim hoc Euangelio nihil fere agit aliud sanctus euangelista quā terram extrahere, omnes scilicet illos terrenos peccatores donec purissimi auri ue nam detegat, quæ est sacratissima uirgo Maria, mater gratiæ & misericordiæ, quæ à tot peccatoribus duxit originem. Et sic
D dicitur de sponsa: Collum tuum sicut tur ris eburnea. Sponsa est sancta Ecclesia,
Cant. 7. collum autem, quæ pars est cæteris omnibus post caput sublimior, est sanctissima uirgo, quæ post Iesum Christū Dei filium primum in Ecclesia locum obtinet. Per collum caput inclinatur ad corpus, ita per huius piissimæ matris intercessionem ad opem nobis ferendā inclinatur Christus. Ebori eam cōparat Spiritus sanctus, quod os est candidum, & pulchrū, quod ab elephante extrahitur, qui animal est gibbo sum, nigrum, & fœdum, ita os istud pul- A cherrimum è natura deformi, & peccatrici horum progenitorum, qui hic recēsentur extractum fuit. *Virum Mariæ, de qua natus est Iesus*. Iam ad auri uenā uētū est, quæ sub hac terra latebat occulta, iā lux inter tot tenebras apparuit, nulla iam adulteri hic sunt, nulla homicidia, nō tyrannis, non idololatria, ut in superioribus omnia hic sancti sunt, sanctus Ioseph, Cant. 2. Maria sanctior, sanctissimus & totius sanctitatis fons Iesus. Sicut Lilium inter spi nas, sic amica mea inter filias, (ait Sponsus.) Truncus est spinis plenus uniuersa hæc genealogia, omnes tanquam spinæ B læserunt, & offenderunt Deum, omnes peccatores fuerunt. Ex spinis exiuit sacratissima uirgo tanquam lilium, candida, pura, nitida, absque ulla peccati spina. *De qua natus est Iesus*. Nihil aliud de ea sanctus Euangelista dixit. Dum enim hoc di- Ioan. 1. xit, omnia dixit. Quem admodum Diuus Ioannes Euangelista dicens. Verbum caro factum est, & uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plus dixit, quam pluribus uerbis, imo libris dici potuisset. Ita hoc loco Diuus Matthæus sanctissimæ uirginis perfectiones his uer- 2. Cor. 3 bis inclusit, *De qua natus est Iesus*. D. Pau C lus ait. Idoneos nos fecit ministros noui testamēti. Quæ uerba uere significant, q Deus ijs quos elegit, eam largitur gratiā, & dignitatem, qualem muneris ad quod eliguntur, dignitas postular. Videtis aurē ad quam dignitatem hanc sanctissimam uirginem Deus elegerit, ut nimirum eius mater esset. Tremunt dæmones, stupent Angeli, posse mulierem uere dicere, Dei Hebr. 1. mater sum: Vt probaret D. Paul. Christū redemptorem nostrum, ut homo est, Angelis esse maiorem, ait, tanto melior ange lis effectus, quanto præ illis excellentius D nomen hereditauit. Cui enim angelorum aliquando dixit Deus, Filius meus es tu, ego hodie genui te? Nulli angelorum dixit, & dixit Christo, ergo maior est omnibus angelis. Eodem modo de hac angelorum regina possumus argumentari, omnibus angelis meliorem esse. Quia quis angelorum aliquando Deo dixit: Filius meus es, tu, ego hodie genui te? O admirabilem mulieris dignitatem. Tanta hæc di D. Dh. 1. gnitas est, ut dicat. B. Thom. quod beatis p. q. 25. sima uirgo dignitatem habet quandā infi art. 5. nitam,

A uirari, quæ prouenit ei ex bono infinito, quod est Deus. Plus distat Mariæ sacratissimæ officium a Diui Ioannis officio, quã præseruationis gratia a sãctificationis gratia: ergo si conueniens fuit Diuum Ioannem sãctificari, ut esset Christi præcursor, conuenientius fuit sanctissimam uirginem preseruari, ut Dei mater esset. Ex hoc infertur singularis quædam conclusio, quæ est, quod in ijs rebus, quę ad eius honorē pertinent, nō requiritur, ut expresse eas scriptas inueniamus, sed satis est si nullus in sacra scriptura locus sit, qui repugnet. Nam si eam Dei matrem confitemur, eã-
B dem ob causam æquum est, ut ei omnem tribuamus honorem, qui neque fidei, neque sanctæ Ecclesiæ contrarius sit. Ideo non eã omnipotentem, neque summum bonũ appellabimus, quia fidei repugnat, sed eã ab omni peccato tam actuali quam originali puram pleno ore fatebimur. Precemur igitur cælestem hanc Reginam misericordiæ matrem ut a Deo nobis magnum peccati odium obtineat, & gratiam consequatur, qua vna cum ea perfrui aliquando possimus gloria, ad quam nos perducat Iesus eius filius. Amen.

C

IN EODEM FESTO IMmaculatæ Conceptionis Virg. Mariæ.

Concio II.

Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filii Abrahã, &c. Mat. 1.

D INter plurima, quæ a liberalissima Dei manu accepimus beneficia, unũ ex præcipuis est redemptionis beneficiũ. Duas ob causas inter alias potest beneficium aliquod appellari magnum, uel, quia in eo plurimũ uere datur, uel quia plurimo labore datur, ut aqua illa, quam Dauid tres illi generosi princi- 2. Re. 23
pes obtulerunt. Quamuis aqua tantum esset, tamen quia illi magno cum uitæ periculo e cisterna Bethleem hauserant, tanti eam fecit Dauid, vt Deo eam offerre uoluerit. Et ita dixit: Propitius sit mihi dñs ne faciam hoc, num sanguinē hominum A
istorum bibam? Redemptionis beneficiũ magnum est, utramque ob causam, primũ quia in eo magnum in nos donum collatum est, donum nempe diuinæ gratię, liberatio a morte æterna, & cum patre æterno reconciliatio, & ita ait Isaias Dei Isai. 65.
nomine non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor, sed gaudebitis, & exultabitis vsque in sempiternum in his, quæ ego creo; idest, talia in homines beneficia conferam, redemptorem iis dando, vt præterita omnia beneficia obliuiscantur. Magnum etiam hoc beneficiũ fuit, B
quia magno redemptoris nostri labore collatum fuit: nam ut ait D. Petrus. Non 1. Pet. 1.
corruptibilibus auro, uel argento redempti estis, sed precioso sanguine, quasi agni immaculati Christi. Pro hoc igitur maximo beneficio, maximas Deo gratias agere debemus. Et ita ait Dauid. Benedic anima mea domino, & omnia quæ intra me Psal. 10.
sunt, nomini sancto eius. & una ex præcipuis causis quas affert est, quia redemit de Rom. 5.
interitu uitam tuam. Et, D. Paulus, de ineffabili hoc beneficio agens ait. Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deũ per dominum nostrum Iesum Christum, per quem gloriamur in spe gloriæ filiorum C
Dei nō solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, & paulo post ait, non solum autem, sed & gloriamur in Deo per dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus. Significat sanctus apostolus his uerbis qđ ad Christianam perfectionem pertinet propter Dei beneficia, propter charitatem quam nobis pater æternus ostendit, propter eius filii mortem, propter iustificationem acceptam, & glorificationem promissam, gloriari. Non solum ait sanctus apostolus, Gloriari in spe glorię filiorum Dei, & in tribulationibus: uerũ quod maius est, & perfectius, in ipsomet Deo gloriari. D
Hæc igitur uerba uiri Christiani progressum, ostendũt, & de uirtute in uirtutē ascensum, quo nos accepta beneficia uocant. Gloriari, scilicet, in spe gloriæ, & in tribulationibus, & gloriari in Deo, est paulatim ad sublimiora ascendere. Gloriari autem in solo Deo, & nullam aliam sibi gloriam querere, res est adeo perfecta, ut ideo addat statim per dñm nostrum Iesum Christum. Quasi ad hoc particulare

auxi

A auxilium necessarium sit, quod nobis Ie-
sus Christus sua morte meritus est, & ita
quamuis ut in spe gloriæ & in tribulatio
nibus gloriemur necessarium etiam est di
uinum auxilium: tamen hic præcipue ad-
didit per dominum nostrum Iesum Chri
stum: ut particulari auxilio hic opus esse
significaret. Addit per quem nunc recon
ciliationē accepimus, ut ostenderet, quod
is, qui nos patri sua morte reconciliauit,
quod omnium beneficiorum fundamen-
tum est: is etiam nobis hęc omnia auxilia
meruit. Tanti igitur beneficij principium
hodierna die celebramus. Hodie n plan-
B tata fuit arbor quæ uitæ nobis fructum
erat allatura. Hodie purissima illa uirgo
concepta est, de qua carnem assumere
Deus decreuerat, ex quo efficacissimum
infertur argumētum eius conceptionem
fuisse purissimam: quia cum redemptio
fuerit, ut a peccato nos dñs liberaret, æ-
quum erat ut huius redemptionis princi-
pium & primum illius opus esset ab om-
ni peccato alienum. Opus tam admirabi-
3. Re. 6. le a principio tā uili, ut est a peccato con-
ceptio incipiendum non erat. Templi Sa-
lomonis portæ omnes ex oliua fuerūt. Ita
sanctissimę virginis conceptio, quę redem
C ptionis porta fuit, æquum erat ut tota mi-
sericordiæ, & diuini fauoris opus esset. So
let Ecclesia sanctissimam hanc virginem
Prou. 8. uerbis illis ex Prouerbijs laudare, domi-
nus possedit me in initio uiarum suarum
quæ uerba quæ iam dicta sunt confirmāt.
Et ut ea intelligatis, notandum est, quod
Deus ut dñs & creator ius habet, non tan-
tum ad proprietatem omnium creatura-
B. Th. 2. rum, & præcipue rationaliū, ut ait B. Tho
2. q. 10. mas, uerum etiam ad earum possessionē,
cum in eius gratia sunt, & amore. Cum ue
ro peccant mortaliter, amittit Deus hanc
possessionem, & diabolus eam acquirit.
D Fructus uero animarum eius semper sūt,
qui possessionem habet, ut in rebus cor-
poralibus fieri uidemus. Nam qui benefi-
ciorum Ecclesiasticorum possessionē ha-
bet, eorum fructus percipit. Idem est in
hæreditatibus & in cæteris oībus rebus,
ita & iusti fructus, qui eius bona opera
sūt, suos Deus facit. Gloria & honor Dei
est, utilitas uero ipsiusmet animę, imo aliā
ēt opera, q̄ ex se nec bona, nec mala sunt,
sed indifferētia, si ad Deum referunt, Deo
quidē gloriæ sunt, animę uero iusti utilita
tis, & ita dixit D. Paulus. Diligentib. Deū A
omnia cooperantur in bonū, si in pspera Rom. 8.
succedūt, Deū laudant, si aduersa eodem
modo. Vt idē Apostolus dixit. In omnib.
exhibeamus nosmetipsos sicut Dei mini
stros. Et paulo inferius per arma iustitiæ
a dextris & a sinistris, per gloriā ignobili 2. Co. 6.
tatē, p infamiā & bonam famā: ex omni-
bus iusti utilitatē sibi pcipiūt, & Deo glo
riam. Sed plurimū notandū est, q ubi nos
legimus, omnia cooperantur in bonum,
Græcè sic legitur, omnia cooperatur ī bo
nū, i. Deus reducit omnia quæ accidūt iu-
sto i bonū, & augmētū gratiæ. Nō ait, ope
B ratur, q. a meritoria opera nō operatur iu-
stus sine Deo, neq; Deus sine iusto. Vt iu-
sti fructus sint maiores vel minores tria cō
siderāda sunt, ut docet S. Bonau. Primum S. Bo. 2.
est, operis, difficultas. Secundum, Prompti sē d. 29
tudo uolūtatis. Tertium, Magnitudo cha q. 3.
ritatis, & ita quanto difficilius ex se opus
est, & maiori uoluntates promptitudine fit,
& maiori charitate: tanto magis merito-
rium est, & hoc est animam maiorem fru
ctum dare. Quam ob causam curate obse
crō fratres, ut res arduas & difficiles susci-
piatis, & ad ea uos incitetis ut prompte
fiant, & in earū exercitatione magna uos
charitate incedatis, ut uestri fructus, &
C merita sint in cōspectu Dei maiora. At ve
ro cum anima in peccato mortali est, cum
in diaboli possessione sit, oīa opera affes-
soris sūt; & ita Deus possessione remanet
spoliatus & fructib. i. operibus, q̄ facit, ne
que meretur gratiam, neq; gloriam. Ideo
diligenter unusquisq; caueat ne frustra la-
boret. Verum tñ est, q bona opera in pec
cato facta bona merentur tēporalia, vt pa Eze. 25.
tet per Ezechielem, cui dixit Deus fili hō
minis Nabuchodonosor rex Babylonis
seruire fecit exercitū suum seruitute ma-
gna aduersus Tyrū, & merces nō ē reddita
ei, neq; exercitui eius de Tyro, ppea hæc
D dicit dñs. Ecce ego dabo Nabuchodono-
sor regē Babylonis in terra Ægypti, & ac 4. Re. 5.
cipiet multitudinem eius, & diripiet spo-
lia eius, &c. En ut peccatorum merces sūt
bona tēporalia & dicitur de illo Naamāle
pso q erat princeps militię Regis Syrie q
p illum dedit dñs salutē Syriæ, quāuis in
fidelis erat, dabat ei tñ Deus victorias pro
pter eius bona opera. Cum igitur animę a
tā diuersis dominis possideātur si à sāctis
sima. Virgine petimus, quis eius possessor

sit,

A sit. Respondebit dominus possedit me in
initio viarum suarum. Dei uiæ præcipua
quadam ratione redemptionis sunt uiæ,
quarum initium conceptio fuit huius im
maculatæ virginis. Tunc possidere ea cœ
pit, ut nunquam postea amitteret. Hoc ip
samet uerbis illis humillimis significare
uoluit cum dixit ad angelum. Ecce ancil
la domini. O uirgo singularis plus in hoc
dicis, quam ingenio nostro assequi possu-
mus Dei ancilla uocatur, per antonoma-
siam, quia præter Deum nullum alium ha
buit dominũ, nec possessorem. Nos enim
B prius possedit diabolus, postea dominum
in baptismo mutamus, verum sãctissimæ
uirginis in primo suæ conceptionis instã-
ti possessionem dominus accepit, & ita
quemadmodum in die, in quo Imperator
aliquis amplissimi imperij, possessionem
accipit plurima & singularia beneficia cõ
ferre solet, ita hoc die, in quo Deus huius
sanctissimæ uirginis possessionem accepit
credendum est singularia lætitiæ dona cœ
li angelis, Limbi patribus, & terræ iustis
largitum esse.

In tanta festiuitate proponit nobis Ec
clesia hoc Diui Matthæi Euangelium in
quo de Christi Redemptoris nostri gene-
C ratione agitur, secundum carnem. Viden-
dum autem est, cur uoluerit dominus ge-
nerationis suæ memoriam fieri. Nam D.
Paulus ad Timotheum ait. Rogaui te ut
1. Ti. 1. remaneres Ephesi, cum ueni in Macedo-
niam, ut annunciares quibusdam ne inten
derent fabulis & genealogijs, & scribens
ad Titum. Stultas (inquit) quæstiones &
Tit. 3. genealogias deuita, sunt enim inutiles &
uanæ. Cur igitur tanta cum diligentia san
ctus Euangelista Christi Redemptoris no
stri genealogiam recenset? nullam dico es
se inter D. Paulum, & D. Matthæum repu
gnãtiam, ambo enim eodem spiritu scrip-
serunt. Erant inter Iudæos quęstiones plu
rimæ de genere, cum alij alijs nobiliori se
D genere ortos contenderent, & hi quidem
à Iosue, illi uero à Moyse, alij à Caleb suã
repetebant originem. Et iis quæstionibus
Deum offendebant, ut hodie etiã fieri so-
Simile, let, ubique enim homines aliis generis no
bilitate præferri uolunt, quamuis uirtute
inferiores sint. Si lignum aliquod intelle
ctum haberet, & cum putridum esset ca-
rie & puluere corrosum in regis throno
ponendum se esse existimaret, quia è mon

te Libano, uel monte Thabor, uel alio ali A
quo monte insigni excisum esset, magna
profecto esset amentia. Quid igitur tibi, ò
infælix homo genus prodest, si tot uitiis
putridus & corruptus es, ita ut inferni tã-
tum titio esse possis, ad cætera omnia inu
tilis? nullam montis habet rationem arti
fex unde lignum excisum sit, sed securi tẽ
tat, an sit utile ad opus suum necne. Ten-
tate uestras conscientias, & nobiles ne si-
tis, an non, uidebitis Nã ut ait D. Paulus
Gloria nostra hæc est, testimonium con- 1. Co. 1.
scientiæ nostræ. *O sancta Maria Señora*, q̃
pauci nobiles inuenientur, si conscientiæ
testimoniũ spectatur, quo uera probatur B
nobilitas, Melchisedech, q̃ fuit Rex Salẽ,
& Dei sacerdos, sine patre, sine matre, sine
genealogia in sacra scriptura ponitur, ut
notat D. Paulus. Vt nimirum significaret
ueram nobilitatem, non in carnali cogna
tione, sed in u rtute consistere. Ita affirma Heb. 4.
uit Deus dicens. Quicunque honorifica-
uerit me glorificabo eum, qui autem con
temnunt me, erunt ignobiles. Poterat ne
clarius dici, ut uanas hominum iactãtias
tolleret, nisi carerent iudicio? Isaias etiam
ait, dicit dominus, redemptor Israel ad cõ
temptibilem animam, & seruum dominó 1. Re. 2.
rum. Notate quibus titulis peccatorem Isa. 49.
appellet, quamuis sit mundi Monarcha. C
Animam uocat ab angelis imo ab ipsis et
dæmoniis contemptum multorum domi
norum, qui sunt uitia, & affectus seruam.
Plus dicam, q̃ si recte aduertitis inuenie-
tis generis antiquitatem ignominiam ali
quomodo in sacra scriptura, significare.
Genus enim omnium antiquissimum est
genus Adam, & ut peccatores ignominia
afficiat, Adæ filios appellat, dicẽs, filii Adã
usque quo graui corde. Non nego tamen
generis nobilitatem metallum esse maxi- Psalm 4
me proprium & accommodatum, ut in
eo uirtutes tanquam gemmæ in auro in-
cludantur. Magna enim auro iniuria fie-
ret, si in eo plumbũ aut ferrum, non gem- D
ma includeret. O mundi nobiles cur non
pudet generis uestri auro metalla tam ui-
lia, ut sunt peccata & uitia tanquam auro
ferrum includere? *vulgo engastar*, cur non
potius misericordiam, humilitatem, casti
tatem, & alias uirtutes, tanquam preciosis
simas gemmas cum nobilitatis auro con
iungitis? cætera enim omnia uana & inu-
tilia sunt, & hęc ea sunt, quę D. Paulus lo-
cis

A cis paulo ante citatis reprehendit. Verum D. Matthæus tanta cum diligentia hanc Christi genealogiam scripsit, non vt Christum honoraret, quia ipse suorum progenitorum honor fuit & gloria. In alijs enim nobilitas à parentibus descendit in filios, filij nobiles sunt; quia patres nobiles fuerunt. Hi è contra patres antiqui omnem nobilitatem à Iesu Christo, Dei filio acceperunt, & hic legitimus est eorum uerborum sensus Apocalypsis. Vicit Leo de tribu Iuda radix Dauid. Videtur enim Dauid potius Christi radix fuisse, quia ab eo Christus, secundum carnem duxit originem. Verum quia bonum omne Dauid à diuino redemptore accepit, ideo à Spiritu sancto radix Dauid elegantissime appellatur. Non igitur Christi genealogia scribitur, ut ideo honoretur, sed necessarium fuit, vt Hebræis verus hic esse Messias è generatione Abraham & Dauid in lege promissus probaretur. Hinc magnum sacræ scripturæ mysterium intelliges, quòd cū reuelaret Deus sancto Noe, mundi per diluuium euersionem, non legitur rogasse uir sanctus dominum, ut peccatoribus ignosceret. At cum diceret Deus Moysi. Cerno quod populus iste duræ ceruicis C sit, dimitte me, vt irascatur furor meus cōtra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam, tameṅ quamuis Deus illis maiorem, & meliorem populum polliceretur, uehementer eū orabat, ut populo illi ignosceret, ita ut ueniam tandem sit precibus consequutus. Quæ igitur causa est, cur Noe mundi vniuersi ruina instante Dei misericordiam non precatur, Moyses vero pro unius tantum populi euersione, tanto cum affectu orat, quamuis alium illi populum, cuius esset dux, Deus polliceretur? Causa hæc fuit, quia tempore Noe nondum Deus promiserat ex aliquo gene D re determinato humanam se carnē assumpturum, at tempore Moysis iam promiserat Abrahæ generationem mundum esse redempturam, cum dixit. In te benedicentur uniuersæ cognationes terræ. Quare, ut hoc fieret, & in ea generatione, ideò tanto cum effectu pro eo populo Moyses orabat. Vt igitur promissionem hanc, & aliam, quam deinde fecit sancto Dauid impletam iam esse D. Matthæus ostenderet, ideo omnes istos patres recensuit ab Abraham vsque ad sanctissimam virginem: *De qua natus est Iesus.*

Apoc. 5. | Gene. 6. | Exo. 32 | Gen. 12

A Cum numerus aliquis supputatur, summa in fine apponi solet, ita sanctus Euangelista cum in hoc Euangelio tot Patriarchas, & Prophetas enumerasset, in fine quasi omnium virtutum & perfectionum summam posuit sanctissimam virginem, de qua natus est Iesus. Hanc ob causam eam talem effecit, & ita Salomon ait, de cælesti illa muliere, de qua ibi loquitur de vltimis finibus pretium eius, quia re uera ex ultimis duobus finibus, qui sunt Deus, & homo sanctissimæ huius mulieris præstantia cognosci potest. Homo rerum corporalium finis est. Deus est vltimus hominis finis & angeli. In his duobus finibus B quæ nam sit sanctissima uirgo cognoscitur, quia mater electa fuit Iesu Christi, ueri Dei & ueri hominis, & ut sola ad altissimam hanc dignitatem electa fuit, ita omnibus sanctis fuit uirtute sublimior. Quare explicans D. Bernardus uerba illa Ecclesiastici. In plenitudine sanctorum detentio mea, ait, quod supra omnium sanctorum perfectiones singularissima hæc uirgo fundata fuit, & omnes illorum perfectiones in ea tanquam in compendio includuntur. Imo etiam perfectiores in ea sunt, quam in illis, hoc significauit tabernaculum illud, quod Deus fieri iussit, cui C omnes offerre uoluit. O Deus maiestatis infinitæ, tu qui diues es, & potens, vt tabernaculum tibi fiat tributa imponis? Tu ne eges tributis? Si mundi reges hoc iuberent, qui ut egere se ostendant, quotannis tributa renouāt noua, & inaudita, mirum non esset. Tu vero, qui egere nō potes, cur pro tabernaculo fabricando tributum petis? aurum, argentum, margaritæ, Indiæ, & vniuersus orbis est tuus, & pro tabernaculo ipsasmet animalium pelles, & caprarum pilos petis? Hoc nimirum tabernaculum illius figura est, quæ vnigeniti Dei filij mater futura erat, & quia uirtutes omnes omnium sanctorum habere debebat, ideò iubeo, ut omnes pro hoc sanctuario offerāt. In ea futura erat Patriarcharum fides, prophetarum ueritas, iustorum gratia, sacerdotum religio, principum iustitia, ducum fortitudo, & omnis in perfectiori gradu. Notare autem uos uolo mysterium, quoddam animaduersione dignum, quod tot pro eos tabernaculo obtulerunt, ut plurima, superfuerint, ita ut cum sacerdotes auari

Simile. | Pro 31. | D. Ber. super illa uerb. Eccl. 24 | Exo. 25 | D.

A anari non essent monuerunt populum ne
plura offerret. At nonne diximus, quod
dona illa beatissimæ Dei matris, virtutũ
figura erant? quæ ergo uirtus inuenitur
in ea superflua? quid in alijs sanctis inue-
niri potest, quod in ea non inueniatur per
fectius? Dico in sanctis uirtutes quasdam
esse necessarias, quæ eius sunt perfectioni
superfluæ. Contritio uirtus quidem neces-
saria est nobis omnibus, qui peccamus, at
sanctissimæ cœlorum reginæ quæ nun-
quam peccauit superflua est. Culpæ con-
fessio, suo tempore necessaria est, at colum
bę huic immaculatæ superflua fuit. Satis-
B factio ijs, qui aliena possident necessaria
est, at quæ nec minima quidem in re pro-
ximis suis damno fuit, ei hæc virtus super
flua fuit, & hoc per ea dona, quæ in taber-
naculi oblatione superfuerunt, significa-
tum est, & ita quemadmodum eum Dei
sanctuarium sit & mater, eam sine actuali
culpa fuisse fatemur, ita etiam eandem
ob causam ab originali fuisse liberam cõ-
uenientissime dicimus. Ita ut merito uer-
ba illa dicere possit, quæ seruus dixit Iob.
Iob. 1. Chaldæi fecerunt tres turmas, & pueros
percusserũt gladio, & ego effugi solus, quæ
ut intelligatis notandum est, quod ait Ec-
C clesiasticus. Quasi rõphæa bis acuta om-
Eccl 21 nis iniquitas. Duplicem habet aciem ensis
iste, vna corpus, altera animam lædit, uel
bis acuta est, quia gratia priuat & gloria.
Ensis est tam acutus, ut vix sentiatur vul-
nus, dum ea delectatione vulnerat, quam
in se peccatum habet. Hoc ense pugnat
diabolus, & ideo cum nos in tanto pericu-
lo uersari Deus uideret, alium nobis dedit
ensem, quo aduersus hunc hostem pugna-
Ephes. 6 remus, & hic est diuinum uerbum, de quo
D Paulus. Assumite gladiũ spiritus, quod
est uerbum Dei. Ideo auditis fratres ser-
mones, ut diuinum uerbum in uestra me-
D moria tanquam ensis in uagina inclusum
remaneat, & tunc cum diabolus ferire uos
Luc. 18. vult, extrahatis, si vos superbia tentat, de-
fendite vos ea sententia, qui se humiliat
Eph. 5. exaltabitur. Si sensualitate aut auaritia, de
fendite uos ea sententia. Omnis fornica-
tor, immundus, aut auarus nõ habebit hæ
reditatem in regno Christi, & Dei. Si ten-
tat gula, defendite uos ea sententia, nisi
pœnitentiam egeritis, omnes simul peri
Luc. 13. bitis. Hoc est ensem extrahere, ut inimici
propulsetis iniurias. Sed quemadmodum

aliqui sunt adeo timidi, ut quamuis ense A
præcincti sint, educere tamen eum è uagi-
na non audeant, quamuis hostis eos perse-
quatur, & vulneret, ita nonnulli sunt, qui
quamuis plurimas sacræ scripturæ senten-
tias optime sciant, ijs tamen cum opus est
vti nesciant O timidi & pusillanimi, non
ne uinci uos & vulnerari pudet, cum opti-
ma habeatis arma, quibus uos defende-
re possitis? at cauete ne uobis Deus arma
eripiat, eo quod ijs uti voluistis, pœna n.
solet Dei esse æquissima permittere, ut qui
scientia ad suam utilitatem uti noluit, eã
amittat, & in errores incidat. Vt affirmat
Dauid, auertisti adiutorium gladij eius, & B
non es auxiliatus ei in bello. Diximus igi Psal. 88.
tur peccatum esse gladium, & quemad-
modum Chaldæi fecerunt tres turmas, &
pueros percusserunt gladio, ita dæmonum
artificio tria peccatorũ genera facta sunt,
originale, mortale, & ueniale quamuis ue-
niale proprie non vulneret nisi leuissime, Simile.
ita ut pũgat potius quã vulneret. Vt cum
mulier acu pungitur, non ideo impeditur
ut opus suum nõ possit efficere, quamuis
non ita facile, ut antea, ita etiam peccatũ
veniale ita pungit animam, ut eam tanta
cum facilitate & delectatione operari non
sinat. Originale uerò & mortale utrum-
que hominem efficit ut iræ filius sit, & glo C
riam amittat: quamuis magnum sit discri-
men inter eos, qui propter mortale, ab ijs
qui propter originale eam amittunt. Et
ita de his dici potest, quod dixit Hieremias, Thre. 4.
melius fuit occisis gladio, quam interfe-
ctis fame. Nam qui gladio occiditur, se-
mel tantum moritur, at qui fame, millies
moritur, ita de his, qui in peccato mortali
moriuntur, fame interfici dici põt, quia mil-
lies in inferno moriuntur, alij vero, qui in
originali moriuntur, uitę tantum morte
moriuntur, quæ est Dei uisione carere.
Has igitur tres turmas fecerunt dæmones
& omnes gladio percusserunt, quia om- D
nes contraxerunt saltem peccatum origi-
nale, & venialiter peccauerunt. Paucissimi
autem à mortali liberi fuerunt. Solus pu-
rissimæ virginis spiritus dicere põt Chal-
dæi, idest, dæmones percusserunt omnes
gladio, et ideo ego solus, solus ab omni pec-
cato liber effugi. Et optime sequitur ex eo
quod peccato actuali caruerit, originali
etiam caruisse, vt paulo ante dicebam, cũ
de illis verbis Iob agere cœpi. Quod argu-
men-

A mentum est D. Augustini, quo probat si
D. Aug. Christus Redemptor noster originale habuisset peccatum, actuale etiã habuisset, & ideo non habuit actuale, quia non habuit originale.

Probatur præterea istud, quia cœlestis regina non habuit originalis peccati sequelas. Pro quo est notandum, quod duo sunt sequelarum genera, aliæ, quæ nobis ut mereamur adiumento sunt, ut fames, sitis, labor, & mors, & has Christus, Redẽptor noster habere uoluit, ut iis nos redimeret. Suam etiam sanctissimam matrem eas habere uoluit, ut maioris meriti eã esset.
B sent. Aliæ sequelæ sunt, quæ impedimento sunt, ut ignorantia & sensualitatis rebellio. Has non habuit sanctissima uirgo;
B. Aug. lib. 14 de ciuitat. Dei. c. 4. ut ait B. Augustinus. Probatur idem, quia maxime ad Christi Redẽptoris nostri honorem pertinebat matrem suam, quã maxime poterat honorare, q. in Prouerbijs
Pro. 17. dicitur, gloria filiorum patres eorũ & alibi,
Eccl. 3. gloria hominis in honore patris sui, dedecus filij pater sine honore. Et ita laudamus filios propter patres, ut fecit Gabellus ille Tobiæ, q. dixit Tobiæ iuueni,
Tob. 9. benedicat te Deus Israel, quia filius es optimi uiri, & iusti, & timentis Deum, & e-
C leemosynas facientis; Saul autem ut filium suum Ionatham iniuriose appellaret, uocat filium mulieris ultro uirum ra-
1. Re. 10 pientis. Cum igitur Dei filius sola uoluntate talem qualem ipse uoluit matrem suam efficere potuerit, cur non ab omni peccati genere puram fecisse fatebimur? si Deus tantam uobis potentiam concederet, ut unusquisque matrem sibi suam faceret, qualem obsecro faceretis; nonne perfectissimam, & purissimam: cur igitur matrem suam non ita faceret Deus, qui parentum honorem nobis tan topere commendauit. Reliquum igitur
D est, quod cum Deus hanc cælorum reginam tantopere honorauerit, non etiam eam quantum in nobis est, honorare studeamus, eius nos tutelæ, & patrocinio committamus, ut nobis in nostris necessitatibus faueat. Et gratiam nobis a Deo obtineat, qua acquiritur gloria, ad quam nos perducat Iesus eius filius. Amen.

IN EODEM FESTO Immaculatæ Conceptionis Virg. Mariæ,

Concio Tertia.

Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filii Abrahã, &c. Mat. 1.

Huius Euãgelij enarrationi in qua S. Euangelista p tot patriarchas, reges, & prophetas paulatim ad Ioseph & Mariã
B delabitur, optime uerba illa Canticorum cõueniũt, ubi ait spõsa, q̃ est S. Ecclesia. Ecce iste uenit saliẽs in mõtib⁹
Cant. 2. trãsiliẽs colles. Mõtes & colles, p quos uenit cęlestis spõsus, sunt hi patriarchæ & patres quos hic recẽset S. Euãgelista: p hos ad montẽ uirginalẽ puenit, dequo antea dixerat Habacuc: Deus ab austro ueniet.
Haba. 3 & sãctus de monte Pharã. Ab austro, i. è Bethleẽ. Et p mõte Pharam, uerterunt septuagita interpretes, de mõte ombroso, i. de mõte arborib. dẽso, & iõ umbroso. Hic mõs est sacratissima uirgo oĩ arborũ genere, i. uirtutũ plenus, quẽ Deus diuina sua
C gratia & fauore obũbrat. Hoc significauit angelus dicẽs, Spũs sanctus supueniet in te,
Luc. 1. & uirt⁹ altissimi obũbrabit tibi, ubi notã dũ ẽ, nõ dixisse ueniet, sed supueniet, quia in instãti suæ cõceptionis ĩ eã uenit, & sua diuina uirtute illi obũbrauit, postea noua gratia & uirtute supuenit S. Esaias ait: sub
Esa. 49. umbra manus suæ ptexit me. Quib. uerbis Ecclesia gloriosum Baptistã honorat. Hoc aũt nomẽ umbra, aliqñ protectionẽ, & fauorẽ in sacra scriptura significat, & sub
Iud. c. 9. umbra alicui⁹ eẽ, est ab eo defendi, & ptegi, ut umbra eos, q sub ea sũt a solis calo
D re defendit. Et ita ĩ ea Iudicũ parabola, ie rũt ligna, ut ungerẽt sup se regẽ, cũ elegissent rhãnũ, dixit eis; si uere me regẽ cõstituistis uenite, & sub umbra mea requiescite, i. sub mea protectione. Et ĩ Threnis dr,
Thre. 4. spũs oris nostri Xps dñs, captus est in peccatis nostris, cui diximus in umbra tua uiuemus in gentib. Per manũ aũt Dei filius in sacra scriptura significatur: quia ut manus est instrumẽtũ quo operamur (& iõ uocat eã Arist. instrumẽtũ instrumẽtorũ,) ita fili⁹ Dei manus Dei est, quia oĩa p ip-

A ſũ facta ſunt. Hujus igitur manus umbra
eſt diuinus eius fauor. Quẽadmodũ uero
res, q̃ umbram facit, eã melius propiquio
res, quam remotiores defendis; ita æquum
eſt, ut fateamur potentiſſimã hanc patris
ęterni manum pfectius ſanctiſſimam hãc
uirginem protexiſſe, ac defendiſſe, quam
cæteros, omnes sãctos quia ei cæteris om-
nib. propinquior fuit, cum eius mater fue
rit. Si igitur alij ſancti, vt D. Ioannes Bapti
ſta, & Hieremias ĩ matrum ſuarum vtero
huius diuinæ umbrę, & protectionis uir-
tute ſanctificati fuerũt: ſeqtur quia hæc
ſanctiſſima mater propinquior erat, & ma
B gis hac umbra protectã fuit, pluſquam
ſanctificatam fuiſſe. At hoc eſt fuiſſe præ-
ſeruatam. Ad hanc diuinam manum fra-
tres dilectiſſimi omnes accedere curem⁹,
ut cęleſtis fauoris umbra nos protegat, &
concupiſcentiæ ardorem extinguat. Sed
ſcire uos æquũ eſt, quod ut bona umbra
inuenitur: ita etiam mala inuenitur, quæ
Pſal. 43. eſt peccatum, de qua dicit, cooperuit nos
umbra mortis. Hac umbra mala omnes
filij Adam in ſuæ conceptionis inſtãti co-
Iob. 3. operiuntur: ita ut de iis dici poſſint verba
illa Iob; obtenebrẽtur ſtellæ caligine ei⁹,
Ioan. 1. expectet lucem & non uideat, nec ortum
C ſurgentis auroræ. Stellæ omnes, ideſt, om
nes animæ hac originalis peccati umbra
obſcuratæ ſunt, ſola uera illa lux, quæ illu
minat omnem hoĩem uenientem in hunc
mundũ Chriſtus Redẽptor noſter ab hac
umbra liber fuit natura, qa non eſt con-
ceptus ex uiro, & ita quãuis Deus nõ fuiſ-
ſet, originali tñ culpa caruiſſet. Et ortum
ſurgẽtis auroræ. O aurora pulcherrima
uirgo sãctiſſima, mater gratiæ, aurora lu-
cẽs, ex qua ortus ẽ Sol iuſtitiæ Xp̃s Deus
D noſter, neq; te mala hæc peccati vmbra tã
gere potuit. Ortus tuus, ideſt principium
tuũ, eſt tua cõceptio, ab his tenebris liber
euaſit. Et quoniã ſtellæ omnes, ideſt, om-
nes filii Adã hac umbra obſcurati fuerũt,
quãuis poſtea per baptiſmum illuminati
ſunt, plurimæ tñ imperfectiones in iis re-
manſerunt. Cum ligna incenditis, q̃ flam
Simile. mam magna cum difficultate concipiũt,
ſed fumũ & humorem emittunt, ſtatim
dicitis: hæc ligna ex umbroſo aliquo lo-
co exciſa ſunt, in ualle aliqua humida &
umbroſa nata ſunt: nã quę in ſublimi lo-
co naſcũtur, & ſoli expoſita ſunt, ſtatim
excitãt flãmam. Fructus etiam qui in vm

broſis locis conſiti ſunt, nunquam matu- A
reſcunt, ſemper acerbi eſſe ſolent, & inſi-
pidi: ita etiam omnes homines, qui in pec
cati originalis umbra cõcepti ſunt, quam
uis interdum uirtutis lucẽ emittunt, mul-
tarum imperfectionum fumo miſcetur,
& bonorũ operũ fructus ſapore & matu-
ritate carent, quam habuiſſent, niſi in ea
peccati umbra conciperentur. Hoc eſt,
imperfectiones omnes, quæ in ſanctis ui-
ris ſunt, a peccato originali promanant.
Hinc intelligetis, quam inique faciant ij,
qui aliquas iuſtorum imperfectiones ad
mirantur. Videtis aliquem, qui diuina ſa
cramenta frequentat, qui rerum cæleſtiũ B
contemplationi uacat; ſi in leui aliqua re
offendit obſtupeſcitis, & ſtatim dicitis, nõ
ne uides ut iraſcitur? ut indignatur? nõne
audis quam aſpere rñdeat? At quomodo
putatis ne hominem non eſſe? Adę filium
non eſſe? Magnum Dei beneficium eſt
poſſe illum ſe a peccatis mortalibus di-
uino fauore abſtinere, & admirabili prouĩ
dentia uenialiter cũ interdum Deus pec-
care permittit, ut infirmitatem ſuam co-
gnoſcat. Ita dicebat Iob; ſi peccaui, & ad
horam pepereiſti mihi, cur ab iniquitate Iob. 10.
mea mundum me eſſe non pateris? ideſt,
ſi grauiora peccata mea miſericorditer cõ C
donaſti, cur a minoribus delictis purus eſ
ſe non poſſum? cur in ea me prolabi ſi-
nis? Hoc Deum efficere dico in maiorem
noſtram utilitatem. Non dico, ut negli-
gentes ſitis, & uenialia peccata parui fa-
ciatis: quia (ut Eccleſiaſticus ait :) qui ti-
met Deum, nihil negligit. Sed ne Dei ſer-
ui nimia triſtitia obruantur, cum ſe im- Eccl. 17
perfectionibus ſubiectos uidẽt: & eas tam
facile ſuperare non poſſunt. Vos autem
miſeri peccatores: qui quotidie tot pec-
cata mortalia cõmittitis, ſi uoſmetipſos
non admiramini, cur mirum uobis ui-
detur, ſi iuſtus uenialiter aliquando pec- D
cat? Originalis peccati reliquiæ ſunt, &
earum aliquæ in hominibus etiã ĩ gratia
confirmatis inuentæ ſunt. Et quia mala
hæc umbra non uidit ortum ſurgentis au
roræ: hinc factum eſt, ut omnia immacula
tæ huius uirginis opera perfectiſſima, &
ſuauiſſima fuerĩt. Videtis igit̃ qd iter utrã
que umbram interſit? peccati originalis
vmbra, oĩum malorum fons & origo eſt,
bona autem quæ eſt Chriſti Dei filii fa-
uor & protectio oĩum bonorũ cã eſt. Et
hine

A hinc tot in hāc puriſſimam virginē bona prouenerunt, ut myſtice dixit propheta Eſaias verbis obſcuris, primo tpe alleuiata eſt terra Zabulon & terra Nephthalim, & nouiſſime aggrauata eſt uia maris. Primo tēpore, i. in principio redēptionis generis
Eſai. 9. humani alleuiata eſt terra Zabulon & terra Nephthalim, p has duas terras ſanctiſſima uirgo ſignificatur in uariis tpibus. At nonne D. Matthæus ait hoc loco eſſe ex tribu regali Iuda, qūo air eſſe ę Zabulō & Nephthali? dico illud eſſe ſecundum carnem, hoc ſecundum ſpiritum, quia Zabulō ſignificat domū fortitudinis, & huiuſ-
B modi fuit puriſſima virgo in ſua cōceptione, ubi cadimus oēs diuina gratia deficiente, quæ eſt animæ fortitudo. Nephthali ſignificat rem latā & amplā. Et hoc in ſanctiſſima eius morte factum eſt, eum tā in anima, q̄ in corpore ineffabili gloria amplificata eſt. Ait aūt propheta quod abſtulit Deus onus de terra Zabulō, & onus de terra Nephthali, quia duo ſunt onera grauiſſima, quib. oēs premimur, priori quidē in uitæ huius ingreſſu, quod eſt originale peccatum, & pœnas quas ſecum adducit.
C Alio uero in egreſſu quod eſt mortis amaritudo, redire hæc corpora, quæ tantopere amamus in puluerem & uermium eſcam fieri, hæc duo onera non abſtulit omnino ſanctiſſimę virgini, ſed alleuiauit, partē abſtulit partem reliquit. In egreſſu abſtulit partem, quia eam culpa liberauit, reliquit partem, quia pœnas, famem, ſitim, & laborem reliquit. In egreſſu reliquit partem, quia mori permiſit, abſtulit partē, q a noluit eius ſanctiſſimum corpus dolorem ullum ſentire, neq; mutari in puluerem, & ideo ait, alleuiata eſt terra Zabulon, & ter-
D ra Nephthali, & nouiſſimæ aggrauata eſt uia maris. Chriſtus Redemptor eſt uia in mari huius mundi. Beati illi, qui per hanc uiam ambulabunt, quia nulla alia eſt quæ nos deducat ad patrem. Hæc uia aggrauata fuit doloribus, tormentis, & morte, ut eius mater ſanctiſſima peccato originali doloribus, & corruptione liberaretur. Onus ipſe aſſumpſit, & quanuis eum ea concepta fuit. R. N. noſter nondū mortuus erat pp mortem in diuina mente præuiſam, hoc ei beneficiū factum eſt. Ex hoc igitur monte umbroſo, aieba Habacuc uenturum eſſe Deum, & in Bethlehem naſciturum. Et hoc eſt quod hic ait ſanctus Euāgeliſta, *De qua natus eſt Ieſus.* A

Res eſt pfecto animaduerſione digna tanta eū diligentia ſacros Euangeliſtas uel (ut melius dicam) Spiritum Sanctum D. Ioānis Baptiſtæ uitā ſcripſiſſe, cōceptionis eius nuncium, ſanctificationem, ortū, mirabilia quæ in eius circuncīſione & nominis impoſitione acciderunt, in deſertū cū puer adhuc eſſet ſeceſſionē, ueſtitus aſperitatem, & ipſummet cingulū quo præcingebatur, cibum, potum, baptiſmum, mortē ſepulturam, ita ut ſtudioſe ſpiritus Sanctus eum nobis in euangelio depictū pro- B
ponere uoluiſſe uideatur, ut eius ſanctitatē intelligeremus. De hac uero ſanctiſſima celorū regina quæ Seraphinos ſuperat puritate, nihil fere ſcribunt Euangeliſtæ, & hoc ipſum quod ſcribunt, tanta eum breuitate, ut admirationē pariat. Cum de Baptiſta loquuntur longiſſimi ſunt, eum de beatiſſima Dei matre loquendū eſt prope obmuteſcunt. Nō caret hoc myſterio. Cauſa.n. eſt, quia D. Ioannes natus eſt, ut de Chriſto R. N. teſtimonium daret, ut dignou eum nobis oſtenderet, ut expreſſe de eo ait D. Ioannes, fuit homo miſſus a C
Deo cui nomen erat Ioannes, hic uenit in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de lumine, ut oēs crederent p illum. Et Ioan. 1.
ita neceſſe erat, ut eius ortus & uita admirabilis hominib. cognita eſſet, ut fidē eius teſtimonio pręſtarent. Et hanc uitæ ſanctitatem pdicari in mundo opus erat non minori eū authoritate, q̄ ea, quam Spiritus ſanctus ſuis Euāgeliſtis dedit, ut talis fuiſſe crederet ille, qui a Deo erat ad hoc munus electus. At ut de ſacratiſſima uirgine maiora, & perfectiora crederent, ſatis fuit hęc uerba ſcripſiſſe. *De qua natus eſt Ieſus.* Hinc Chriſtiano animo philoſophari & cōtēplari licet, omne illud q uirtus Dei D
non eſt, nec Chriſti, minous eſſe eo, quod in hac ſanctiſsima uirgine reperit. Ut D. Ioānis uirtutes credā, Spiritus Sancti teſtimoniū neceſſarium eſt, ſed ut credam quantū hæc diuina mulier præſtet Ioanni, omnib. ſanctis, & omnib. cęli Hierarchijs, ſatis eſt ut Spiritus ſācrus. *De qua natus eſt Ieſus.* Simile.
Mulieres quæ exigui ſunt corporis egent ſoccis altioribus, quos *vulgo caphines* uocamus, quæ uero maiori ſunt corpore & cæteris per ſeipſæ eminēt, duorū uel triū digitorum ſocculis, contentæ ſunt, alij ſancti ut D. Ioānes, D. Petrus, D. Paulus ne eorū

A virtutes & merita ab hominib. ignorarentur, necesse fuit, ut de ijs ea oĩa sacra scriptura scripserit, quæ scribit: at de sanctissima virgine quamuis nihil prærerquã hæc verba. *De qua natus est Iesus.* scriptum extaret, sufficeret, q̃a in illis q̃ dici possũt, oĩa continentur, imo ea, et, quæ nec humana, nec angelica lingua possunt explicari, nihil dixi. Matris Dei nomine comprehẽdi dico, ꝗ nec humano, nec angelico intellectu comprehendi potest. Quia Deus cuius illa mater est, intellectus oẽs creatos tñ B excedit, ut neq; cum fide, nec fine fide clara uisione intelligi ulla ratione possit quã lis quantusq; est, solus ipse se ipsum intelligit & comprehendit. Mater relatiuum est ad filium, filius est infinitus, igitur mater Dei dicit quandam infinitatem, ex quo eius excellentia infertur, cũm ad altissimũ hunc finẽ electa fuerit. Homines sæpe eos eligunt ad officia, & dignitates, qui ijs indigni sunt, & hinc in sæcularis & Ecclesiasticæ reipublicæ gubernatione tãta perturbatio, quia propriæ utilitatis, & lucri cupiditas eo deuenit, ut quemadmodũ ait Esa. apprehendat, s. unusquisq; fratrẽ suum, & domesticũ patris sui. Quæ maxima est iniustitia, non. n. eligi debet, q̃ tibi uidet, sed C ut dicitur, eũ constitues regem, quem do. minus Deus tuus elegerit. Dixerunt Hebræi ad Samuelem, constitue nobis regẽ, ut iudicet nos sicut uniuersæ habent nationes, cum hanc ob causam sanctus uir tristis esset, dixit ei Deus, non te abiecerũt sed me, ne regnem super eos. Imo hoc ipsũ Samueli displicebat, ita eos Deum contemnere. Ex quo patet indignatum esse Deum non quia regem petierunt (hoc. n licebat eis) sed quia eorum finis erat propria libertas, non Dei honor, & iustitiæ conseruatio & ita non dixerunt, da nobis regem, ut cũ zelo Dei seruitium ulterius prosequatur, D sed da nobis regẽ, sicut uniuersæ habẽt nationes, Regem uolebant, ut gentilium more uiuerent, regem qui prophanis eorum desiderijs morem gereret Hæc una est ex maiorib. rerum publicarũ miserijs, ex qua plurima mala nascuntur, ut eligant homines mali alios malos, & sibi similes, ut eos in sua illa uiuendi libertate uiuere sinant. At non ita Deus egit, sed semper meliores. Quare talem sibi matrem elegit, ut dicat D Anselmus, decuit uirginẽ ea puritate nitere, qua maior sub Deo nequit intelligi.

Esai. 3.

Deu. 17.
1. Re. 8.

S. Anse. libr. cur Deus homo.

gi. In omnib. scientijs primũ aliquod principium pont inuenistis, ex quo cætera probantur, & eiusdem scientiæ conclusiones deducuntur, ita Spiritus Sanctus hoc nobis tanquam primum principium posuit, *de qua natus est Iesus*. Vt si mysteria, & ueritates scire, optatis ex hoc principio deducere possitis Hinc deducitur sine peccato fuisse conceptam, cum ad finem hũc ꝓstãtissimum electa fuerit. Cum Dauid impensas in ædificium templi præparatas, & uniuersum populum hortaretur, ut quæcunq; posset offerret, addidit causam dicẽs. opus. n. grande est, neque homini præparatur habitatio, sed Deo. O quam admirabilis doctrinã hinc deduci potest, æquum. s. esse, ut in operibus illis, quæ ꝑ gloriam & honorem Dei facimus. diligentissimi simus. Magna est. n. confusio uidere quanta cum solicitudine humana, quanta cum negligentia diuina fiant.

1. Par. 29

B

Cum suis artib. artifex omnes intendit uires ut opus suum primatum inter cætera teneat. Quot excogitant, ut homines delectent, ut uestium tot uaria, & diuersa genera pretiosissima, uasa aurea & argentea C tanto cum artificio elaborata, uitrea tanta cum elegantia cõflata: ut iam aurea aliquo modo excedant. Diuina vero opera tanta cum molestia & fastidio faciunt, ut coacti quodammodo ea facere uideantur. Si audiris missam, quæ opus Dei est, ubi altissimum illud mysterium celebratur, quamuis sacerdos facie ad uos conuersa moneat uos, dicens, dominus uobiscum, uos tñ nõ cum Deo, sed cum concubina, & cum pecunia, & tandem ubi cor vestrum habetis. Quid dicemus de inquietudine & animi distractione, qua sermones D audiuntur? De imperfectione, qua omnia pietatis opera fiunt? o infælices homines, nonne cogitatis quod opus grande est, & quod non homini præparatur habitatio, sed Deo? non ea saltem diligentia in rebus diuinis uteremini, qua in humanis numini? O sancte Dauid quam diner se tu id agebas, qui dicebas, fortitudinem meam ad te custodiã. Quicquid possum, quicquid in me boni est, tibi domine custodio, ut tibi eo seruiam. Neq. hoc multũ est, cum peccatores fortitudinem suam, sanitatem, diuitias, ingenium, q̃dquid hẽnt totum diaboli seruitio dicauerint, q eos æternis tormentis remunerabit. Si igitur Dauid

Psal. 58.

A Dauid uidebantur oẽs illæ impensæ, quas ad templi ædificiũ præparatas habebat satis nõ esse, & omnes hortatus est, vt offerrent donaria, quia nõ homini, sed Deo præparabatur habitatio, quę igitur dona, quas diuitias spirituales æquum erat sanctissimam hanc virginem habere, ut Dei mater esset? opus enim grande erant, & non homini præparabatur habitatio, sed Deo.

Ad hunc sensum particulari quadam ratione verba illa applicari possũt, quę dixit Dauid. Tu cognouisti omnia nouissima & antiqua, tu formasti me, & posuisti supra me manũ tuam. Existimate verba esse quę
B sanctissima virgo Deo dicat, tu dñe cognouisti oẽm senectutem, quæ peccatum est. Nulla est senectus, quæ mag s hominem debilitet, & infirmũ reddat, q̃ peccatũ. Cũ igitur peccatũ hominum cognosceres, cognouisti etiam nouissima. i. renouationẽ hominũ, & statuisti quõ renouandi erant per incarnationẽ, vitam, & mortẽ unigeniti filij tui, per lauacrum regenerationis, & renouationis Spũs sancti, quam effundit in nos abũde p Iesum Christum Saluatorẽ nostrum ait D. Paulus. Et propterea tu formasti me, & posuisti super me manum
AdTi. 3 tuã. Oĩa quæcunque sunt, formauit Deus,
C & super omnia posuit manum suam, sed particulari quadam ratione hoc de sanctissima virgine dici potest ob singularia beneficia, quibus eam Deus ornauit; præcipuẽ Dei manuum opus appellari põt, & ita de ea canit ecclesia. Et dixit mihi crea-
Eccl. 24 tor omnium, & qui creauit me requieuit in tabernaculo meo Cur uirgo sacrata postea q̃ Deum creatorem vocasti omnium rerum, addis statim, & qui creauit me? cur hanc creationem à cæterarum rerum creatione distinguis? ut nimirum significaret creationem suam aliarum rerum creatione fuisse pręstantiorem, cum in ea dñs tam singularia ei dona & beneficia communi-
D cauerit, cũm propter finem hunc tam illustrem & nobilem eam creauerit. Ex quo (ut diximus) sanctissimæ eius cõceptionis puritas infert. Quod vt clarius intelligatis quomodo hoc ex eo principio deducatur:
1. Ti. 1. notate verba illa, quę dixit D. Paulus, unus mediator Dei & hominũ homo Christus Iesus, qui nos liberauit a morte & consecutus est gratiã a patre, quę est vita animarum Ex quibus uerbis format Scotus efficax argumentũ. Nã cũ Christus Dei filius pfectissimus redẽptor sit, ut D. Paulus eo
A in loco vocauit dicens, vnus mediator, i. pfectissimus, cõueniebat, vt vnã saltem animam, pfectissimẽ redimeret, q a artifex perfectissimus non vocatur, nisi vnum saltem opus in sua arte pfectissimũ faciat. At Christi Redẽptoris nostri modus, quo nos redemit pfectissimus non fuit, quia redemit nos cum iam captiui essemus, q minus pfectus est redimendi modus, duo n. sunt redemptionis genera, vnum est redimere aliquem, qui captiuus iam sit, aliud est redimere antequã ille captiuus sit, quod prior perfectius est. Nam dicite obsecro, si cũ
B rex aliquis nauigaret, Turcę eius nauem inuaderent, vt eum captiuũ facerent, Regis autem milites cum opem ferre deberent, dicerent, sinamus eum captiuum duci, & postea redimemus, & ita fieret, duceretur Rex captiuus, ferro oneratus, ab hostibus contemptus, & irrisus, si eo tempore eum cum captiuare uolebant, sui eo periculo liberassent, certum est hoc perfectius esse redimendi genus, ita dicimus pfectiorẽ esse redemptionem pseruare animam antequã culpę captiua fiat, quã cũm iam captiua est a diabolo contempta & irrisa, iustificare, quemadmodũ medicinæ perfectiores illæ sunt, quæ a morbo pseruant, q̃ illæ quæ sanant. Hanc autem appellari redemptionẽ
C patet ex illo Dauid, Deus redimet animam meam de manu inferi, & alibi, Eruisti animam meam ex inferno inferiori. Nam Dauid nunquã fuit in inferno inferiori, sed in limbo, & ita ait D. Hierony. q Abraham fuit redẽptus de Hur Chaldęorum in quo frater eius fuit combustus. Cum itaq; hic perfectior sit redimendi modus conueniebat, vt diuinus Saluator perfectissimum redemptorem se esse ostẽderet, animam saltem unam perfectissime redimere, & si alia quæ hoc modo redimenda erat, nulla æquius redimi poterat, quam eius sanctissimæ matris. De Germanis in historijs legi-
D tur, quòd cum pugnaturi erant, stabant à tergo uxores in curribus eos ad pugnam clamoribus hortantes: eia viri fortes pugnate fortiter vincite, ne nos Romanorum captiuas uideatis. Quæ voces tantos illis animos addebant, vt cum iam inclinarent acies & prope uincerentur, facto impetu in hostes ruerent & uictoriam prope iam desperatam reportarent, & hoc faciebant ne eorum vxores in hostiũ ptãtem captiuę

Scot. in 3. d. 3. q. 1.
Simile.
Psal. 48.
Psal. 84.
Simile.

A uenirent. Nam quamuis scirent eas se redimere posse, ne tñ ea iguominia affiecerentur, occūbere in acie liberi malebant, q si hoe gentiles faciebant, qd vnigenitū Dei filiū facere æquum erat, ne eius mater ne puncto quidē temporis diaboli captiua esset? Hoe significare uidentur uerba illa Ieremiæ. Torcular calcauit dñs uirginis filię Iuda, ideirco ego plorans, & oculus meus deducet aquas, qa longe factus est a me consolator meus, dñm ait calcasse torcular, qa eū dñs mittit seruos suos, vt vuas in torculari calcent, ipsum tanquam dñm calcare dicimus, f. iubendo, q si ipsemet calcat, calcare eū dicimus tanquam seruum, Christus Redēptor noster tanquā seruus pro uniuerso humano genere calcauit in sanctissimæ Crucis torculari formā serui accipiens, at pro sua sacratissima matre, & uirgine filia Iuda calcauit tanquā dñs antequā factus fuisset homo, nōdum actualiter patiendo, sed iubendo (si sic dicere fas est) uenturæ passioni, ut suis meritis præuisis aīam eius, quę sua mater futura erat pręseruaret. Idem illi accidit, quod ei interdū accidere solet, qui cum amici sui capiti ensem uideat imminentem, dum interponit sese, ictum ab amico propulsat, & eo vulneratur, & ita vt vulgo dici solet.

Thre. 1.

Simile.

B

Simile.

C

Leua el despartidor la peor parte, eodem mō in eo instanti, in quo sanctissimæ virginis anima creata fuit, iustitiæ suæ ensem pater æternus manu tenebat, ut eū vulneraret cōmuni illo culpæ originalis ictu, interposuit sese eius filius, pœnā in seipso tāquā fideiussor recepit, vt postea eā in cruce persolueret, vt eius mater a culpa libera remaneret. Et ideo calcabat tunc, idest, redimebat tanquā dñs iubendo, torcular virgini filiæ Iuda, cui ait sanctus propheta dñm adeo fuisse propinquum, ut ploraret videns se eius respectu longe à Deo factū esse. Vbi docet nos quantum plorandum nobis sit, cum videmus alios nobis in virtute præstare, non quia illi uincūt, sed quia nos uincimur. Qd' sanctæ cuiusdam inuidiæ genus est, quam habuisse se D. Paul. fatetur cum ait: Æmulor. n. vos Dei æmulatione. Quia ipse solus optabat præstare, q exteri omnes simul præstabant. O qui hoc virtutis desiderium haberet, de quo Spiritus sanctus ait, pro iustitia agonizare pro anima tua. O verba vere diuina, agonizamini fratres charissimi, vt sanctos in virtute assequamini, ut peccatores agonizantur, vt eos quos sibi in humanis rebus præstare vident, assequantur. Audite quid dicat B. Ioannes. Quod vidimus, & audiuimus annūciamus uobis, vt & vos societatem habeatis nobiscū. Acsi diceret, nolite desperare, quia vos quoq; & martyres, & abstinētes, & sancti esse poteritis, cum omnia in vestra voluntate sint posita, si pro iustitia vultis agonizari.

D

2 Co. 11

Eccle. 4.

A

Ioan. 1.

Sed ut ad rem redeam notate obsecro, Sanctus hic propheta Ieremias, sanctificatus fuit in vtero, & tñ ait eo loco, plorare se, & aquas deducere, eo q longe factus esset à Deo, si cū beatissima virgine cōparetur. Ergo illa plusquam sanctificata fuit, & hoc est fuisse præseruata. In quo ostendit Dei filius perfectissimum se esse Redēptorem, vt eum D. Paulus appellat eum ait: Vnus mediator Dei & hoīum homo Christus Iesus, & ita etiam ait sponsus de hac perfectissime redempta, una est columba mea. Ego vnus mediator sum, & tu vna es columba mea, ò verba amabilissima, quāta cum suauitate in auribus huius mansuetissimæ columbæ resonarunt. Ex singulis verbis ratio deducitur efficacissima, vt pia hæc veritas cōprobetur, vt vna, idest, singularis quæ æqualem non hēt, & ideo de ea canit ecclesia, nec primam similem visa est, neque hēre sequentem. Nam vt in cithara chordę oēs binæ collocantur, ptēr eā quæ prima uocatur, ita in hac militanti ecclesia, quæ Dei quodammodo cithara est, iusti sunt chordæ, spiritus sancti concētu temperatæ, quæ singulæ alteram sibi sociam coniunctam habent. Nullus enim iustus inuenitur, qui alium sibi æqualem non habeat, aut meliorem, sola huius citharæ prima, q̄ est sacratissima virgo Maria Dei mater, nullā sibi sociam, & parem habet, ipsa perfectissima oīum una omnibus eminet. Filius eius vnigenitus unus est, & singularis Redemptor, ipsa dña & singularis redempta, ipse unus, ipsa vna, ille innocentissimus, illa innocentissima. Quā obrē ipsemet de illa dixit, equitatui meo assimilaui te amica mea. Vbi septuaginta interpretes clarius transtulerunt, equo meo assimilaui te amica mea. Verbum diuinum eques est, cuius equum est sanctissima humanitas, huic equo, huic humanitati uerbum diuinum, ptiosissimam uirginē similem fecit, nō dixit, mihi similis es, sed

B

Cant. 6.

C

Simile.

D

Cant. 1.

A sed assimilaui tē, quia uere anima illa in originalem culpam, ut cæteræ omnes incidisset, nisi eius filius eam liberasset. Ille eā sibi assimilauit, & hac de causa dixit ei S. Elisabeth: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Vbi particula illa, &, non est copulatiua, sed causalis, vt ibi annotauit Theophylactus, & ita significat, benedicta tu, quia benedictus fructus uentris tui. Inde in te bona omnia prouenerunt, arbores a cæteris diuersa. In alijs arborib. terra virtutem a Sole, & aqua recipit, quam radici communicat, radix trunco, truncus diuidit in ramos, rami in flores, flores in fructus. At in hac cælesti arbore non ita fit, quia ab eius benedicto fructu in eam manauit uirtus, ab ea in truncum, i. in Patriarchas, & in radicem, in primos scilicet parentes, imo & in ipsam quoque terram, idest, in nos miseros peccatores, qui terra sumus. In nos enim sanctissimi illius fructus remedium per hanc sanctissimam uirginem promanauit. Quare ait B. Anselmus, quod statim ac Adam & Eua peccarunt, annihilari meruerunt, sed misericordia diuinæ iustitiæ occurrit, ne me ritum ab ijs supplicium exequeretur, singularissimę huius uirginis merita expectans, quæ ab ijs erat aliquando nascitura. Et si antequam nasceretur, Deus eius causa misericordias cōferebat, quanto magis nunc confert si qui eam sibi aduocatā elegerint? ideo fratres si uerum est quod uulgo dicitur. *Quiē abuen arbol se arrimabuenas ombra le cubre.* Ad sanctissimam hanc arborem magno cum affectu, & deuotione confugite, & eius umbra & fructu perfruemini. Secundum verbum est colūba, quæ auis est sine felle, in quo innocentia eius significatur, nullumq; peccati habuisse fel. Huius columbæ figura fuit, colūba illa quæ ex arca egressa cum non inuenisset ubi requiesceret pes eius cum omnia lu to essent plena, in arcam reuersa est. Ita ēt cælestis hæc columba a Deo per creationē egressa ad eum est per glorificationem reuersa, neque se mundi cæno fædauit, nunquam affectus sui pedem in creatura aliqua posuit. O quantopere deplorandum hoc est si consideramus quam defixi in rerum humanarum luto versemur, uix vlla creatura est, in qua pedem non ponamus, eam magna creatoris iniuria inordinate amantes. Ideo fratres clamemus cum Da-

Luc 1.

Theop.

B

Anselm.

C

Gene. 6.

D

uid: amplius laua me ab iniquitate mea. A Iterum atq. iterum laua me Deus meus. Cum adeo sordidus sit mundus, tam infœlix ipse, & miser, ut quicquid uideo, quicquid audio, quicquid tango, me fœdet. Tertiū verbum est, mea, quia sola illa, singulari quadam ratione Dei esse dicitur. Spectare quicquid in terra, quicquid in cœlo oculis conspicitis, omnia inuenietis Deum hominis causa creasse. Hanc vero columbam sibiipsi peculiari modo creauit, & ideo meam suam appellat. Quod si ea, quæ hominis causa creauit Deus, adeo perfecta creauit omnia: Soli statim lucem dedit, Lunæ, & Stellis admirabiles uirtutes & influentias, & ita cæteris omnibus creaturis, eam, quam sibiipsi creauit, cur non statim gratiæ suæ splendore clarificasse dicemus? B

Ferculū fecit sibi rex Salomon, & quoniam rex potentissimus opus illud sibi ipsi faciebat, eredi non poterat, nō esse opus ea maiestate dignum, & ita additur statim de lignis Libani, columnas eius fecit argēteas reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media charitate constrauit, idest, ipse Salomon in sella sedet, nam amatorio quodam modo amans, amor, & charitas uocatur, ait propter filias Hierusalem quæ eum amabant, quia dignus erat ab ijs amari. Et alij transtulerunt, & medium tenet ipse accensus, seu combustus amore ob filias Hierusalem. Quia Hebræa verba ambigua sunt, & utrumque significant. Id quod alij interpretes verterunt significat, quod Salomon eas amabat. At D. Hieronymi translatio significat, quod ipsæ eū amabant. Si igitur huiusmodi erat Salomonis opus, quale tandem fuisse dicendum est, quod potentissimus Deus fecit, vt eius medium teneret ipse amoris igne combustus, quid a Deo expectari poterat præterquā conceptio omnium quotquot fuerunt & erunt purissima? Christi Redemptoris nostri nomine dicitur, pauper sum ego, & in laboribus a iuuentute mea. De eodem dicitur, singulariter sum ego, donec transeam. Vtrumque simul significat, quāuis pauper sum, singularis sum. Quia lancea, quæ latus meum aperuit, nunquam aliud aperuit, corona, quæ caput meum coronauit nunquam aliud coronauit: in cruce in qua crucifixus sum, nunquam alius crucifixus est, sepulchrum in quo positus sum, nunquā recepit alium. Domus

Cant. 3.

C

Hieron.

D

Psal. 87.

Ps. 140.

A igitur in qua Deus nouem menses moraturus erat, cōsentire ne Deus debebat, ut Sathanæ prius esset domus? nolite quæso hoc, per huius Dei reuerentiam dicere. Ac quum erat, ut purpura illa, qua se Deus uestire debebat, nulla esset macula fœdata, æquum erat ut linteum illud candidissimū ex quo diuinum verbum preciosissimam personæ suæ subuculam conficere debebat nulla uini nigri macula turparetur, q̄ quāuis lauetur, semper aliquod suiuestigiū
B relinquit. Has omnes ob causas sacratissimæ huius Virginis Conceptionem ab omni tam actualis, quam originalis peccati maculam puram fuisse, merito fatendum nobis esse uidetur. Et finem iam dicendi faciens, obsecro uos fratres (siquidem dè cōceptione agimus) ut studeamus oēs Deum in animis nostris concipere, cum ipse uita illarum sit, & remedium, & quia impossibile est mulierem quę prægnans est, concipere, nisi prius quod uisceribus suis continet pariat, parere prius debemus prauos animarum nostrarum affectus, ut malitiæ uacui Deum possimus concipere, hic gratia & postea gloria ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.
C

IN FESTO IMMACVlatæ Concept. beatiss. Virg. Mariæ.

Concio Quarta.

Liber generationis Iesus Christi filii Dauid, filii Abraham, &c. Mat. 1

D



Q Væri solet cur D. Matthæus sanctum suum Euangelium librum generationis Iesu Christi appellauerit? non enim de Iesu Christi Redemptoris nostri generatione tantum in eo agitur, sed de glorioso Baptista, de Apostolorum conuersione, de Saluatoris nostri prædicatione, de eius miraculis, morte, resurrectione, & ascensione. Huius rei ratio est D. Matthæum inter Hebræos scripsisse quorum consuetudo erat, libros ex eo q̄d initio continebant, appellare. Et ita quia Genesis a mundi principio exorditur, in principio creauit Deus, ideo liber principium appellatus, & Isaiæ liber, quia a uisione incipit, q̄ sanctus propheta vidit, uocat. visio Isaiæ. Hanc ob causam, quia D. Matthæi Euangelium a Christi R. N. generatione incipit, ideo liber generationis Iesu Christi uocatur. Alia etiam affertur ratio quod quemadmodum Moyses cum Adæ creationem, cœli, solis, syderum, elementorum, & rerum omnium in Genesi scriberet, tamen cum in quinto capite nomē libro vellet imponere, ait, hic est liber generationis Adam. Quasi hoc esset præcipuum, cuius causa cætera omnia creata essent, ita quamuis in hoc Euangelio D. Baptistæ, Apostolorum, & plurimorū Redemptoris nostri operum mentio sit, tamen quia hæc omnia fecit Deus, ut Christus Redemptor noster, eiusque generatio cognosceretur in terris, ideo hoc nomine appellari uoluit, & quia conueniens erat, ut gratiæ lex a verbo tam suaui & grato inciperet, tanti ac tam singularis beneficij, vt est sacratissima Verbi diuini incarnatio, ideo hac suauitate orditur sanctum Euangelium dicens: *Liber generationis Iesu Christi.* Huius libri figura fuit liber ille, de quo propheta Ezechiel ait, vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber, & dixit ad me, fili hominis comede volumen istud, & aperui os meū, & cibauit me volumine illo. Et dixit ad me, fili hominis viscera tua complebuntur volumine isto, & comedi illud, & factū est in ore meo sicut mel dulce, o legis Euangelicæ liber admirabilis, quantam ex te percipit vtilitatem is, qui non modo te videt & legit, sed te etiam comedit. Non tantum ostendit Deus sancto prophetæ librum, verum ēt dixit illi, comede librum. Plurimi sancti Euangelij librum legent, & intelligent, qui tamen non saluabuntur, quia eum non comedunt. Filij Dei doctrina, & opera non tantum legi, & audiri curiose debent, uerum etiam mandi, gustari uocari, & ruminari debent, ut anima cælesti hoc cibo alatur, & pinguescat Et ideo ait, complebuntur uiscera tua uolumine isto. Addit propheta, comedi illud, & factū est in ore meo sicut mel dulce. O mei Redemptoris uita, & amor, quæ anima est adeo sicca & insipida, quæ si te gustat & ruminat, dulcem te & suauem non inueniat? ita vt mundi suauitas, & dele-

Gene. 5. A
B
A
Ezec. 2.
C
D

A lectatio postea amarissima uideatur, ô quã suauis est ortus tuus animæ illi, quę eum contemplatur. O quam dulcis est tua uita, dulcis tua paupertas, dulcis tua doctrina, dulcis labor, dulcis passio, dulcis mors, & tandem dulce lignum, dulces claui, dulce pondus. Hęc verba illa sunt, quæ
Ps. 118. cum nobilis ille Rex & propheta Dauid gustasset clamauit. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Hoc mel suauissimũ in ore nostro, quod est uniuscuiusque affectus liquefactum, & a corde nostro gustatũ, efficit vt oculi
1.Re.14 animæ illuminentur, ut corporis oculi Io
B nathæ filij Saul, qui cum cęcus esset, eo ꝙ paululum mellis gustasset illuminati sunt oculi eius. Hac suauitate sancti omnes ui tæ huius labores uorarunt. Hæc dulcedo patrẽ, matrem, patriam, affines, amicos, & uosmetipsos obliuisci facit. Hanc ob causam prophetæ liber ille datus est, & nobis sanctum Euangelium, vt illud comedamus, & eo compleantur viscera uostra. Nã quemadmodum cibus digestus vires mẽbris omnibus impartitur: ita sanctum Euangelium, si comedatur, animæ potentijs vires dat, & corporis sẽlibus, vt in Dei seruitio occupentur. Comedere autem hunc librum, mandere, & rumiuare nihil
C aliud est, quam sæpissime de his rebus, quæ in eo continentur cogitare, & meditari. D. Augusti. ait Christiani uitam esse
D. Aug. perpetuum cęlestium rerum desiderium. At quomodo desiderari ea poterunt si nũ
Ps. 118. quam ea meditamur? Cum sanctus Dauid hoc ardebat desiderio dicens: concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore, quonam modo ardentissimum hoc desiderium esset assequutus, nisi ea perpetuo animo & cogitatione uoluisset? quod etiam magis exaggerat aliorum interpretum translatio, qui verterunt, attrita est anima mea præ desiderio iustificationum tuarum omni tem
D pore. Quod nam & quantum desiderium erat, quo sanctissimi huius viri anima tanta cum uehementia torquebatur? Sancta nimirum meditatio diuinum Spiritũ ad animam attrahit, & inuitat, ut in ea ardentissima hæc desideria excitet. Hinc suspiria illa, hinc gemitus, de quibus, B. Pau
Rom. 8. lus ait, in quo clamamus Abba pater. In eodem psalmo vbi nos legimus, uam testimonia tua meditatio mea est, consilium meum iustificationes tuæ, alij uerterunt, A nam & testimonia tua delectationes meæ sunt, & consiliarij mei. Aptissime profecto reges Dei consiliarios appellat. Beatos illos, q eos cõsulunt, cũ ijs sua omnia negotia communicant. Quid.n. esse potest mutius, qd prudẽtius, quam actiones suas ad diuinæ legis normã dirigere? Verum adeo negligẽtes sumus, & de salute nostra tam raro cogitamus ut hinc appareat, quam parum nos hunc diuinæ legis librũ gustemus. Hic.n. est fons, ex quo plurima & maxima mala nascũtur, & ita cum narrasset Psalm. 9
Dauid plurima peccatoris mala, addidit causam dicens, non est Deus in conspectu B
eius, inquinatæ sunt uiæ illius in omni tẽpore, ubi alii uerterunt, nõ est Deus in ullis cogitationib. suis, i. ita uiuũt ac si Deus non essent, & ita eius obliuiscuntur. O cęci filii Adã cur rem tanti momenti parui facitis? cauete, q a tunc cũ minus cogitabi tis huius libri rõnem ipsemet Iesus Christus redemptor noster, q eum uobis dedit Simile.
exacturus est. Et quemadmodum magister, qui puero exemplar dat ut scribat blande, & amanter dare solet, cum vero rationem exigit, nisi recte scripserit eũ seuerissime uerberat, ita pius ille Iesus, qui suã nobis legem tãto cum amore dedit, cum in mundi fine rationem exiget, singulas li C
teras, & uirtutes spectabit, quas si ab huius libri scriptura diuersas inuenies, nos seuerissime puniet. Itaque cum dedit legẽ, fuit ueluti magister, qui exemplar suis discipulis magna cum suauitate dat, ut illud imitentur, & ita D. Paulus affirmat dicẽs: apparuit benignitas, & humanitas Sal Tim. 3
uatoris nostri Dei omnib. hominib. erudiens nos, ut abnegantes impietatem & secularia desideria, & sobrie, et iuste, et pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, et aduentum gloriæ magni Dei. Videtis, ut benignitatis mentionẽ facit, qua nos docuit, & quomodo mox de iudicio agat, in quo doctrinæ suæ rationẽ exactu D
rus est? *Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abrahã.* Cũ omnẽ dñi genealogiam D Matthæus recẽsuisset, tres generationum ordines effecit, et singulis ordinib. quatuordecim generationes collocauit, et ut hunc seruaret ordinẽ reges aliquos prætermisit. In quo significatur, uoluisse Spiritum sãctũ, ut Christi Redemptoris nostri passiua generatio singulari quodam

A quodam ordine describeretur: ut doceret nos, neminem actiue eius generationis participem futurum, nisi qui in suis operibus & viuendi modo ordinem seruabit. Isaias Dei nomine ait: cælum sedes mea, & quia cœlum magnũ in motu ordinem seruat, significare Deus uoluit, animam quæ ordinẽ in uita seruat, esse sedem eius. In sacra scriptura duo casus narrantur animaduersione digni unus cum propheta Eliseus uaticinari uellet, ut uaticinandi spiritũ sopitũ uidebatur excitaret, citharam pulsari iussit. Adducite (inquit) mihi psaltem. Cumq; caneret psaltes facta est super eũ manus domini, & ad sonum, & cantum venit super eum Spiritus sanctus. Alter est, quod amici Saul, ut Dæmonis furorem & impetũ, quo torquebatur reprimerent, dixerunt ei: ut quæreret hominẽ sciẽtẽ psallere cithara: Ita.n. fore ut cum malo spiritu exagitaretur, cantu labor & dolor leniretur. Cũque adduxissent Dauid cũ spiritus Domini malus arripiebat Saul, tollebat citharã, & pcutiebat manu sua. Refocillabatur Saul, & leuius habebat, recedebat enim ab eo spiritus malus. Dubitandum non est, ꝙ cum intelligeret sanctus ille propheta esse aliquid in musica, quod Spiritũ sanctum attrahit, & inuitat, & eũ Saul amici sciẽt esse in ea aliquid ad dæmonem fugãdum accommodatum, ideo illũ psaltem sibi proposuisse, hos uero suasisse regi, ut psallentem audiret, & ita profecto est. Musica.n. tota ordo est, & concẽtus, ita ut si uel minimum quẽq; tonum, aut modulum cantor amittat, musica cõstare non possit. Cum igitur Deus ordine plurimum delectetur, dæmon autem contrario, uult sanctus propheta sibi cani, vt cantu eius spiritus excitetur, & Spiritum sanctum imitet, & cum dæmon ordinis, & cõcentus inimicus sit, ut eum expellant amici Saul musicum accersiri iubẽt. Res est ordo adeo præstans, & perfecta, ut perfectiores hominũ status, qui sunt religiones, ordines appellemus, & præstantiora ecclesiæ munera, quæ sunt sacra ministeria ordines etiã uocemus, ordo diaconatus, ordo presbyteratus, &c. Vt intelligatur ordinẽ rẽ esse in humana uita præstantissimã, & ideo D. Paulus monet nos dicens, omnia autem honeste & secundum ordinem fiant in uobis. O Deus incommutabiliũ, quot hic dici possent de magna nostrorum temporum confusione: nullus iã enim in uictu, nullus in uestitu, nullus in verbis, nullus in familiaritatibus ordo seruatur. Hinc tot inhonesta, & turpia nascuntur, ex ordine enim honesta, ex confusione turpitudo oritur. Et hanc ob causam cũ dixisset D. Paulus eo in loco, omnia honeste, addidit, & secundum ordinẽ fiant: optime enim honestatem ordini cõiunxit. Est præterea in hoc euangelio notandũ cur permiserit Dei filius in sua generatione tot peccatores esse, nam si ratio diligenter spectemus, nullum est fere peccatorum genus, quod hic non inueniatur, homicidæ, idololatræ, adulteri, &c Et eo magis mirãdum est quia Christus Redemptor noster poterat sibi quos uolebat patres eligere, cur igitur non omnes iustos elegit & sanctos? dico hoc significare nobis uoluisse, quantopere non peccata, non peccatores amet, odit Deus peccata, non peccatores. Murmurabant de Christo redẽptore nostro Hebræi, eo ꝙ peccatores reciperet, & manducaret cum illis. Plus dicere potuissent non solum mãducare cũ peccatoribus, sed manducari a peccatoribus, & diuinum suum spiritum peccatoribus dedisse, & ijs ipsis peccatoribus, qui eum crucifixerãt. Nam cum spiritum sanctũ super Apostolos misisset, egressus est D. Petrus, & concionatus est ad populum & inter alia plurima dixit, uos autem sanctum, & iustum negastis, & petistis uirum homicidam donari uobis, auctorem vero vitæ interfecistis, pœnitemini igitur, et cõuertimini, vt deleantur peccata vestra. Et cum pœnituissent, datus est eis Spiritus sãctus. Qui igitur tantum in peccatores, ac tã singulare beneficium cõfert, quid nimirum est, si a peccatoribus uirginem secundum carnem ducere uoluit? ut significaret quo eos amore prosequatur, et ut ostẽderet ius quod in eo peccatores habent, filius.n. de iure naturæ patri succurrere debet, & pater de iure naturæ ius habet & actionẽ ad filij rem. Vult igitur Deus recipere peccatores, ut patres, ut hoc modo ius, et actionem habeãt peccatores ad opẽ petẽdã a filio suo Iesu Christo, q tam quã filius patri peccatori opem ferre teneatur. O ineffabilem Dei bonitatem, animaduertite artificia, quę Deus excogitat, ut peccatoribus animos addat, quo confidenter ad eum tanquam pater ad filium acce-

Margin notes: Isa. 66. — 4 Re. 3. — B — 1. Reg. 16. — C — D — A — 1. Co. 14 — B — Luc. 9. — Act. 3. — C — D

A accedant. Eia igitur peccatores, quandoquidem Deus filius uester est, quid expectatis: cur non ad eum accurritis? O infelix anima, quæ talibus blanditijs non mollitur. O cor uere adamantinum, quod tanto amore non frangitur. Percurrens itaque sanctus euangelista omnes iustos patres, tandem ad sacratissimam matrem deuenit dicens. *De qua natus est Iesus*, i. de qua natus est Saluator, & quia Verbum diuinum ex ea carnem assumpsit, ut in ea carne pateretur, & ita mundū redimeret, hinc infertur eius innocentia & puritas, quod vt intelligatur, diligenter, quæso, attēdite

B quæ dicturus sum. Sancta scriptura de duobus uitæ & mortis generationibus agit, de uita corporis & aīæ, de morte corporis & morte animæ. Vita corporis est esse in

D Aug. eo animam, uita animæ est Deum in ea esse, & ita ait D. Augustinus, sicut corpus ui

Mat. 12 uit ex anima, ita aīa uiuit ex Deo. Mors corporis est animæ ab eo discessus, mors animæ est Dei ab ea discessus. De hac duplici morte dixit dñs, nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. De duplici uita dixit D.

Galat. 2 Paulus, quod autem nunc viuo in carne, in fide uiuo filij Dei, qui dilexit me. Hæ mortes, & uitæ quamuis plurimum inter se differāt, in hoc tamē corporis & animæ

C vitæ conueniunt, quod eorum uterque uitam recipere non potest, nisi moriatur ille, qui eam tribuit. Probemus hoc. prius in uita corporis, quam diximus esse animam, in eo instanti tum anima corpus animare incipit & uitam illi dare, in eo instanti mortua illa remanet peccato originali, quod omnes occidit. Res profecto admiratione digna est, artificis lapidarij artificium, qui *En un camafeo*, quāuis exiguo uultum exprimit pulcherrimum, sed si annulo deinde includitur, gemmæ splendor obscurari potest, si annulum ex auro

D falso conflauit artifex, & ita gemma illa, quæ extra annulum perfectissima erat, in annulo nescio quid pulchritudinis suæ uideatur amittere aurificis culpa non lapidarij. Eodem modo magnus ille lapidarius Deus in anima nostra imaginem suam tāquam in gemma exprimit, dum creat, creat autem eam perfectam in suo naturali ad suam imaginem & similitudinem factam, uerum aurifices, qui sunt causæ secundæ, pater & mater annulum fabricant

ex metallo imperfecto, & malo, quod est corpus indispositum & corruptiuum, & ideo cum hæc gēmma annulo includitur, idest, cum corpori anima infunditur, perfectionem illam amittit, & originali culpa moritur. Non adducit secum anima culpam neque corpus eius capax est, sed ea anima cum corporis coniunctione contrahitur. Atramentum ex gummi, galla, & uino albo fit, quorum nihil est per se nigrum, sed simul coniuncta nigredinem efficiunt, ita culpæ nigredo contrahit. Ignis ex silice & ferro elicitur, & tamen nec in ferro, neque in silice inest, sed tactu utriusque & motu existit, eodem modo neque in anima per se, neque in corpore, idest peccatum, sed ex utriusque cōiunctione contrahitur. Ratio autem cur tunc & non antea contrahatur est, quia corpus per se nō est homo, neque anima per se, sed cū utrūque coniungitur, tunc totum illud simul homo est, & cum homo esse incipit, tunc filius Adæ est, & cum filius Adæ est, iustitiæ originalis obligationē habere incipit quam dedit Deus Adæ, & eius omnibus descendentibus. Et ut hoc melius intelligatur sciendum est, quid nam sit iustitia originalis, ex hoc enim in originalis peccati cognitionem deuenietis. Cum Deus creauit hominem, adeo perfectum creauit; vt vbi nos legimus, minuisti eū paulominus ab angelis, D. Hieronymus vertat, minuisti eum paulo minus a Deo. Quo exaggerauit Dauid excellentiam in qua Deus hominē creauit. Ecclesiasticus ait Deus creauit hominem rectum. Quæ rectitudo (ait D. Augustinus) in perfecta corporis ad animam subiectione consistebat, & ita in eo statu sensus rationi obtemperabat. Quæ tamen obedientia non erat illi naturalis, vt igni calor est naturalis, imo sensui naturale est rationi repugnare, & ideo necesse fuit donum aliquod supernaturale in appetitu ponere, quod eum rationi obedientem redderet, & hoc donum uocāt iustitiam originalem: facilius hoc similitudine intelligetur. Equus ex natura sua tuæ voluntati subiectus nō est, quare si tibi eū parere uis, frœnum imponis, quo eum regis, ut libet, ita iustitia originalis tāquam frænum erat, quod sensum rationi subiectum & obedientē faciebat. Vocatur hoc donum iustitia, quia iustum est, ut inferiores potentiæ pareant superioribus. Vocatur

Right margin notes: A; Simile.; B; C; Psalm. 8; D. Hier.; Eccl. 7.; D. Aug.; Simile; D

A tur originalis, quia eã Deus Adæ dederat pro seipso, & posteris omnibus qui ab eo originem ducunt si quod seruandum illi erat, seruasset, & ita omnes a Deo hanc iustitiam accepimus in Adam, qui pater omnium fuit, & hanc ob causam omnes Deo pro illa debemus, acsi rex daret parẽti tuo
Simile. comitatum aliquem, aut ducatum pro se, & posteris omnibus. Amisit pater tuus crimine aliquo læsæ maiestatis, ita vt ad te non peruenerit, tamen regi beneficium illud debes, quod tibi in patris tui personafecit, eodem modo omnes pro eo beneficio quod nobis Deus in Adam fecit, tenemur.

B Originalis igit̃ peccati formale nihil aliud
est præterquã iustitia illa originali carere
Alex. de cum quisque eam habere debeat, vt ait Ale
Ales. 2. xander de Ales, & qui in animæ, & corpo-
p. q. 121. ris vnione Adæ filius esse incipit, ideo tũc
Simile. hæc obligatio incipit, & quia omnes sumus filij, omnes in obligationem hanc & peccatum incidimus. Si cerua prægnans est, & uenenosa sagitta à uenatore configitur, certum est ceruę filios una cum matre interire, quos cerua uentre continebat, eodem modo diabolus parentem nostrum Adam tentationis venabulo configens culpa occidit, & cum omnes in eo originali-
C ter, & seminarie essemus, eum occidens nos quoque occidit, neque solum originali culpa occidit, uerum etiam plures alias miserias reliquit, uoluntas enim tam infirma remansit, ut absque eo iustitiæ originalis fræno sensus regere non possit, sed statim ac sua obiecta apprehendunt, ad ea tanquam equus effrænus & præceps accurrunt. Hinc est, ut tactus libertatem non habeat, quin rebus mollibus & delicatis delectetur, neque aures quin ex cantu, & concentu capiant uoluptatem, & sic de alijs
Rom. 7. sensibus. Hãc ob causam dixit D. Paulus, ego autem carnalis sum uenundatus sub
D peccato, idest, secundum sensum carnalibus & sensualibus delectationibus inclinatus sum. In statu innocentiæ nihil huiusmodi fuisset, at iustitia originali amissa, uenundatus sum sub peccato, idest, uicta sensualitas mea remansit, & inclinationis suę serua. Peccatum uocat eo loco D. Paulus inclinationem illam, quam sensus habet, vt proprijs delectetur obiectis, non q̃ ea peccatum sit, sed quia ad peccandum incitat, & peccati occasio est. Causa autem cur sensum adeo his delectationibus subiectum habeã, est, quia (inquit) quod ope- A
ror nõ intelligo, idest passiones illas, quas interdum sentio, non intelligo, idest, appetitui intellectiuo nõ obtemperant, qui est uoluntas, & ita non quod uolo bonum, hoc ago, sed q̃d odio malum illud facio, idest, ita liberi sunt sensualitatis appetitus ut me nolente suas capiant uoluptates. Si non esset peccatum neque gustus, neque tactus, neque alius sensus in suis proprijs obiectis, nisi permittente uoluntate delectarentur.

Neque solum hæc repugnantia nobis ex peccato remansit, uerum etiam ignorãtia cum alijs pluribus miserijs. Dauid tra- B
ctat hoc egregie cum ait, sepulchrum pa- Psalm. 5.
tens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, iudica illos Deus. Decidant à cogitationibus suis, secũdum multitudinem impietatum eorum expelles eos, quoniam irritauerunt te domine. D. Paulus, cum diceret omnes peccatores esse, inter alia Rom. 3.
quibus hoc probat vnum est, sepulchrum patens est guttur eorum. Adæ peccatum gutturis peccatum fuit, & gulæ, quæ primos illos parentes occidit, & quia non eos solum, sed omnes occidit, ideo ait sepulchrum esse apertum vt deuoret omnes. Ait præterea Dauid linguis suis dolose age- C
bant, quia post peccatũ male locuti sunt. Nam cum uocaret eos Deus ad iudicium, dixit Adam, mulier quã dedisti mihi, &c. Quasi diceret, non dedisses mihi dñe hanc Gen. 3.
sociam, hæc enim me ad peccandum induxit. Male loqueris Adam, quia liberum habebas arbitrium & iudicium, ne te uinci ac decipi sineres. Respondit Eua, serpens decepit me, inepta excusatio, mulier adeo prudens ut tu eras à bruto animali ita decipi debebat? Quare quia iustam peccandi causam non attulerunt, addit Dauid, iudica illos Deus. Sed qua pœna eos puniri æquum erat? ea nimirum, quæ à sapien- D
te ponitur per quę quis peccat, per ea torqueatur. Blasphemus es, clauo lingua configenda est. Vna ex pœnis quibus illi digni Sap. 11.
erant est, decidant à cogitationib. suis, contra ac cogitabant, fiat. Dei scientiam habere optabant, cuius scire est, filiũ sibi æqualem, & eiusdem sapientiæ generare; scire hoc optatis? at tantæ temeritatis pœna erit, ut quemadmodum Deus filium generat, naturã sapientem & bonum, uos filios stultos & malos, & miseriarum plenos ge-

A neretis. Cui datur aliquid plurimi valoris & pretij seruandum, si illud ea qua debet diligentia non seruat: æquum est vt ei auferatur. Dedisti domine primis illis parentibus paradisum voluptatis custodiendū, Simile. ingrati fuerunt custodes, quia ab eo quod illis vetitū a te erat abstinere noluerunt: Gen. 2. ideo secundùm multitudinem impietatū eorum expelle eos, quoniā irritauerunt te dñe. Ait ſm multitudinem, quia si statim peccatum suum agnouissent, & verā egissent pœnitentiam, neque peccatum pecca to suis excusationibus addidissent: statim B Deus ignouisset, neque eos a paradiso eiecisset. Cum igitur certissimum sit omnes in peccato esse conceptos, necessario sequitur corpus viuere non posse, nisi moriatur illud, quod ei vitam tribuit, idest, anima, neque etiam viuere potest anima, nisi moriatur illud per quod viuit. Animæ vita Deus est, & ita ait D. Ioannes, qui habet fi- 1. Io. 5. lium Dei, habet vitam. Hæc vita datur no Rom. 5 bis per eius sacratissimam mortem, vt affirmat D. Paulus dicens, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, cuius virtute animæ omnes sanctæ, quæ ab initio C mundi fuerunt, vitam acceperunt, & accipient omnes, quæ erunt vsque ad cōsummationem sæculi. Vt igitur Dei filius animæ nostræ vitam tribueret, humanam naturam decreuit assumere, pœnarum plenā Sed pœnas sine culpa esse voluit, quia culpæ remedium futuræ erant. Et iō conuenientissimum erat, vt sanctissima mater, ex qua carnem pœnarum plenam erat assumpturus, omni culpa careret, vt illa sola ab hac cōmuni miseria immunis esset, & libera, & ita eius anima corpori vitā daret, vt diuina gratia viua remaneret p virtutem mortis filij sui vnigeniti. Quia vt D quis peccato originali careat, satis est habere aut iustitiam originalem, vel aliud quidpiam tāti valoris, aut etiam maioris, & hæc est diuina gratia, q̄ si absolutè loquimur, præstantior est q̄ iustitia originalis, qa perfectius nos cū Deo cōiungit, vt ait Scotus & Gabriel. Quàmuis habēt se gratia & iustitia originalis sicut excedens & Sco. i 3. excessum, quia iustitia originalis frenabat d. 19. ad sensualitatem, quod nō facit gratia, tamē 4. argu. gratia excedit iustitiam in præstātiori p- Gabr. 2. prietate, quia coniungit nos fini vltimo, pa. d. 30. vt summe honesto, propter se summe dili- 1. dub. 2 gendo: at iustitia originalis coniungebat

nos Deo, vt fini conuenienti & delectabi- A li. Quemadmodum dicimus hominem perfectiorem esse leone, quamuis leo homini in fortitudine præstet. Et tertiū est quòd gratia animam plus ad bonum inclinat & excitat, quam iustitia originalis, & ita fortiores sunt iusti & constantiores Esa. 9. diuina gratia muniti, quam fuit Adam sola originali iustitia, vt experientia patuit, quandoquidem tot ac tanta pati tormenta maluerunt, quam Deum offendere. Adam autem tam leui occasione peccauit. Quapropter illud dici optime potest B Esaiæ, lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus. Adam & Eua lateres fuerunt, leuissimo. n. ictu contriti sunt. iusti autem nunc lapides sunt durissimi ad cæli ædificium restaurandum, & tales lapides vt tot ictus integri & solidi perferre potuerint. Quot ictus tot martyres pertulerunt, quod si nunc infirmiores, sumus, non est qa nō possumus, sed quia diuinæ grãæ auxilium quærere nolumus, quo anima corroboratur. Audite. n quid de se D. Phil. 4. Paulus dicat. Omnia (inquit) possum in eo qui me confortat. Cùm igitur gratia sit iustitia originali præstantior, sanctissimam illā animam ab originali peccato li C berare potuit, & eam puram & innocentē Psal. 40. efficere, vt Dei matrem decebat. Et ideo dixit Dauid eius nomine. In hoc cognoui, quoniam voluisti me, qm̄ non gaudebit inimicus meus super me. Me aūt propter innocentiam suscepisti, & cōfirmasti me in conspectu tuo in æternū. Quę verba Dauid conuenire non videnť, quia innocens non fuit, neque Christo redēptori nostro, qui semper Deus fuit, & eius humanitas non fuit antequam vniretur diuinitati, igitur propter innocentiam suā suscipi non potuit, quia nunquam fuit antequā susciperetur. Quare nulli verba illa tā D proprie conuenire posse videntur, quam sanctissimæ virgini. Me aūt propter innocentiam suscepisti, quia Deus talem effecit, ideò eam sibi matrem elegit. Dico eā talem effecisse, quia ipsemet illam præseruauit per merita præuisa suæ passionis. Hoc significasse videtur propheta Habacuch verbis quibusdā obscurissimis Sol & Haba. 3 Luna steterunt in tabernaculo suo, i luce sagittarū tuarū ibunt in splendore fulgētis hastæ tuæ. Tabernaculū i quo Deus creauit hominē fuit innocentia, quę man

sio

A lio erat omnib. hominibus communis, vt rum ex ea illos Adæ culpa eiecit, at Sol & Luna steterũt in tabernaculo suo. De sanctissima virgine dicitur, pulchra vt Luna, electa vt Sol. Sol vocari potest, quantũ ad animam, Luna verò quantũ ad corpus, & hic Sol & Luna statim in innocentia positi fuerũt, & in ea steterunt. Ibunt (inquit) in luce sagittarum tuarum Hę sagittæ dolores sunt & tormenta Redẽptoris nostri. O acutissimas sagittas ad filiorũ Adæ corda configenda; infœlix anima, quæ ab ijs sese vulnerari nõ finit, nec duci lumine & splendore fulgurantis hastæ, quæ est sanctissima crux. Per hos igitur dolores, per
B
Cant. 2. hãc crucẽ meruit Christus Redempt. Noster Sanctissimæ matris suæ præseruationem. Ideo ait sponsus, sicut liliũ inter spinas, sic anima mea. Lilium a spinis nõ læditur, sed custoditur, ne manib. contrectari possit: ideo horti spinarum septis muniri solent. Vt igitur lilium inter spinas seruatur; ita cœlestis hæc virgo per Sãctissimę Passionis spinas, & dolores est præseruata. Et ideo de ea ẽt dicitur. Comæ capitis
Cant. 7. Aristo. tui sicut purpura regis iuncta canalibus, Ait Aristoteles, quod homo est arbor euersa, eius enim radices capilli sunt, & quia radices principium sunt, ideo per purissimæ
C virginis capillos eius principium & conceptio significatur. Et hanc ait esse Spiritus Sanctus tanquam purpuram recẽter egressam è canalibus, vbi perfectissimo illo colore tingitur. Quod significat conceptionem suam lotam & imbutam fuisse in canalibus illis preciosissimi corporis Christi, qui sunt eius vulnera. O canales Sanctissimi, vbi Christianorum animæ lauantur, & diuinum colorẽ accipiunt. Hic hic fratres charissimi si vos interdum Sancta meditatione, & contẽplatione lauaretis, alium profecto colorem haberetis, ab eo
D quem nunc habetis diuersissimum. Cùm rex Pharao fugientes sequeretur Hebręos
Exo. 14 diuisit Deus mare, vt Hebræi sicco pede transirent, quod valde mane factum est, & per virgam, cumq. iam liberi essent, Maria Moysis soror accepit tympanum, & aliarum mulierum chorum, ducens laudes Deo canere cœpit. Quam ob causam inter alias matronas iunior Maria pulsat tympanum, chorum ducit & cantum incipit prior mota nimirum Spiritu Sancto hoc agebat, huius Sacratissimæ Mariæ figura erat, quod cum præseruãda esset a culpa A illa festum præseruationis filiorum Israel celebrare voluit. Præseruatio fuit illa miraculosa, quia nisi Deus eos liberasset perijssent omnes. Sequebatur Pharaonis exercitus populum Israel, diuidit Deus mare, transeunt Hebræi, obruunt Ægyptij, instrumentum Moysis virga fuit, cuius tactu apertum est mare & clausum, & hoc (vt dixi) diluculo fuit, eodem modo diabolus, & peccatum Sanctissimam hanc Dei matrem sequebantur, & eam assequuti profecto essent, nisi Deus eam sacra hac crucis virga præseruasset, & hoc Psal. 45. valde mane, idest in conceptione, vt prædixerat antea Dauid dicens, adiuuabit eã B Deus mane diluculo. Fuisse autem preseruationem illam Hebræorum huius figu- Cant. 1. ram & typum aperte dixit sponsus his verbis, in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea. Si matris meæ (ait verbum diuinum) prærogatiuas scire optatis in curribus Pharaonis eam depinxi, & præfiguraui. Quapropter meritò cœlestem hanc Reginam puram ab omni culpa fuisse fatemur. Verum quia de originali peccato egimus, quæro cum parentes nostri peccauerunt, quodnam obsecro, crimen cõmiserunt? occiderunt ne aliquem, fures ne fuerunt, aut aggressores itinerum? mi- C nime, sed quia pomum tantummodo comederunt, ideo statim tot pœnis a Dei iustitia sunt tanta cum seueritate puniti? adeo seuerus est Deus? ita ne peccatum odit, ita punit? ita profecto, & ideo fratres charissimi si (vt Diuus Iacobus de lingu loquens dixit) paruus ignis ma- D. Iac. 3 gnam syluam incendit, paruum Adæ peccatum vniuersæ humanæ naturæ detrimento fuit. Quonam modo nunc peccare audemus? quod si dicitis: Quid paruum ne vocas Adæ peccatum? paruum voco si alijs, quam plurimis, quæ D vos quotidie committitis, comparetur.

Peccati grauitas absolute consistit in obiecti & præcepti præstantia, cõtra quod committitur, ideo peccata contra præcepta primæ tabulæ sunt grauiora, quam contra præcepta secundæ tabulæ. Et peccatum quod est contra præceptum legis naturę grauius est, quod fit contra solam legem diuinam positiuam quale fuit Adę peccatum, ita vt grauius peccatum sit blasphemia contra Deum, odium contra pro-

A proximum (quo plenus est mũdus) quam
Scot. in Adæ peccatum. Et ita Scotus: ait quod si
2.d.22. Adam eo peccato damnatus fuisset, minorem pro eo pœnam in inferno habuisset, quã alij plurimi habituri sunt ob alia peccata. Caueamus igitur diligentissime ne Deum qui peccatum ita odit, & punit nostris irritemus peccatis. Eum continuis precib. rogemus, ut nos a diaboli insidijs
Psal. 16. seruet & custodiat, & cum Dauid dicam*, custodi me ut pupillam oculi tui. Peto a te domine, ut me custodias, non ut caput tuum, quod spinis coronari permisisti, nõ ut manus tuas & pedes, quos clauis confo-
B dendos, non ut corpus tuum, quod crucifigendum tradidisti, sed ut pupillam oculi tui, ut matrem tuam sanctissimam, quę est oculi tui pupilla, custodisti, ut si ac huc usque offendi, saltem post hæc caueam ne te ulla in re, offendam gratia tua custoditus, qua acquiritur gloria, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

DOMINICA TERTIA in Aduentu Domini.

C

Concio Prima.

Miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas, ad Ioannem, &c. Ioan. 1.



CElebrat hoc tẽpore sancta mater Ecclesia (ut præterita Dominica diximus) magni illius beneficij memoriam, cum Deus ẽ cœlo in terram delapsus homo voluit apparere, &
D ideo his diebus nobis Euangelia proponit, in quibus Iesum Christum uerum esse Deum præclarissima comprobat testimonia. In superiori Dominica de seipso dominus testimonium dedit, & de diuo Baptista, hodie de alio testimonio agitur, qđ D. Ioãnes de seipso, & de Christo Dei filio
Ioan. 1. dedit. Nam postea quam gloriosus Euangelista Ioannes tres illas ueritates proposuisset adeo difficiles, ut uix eas mũdus deglutire potuerit, quatũ prima fuit, in principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, secũda, dedit A eis potestatẽ filios Dei fieri, ijs, qui credũt in nomine eius: tertiam, verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Vt has ueritates confirmaret, addidit statim, Ioãnes testimonium perhibet de ipso. Et easdem ibi ueritates alijs repetit uerbis, quibus eas ante sanctus Baptista protulerat, quasi diceret, uidebuntur uobis hæc quæ dixi, creditu difficilia, at credite uerissima ea esse, & indubitata. Quia alius cui nos fidẽ præstatis, ea antea dixit sanctus. f. ille uir Ioãnes, qui fuit missus a Deo, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Itaque sublimiora sacri Euangelij mysteria sanctus Euangelista confirmare uoluit, quia ea gloriosus Baptista prædicauerat, tanta eius erat authoritas. Et statim ait, hoc est testimonium Ioannis quãdo miserunt Iudęi ab Hierosolymis sacerdotes, & leuitas ad eum. Tũc enim clarum hoc de eo testimonium dedit d cens. *Ipse est qui post me uenturus est, qui ante me factus est.* D. Augustinus, B. Ambrosius, B. Gregorius, dicunt, ante me, hoc loco significare, honoratior est me, mihi in honore, & dignitate præstat. Verum duo hæc uerba ante, & post, cum contraria sint, & ideo eiusdem generis, necessario sequitur debere fieri circa idem, & ita si unum prius tẽpus significat, alterum posterius tempus significabit, non rem diuersam, ut est, post me factus est homo, & me honoratior est. Quod si animaduertimus quonam modo D. Ioannes paulo post eadem uerba retulerit dicens: hic est, de quo dixi, post me venit uir qui ante me factus est, ueram hanc esse intelligẽtiam inuenicmus, quia Christus Redemptor noster in instanti suæ cõceptionis fuit uir, idest usus est ratione, & omnem habuit sapientiam quam semper erat habiturus, quæ sunt uiri opera, & ita significat quod ille, qui uenit, & natus est post eũ, factus uir ante eum. Et ita hoc intelligit Magister sententiarum & doctor Seraphicus D. Bonauẽtura, & hãc ob causam, quia sanctus hic uir hæc de Redẽptore testimonia daturus erat, res fuit conuenientissima, ut eum ante quam baptizaret, non uideret, neq; familiaritatem cum eo habuerit, ut ipsemet fatetur paulo inferius dicens, & ego nesciebam eum. Et credendum est, quod plurimũ domini familiaritatem optabat, eum semper audire,

Aug. tra ct a. 4. su per Io. & Amb. li. 3. de fide cat. 5. & Gre. ho. 9. super Euang.
C
D
Mag. sẽ. l 3. d. 13. c. 1. & D. Bonau. li. 3. & in 2. sen d. 3. art. 3. q. 1.

A lio erat omnib. hominibus communis, verum ex ea illos Adæ culpa eiecit, at Sol & Luna steterũt in tabernaculo suo. De sanctissima virgine dicitur, pulchra vt Luna, electa vt Sol. Sol vocari potest, quantũ ad animam, Luna verò quantũ ad corpus, & hic Sol & Luna statim in innocentia positi fuerũt, & in ea steterunt. Ibunt (inquit) in luce sagittarum tuarum Hę sagittæ dolores sunt & tormenta Redẽptoris nostri. O acutissimas sagittas ad filiorũ Adæ corda configenda; infœlix anima, quæ ab ijs se se vulnerari nõ finit, nec duci lumine & splendore fulgurantis hastæ, quæ est sanctissima crux. B Per hos igitur dolores, per Cant.2. hãc crucẽ meruit Christus Redempt. Noster Sanctissimæ matris suæ præseruationem. Ideo ait sponsus, sicut liliũ inter spinas, sic anima mea. Lilium a spinis nõ læditur, sed custoditur, ne manib. contrectari possit: ideo horti spinarum septis muniri solent. Vt igitur lilium inter spinas seruat; ita cælestis hæc virgo per Sãctissimę Passionis spinas, & dolores est præseruata. Cant.7. Et ideo de ea ẽt dicitur. Comæ capitis Aristo. tui sicut purpura regis iuncta canalibus. Ait Aristoteles, ꝙ homo est arbor euersa, eius enim radices capilli sunt, & quia radices principium sunt, ideo per purissimæ C virginis capillos eius principium & conceptio significatur. Et hanc ait esse Spiritus Sanctus tanquam purpuram recẽter egressam ẽ canalibus, vbi perfectissimo illo colore tingitur. Quod significat conceptionem suam totam & imbutam fuisse in canalibus illis preciosissimi corporis Christi, qui sunt eius vulnera. O canales Sanctissimi, vbi Christianorum animæ lauantur, & diuinum colorẽ accipiunt. Hic hic fratres charissimi si vos interdum Sancta meditatione, & cõtẽplatione lauaretis, alium profecto colorem haberetis, ab eo D quem nunc habetis diuersissimum. Cùm rex Pharao fugientes sequeretur Hebrẹos Exo.14 diuisit Deus mare, vt Hebræi sicco pede transirent, quod valde mane factum est, & per virgam, cumq. iam liberi essent, Maria Moysis soror accepit tympanum, & aliarum mulierum chorum, ducens laudes Deo canere cœpit. Quam ob causam inter alias matronas iunior Maria pulsat tympanum, chorum ducit & cantum incipit prior, mota nimirum Spiritu Sancto hoc agebat, huius Sacratissimæ Mariæ figura erat, q̃ cum præseruãda esset a culpa A illa festum præseruationis filiorum Israel celebrare voluit. Præseruatio fuit illa miraculosa, quia nisi Deus eos liberasset perijssent omnes. Sequebatur Pharaonis exercitus populum Israel, diuidit Deus mare, transeunt Hebræi, obruunt Ægyptij, instrumentum Moysis virga fuit, cuius tactu apertum est mare & clausum, & hoc (vt dixi) diluculo fuit, eodem modo diabolus, & peccatum Sanctissimam hanc Dei matrem sequebantur, & eam assequuti profecto essent, nisi Deus eam sacra hac crucis virga præseruasset, Psal.45. & hoc valde mane, idest in conceptione, vt prædixerat antea Dauid dicens, adiuuabit eã B Deus mane diluculo. Cant.1. Fuisse autem præseruationem illam Hebræorum huius figuram & typum aperte dixit sponsus his verbis, in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea. Si matris meæ (ait verbum diuinum) prærogatiuas scire optatis in curribus Pharaonis eam depinxi, & præfiguraui. Quapropter meritò cœlestem hanc Reginam puram ab omni culpa fuisse fatemur. Verum quia de originali peccato egimus, quæro cum parentes nostri peccauerunt, quodnam obsecro, crimen cõmiserunt? occiderunt ne aliquem, fures ne fuerunt, aut aggressores itinerum? C minime, sed quia pomum tantummodo comederunt, ideo statim tot pœnis a Dei iustitia sunt tanta cum seueritate puniti? adeo seuerus est Deus? ita ne peccatum odit, ita punit? ita profecto, & ideo fratres charissimi si (vt Diuus Iacobus D.Iac.3 de lingua loquens dixit) paruus ignis magnam syluam incendit, paruum Adæ peccatum vniuersæ humanæ naturæ detrimento fuit. Quonam modo nunc peccare audemus? quod si dicitis: Quid paruum ne vocas Adæ peccatum? paruum voco si alijs, quam plurimis, quæ D vos quotidie committitis, comparetur.

Peccati grauitas absolute consistit in obiecti & præcepti præstantia, cõtra quod committitur, ideo peccata contra præcepta primæ tabulæ sunt grauiora, quam contra præcepta secundæ tabulæ. Et peccatum quod est contra præceptum legis naturę grauius est, quod fit contra solam legem diuinam positiuam quale fuit Adę peccatum, ita vt grauius peccatum sit blasphemia contra Deum, odium contra pro-

A proximum (quo plenus est mũdus) quam
Scot. in Adæ peccatum. Et ita Scotus: ait quod si
2.d.22. Adam eo peccato damnatus fuisset, mino
rem pro eo pœnam in inferno habuisset,
quã alij plurimi habituri sunt ob alia pec-
cata. Caueamus igitur diligentissime ne
Deum qui peccatum ita odit, & punit no
stris irritemus peccatis. Eum continuis
precib. rogemus, ut nos a diaboli insidijs
Psal. 16. seruet & custodiat, & cum Dauid dicam*,
custodi me ut pupillam oculi tui. Peto a
te domine, ut me custodias, non ut caput
tuum, quod spinis coronari permisisti, nõ
ut manus tuas & pedes, quos clauis confo-
B dendos, non ut corpus tuum, quod crucifi
gendum tradidisti, sed ut pupillam oculi
tui, ut matrem tuam sanctissimam, quę est
oculi tui pupilla, custodisti, ut si te hucus-
que offendi, saltem post hæc caueam ne te
ulla in re, offendam gratia tua custoditus,
qua acquiritur gloria, ad quam nos perdu
cat Iesus Mariæ filius. Amen.

DOMINICA TERTIA in Aduentu Domini.

C

Concio Prima.

Miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sa cerdotes & Leuitas, ad Ioannem, &c. Ioan. 1.



CElebrat hoc tẽpore sancta
mater Ecclesia (ut præteri
ta Dominica diximus) ma
gni illius beneficij memo
riam, cum Deus è cœlo in
terram del ipsus homo voluit apparere, &
D ideo his diebus nobis Euangelia propo-
nit, in quibus Iesum Christum uerum esse
Deum præclarissima comprobãt testimo-
nia. In superiori Dominica de seipso do-
minus testimonium dedit, & de diuo Ba-
ptista, hodie de alio testimonio agitur, qđ
D Ioãnes de seipso, & de Christo Dei filio
Ioan. 1. dedit Nam postea quam gloriosus Euan-
gelista Ioannes tres illas ueritates propo-
suisset adeo difficiles, ut uix eas mũdus de-
glutire potuerit, quarũ prima fuit, in prin-
cipio erat uerbum, & uerbum erat apud
Deum, & Deus erat verbum. secũda, dedit A
eis potestatẽ filios Dei fieri, ijs, qui credũt
in nomine eius: tertiam, verbum caro fa
ctum est, & habitauit in nobis. Vt has ue-
ritates confirmaret, addidit statim, Ioãnes
testimonium perhibet de ipso. Et easdem
ibi ueritates alijs repetit uerbis, quibus eas
ante sanctus Baptista protulerat, quasi di-
ceret, uidebuntur uobis hæc quæ dixi, cre-
ditu difficilia, at credite uerissima ea esse,
& indubitata. Quia alius cui uos fidẽ præ-
statis, ea antea dixit sanctus. s. ille uir Ioã-
nes, qui fuit missus a Deo, ut testimonium
perhiberet de lumine, ut omnes crederent
per illum Itaque sublimiora sacri Euange B
lij mysteria sanctus Euangelista confirma
re uoluit, quia ea gloriosus Baptista prædi
cauerat, tanta eius erat authoritas. Et sta-
tim ait, hoc est testimonium Ioannis quã-
do miserunt Iudęi ab Hierosolymis sacer
dotes, & leuitas ad eum. Tũc enim clarum Aug. tra
hoc de eo testimonium dedit dicens. *Ipse* cta. 4. su
est qui post me uenturus est, qui ante me fa- per Io. &
ctus est. D. Augustinus, B. Ambrosius, B. Amb li.
Gregorius, dicunt, ante me, hoc loco signi 3. de fide
ficare, honoratior est me, mihi in honore, cat. 5. &
& dignitate præstat. Verum duo hæc uer- Gre. ho.
ba ante, & post, cum contraria sint, & ideo 9. super
eiusdem generis, necessario sequitur debe- Euang.
re fieri circa idem, & ita si unum prius tẽ- C
pus significat, alterum posterius tempus si
gnificabit, non rem diuersam, ut est, post
me factus est homo, & me honoratior est.
Quod si animaduertimus quonam modo
D. Ioannes paulo post eadem uerba retule
rit dicens: hic est, de quo dixi, post me ve-
nit uir qui ante me factus est, ueram hanc
esse intelligẽtiam inueniemus, quia Chri-
stus Redemptor noster in instanti suæ cõ-
ceptionis fuit uir, idest usus est ratione, &
omnem habuit sapientiam quam semper
erat habiturus, quæ sunt uiri opera, & ita
significat quod ille, qui uenit, & natus est D
post eũ, factus uir ante eum Et ita hoc in-
telligit Magister sententiarum & doctor Mag. sẽ.
Seraphicus D. Bonauẽtura, & hãc ob cau- i 3. d. 13.
sam, quia sanctus hic uir hæc de Redẽpto- c. 1. & D.
re testimonia daturus erat, ita fuit conue- Bonau.
nientissima, ut eum ante quam baptizа- li. 3. & in
ret, non uiderit, neq; familiaritatem cum 2. sen d.
eo habuerit, ut ipsemet fatetur paulo infe- 3. art. 3.
rius dicens, & ego nesciebam eum Et cre- q. 1.
dendum est, quod plurimũ domini fami-
liaritatem optabat, eum semper audire,

A lio erat omnib. hominibus communis, ve rum ex ea illos Adæ culpa eiecit, at Sol & Luna steterũt in tabernaculo suo. De sanctissima virgine dicitur, pulchra vt Luna, electa vt Sol. Sol vocari potest, quantũ ad animam, Luna verò quantũ ad corpus, & hic Sol & Luna statim in innocentia positi fuerũt, & in ea steterunt. Ibunt (inquit) in luce sagittarum tuarum Hę sagittæ dolores sunt & tormenta Redẽptoris nostri. O acutissimas sagittas ad filiorũ Adæ corda configenda; infœlix anima, quæ ab ijs se se vulnerari nõ finit, nec duci lumine & splendore fulgurantis hastæ, quæ est san-
B ctissima crux. Per hos igitur dolores, per
Cant. 2. hãc crucẽ meruit Christus Redempt. Noster Sanctissimæ matris suæ præseruationem. Ideo ait sponsus, sicut liliũ inter spinas, sic anima mea. Lilium à spinis nõ læditur, sed custoditur, ne manib. contrectari possit: ideo horti spinarum septis muniri solent. Vt igitur lilium inter spinas seruat; ita cœlestis hæc virgo per Sãctissimę Passionis spinas, & dolores est præserua-
Cant. 7. ta. Et ideo de ea ẽt dicitur. Comæ capitis
Aristo. tui sicut purpura regis iuncta canalibus, Ait Aristoteles, q̃ homo est arbor euersa, eius enim radices capilli sunt, & quia radices principium sunt, ideo per purissimæ
C virginis capillos eius principium & conceptio significatur. Et hanc ait esse Spiritus Sanctus tanquam purpuram recẽter egressam è canalibus, vbi perfectissimo illo colore tingitur. Quod significat conceptionem suam lotam & imbutam fuisse in canalibus illis preciosissimi corporis Christi, qui sunt eius vulnera. O canales Sanctissimi, vbi Christianorum animæ lauantur, & diuinum colorẽ accipiunt. Hic hic fratres charissimi si vos interdum Sancta meditatione, & contẽplatione lauaretis, alium profecto colorem haberetis, ab eo
D quem nunc habetis diuersissimum. Cùm rex Pharao fugientes sequeretur Hebręos
Exo. 14 diuisit Deus mare, vt Hebræi sicco pede transirent, quod valde mane factum est, & per virgam, cumq. iam liberi essent, Maria Moysis soror accepit tympanum, & aliarum mulierum chorum, ducens laudes Deo canere cœpit. Quam ob causam inter alias matronas iunior Maria pulsat tympanum, chorum ducit & cantum incipit prior, mota nimirum Spiritu Sancto hoc agebat, huius Sacratissimæ Mariæ figura erat, q̃ cum præseruãda esset a culpa A illa festum præseruationis filiorum Israel celebrare voluit. Præseruatio fuit illa miraculosa, quia nisi Deus eos liberasset perijssent omnes. Sequebatur Pharaonis exercitus populum Israel, diuidit Deus mare, transeunt Hebræi, obruunt Ægyptij, instrumentum Moysis virga fuit, cuius tactu apertum est mare & clausum, & hoc (vt dixi) diluculo fuit, eodem modo diabolus, & peccatum Sanctissimam hanc Dei matrem sequebantur, & eam assequuti profecto essent, nisi Deus eam sacra hac crucis virga præseruasset, & hoc Psal. 45. valde mane, idest in conceptione, vt prædixerat antea Dauid dicens, adiuuabit eã B Deus mane diluculo. Fuisse autem presernationem illam Hebræorum huius figu- Cant. 1. ram & typum aperte dixit sponsus his verbis, in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea. Si matris meæ (ait verbum diuinum) prærogatiuas scire optatis in curribus Pharaonis eam depinxi, & præfiguraui. Quapropter meritò cœlestem hanc Reginam puram ab omni culpa fuisse fatemur. Verum quia de originali peccato egimus, quæro cum parentes nostri peccauerunt, quodnam obsecro, crimen cõmiserunt? occiderunt ne aliquem, fures ne fuerunt, aut aggressores itinerum? minime, sed quia pomum tantummodo co- C mederunt, ideo statim tot pœnis a Deo iustitia sunt tanta cum seueritate puniti? adeo seuerus est Deus? ita ne peccatum odit, ita punit? ita profecto, & ideo fratres charissimi si (vt Diuus Iacobus D. Iac. 3 de lingua loquens dixit) paruus ignis magnam syluam incendit, paruum Adæ peccatum vniuersæ humanæ naturæ detrimento fuit. Quonam modo nunc peccare audemus? quod si dicitis: Quid paruum ne vocas Adæ peccatum? parnum voco si alijs, quam plurimis, quæ D vos quotidie committitis, comparetur.

Peccati grauitas absolute consistit in obiecti & præcepti præstantia, cõtra quod committitur, ideo peccata contra præcepta primæ tabulæ sunt grauiora, quam contra præcepta secundæ tabulæ. Et peccatum quod est contra præceptum legis naturę grauius est, quod fit contra solam legem diuinam positiuam quale fuit Adę peccatum, ita vt grauius peccatum sit blasphemia contra Deum, odium contra pio-

A proximum (quo plenus est mũdus) quam
Scot. in Adæ peccatum. Et ita Scotus: ait quod si
2.d.22. Adam eo peccato damnatus fuisset, mino
rem pro eo pœnam in inferno habuisset, quã alij plurimi habituri sunt ob alia peccata. Caueamus igitur diligentissime ne Deum qui peccatum ita odit, & punit no stris irritemus peccatis. Eum continuis precib. rogemus, ut nos a diaboli insidijs
Psal. 16. seruet & custodiat, & cum Dauid dicam*, custodi me ut pupillam oculi tui. Peto a te domine, ut me custodias, non ut caput tuum, quod spinis coronari permisisti, nõ ut manus tuas & pedes, quos clauis confo-
B dendos, non ut corpus tuum, quod crucifigendum tradidisti, sed ut pupillam oculi tui, ut matrem tuam sanctissimam, quę est oculi tui pupilla, custodisti, ut si te hucusque offendi, saltem post hæc caueam ne te vlla in re, offendam gratia tua custoditus, qua acquiritur gloria, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

DOMINICA TERTIA in Aduentu Domini.

C

Concio Prima.

Miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas, ad Ioannem, &c. Ioan. 1.



Elebrat hoc tẽpore sancta mater Ecclesia (ut præterita Dominica diximus) magni illius beneficij memoriam, cum Deus è cœlo in terram delapsus homo voluit apparere, &
D ideo his diebus nobis Euangelia proponit, in quibus Iesum Christum uerum esse Deum præclarissima comprobãt testimonia. In superiori Dominica de seipso dominus testimonium dedit, & de diuo Baptista, hodie de alio testimonio agitur, qđ D. Ioãnes de seipso, & de Christo Dei filio
Ioan. 1. dedit. Nam postea quam gloriosus Euangelista Ioannes tres illas ueritates proposuisset adeo difficiles, ut uix eas mũdus deglutire potuerit, quarũ prima fuit, in principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. secũda, dedit A
eis potestatẽ filios Dei fieri, ijs, qui credũt in nomine eius: tertiam, verbum caro factũm est, & habitauit in nobis. Vt has ueritates confirmaret, addidit statim, Ioãnes testimonium perhibet de ipso. Et easdem ibi ueritates alijs repetit uerbis, quibus eas ante sanctus Baptista protulerat, quasi diceret, uidebuntur uobis hæc quæ dixi, credit u difficilia, at credite uerissima ea esse, & indubitata. Quia alius cui uos fidẽ præstatis, ea antea dixit sanctus. Ille uit Ioãnes, qui fuit missus a Deo, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum Itaque sublimiora sacri Euange B
lij mysteria sanctus Euangelista confirmare uoluit, quia ea gloriosus Baptista prædicauerat, tanta eius erat authoritas. Et statim ait, hoc est testimonium Ioannis quãdo miserunt Iudęi ab Hierosolymis sacerdotes, & leuitas ad eum. Tũc enim clarum Aug. tra
hoc de eo testimonium dedit dicens. *Ipse* ctа. 4. su
est qui post me uenturus est, qui ante me fa- per Io. &
ctus est. D. Augustinus, B. Ambrosius, B. Amb li.
Gregorius, dicunt, ante me, hoc loco signi 3. de fide
ficare, honoratior est me, mihi in honore, cap. 5. &
& dignitate præstat. Verum duo hæc uer- Gre. ho.
ba ante, & post, cum contraria sint, & ideo 9. super
eiusdem generis, necessario sequitur debe- Euang.
re fieri circa idem, & ita si unum prius tẽ- C
pus significat, alterum posterius tempus significabit, non rem diuersam, ut est, post me factus est homo, & me honoratior est. Quod si animaduertimus quonam modo D. Ioannes paulo post eadem uerba retulit dicens: hic est, de quo dixi, post me uenit uir qui ante me factus est, ueram hanc esse intelligẽtiam inueniemus, quia Christus Redemptor noster in instanti suæ cõceptionis fuit uir, idest usus est ratione, & omnem habuit sapientiam quam semper erat habiturus, quæ sunt uiri opera, & ita significat quod ille, qui uenit, & natus est D
post eũ, factus uir ante eum Et ita hoc intelligit Magister sententiarum & doctor Mag. sẽ.
Seraphicus D. Bonauẽtura, & hãc ob cau- 3. d. 13.
sam, quia sanctus hic uir hæc de Redẽpto- c. 1. & D.
re testimonia daturus erat, res fuit conue- Bonau.
nientissima, ut eum ante quam baptizaret, non uiderit, neq; familiaritatem cum li. 3. & in
eo habuerit, ut ipsemet fatetur paulo infe- 2. sen d.
rius dicens, & ego nesciebam eum Et cre- 3. art. 3.
dendum est, quod plurimũ domini fami- q. 1.
liaritatem optabat, eum semper audire,

ab

A lio erat omnib. hominibus communis, verum ex ea illos Adæ culpa eiecit, at Sol & Luna steterũt in tabernaculo suo. De sanctissima virgine dicitur, pulchra vt Luna, electa vt Sol. Sol vocari potest, quantũ ad animam, Luna verò quantũ ad corpus, & hic Sol & Luna statim in innocentia positi fuerũt, & in ea steterunt. Ibunt (inquit) in luce sagittarum tuarum Hę sagittæ dolores sunt & tormenta Redẽptoris nostri. O acutissimas sagittas ad filiorũ Adæ corda configenda; infœlix anima, quæ ab ijs sese vulnerari nõ sinit, nec duci lumine & splendore fulgurantis hastæ, quæ est sanB ctissima crux. Per hos igitur dolores, per Cant. 2. hãc crucẽ meruit Christus Redempt. Noster Sanctissimæ matris suæ præseruationem. Ideo ait sponsus, sicut liliũ inter spinas, sic anima mea. Lilium a spinis nõ læditur, sed custoditur, ne manib. contrectari possit: ideo horti spinarum septis muniri solent. Vt igitur lilium inter spinas seruat; ita cælestis hæc virgo per Sãctissimę Passionis spinas, & dolores est præseruaCant. 7. ta. Et ideo de ea ẽt dicitur. Comæ capitis Aristo. tui sicut purpura regis iuncta canalibus. Ait Aristoteles, ꝙ homo est arbor euersa, eius enim radices capilli sunt, & quia radices principium sunt, ideo per purissimæ C virginis capillos eius principium & conceptio significatur. Et hanc ait esse Spiritus Sanctus tanquam purpuram recẽter egressam è canalibus, vbi perfectissimo illo colore tingitur. Quod significat conceptionem suam lotam & imbutam fuisse in canalibus illis preciosissimi corporis Christi, qui sunt eius vulnera. O canales Sanctissimi, vbi Christianorum animæ lauantur, & diuinum colorẽ accipiunt. Hic hic fratres charissimi si vos interdum Sancta meditatione, & contẽplatione lauaretis, alium profecto colorem haberetis, ab eo D quem nunc habetis diuersissimum. Cùm rex Pharao fugientes sequeretur Hebręos Exo. 14 diuisit Deus mare, vt Hebræi sicco pede transirent, quod valde mane factum est, & per virgam, cumq. iam liberi essent, Maria Moysis soror accepit tympanum, & aliarum mulierum chorum, ducens laudes Deo canere cœpit. Quam ob causam inter alias matronas iunior Maria pulsat tympanum, chorum ducit & cantum incipit prior, mota nimirum Spiritu Sancto hoc agebat, huius Sacratissimæ Mariæ figura erat, q̃ cum præseruãda esset a culpa A illa festum præseruationis filiorum Israel celebrare voluit. Præseruatio fuit illa miraculosa, quia nisi Deus eos liberasset perijssent omnes. Sequebatur Pharaonis exercitus populum Israel, diuidit Deus mare, transeunt Hebræi, obruunt Ægyptij, instrumentum Moysis virga fuit, cuius tactu apertum est mare & clausum, & hoc (vt dixi) diluculo fuit, eodem modo diabolus, & peccatum Sanctissimam hanc Dei matrem sequebantur, & eam assequuti profecto essent, nisi Deus eam sacra hac crucis virga præseruasset, & hoc Psal. 45. valde mane, idest in conceptione, vt prædixerat antea Dauid dicens, adiuuabit eã B Deus mane diluculo. Fuisse autem præseruationem illam Hebræorum huius figuram & typum aperte dixit sponsus his verbis, in curribus Pharaonis assimilaui te Cant. 1. amica mea. Si matris meæ (ait verbum diuinum) prærogatiuas scire optatis in curribus Pharaonis eam depinxi, & præfiguraui. Quapropter meritò cœlestem hanc Reginam puram ab omni culpa fuisse fatemur. Verum quia de originali peccato egimus, quæro cum parentes nostri peccauerunt, quodnam obsecro, crimen cõmiserunt? occiderunt ne aliquem, fures ne fuerunt, aut aggressores itinerum? minime, sed quia pomum tantummodo comederunt, ideo statim tot pœnis a Dei C iustitia sunt tanta cum seueritate puniti? adeo seuerus est Deus? ita ne peccatum odit, ita punit? ita profecto, & ideo fratres charissimi si (vt Diuus Iacobus de lingua loquens dixit) paruus ignis magnam syluam incendit, paruum Adæ pec- D. Iac. 3 catum vniuersæ humanæ naturæ detrimento fuit. Quonam modo nunc peccare audemus? quod si dicitis: Quid paruum ne vocas Adæ peccatum? paruum voco si alijs, quam plurimis, quæ vos quotidie committitis, comparetur. D

Peccati grauitas absolute consistit in obiecti & præcepti præstantia, cõtra quod committitur, ideo peccata contra præcepta primæ tabulæ sunt grauiora, quam contra præcepta secundæ tabulæ. Et peccatum quod est contra præceptum legis naturę grauius est, quod fit contra solam legem diuinam positiuam quale fuit Adę peccatum, ita vt grauius peccatum sit blasphemia contra Deum, odium contra pro-


A proximum (quo plenus est mūdus) quam
Scot. in Adæ peccatum. Et ita Scotus: ait quod si
2.d.22. Adam eo peccato damnatus fuisset, mino rem pro eo pœnam in inferno habuisset, quā alij plurimi habituri sunt ob alia peccata. Caueamus igitur diligentissime ne Deum qui peccatum ita odit, & punit nostris irritemus peccatis. Eum continuis precib. rogemus, ut nos a diaboli insidijs
Psal.16. seruet & custodiat, & cum Dauid dicam*, custodi me ut pupillam oculi tui. Peto a te domine, ut me custodias, non ut caput tuum, quod spinis coronari permisisti, nō ut manus tuas & pedes, quos clauis confo-
B dendos, non ut corpus tuum, quod crucifigendum tradidisti, sed ut pupillam oculi tui, ut matrem tuam sanctissimam, quę est oculi tui pupilla, custodisti, ut si ie hucusque offendi, saltem post hæc caueam ne te vlla in re, offendam gratia tua custoditus, qua acquiritur gloria, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

DOMINICA TERTIA in Aduentu Domini.

C

Concio Prima.

Miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas, ad Ioannem, &c. Ioan. 1.



CElebrat hoc tēpore sancta mater Ecclesia (ut præterita Dominica diximus) magni illius beneficij memoriam, cum Deus è cœlo in terram dei ipsus homo voluit apparere, &
D ideo his diebus nobis Euangelia proponit, in quibus Iesum Christum uerum esse Deum præclarissima comprobāt testimonia. In superiori Dominica de seipso dominus testimonium dedit, & de diuo Baptista, hodie de alio testimonio agitur, qđ D. Ioānes de seipso, & de Christo Dei filio
Ioan.1. dedit. Nam postea quam gloriosus Euangelista Ioannes tres illas ueritates proposuisset adeo difficiles, ut uix eas mūdus deglutire potuerit, quarū prima fuit, in principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. secūda, dedit A eis potestatē filios Dei fieri, ijs, qui credūt in nomine eius: tertiam, verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Vt has ueritates confirmaret, addidit statim, Ioānes testimonium perhibet de ipso. Et easdem ibi ueritates alijs repetit uerbis, quibus eas ante sanctus Baptista protulerat, quasi diceret, uidebuntur uobis hæc quæ dixi, creditu difficilia, at credite uerissima ea esse, & indubitata. Quia alius cui uos fidē præstatis, ea antea dixit sanctus. S. ille uir Ioānes, qui fuit missus a Deo, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Itaque sublimiora sacri Euange B lij mysteria sanctus Euangelista confirmare uoluit, quia ea gloriosus Baptista prædicauerat, tanta eius erat authoritas. Et statim ait, hoc est testimonium Ioannis quādo miserunt Iudęi ab Hierosolymis sacerdotes, & leuitas ad eum. Tūc enim clarum Aug. tra hoc de eo testimonium dedit dicens. *Ipse* ćta. 4. su *est qui post me uenturus est, qui ante me fa-* per Io. & *ctus est.* D. Augustinus, B. Ambrosius, B. Amb li. Gregorius, dicunt, ante me, hoc loco signi 3. de fide ficare, honoratior est me, mihi in honore, cat. 5. & & dignitate præstat. Verum duo hæc uer- Grę. ho. ba ante, & post, cum contraria sint, & ideo 9. super eiusdem generis, necessario sequitur debe- Euang. re fieri circa idem, & ita si unum prius tē- C pus significat, alterum posterius tempus significabit, non rem diuersam, ut est, post me factus est homo, & me honoratior est. Quod si animaduertimus quonam modo D. Ioannes paulo post eadem uerba retulerit dicens: hic est, de quo dixi, post me uenit uir qui ante me factus est, ueram hanc esse intelligētiam inueniemus, quia Christus Redemptor noster in instanti suæ cōceptionis fuit uir, idest usus est ratione, & omnem habuit sapientiam quam semper erat habiturus, quæ sunt uiri opera, & ita significat quod ille, qui uenit, & natus est D post eū, factus uir ante eum. Et ita hoc intelligit Magister sententiarum & doctor Mag. sē. Seraphicus D. Bonauētura, & hāc ob cau- 13. d. 13. sam, quia sanctus hic uir hæc de Redēpto- c. 1. & D. re testimonia daturus erat, res fuit conue- Bonau. nientissima, ut eum ante quam baptizaret, li. 3. & in non uiderit, neq; familiaritatem cum 2. sen d. eo habuerit, ut ipsemet fatetur paulo infe- 3. art. 3. rius dicens, & ego nesciebam eum. Et cre- q. 1. dendum est, quod plurimū domini familiaritatem optabat, cum semper audire,

A tur originalis, quia eã Deus Adæ dederat pro seipso, & posteris omnibus qui ab eo originem ducunt si quod seruandum illi erat, seruasset, & ita omnes a Deo hanc iustitiam accepimus in Adam, qui pater omnium fuit, & hanc ob causam omnes Deo pro illa debemus, acsi rex daret parẽti tuo comitatum aliquem, aut ducatum pro se, & posteris omnibus. Amisit pater tuus crimine aliquo læsæ maiestatis, ita vt ad te non peruenerit, tamen regi beneficium illud debes, quod tibi in patris tui personã fecit, eodem modo omnes pro eo beneficio quod nobis Deus in Adam fecit, tenemur.

B Originalis igi͡t peccati formale nihil aliud est præterquã iustitia illa originali carere cum quisque eam habere debeat, vt ait Alexander de Ales, & qui in animæ, & corporis vnione Adæ filius esse incipit, ideo tũc hæc obligatio incipit, & quia omnes sumus filij, omnes in obligationem hanc & peccatum incidimus. Si cerua prægnans est, & uenenosa sagitta à uenatore configitur, certum est ceruę filios una cum matre interire, quos cerua uentre continebat, eodem modo diabolus parentem nostrum Adam tentationis venabulo configens culpa occidit, & cum omnes in eo originaliter, & seminarie essemus, eum occidens,

Alex. de Ales. 2. p q. 21.

Simile.

C nos quoque occidit, neque solum originali culpa occidit, uerum etiam plures alias miserias reliquit, uoluntas enim tam infirma remansit, ut absque eo iustitiæ originalis fræno sensus regere non possit, sed statim ac sua obiecta apprehendunt, ad ea tanquam equus effrænus & præceps accurrunt. Hinc est, ut tactus libertatem non habeat, quin rebus mollibus & delicatis delectetur, neque aures quin ex cantu, & concentu capiant uoluptatem, & sic de alijs sensibus. Hãc ob causam dixit D. Paulus, ego autem carnalis sum uenundatus sub

Rom. 7.

D peccato, idest, secundum sensum carnalibus & sensualibus delectationibus inclinatus sum. In statu innocentiæ mihi huiusmodi fuisset, at iustitia originali amissa, uenundatus sum sub peccato, idest, uicta sensualitas mea remansit, & inclinationis suę serua. Peccatum vocat eo loco D. Paulus inclinationem illam, quam sensus habet, vt proprijs delectetur obiectis, non quia peccatum sit, sed quia ad peccandum incitat, & peccati occasio est. Causa autem cur sensum adeo his delectationibus subiectum habeã, est, quia (inquit) quod opero, nõ intelligo, idest passiones illas, quas interdum sentio, non intelligo, idest, appetitui intellectiuo nõ obtemperant, qui est voluntas, & ita non quod uolo bonum, hoc ago, sed qd odio malum illud facio, idest, ita liberi sunt sensualitatis appetitus ut me nolente suas capiant uoluptates. Si non esset peccatum neque gustus, neque tactus, neque alius sensus in suis proprijs obiectis, nisi permittente uoluntate delectarentur.

A

Neque solum hæc repugnantia nobis ex peccato remansit, uerum etiam ignorãtia cum alijs pluribus miserijs. Dauid tractat hoc egregie cum ait, sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, iudica illos Deus. Decidant à cogitationibus suis, secũdum multitudinem impietatum eorum expelles eos, quoniam irritauerunt te domine. D. Paulus, cum diceret omnes peccatores esse, inter alia quibus hoc probat vnum est, sepulchrum patens est guttur eorum. Adæ peccatum gutturis peccatum fuit, & gulæ, quæ primos illos parentes occidit, & quia non eos solum, sed omnes occidit, ideo ait sepulchrum esse apertum vt deuoret omnes. Ait

B

Psalm. 5.

Rom. 3.

C præterea Dauid linguis suis dolose agebant, quia post peccatũ male locuti sunt. Nam cum uocaret eos Deus ad iudicium, dixit Adam, mulier quã dedisti mihi, &c. Quasi diceret, non dedisses mihi dñe hanc sociam, hæc enim me ad peccandum induxit. Male loqueris Adam, quia liberum habebas arbitrium & iudicium, ne te uinci ac decipi sineres. Respondit Eua, serpens decepit me, inepta excusatio, mulier adeo prudens ut tu eras à bruto animali ita decipi debebat? Quare quia iustam peccandi causam non attulerunt, addit Dauid, iudica illos Deus. Sed quæ pœna eos puniri æquum erat ea nimirum, quæ à sapientia ponitur per quę quis peccat, per ea torqueatur. Blasphemi ueſ, clauo lingua configenda est. Vna ex pœnis quibus illi digni erant est, decidant à cogitationibus suis, contra ac cogitabant, fiat. Dei scientiam habere optabant, cuius scire est, filiũ sibi æqualem, & eiusdem sapientiæ generare, scire hoc optatis? at tantæ temeritatis pœna erit, ut quemadmodum Deus filium genuerat, natura sapientem & bonum, uos filios stultos & malos, & miseriarum plenos genere

Gen. 3.

D

Sap. 11.

nere

A neretis. Cui datur aliquid plurimi valoris & pretij seruandum, si illud ea qua debet diligentia non seruat: æquum est vt ei au feratur. Dedisti domine primis illis paren tibus paradisum voluptatis custodiendũ,
Simile. ingrati fuerunt custodes, quia ab eo quod illis vetitũ a te erat abstinere noluerunt:
Gen. 2. ideo secundùm multitudinem impietatũ eorum expelle eos, quoniã irritauerunt te dñe. Ait ſm multitudinem, quia si statim peccatum suum agnouissent, & verã egissent pœnitentiam, neque peccatum pecca to suis excusationibus addidissent: statim
B Deus ignouisset, neque eos a paradiso eiecisset. Cum igitur certissimum sit omnes in peccato esse conceptos, necessario sequtur corpus viuere non posse, nisi moriatur illud, quod ei vitam tribuit, idest, anima, neque etiam viuere potest anima, nisi mo riatur illud per quod viuit. Animæ vita Deus est, & ita ait D Ioannes, qui habet fi-
1. Io. 5. lium Dei, habet vitam. Hæc vita datur no
Rom. 5 bis per eius sacratissimam mortem, vt affirmat D. Paulus dicens, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, cuius virtu te animæ omnes sanctæ, quæ ab initio
C mundi fuerunt, vitam acceperunt, & accipient omnes, quæ erunt vsque ad cõsum̃ mationem sæculi. Vt igitur Dei filius ani mæ nostræ vitam tribueret, humanam na turam decreuit assumere, pœnarum plenã Sed pœnas sine culpa esse voluit, quia culpæ remedium futuræ erant. Et iõ conuenientissimum erat, vt sanctissima mater, ex qua carnem pœnarum plenam erat assumpturus, omni culpa careret, vt illa so la ab hac cõmuni miseria immunis esset, & libera, & ita eius anima corpori vitã da ret, vt diuina gratia viua remaneret p virtutem mortis filij sui vnigeniti. Quia vt
D quis peccato originali careat, satis est habere aut iustitiam originalem, vel aliud quidpiam tãti valoris, aut etiam maioris, & hæc est diuina gratia, q̃ si absolutè loquamur, præstantior est q̃ iustitia originalis, qa perfectius nos cũ Deo cõiungit, vt ait Scotus & Gabriel Quamuis habet se gratia & iustitia originalis sicut excedens &
Sco. in 3. excessum, quia iustitia originalis frenabat
d. 19. ad sensualitatem, quod nõ facit gratia, tamẽ
4. argu. gratia excedit iustitiam in præstãtiori ꝓ
Gabr. 2. prietate, quia coniungit nos fini vltimo,
pa. d. 30. vt summe honesto, propter se summe dili-
1. dub. 2 gendo: at iustitia originalis coniungebat nos Deo, vt fini conuenienti & delectabi- A li. Quemadmodum dicimus hominem perfectiorem esse leone, quamuis leo homini in fortitudine præstet. Et tertiũ est quòd gratia animam plus ad bonum inclinat & excitat, quam institia originalis, & ita fortiores sunt iusti & constantiores Esa. 9. diuina gratia muniti, quam fuit Adam so la originali iustitia, vt experientia patuit, quandoquidem tot ac tanta pati tormenta maluerunt, quam Deum offendere. Adam autem tam leui occasione peccauit. Quapropter illud dici optime potest B Esaiæ, lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus. Adam & Eua lateres fuerunt, leuissimo.n. ictu contriti sunt. iusti autem nunc lapides sunt durissimi ad cœli ædificium restaurandum. & tales lapides vt tot ictus integri & solidi perferre potuerint. Quot ictus tot martyres pertu lerunt, quod si nunc infirmiores, sumus, non est q̃a nõ possumus, sed quia diuinæ grẽ auxilium quærere nolumus, quo anima corroboratur. Audite.n quid de se D. Phil. 4. Paulus dicat. Omnia (inquit) possum in eo qui me confortat. Cùm igitur gratia sit iustitia originali præstantior, sanctissimam illã animam ab originali peccatò li C berare potuit, & eam puram & innocentẽ Psal. 40. efficere, vt Dei matrem decebat. Et ideo dixit Dauid eius nomine. In hoc cognoui, quoniam voluisti me, qm̃ non gaudebit inimicus meus super me. Me aũt propter innocentiam suscepisti, & cõfirmasti me in conspectu tuo in æternũ. Quę verba Dauid conuenire non videntur, quia innocens non fuit, neque Christo redẽptori nostro, qui semper Deus fuit, & eius humanitas non fuit antequam vniretur diui nitati, igitur propter innocentiam suã suscipi non potuit, quia nunquam fuit antequã susciperetur. Quare nulli verba illa tã D propter conuenire posse videntur, quam sanctissimæ virgini. Me aũt propter innocentiam suscepisti, quia Deus talem effecit, ideò eam sibi matrem elegit. Dico eã talem effecisse, quia ipse meritis illam præseruauit per merita præuisa suæ passionis. Hoc significasse videtur propheta Haba- Haba. 3 cuch verbis quibusdã obscurissimis Sol & Luna steterunt in tabernaculo suo, in luce sagittarũ tuarũ ibunt in splendore fulgẽtãtis hastæ tuæ. Tabernaculũ in quo Deus creauit hominẽ fuit innocentia, quę man

sio

A lio erat omnib. hominibus communis, verum ex ea illos Adæ culpa eiecit, at Sol & Luna steterūt in tabernaculo suo. De sanctissima virgine dicitur, pulchra vt Luna, electa vt Sol. Sol vocari potest, quantū ad animam, Luna verò quantū ad corpus, & hic Sol & Luna statim in innocentia posi. ti fuerūt, & in ea steterunt. Ibunt (inquit) in luce sagittarum tuarum Hę sagittæ dolores sont & tormenta Redēptoris nostri. O acutissimas sagittas ad filiorū Adæ corda configenda; infœlix anima, quæ ab ijs sese vulnerari nō finit, nec duci lumine & splendore fulgurantis hastæ, quæ est san-
B ctissima crux. Per hos igitur dolores, per
Cant. 2. hāc crucē meruit Christus Redempt. Noster Sanctissimæ matris suæ præseruationem. Ideo ait sponsus, sicut liliū inter spinas, sic anima mea. Lilium a spinis nō læditur, sed custoditur, ne manib. contrectari possit: ideo horti spinarum septis muniri solent. Vt igitur lilium inter spinas seruat; ita cælestis hæc virgo per Sāctissimę Passionis spinas, & dolores est præserua-
Cant. 7. ta. Et ideo de ea ēt dicitur. Comæ capitis
Aristo. tui sicut purpura regis iuncta canalibus. Ait Aristoteles, q̄ homo est arbor euersa, eius enim radices capilli sunt, & quia radices principium sont, ideo per purissimæ
C virginis capillos eius principium & conceptio significatur. Et hanc ait esse Spiritus Sanctus tanquam purpuram recēter egressam è canalibus, vbi perfectissimo illo colore tingitur. Quod significat conceptionem suam lotam & imbutam fuisse in canalibus illis preciosissimi corporis Christi, qui sunt eius vulnera. O canales Sanctissimi, vbi Christianorum animæ lauantur, & diuinum colorē accipiunt. Hic hic fratres charissimi si vos interdum Sancta meditatione, & contēplatione lauaretis, alium profecto colorem haberetis, ab eo
D quem nunc habetis diuersissimum. Cùm rex Pharao fugientes sequeretur Hebręos
Exo. 14 diuisit Deus mare, vt Hebræi sicco pede transirent, quod valde mane factum est, & per virgam, cumq. iam liberi essent, Maria Moysis soror accepit tympanum, & aliarum mulierum chorum, ducens laudes Deo canere cœpit. Quam ob causam inter alias matronas iunior Maria pulsat tympanum, chorum ducit & cantum incipit prior, mota nimirum Spiritu Sancto hoc agebat, huius Sacratissimæ Mariæ figura erat, q̄ cum præseruāda esset a culpa A illa festum præseruationis filiorum Israel celebrare voluit. Præseruatio fuit illa miraculosa, quia nisi Deus eos liberasset perijssent omnes. Sequebatur Pharaonis exercitus populum Israel, diuidit Deus mare, transeunt Hebræi, obruunt Ægyptij, instrumentum Moysis virga fuit, cuius tactu apertum est mare & clausum, & hoc (vt dixi) diluculo fuit, eodem modo diabolus, & peccatum Sanctissimam hanc Dei matrem sequebantur, & eam assequuti profecto essent, nisi Deus eam sa- Psal. 45.
cra hac crucis virga præseruasset, & hoc valde mane, idest in conceptione, vt prædixerat antea Dauid dicens, adiuuabit eā B
Deus mane diluculo. Fuisse autem præseruationem illam Hebræorum huius figu- Cant. 1.
ram & typum aperte dixit sponsus his verbis, in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea. Si matris meæ (ait verbum diuinum) prærogatiuas scire optatis in curribus Pharaonis eam depinxi, & præfiguraui. Quapropter meritò cœlestem hanc Reginam puram ab omni culpa fuisse fatemur. Verum quia de originali peccato egimus, quæro cum parentes nostri peccauerunt, quodnam obsecro, crimen cōmiserunt? occiderunt ne aliquem, fures ne fuerunt, aut aggressores itinerum? minime, sed quia pomum tantummodo co- C
mederunt, ideo statim tot pœnis a Dei iustitia sunt tanta cum seueritate puniti? adeo seuerus est Deus? ita ne peccatum odit, ita punit? ita profecto, & ideo fratres charissimi si (vt Diuus Iacobus D. Iac. 3
de lingu. loquens dixit) paruus ignis magnam syluam incendit, paruum Adæ peccatum vniuersæ humanæ naturæ detrimento fuit. Quonam modo nunc peccare audemus? quod si dicitis: Quid paruum ne vocas Adæ peccatum? paruum voco si alijs, quam plurimis, quæ D
vos quotidie committitis, comparetur.

Peccati grauitas absolute consistit in obiecti & præcepti præstantia, cōtra quod committitur, ideo peccata contra præcepta primæ tabulæ sunt grauiora, quam contra præcepta secundæ tabulæ. Et peccatum quod est contra præceptum legis naturę grauius est, quod fit contra solam legem diuinam positiuam quale fuit Adę peccatum, ita vt grauius peccatum fit blasphemia contra Deum, odium contra

pro-


A proximum (quo plenus est mūdus) quam
Scot. in Adæ peccatum. Et ita Scotus: ait quod si
2.d.22. Adam eo peccato damnatus fuisset, minorem pro eo pœnam in inferno habuisset, quā alij plurimi habituri sunt ob alia peccata. Caueamus igitur diligentissime ne Deum qui peccatum ita odit, & punit nostris irritemus peccatis. Eum continuis precib. rogemus, ut nos a diaboli insidijs
Psal. 16. seruet & custodiat, & cum Dauid dicam°, custodi me ut pupillam oculi tui. Peto a te domine, ut me custodias, non ut caput tuum, quod spinis coronari permisisti, nō ut manus tuas & pedes, quos clauis confo-
B dendos, non ut corpus tuum, quod crucifigendum tradidisti, sed ut pupillam oculi tui, ut matrem tuam sanctissimam, quę est oculi tui pupilla, custodisti, ut si te hucusque offendi, saltem post hæc caueam ne te ulla in re, offendam gratia tua custoditus, qua acquiritur gloria, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

DOMINICA TERTIA in Aduentu Domini.

C

Concio Prima.

Miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas, ad Ioannem, &c. Ioan. 1.



Elebrat hoc tēpore sancta mater Ecclesia (ut præterita Dominica diximus) magni illius beneficij memoriam, cum Deus ē cœlo in terram descendens ipsius homo voluit apparere, &
D ideo his diebus nobis Euangelia proponit, in quibus Iesum Christum uerum esse Deum præclarissima comprobāt testimonia. In superiori Dominica de seipso dominus testimonium dedit, & de diuo Baptista, hodie de alio testimonio agitur, qd D. Ioānes de seipso, & de Christo Dei filio
Ioan. 1. dedit. Nam postea quam gloriosus Euangelista Ioannes tres illas ueritates proposuisset adeo difficiles, ut uix eas mūdus deglutire potuerit, quarū prima fuit, in principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. secūda, dedit A
eis potestatē filios Dei fieri, ijs, qui credūt in nomine eius: tertiam, verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Vt has ueritates confirmaret, addidit statim, Ioānes testimonium perhibet de ipso. Et easdem ibi ueritates alijs repetit uerbis, quibus eas ante sanctus Baptista protulerat, quasi diceret, uidebuntur uobis hæc quæ dixi, credtu difficilia, at credite uerissima ea esse, & indubitata. Quia alius cui nos fidē præstatis, ea antea dixit sanctus. ille uir Ioānes, qui fuit missus a Deo, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum Itaque sublimiora sacri Euangelij mysteria sanctus Euangelista confirmare uoluit, quia ea gloriosus Baptista prædicauerat, tanta eius erat authoritas. Et sta- B
tim ait, hoc est testimonium Ioannis quādo miserunt Iudęi ab Hierosolymis sacerdotes, & leuitas ad eum. Tūc enim clarum hoc de eo testimonium dedit dicens. *Ipse est qui post me uenturus est, qui ante me factus est.* D. Augustinus, B. Ambrosius, B. Gregorius, dicunt, ante me, hoc loco significare, honoratior est me, mihi in honore, & dignitate præstat. Verum duo hæc uerba ante, & post, cum contraria sint, & ideo eiusdem generis, necessario sequitur debere fieri circa idem, & ita si unum prius tēpus significat, alterum posterius tempus significabit, non rem diuersam, ut est, post me factus est homo, & me honoratior est. Quod si animaduertimus quonam modo D. Ioannes paulo post eadem uerba retulerit dicens: hic est, de quo dixi, post me uenit uir qui ante me factus est, ueram hanc esse intelligētiam inueniemus, quia Christus Redemptor noster in instanti suæ cōceptionis fuit uir, idest usus est ratione, & omnem habuit sapientiam quam semper erat habiturus, quæ sunt uiri opera, & ita significat quod ille, qui uenit, & natus est post cū, factus uir ante eum Et ita hoc intelligit Magister sententiarum & doctor Seraphicus D. Bonauētura, & hāc ob causam, quia sanctus hic uir hæc de Redēptore testimonia daturus erat, res fuit conuenientissima, ut eum ante quam baptizaret, non uiderit, neq; familiaritatem cum eo habuerit, ut ipsemet fatetur paulo inferius dicens, & ego nesciebam eum Et credendum est, quod plurimū domini familiaritatem optabat, cum semper audire,

Aug. tra cta. 4. super Io. & Amb li. 3. de fide cat. 5. & Gre. ho. 9. super Euang.
C
D
Mag. sē. 3. d. 13. c. 1. & D. Bonau. li. 3. & in 2. sen d. 3. art. 3. q. 1.

A ab eo nunquam discere uoluisset. Verum quia præcipua cum Deo conuersatio est, eius præceptis obtemperare & eam uocationem quas nos uocat sequi, maluit Diu⁹ Ioannes cum Deo conuersari, ut præcursoris officium postulabat, q̃ ut desideriũ suũ optabat, quia qui muneris sui obligationem ob aliam rem, quæ perfectior sibi videatur, relinquit, si ita se Deum quærere putat, fallitur, ie enim non Deum quærit. Fallitur si diuino spiritu se moueri existimat: proprij enim amoris spiritus est, quẽ legis obligationi anteponit, impossibile enim est Dei spiritum, contra quod iubet B mouere, imo quo magis id quod relinquimus, ut quod ex get obligatio, fiat, delectat, eo maior est virtus, & magis heroica, & ita uerus Dei seruus diligentior esse debet & promptior ad ea quæ obedientia præcipit præstanda, quamuis suæ sint inclinationi contraria, quam ad ea, quæ ipsemet optat. Simile. Septẽ cæli orbes ad primi mobilis motum uno die eundem motum perficiunt, & quando proprio unusquisque motu mouetur, cum in illo uelocissimus sit, in suo nimis tardus est, luna enim est omnium infima, quæ mensis unius spatio proprium conficit motum, sol per annũ, C Mars per duos annos, Iupiter per duodecim, cęlum stellatum triginta & sex millibus annorũ indiget, ut semel gyrum suũ, & orbem semel conficiat, ita ut quo sublimior orbis est, & a terra remotior eo tardior sit in proprio motu, ita & Christian⁹ quo est ĩ perfectione sublimior eo tardior in proprio suæ uolũtatis motu esse debet. Et hoc est quod dixit Dominus, si quis vult uenire post me, abneget semetipsum. Et quia Dei præcepta cæteris omnibus rebus præferri debent, ideo Dauid eis perfectionis nomen imposuit, dicens, quoniam quæ perfecisti destruxerunt. Vbi litera Hebraica habet quoniam fundamenta dissipata sunt, ubi per fundamẽta præcepta intelliguntur, & ita Simmachus, & B. Hierony. transtulerũt, quia leges dissipatæ sunt. Fundamenta uocatur, quia hoc præcipuum est in quo homines fundari debẽt, sed hoc est malum, quod ut queritur eo loco Dauid fundamenta dissipata sunt. Vt appetitibus suis homo obsequatur Dei præcepta omittet, nec quod munus suum necessario requirit, præstabit. Quod si reprehendendus est, qui ut cum Deo in cubiculi sui angulo cõuersetur, offic'j sui obligationes pretermittit, quid de eo dicemus, q eas prætermittit, ut ludat, uenetur, deambulet, & alia mala faciat, siue iudex sit, siue prælatus. O magnum malum, & aliorum malorum causa, quæ subditi & inferiores ob superioris absentiam committet. Dixit Deus Moysi, sumes duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel, portabitque Aaron nomina eorum coram domino super utrumq; humerum ad recordationem. Audiant hoc superiores quo modo portare debẽt oues suas super humeros. Et notandum est, quod iubebat dominus, nomina in lapidibus scribi non atramento, sed stylo ferreo, ut superiores intelligant, nullam ob causam inferiorum suorũ memoriã debere eos amittere. Et quia gestans in humeris nomina facile ea obliuisci potuisse, ideo iubebat Deus vt supra pectus quoque gestaret, ut quocunque in loco semper ea haberet ob oculos. Qui ita in corde gestaret inscripta officij sui & gubernationis negocia, non ita facile omitteret, ut suis appetitibus obsequatur. Hæc omnia diximus occasione desumpta ex magno animi dolore, quem Diuum Baptistam cepisse uerisimile est, eo quod diuini Saluatoris familiaritate careret, & hoc æquo animo ferebat, eo quod officium suum postulare uidebatur, ut testimonium, quod de domino daturus erat, omni suspicione careret.

Luc. 9.
Psal. 10.
D
Simach. & Hier.
A
Exo. 18
B
C

Ait igitur sanctum Euangelium. *Miserunt Iudæi ab Hierosolymis, &c.* Nõ ignorabant isti D. Ioannem non esse Christũ, & Redẽptorem mundo promissum. Nam cum Herodes de Messia interrogasset, responderunt statim ut homines legisperiti, sic scriptum est per prophetam, & tu Bethleem terra Iuda. Et quamuis scirent Messiam a tribu Iuda futurum esse, tamen Diuum Ioannem hi sacerdotes & Leuitæ interrogant, *Tu quis es?* Quia nõ uidebat illis Diuus Ioãnes suæ intentioni aptus esse ad regendum populum, eo quod semper in deserto uiueret, & urbana negotia contemneret. Hic, aiebant illi, in solitudine degens, quid in urbe fiat minime curabit, liberos nos in urbe facere sinet, quicquid libet. O *ualame Dios*. Quam odiosa est malis boni præsentia, omnis qui male agit odit lucem, & non uenit ad lucem, ut nõ arguantur opera eius, dixit dominus.

Matt. 2.
D

De

A De eo qui boni præsentiam & conuersationem amat, ait Ecclesiasticus: pondus super se tollit, qui honestiori se communicat. Videbitis pullos quosdam equorũ indomitos, qui si eos domare uultis, & frænes & equitem saltibus recusant, & calcibus: quare imponunt illi onus aliquod, & ita paulatim mansuefiunt, & equitis subiiciũtur imperio: ita iusti conuersatio & communicatio est leuibus tanquam pondus, & ideo illud deiicere a se sæpe conantur, & a iusti præsentia quantum possunt recedunt, quod si cuiusuis iusti præsentia malis odiosa est, quanto odiosior

Ioan. 3.
Eccl. 13
Simile.

B erit illius iusti pñsentia, qui prælatus est & puniendi authoritatem habet? & ideo hi D. Ioannem prælatum sibi noluissent, existimantes eum semper inter montes & syluas uicturum esse, quod si in urbe uellet habitare, si eum sibi eligerent prælatũ hoc deuinctum beneficio eorum uitia simulaturum esse sperabant. Quæ una est ex magnis Adæ filiorum miseriis, eos tantum sibi præesse velle, quos eligunt, ita n. fore existimant, vt omnia sibi facere liceat neque eos prælatus eius beneficii memor reprehendere audeat. De hoc queritur

Esa. 30.

C per Esaiam dicens, væ filii desertores, ut faceretis consilium & non ex me, & ordire mini telam & non per spiritum meum, vt adderetis peccatum super peccatum. Vbi in Hebræo loco illius verbi ordiremini est verbum nasach, idest, constituere. Vnde aliqui sic uertunt, væ filij desertores, ut ponerent, idest, constituerent sup se principes non secundum uoluntatem meam. Itaque eligere prælatum aut iudicem indignum vocat Spiritus sanctus ordiri telam aduersus Deum, & hoc efficere homines, ut peccatum peccato addant, ne sit qui eis male uiuẽ filum incidat. Et ibi vocat etiam Deus malum prælatum erroris frænum, & cum se euersurum minatur,

D quia cum frenum esse deberet ad frænandas subditorum cupiditates, est frenum erroris, idest frænum errans. Solet enim sacra scriptura genitiuum pro adiectiuo ponere. O quam vere vocatur malus prælatus frænum errans, qui cum subditos frænare deberet, liberos eos in omni uitiorum genere errare finit impune. Neque solum eum tantum nobis prælatum uolumus, quem ipsi eligimus, verum neque Deum etiam vellemus, nisi cum quem nos ipsi facimus, vt infælices isti, qui Deo debitum honorem tribuebãt Diuo Ioanni. Res profecto est admiratione digna, q̃ cum soleret senatus Romanus (ut humanæ narrant historiæ) cum præclarum aliquod factum de homine aliquo referretur, statim eum in deorum numero adscribere, Christum Redemptorẽ nostrum qui in Iudæa tot & post hominum memoriam inaudita miracula faceret, in cæterorum saltem deorum numero non retulerint. Causa autem quę afferri solet, ea est, quod cum deliberarent, an Deus esset publico decreto declarandus, declarare noluisse, eo q̃ se sine senatus authoritate Deum esse dixisset, & pro Deo in Iudæa

A

B haberetur. Itaque eum tantum Deum uolebant, quem sibi propria authoritate eligerent. O nos infælices qui eum Christiani simus in eodẽ errore aliquo modo uersamur, neq; vero Deo obedire uolumus, sed diis, quos nobis ipsi facimus: hi pecuniam sibi Deum faciunt, illi ventrem, alii honorem, alii uoluptatem, & tandem ut D. Augustinus ait, hoc quisque Deum facit, quod supra Deum diligit. O summa peruersitas hominem fide illuminatum uiles creaturas plus amare, quam Deum immensum & infinitũ. O cælum, ó terra, ó creaturę insensibiles, ob tam horrendum scelus obstupescite, ó feras hominum mentes, ó pectora cæca, ó dementiam sanguineis etiam lachrymis deplorandam vbi q̃so sensus, vbi ratio, vbi iudicium, vbi cõsilium? In Exodo iussit Deus, non habebis Deus alienos corã me, ubi in Hebræo habetur, non erunt, uel non sint tibi dii alieni: Magnam vim habet, & emphasim uerbum illud tibi. Quasi dicat barbaras alias gentes in hunc errorem incidere magnũ quidem est malum, sed non tanta admiratione dignum. At vero te popule dilecte, q̃ tot a me beneficia accepisti in eundem errorem induci, maius omnino malũ esset.

D. Aug.
C

Exo. 20

D Quid de te Christiane dicã, qui Iesu Christi sanguine lotus es? quanam ratione hoc tibi psuadere potes? vbi nos legimus alienos in Hebræo est, posteros. Vere. n. posteri Dei sunt, idest post Deum uerum, idest, creaturæ, addit coram me, quasi dicat, cogita me omnia uidere, nihil me latere, ne minimum quidem cordis tui affectum, quo has creaturas amas, magnam me existimare iniuriã pecuniæ, aut

A uoluptatis causa te facere, quod mea causa non facis, & hoc me esse seueriſſime puniturum scias.

Interrogant igitur Sacerdotes & Leuitæ a glorioso Baptiſta *Tu quis es?* Malitiosi hoīs interrogatio eſt, tu quis es? at interrogare, qui s ego ſum, interrogatio eſt hominis Deum timentis. Malitioſi hominis eſt aliorum uitam & mores inquirere alios non ſeipſum ſpectare, at vero q̃ Deum timet ab alijs oculos auertit, & ad ſeipſum
Eccl. 21 conuertit, & ita ait Eccleſiaſticus. Qui timet dñm, conuertetur ad cor ſuum. Nam vt ſanctus uir quidam noſtri ordinis dixit
B Quamuis homo mille annos uiueret, nunquam tñ ea perficeret, quę in ſeipſo quiſq; debet efficere. Qui demū hēt optimam, libenter domi continetur, raro extra uagat, quia nihil foris eſt, quod ibi non habeat, qui uero malam habet domum, domus ipſa eum foras exire uidetur compellere, ita peccator mala conſcientia tanquam mala domo torquetur, & ita extra ſeipſum vagatur, ut aliena inquirat, at vero qui bonam hēt conſcientiam ſecum ipſe manet Dei conuerſatione fruens, qui in creatura internus manet, quàm ipſemet in ſeipſa.

Simile.

Exiſtimans glorioſus Baptiſta, quod in
C terrogabant an eſſet Meſſias. *Confeſſus eſt & nō negauit, & confeſſus eſt, qa non ſū ego Chriſtus.* Animaduertite humillimi viri reſponſum, & quibus nam verbis illud exaggerat ſanctus Euangeliſta, toties hanc confeſſionem iterans, vt ſignificaret quanta cum conſtantia honorem illum quem illi
B. Greg. offerebant recuſarit. Nam ut ait B. Greg. fortaſſe non eſt difficile gloriam non appetere, ſed ualde difficile eſt non recipere cum offertur. Maior fuit hæc tentatio, quam Herodis carcer & uincula. Verùm quemadmodum in bello milites cum ſagittam in aere uident minantem vulnus,
Simile. ſeſe demittunt, & ita ſupra caput volat ſa
D gitta, neque eos vulnerat, ita ſanctiſſimus hic uir demiſit ſeſe, & humiliauit, ne inanis gloriæ ſagitta damnum illi inferret. Quare nō modo quod illi offerebant non recepit, verū etiam dixit, *Non ſum dignus ut ſoluā eius corrigiam calceamenti.* q̃ uerus Maſſias eſt. At non ita nos facimus, ſed oblatū honorē libentiſſime recipimus, & non oblatum optamus, & quærimus; iniurias uero quamuis leuiſſimas quanta
Simile. cum impatientia recipimus? Lupus magna cum facilitate ad ſuperiora aſcendit, A at non ita facile ad inferiora deſcendit, quia priores pedes breuiores ei ſunt, quam poſteriores. Hoc uitio nos etiam laboramus: animæ pedes affectus ſunt, priores quidem cœli affectus, poſteriores uero terreni, & cum cœli affectus breues habeamus, terræ vero longiores, hinc fit ut magna cum difficultate ad iniurias deſcendamus ad honorem vero aſcendamus facillimè. Vnuſquiſque iam Deum ſeſe in terra vult facere, & præcipue principes & potentes Priſcis temporibus in his terris, quas habitamus, colebant gentiles uarios ac diuerſos Deos, eorum loco nunc nobiles, diuites, & potentes mundi Deos ſeſe faciunt, & tanquam ueri Deus coli uolūt, B Verum qui nam ſunt iſti *Dij?* verus enim Deus nihil facit malum, hi verò nihil faciunt bonum. Deus nunquam mentitur, iſti nunquam vera dicunt. Deus ignoſcit multa, hi nihil ignoſcunt. Deus pro omnibus quæ facit laudari dignus eſt, iſti pro omnibus quę faciunt vituperatione digni ſunt, iſti vix ſemel in hebdomada uerum Deum adorant, & ipſi decies in die adorati volunt, & qui eos alloquuntur genua flectere, quæ magna eſt impudentia & abominatio Legitur apparuiſſe Angelum Diuo Ioanni. Cecidi (inquit) ad pedes eius, C
Apoc. 19 vt adorarem eum, & dixit mihi, vide ne feceris, conſeruus tuus ſum. Noluit Angelus, ut eum homo flexis genibus alloqueretur, ſed dixit, omnes Dei ſerui ſumus, Deum adora, nunc uero prophanus homo, quia diues eſt, & potens, genibus flexis adorari vult. Cum eſſet Diuus Petrus tanto honore dignus, & Cornelius Dux Romanus procidens ad pedes eius adoraret eum, eleuauit illum dicens. Surge, & Act. 10. ego ipſe homo ſum, animaduertite ſancti uiri humilitatem, qui cum ei honor ille Pſal. 92. deberetur, eum tamen recuſabat. In Pſalmis dicitur, Mirabiles elationes maris. D Quia res videtur admirabilis, quod tanta aquæ multitudo, & ita grauis, ut eſt maris aqua, minimo quoque uento inflετur, & attollatur, ita mirandum profecto eſt, hominē cum è terra ſit, quæ grauior eſt quàm aqua, inanis gloriæ aura ita extolli, ut cœlum aſcendere velit, & tanquam Deus coli, & adorari. Sed quam facile maris fluctus euaneſcunt, ita humana gloria in nihilū facillime redigetur, & ita dicitur: Iob 20.

Hoc

A Hoc ſcio, quod laus impiorum breuis ſit,
ſi aſcenderit uſque ad cælum ſuperbia eius
& caput eius nubes tetigerit, quaſi ſterqui-
linium in fine perdetur, & qui eum vide-
rant dicent, ubi eſt? velut ſomnium auo-
lans non inuenietur, tranſiet ſicut viſio no
cturna. O metaphoras elegantiſſimas qui-
bus humanæ gloriæ breuitas; & vanitas
optime explicatur. Quid ſomnio & no-
cturna imaginatione velocius? Ita o infeli
ces fœlicitatis veſtræ pompa tranſibit. Ma
gnũ eſt diuinæ gratiæ argumentum, cum
ſe quis demittit & humiliat, ne ſuperbiæ ſa
B. gittis vulneretur. Cum Saul Dei erat ami
1. Re 9 cus (& talis vt de eo ſacra ſcriptura dicat.
Non erat uir de filijs Iſrael melior illo) cũ
diceret illi Samuel, Deum elegiſſe illũ ad
populi ſui regnum, reſpondit: Nunquid
non filius Iemini ego ſum de minima tri
bu Iſrael, & cognatio mea nouiſſima in-
ter oẽs familias de tribu Beniamini? Qua
re ergo loquutus es mihi ſermonem iſtũ?
Videtis ne, ut ſe viliorem facit, dum ait, nõ
ſolum ſe eſſe de minima tribu, ſed de mi-
nori familia minimæ tribus, cum tamen fi
lius eſſet Cis, & nepos Iemini. Verum quia
C Iemini generis ſui truncus fuit, & homo
infimæ ſortis, vt ſe magis humiliaret, voca
uit ſe filium Iemini, non filium Cis. Quia
nimirum Deus in eius anima erat, at poſt
ea cũ Samuel dixit illi, quia proiecisti ſer-
monem domini, proiecit te dominus? Re-
ſpondit ipſe, peccaui, ſed nunc honora me
coram ſenioribus populi mei, & coram Iſ
1. Re. 15 rael. Animaduertite quantum a ſeipſo dif-
ferat Cum Deus ipſum amabat & honora
bat, hominum honorem cõtemnebat. De
eo enim dicitur, cum Regem eum elegiſ-
ſent, ecce abſcõditus eſt domi. Cum vero a
1. Re. 10 Deo deiectus eſt, petit coram hominib. ho
norari. Honorem hominum quæris? ſignũ
eſt te a Deo eſſe proiectum O quam timẽ-
D da eſt perſuadere nobis a Deo nos amari:
eum tamen mundi auram tanta eum di-
ligentia captemus: Cum dicerent Dauid
1. Re. 19 generum eum futurum eſſe Regis, quanta
cum humilitate reſpondit. Quis ego ſum,
ut ſim gener Regis? Prudens illa Abigail
cum nuntiarent Dabid nuntij eius futurã
vxorem, & dicerent, Dauid miſit nos ad te
vt accipiat te ſibi in uxorem, ſtatim cõſur-
gens adorauit prona in terram, & ait. Ec-
ce famula tua ſit in ancillam, vt lauet pe-
des ſeruorum domini mei. Attendite mu-
lieris humilitatem, utinam fratres chariſſi
mi his excitati exemplis ad ſuperbiam cõ-
temnendam, & humilitatem amplectendã
incitaremini.

Cũ audiſſent Sacerdotes, & Leuitæ hu-
mile hoc D. Ioannis reſponſum, qui Chri-
ſtum ſe non eſſe dicebat, neque Eliam, di-
xerũt ei, *Quis es ut reſponsũ demus ijs, q mi
ſerunt nos?* Reſpondit uir ſanctus, *Ego uox
clamantis in deſerto* Quod reſpõſum fuit
& humilitate plenum. Duas de D. Ioan-
ne prophetias in veteri teſtamento legi- B
mus, utraſque in Euangelio relatas, vna eſt Mala. 3.
Malachiæ. Vbi dicitur in perſona Dei. Ec-
ce ego mittam Angelum meum, & præpa
rabit uiam ante faciem meam. Altera eſt
Iſaiæ, vbi dicitur, Ego vox clamantis in de
ſerto, dirigite viam domini. Quare cum eſ
ſet D. Ioannes angelus & vox, tanta fuit Iſa. 40.
eius humilitas, vt interrogatus quiſnã eſ-
ſet, non nobiliori ſe nomine appellarit, di
cens. Ego Angelus, ſed humiliori, ego vox
In quo diuinũ magiſtrum Ieſum Chriſtũ
imitatus eſt, qui cum verus Dei filius eſſet
& ſacratiſſimæ virginis Mariæ, vt tamen
nos, quam prædicabat uerbis humilitatẽ,
doceret exemplo, ſæpe vocauit ſe filium ho C
minis Nõ ita hodie homines qui cum ho
noris ita cupidi ſint, ſemper nobiliorem &
præſtantiorem titulum aſſumunt. Verum
attendite domini artificium, qui eo q D.
Ioannes ignobiliorem titulum elegiſſet, ſe
vocem appellans, eum Chriſtus redemptor
noſter eum laudare voluit, nobiliori titulo
honorauit dicens. Hic eſt de quo ſcriptũ
eſt, Ecce ego mitto angelum meum. Eli-
gite uos fratres quod infimum eſt, & humi
le, & Deus quod ſublime eſt, vt vos honó- D
ret, eliget. Ita etiam quia Chriſtus redem-
ptor noſter uocabat ſe filium hominis, pa Matt. 3.
ter æternus in Baptiſmo & transfiguratio- Luc. 17.
ne dixit. Hic eſt filius meus dilectus, & ali-
bi ait dominus iuſtis Cum feceritis oia, q
præcepta ſunt uobis, dicite, ſerui inutiles
ſumus, Seruos eos ſe appellare vult, quibus
tamen inquit, non dicam vos ſeruos, ſed
amicos. Humiliate uos, nam quo humi Ioan. 15
liores uos dominus uidebit, eo magis exal
tabit.

Ego uox clamantis. Ait vir ſanctus Mo-
dus loquendi Hebræis vſitatiſſimus, qui
ut rem aliquam exaggerent, genitiuis uti
ſolent, ut filius mortis, ideſt, morte digniſ
ſimus, filius huius ſæculi, ideſt, nimis de-


A ditus rebus mūdanis, ita vox clamantis, i. uox maxime clamans. In quo docemur p̄dicatorem, cum res postulat, clamare & vociferari debere; tanquam rem agat magni momenti, uoces edere debere affectu plenas, & hoc est mysterium illud, cur sancto Ezechieli iusserit Deus. Comede volumen istud, & uiscera tua complebuntur. Nam quod cæteris prædicare debebat, vt prius ipse comederet, iussit, & eo illius uiscera complerentur, vt voces ex ipsis uisceribus magna cum vehementia prodire viderentur, alibi dixit. Quasi tuba exalta uocem tuam. Organorum vox vento emittitur, q flat super terram, at tubæ vox vento fit, & flatu ex uisceribus extracto & ideo prædicatoré non organo, sed tubæ Spiritus sanctus eum parauit, quia eius voces & verba è viscerib. magno eum feruore & spiritu exire debent. Et hanc ob causam sancti p̄phetæ ab indocto vulgo, qui mysterium ignorabāt, stulti & dementes existimabantur, tanto cum affectu, & vehementia loquebantur, & sacrati Apostoli eum repleti Spiritu sancto prædicabant, Ebrij a multis appellabantur. Musto pleni sunt isti, sed quod plus id confirmat est, quod summus prædicator, & prædicatorum omnium magister Iesus Christus redemptor noster, tanto cum spiritu & efficacia prædicabat: ut suæ prædicationis initio dicat D. Marcus. Quod admirabātur sui eum ita loqui audientes. Et eum audissent sui exierunt tenere eum, dicebant enim, q̄m in furorem versus est. Quodnam exemplum admirabilius prædicatores expectāt, vt sciant quo nam feruore prædicare debeāt: & non hoc tantum, sed & reprehendere seuere debent, & cum D Augustino dicere Quia uideo, q vos non pudet publicos esse peccatores, ideo nec me pudet aspere vos reprehendere, corrigite vestros mores, & meas ego reprehensiones corrigam. D. etiam Chrysostomus, frigidos quosdam prædicatores alloquens, qui virili animo reprehendere scandalum putant, ait, quod ubi non est vehementia iræ & reprehensionis seueritas, nihil doctrina proficiet, neque vlla erit emendatio. Qui spiritualem animarum vtilitatem non spectant, sed aurium oblectationé, & vulgi plausum, ita frigide loquuntur, vt dicere videātur, nihil faciātis eorum quæ prædicamus. Non erat huiusmodi D. Paulus, neque eius socij, siquidem (inquit) habentes hanc administrationem, iuxta quod misericordiam consequuti sumus, non deficimus, sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione ueritatis: & paulo inferius ait, non enim nos metipsos prædicamus, sed Iesum Christum dominum nostrum O cœlestis doctrina, qua sanctus Apostolus docet patientiam, perseuerantiam, synceritatem & zelum, quo diuini verbi ministerium dēt a prædicatoribus ministrari, & fidem Dei scilicet, gloriam & animarum utilitatem. Sed inter cætera notare uos maxime uellé verbum illud non adulterantes uerbū Dei ab adulterio desumplit metaphoram sanctus Apostolus, quia adulteri finis non est generatio, sed uoluptas, ita prædicator, q uerba inutilia componit, & fine spiritu loquitur, neque reprehendere audet, non habet tanquam finem, spiritualem generationem, i. animarum conuersionem, sed tanq̄ adulter uoluptatem tantum sibi & delectationem propositam habet in illo applausu & uanitate, quod magnum est Ecclesiæ sāctæ flagellum. Nam in peccatorum nostrorum pœnam tales Deus prædicatores permittit, qui causa sunt ut animæ in suis vitijs secure & quiete permaneant. Quamobrem rogo uos patres prædicatores per Dei charitatem, ut ab inani eloquentia abstineatis, sed uoces sitis ualde clamantes eū spiritu & efficacia, ut uoces proterui audiētes, eorum aures, timeant, & deterriti conuertantur ad Deum, ut suam illis gratiam largiatur, qua acquiritur gloria, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Marginalia (left column): Eze. 13. — Esa. 58. — B — Act. 2. — C — Marc. 3. — D. Aug. ser. 47. ad fra. i̅ ere. — D Chr. hom. 11 in Mat. — D — 2. Co. 4. (right column): A — B — C — D

IN EAD. DOMINICA Tertia Aduentus.

Concio Secunda.

Miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas, ad Ioannem, &c. Ioannis 1.


Gitur in hoc sacro Euangelio de singulari testimonio quod gloriosus Baptista de Christo Redemptore nostro dedit quibusdam Iudæorum legatis, qui a Hierusalem uenerunt, ut interrogarent eum:

Tu

A *Tu quis es?* In quo quāta sit virtutis vis declaratur, quia quamuis isti mali erant, ab ea tamen allecti eam honorare uolunt, & quamuis in desertum D. Ioannes secessisset, inde tamen virtutis eius odor in Hierusalem manabat. Virtus enim occultari non potest, ubicunque sit, appareat necesse est. Et hoc est, quod malorum animos
1. Cor. 9 vincit. Ideo aiebat D. Paulus. Ego sic pugno, non quasi aerem verberans: sed castigo corpus meum. Hoc pugnare appellabat, corpus suum castigare, & pœnitētiam agere. Hac pugna superabat gentiles, & ali
2. Cor. 3 bi ait. Epistola nostra vos estis, quæ scitur
B & legitur ab omnibus, manifestati, quòd epistola estis Christi, ministrata a nobis & scripta non atramento, sed spiritu Dei uiui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis. Sacra Iesu Christi lex in libris atramēto scripta est: in cordib. uero iustorum spiritu Dei viui, & multo magis malos attrahit, & inuitat in cordib. scripta, quam in libris. Et ita D. Paulus perfectam iustorum vitam epistolam uócat, quæ attrahit ad sese omnium oculos & animas. Hoc enim significat, scitur & legitur ab omnibus. Vtinam nunc ita uiueremus, ut Dei epistolæ & libri uocari possemus, & uita
C nostra malos ad virtutem alliceremus.

Et confessus est, & non negauit. Nullus vnquam maritus, tantopere in uxoris suæ honore puro & incorrupto seruando studiosus fuit: vt sancti omnes in honore, qui Deo debetur, ne si aliquid de eo detrahere
Act. 14. tur, & eis tribueretur. Cum Lystres D. Paulum & Barnabam ob miracula quæ faciebant, tanquam Deos adorare uellent: sancti uiri conscissis tunicis suis exilierunt in turbas clamantes, Viri quid hęc facitis? & nos mortales sumus similes uobis homines, annuntiantes uobis ab his uanis conuerti ad Deum viuum. Quonam affectu
D Dei gloriam sanctus Moyses curabat? ait
Exod. 7. sacratus textus, quod pugnabat populus Israel cōtra Amalechitas, Moyses autem & Aaron, & Hur ascenderunt super uerticem collis, cumque leuaret manus Moyses vincebat Israel: Cumque suis orationibus, & bona, qua usus est diligentia uictoriam a Deo consequutus esset, ædificauit Moyses altare, & uocauit nomen eius, dñs exaltatio mea, idest, meus honor & gloria, Deus est, cuius uirtute vicimus. Nihil uir sanctus, neque propriæ virtuti, neque populi uiribus, sed omnia Deo adscribere uo A
luit, ita & uos fratres charissimi, cum ieiunatis, oratis, diaboli tentationes superatis, dicite, dominus exaltatio mea. Ad hāc tē etiam facit, quod extat in Genesi, ubi bene Gen. 9.
dicens patriarcha Noe filio suo Sem, dixit. Benedictus dominus Deus Sem, at cur vir sanctedum benedicere uis Sem, benedicis Deo: quia nimirū omnis benedictio a Deo est, & quia obedientia illa & uirtus propter quam Sem ab eo benedicendus erat, Deo potius quàm Sem referri debebat accepta. Quia ut ait D. Iacob. Omne Iacob. 1
datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre lu- B
minum. Ita D. Baptista cum uideret gloriam sibi offerri, quę soli Deo debetur (q̄a solus ipse humanam carnem assumens redemptor noster esse uoluit,) ideo sæpius, pluribus uerbis se non esse Christum affirmauit. Et quamuis Dei honorem usurpare grauissimum sit peccatum, aliquos tamen inuenietis, qui quamuis Deos se esse verbis non affirment, re tamen ipsa diuinum sibi honorem usurpant, & tanquam Dij adorari uolunt. Regi Tyri seuerissime Deus minatus est, eo quod (inquit) eleuatum est cor tuum, & dixisti, Deus ego sū.
Valame la beatissima Trinidad. Homo ne C
ausus est dicere, Deus ego sum? non ait eo Ezec. 28
loco ore hoc eum dixisse, sed quomodo dixerit statim declarat dicens: Dedisti cor tuum quasi cor Dei, idest, ita te gessisti, ac si esses Deus. Dic, obsecro, nonne Deus rerum omniū finis est, & ideo super omnia amari debet, & ad eum dirigi omnia debent? Ita profecto. Quod si tu ultimum te finem facis, teipsum super omnia amas, tua causa facis omnia: nonne Deum te facis? & quamuis Dei tibi nomen non usurpes, Dei officium usurpas, & es Dei diuinitatis aggressor. O creatura rationalis, pu- 1. Tim. 1.
deat tantæ abominationis, & cum D. Pau D
lo dicas, Soli Deo honor, & gloria.
Miserunt Iudæi ab Hierosolymis. Vt honorem qui Deo debetur, creaturæ tribuerent. Nihil est magis in mundo usitatum, quam hominum uoluntates creaturis idololatrare. Hæc sunt nostrarum uoluntatum adulteria, cultum Deo debitum creaturis præstare, uitam illis, cogitationes, & desideria omnia sacrificare, & quamuis intellectu creditis, Deum plusquam creaturas mereri, uoluntate

A tamen plus creaturas amatis?& ità intelle-
ctus Christianus est, uoluntas autem ido-
Tit. 1. lolatra. Et hoc est quod ait D. Paulus. Cō-
fitentur se nosse Deum, factis autem ne-
gant. Pedem alterum in mari habent, alte-
rum uero in terra, & ita neque nauigāt, ne
que ambulant, sed hinc in periculo uersan
tur, ne undis obruantur, illinc ne terra ab
Nu. 16. sorbeantur, ut Datan & Abirō. Quonam
3. Re. 18 affectu sanctus Elias Hebræis quibusdam
idololatris dixit, usquequo claudicatis in
duas partes? Si dn̄s est Deus seq mini eum,
si autem Bàal, sequimini illum. Idē & uo-
bis dico, si Deum creditis summū esse bo
B num, creaturas uero Deos non esse, neque
eis amorem deberi, & cultum, cur Deum
uestrum & creatorem cōtemnitis, & crea-
turas sequimini? Cur tantæ maiestati tan-
tam iniuriam facitis? O monstrum horrē-
dum, ò detestabilem nequitiam, o execran
dum facinus, sempiterno supplicio, sempi
ternisque ignibus merito uindicādum, in
quem enim magis ignis ille desæuiet, quā
in diuinæ maiestatis uiolatores & contem
ptores? quid magis cōtra communem hu-
mani sensus & rationis iudicium certat, q̄
vilissimam creaturam nobilissimo condi-
tori, & parenti anteferre? O quàm uere di-
C ci vobis potest, quod sanctus Moyses di-
Deu. 32 xit populo illi duro & obstinato: Genera-
tio praua atque peruersa, Hæccine reddis
Domino popule stulte & insipiens? nonne
ipse est pater tuus, qui possedit te & fecit,
& creauit te? quod perinde est acsi dicēret,
si adeo naturæ consentaneum est, ut filij
parentes diligant & uenerentur, a quibus
existendi principium & uitam acceperūt,
quanto iustius erit, ut homo Deum, quem
parentem agnoscit, multo maiori ardore
diligat & obseruet, a quo solo animam ac
cepit? Celebris doctorum sententia est, ut
si instante extremę necessitatis articulo, &
D vrgente fame unus tantum panis habere-
tur, & hinc pater, inde filius fame periclita
rentur, patri potius quam filio esse subue-
niendum, & unici ac dilectissimi filij mor
tem ferendam, vt patris vitam tuearis.
Quod si tantus amor terreno patri debe-
tur, quid parenti cœlesti, qui non modo te
totum condidit, sed modo etiam cōditum
seruat, sine quo neque esse, neque uiuere,
neque spirare, neque loco moueri posses?
Dan. 5. Hac ratione Daniel propheta Regis Assy
riorum impietatem exaggerauit, quod il-
lum dominum ad iracūdiam prouocaret, A
qui flatum ipsius haberet in manu sua.
Exaggerari etiam potest hęc abominatio,
quia prętter illud, quod Deo debes, & quod
ille meretur, in eo solo uera satietàs, uera
quies, & uoluptas inuenitur, in his cister-
nis quas tibi fodisti, aquæ uiuæ fontem
deserens, non inuenies aquam quæ sitim
extinguat, sed potiùs augeat. Probauit
hoc Elias idololatris illis, qui uerum Deū 3. Re. 18
negabant. Conuenerunt enim Elias & sa-
cerdotes Baal, ut suū ipsi Deum uocarent,
qui ignem immitteret, & Elias etiam pro-
misit se esse suum Deum uocaturum, &
eum Deum, qui uoces exaudiret, & ignem B
immitteret uerum Deum esse crederent.
Vocabant prophetæ suum Baal, & ignem
ab eo petebant, a mane, usq; ad meridiem,
& non erat, qui eis responderet. Illudebat
eos Elias dicens, clamate uoce maiori, for
sitan enim in diuersorio est, aut in itinere;
aut certe dormit. Ipsi uero maiori uoce
clamabant, & cultris se, & lanceolis incide
bant, donec pfunderent sanguinē, nunquā
tamen respondit Baal. Vocauit Elias Deū
suum, & nostrum dicens: Domine Deus
Abraham, & Isaac, & Israel, ostēde hodie;
qa tu es Deus Israel, & cecidit statim ignis
domini, & uorauit holocaustum. Quod C
cum vidisset populus, clamare cœpit; dn̄s
ipse est Deus, dn̄s ipse est Deus. O quam ir
ridendi sunt idololatræ isti, qui creaturas
adorant. Dicite ijs, ut inuocent pecuniam,
forte eorum uoces exaudiet, petant ab ea,
ut sua desideria satiet, & ignem super holo
caustum uestrum immittat, quo cura ista,
& metus, in quo uiuitis consumatur. Petat
carnalis a suo Deo, quicquid uoluerit, & se
amorum suorum causa cultris incidant, &
se mutuo uulnerent, occidant sese uani, &
ambitiosi honoris causa, sanguinem ira-
cundi ultionis causa effundant, frustra cla
mabunt, frustra laborabūt. O miseri Adæ D
filij cur creaturas inuocatis, ut uestris ap-
petitibus satisfaciāt, quæ omnes simul (nō
dicam) uestris omnibus desiderijs, sed ne
minori quidem satisfacere possunt. Qua-
re nolite eas tanquam Deos adorare, sed ijs
utimini ad id tātum cuius gratia Deus eas
creauit. Quod si dicitis, cuius gratia crea-
uit? Dauid significauit dicens. Omnia su- Psal. 8.
biecisti sub pedib. eius, ubi significare uo-
luit, hominē rerum omnium dn̄m a Deo
creatum esse. Cur non dixit sub manibus
eius,

A eius, quo diuinum etiam significatur, dico; ut significaret res omnes creasse Deum, ut tanquam scalæ essent, quibus ad eum ascenderemus, & quia scalæ sub pedibus collocantur, ideo dixit, Omnia subiecisti sub pedibus eius idest, res omnes creasti domine, ut tanquam scalæ essent per quas homo ad infinitæ bonitatis tuæ & omnipotentiæ cogitationem ascenderet, & ideo te singulari amore amaret. Vides igit. homo quomodo creaturis uti debeas, & quã ob causam creatæ sint? Creauit Deus cælos, ut te conseruarent, creauit terram, ut cæli influentijs tantam herbarum & florum uarietatem produceret, tantam fructuum copiam pareret, hos quidem ad cibũ, illos uero ad uoluptatem, creauit homines ingenio & inclinatione diuersos,
B vt quisque sibi quos uellet amicos sibi conformes eligeret. Benedictus sit talis Deus, benedictus sit, talis creator, qui tot nobis beneficia tanta cum liberalitate donauit. Quonam affectu aiebat Dauid, Delectasti me domine in factura tua. Vtere igitur
Psa.91. frater creaturis, ut peregrinus & hospes diuersorio, ut nauta portu, ut paululum scilicet recreati, iter maiori cum alacritate sequantur, sint tanquam panis Eliæ, quo per quadraginta dies iter fecit, donec ad Dei montem Horeb perueniret, sint tan-
C quam diuitiæ Iob, q. omnium se patrem
3.Re.19 uocabat, sint tanquam Abrahæ filius, ut si Deus postulauerit prompti & parati sitis ad sacrificium. Verum heu, heu quam pauci sunt, q. hoc præstent, sed in his finem nostrum collocamus, quæ magna peruersitas est. Et ita quod ait Dauid de malis, trãsierunt in affectum cordis, uerti etiã ex
Psal.72. Hebræo potest consumpserunt uitã suam seruiendo idolis ex corde, & ubi nos legimus, Proba me domine, & uide si uia iniquitatis in me est, Hebræa uox significat
Ps.138. etiam, si uia idoli in me est. Et ita transtu-
D lit B. Hieron. & utraque translatio uera est & optima. Significare hoc uoluit Spiritus
Hieroy. Sanctus malorum uiam, eorum uiam esse qui sua idola adorant, & tot esse cordium nostrorum idola, quot sunt res quibus uoluntatem nostram diuinæ repugnantes occupamus.

Et confessus est & nõ negauit, & cõfessus est quia nõ sum ego Christus. Videtur D. Ioãnes respondere, ut ait Esaias de quodã,
Isa.3. q. diceu sibi Princeps noster esto, respõde bit, non sum medicus, & in domo mea nõ A est panis, neque uestimentum, nolite cõstituere me principem populi. Ita hoc loco cum ait Diuus Ioannes, non sum Christus, idem est ac si diceret. Non sum medicus, solus enim Christus animarum pulsum sanctis aspirationibus tãgere scit, Solus corda vulnerare cauterio timoris efficacis & uehementis, solus gratiæ medela curare, quę uim carnis superat, solus sacramentorũ fascias facere ad culparũ uulnera alligãda. O admirabilis Doctrina, recusat uir sanctus illud quod uere non est, esse existimari, tu uero infælix peccator quod non es existimari cupis. Prudens, animosus, & fortis existimari uis, cum stultus B sis, & timidus, diues existimaris optas; qui pauper es, & bonus qui malus es, uideri tantum & existimari non re uera esse studes. Animaduerte etiam, ut Sãctus hic uir oblatã dignitatem recusat, tu uero ut assequaris id quod non offerunt, neque fortasse conuenit, desudas. Semper insti cæteris imperare, & munera recipere recusauerunt; Iob.29. Gigantes gemunt sub aquis ait Iob. Diuus Gregorius, Diuus Ambrosius, Diuus Augustinus, & alij huiusmodi sancti, qui in Ecclesia Dei præerant, hi erant Gigantes, aquæ (ait Diuus Ioannes) sunt populi, Apo.21 aquæ multæ, populi multi, & sancti illi C quamuis Gigantes in uirtute fortissimi, sub his aquis, dignitatis, & prælatuę onere depressi gemebant, eũ uero uanus, idiota & imperfectus dignitates accumulare uis, & cum eas obtines gaudes? O magna stultitia, tunc cum plorare deberes rides? hoc illud est quod dicitur. Stultus homo plaudet manibus, cum spoponderit pro. Pro.17. amico suo Nonne stultus nobis uidetetur D si quis exiliret, gaudio & plauderet manibus, & si ab eo lætitiæ causam peteretis responderet, lætus sum, quia decem aureorum millia pro quodam spopondi, & tamen centum aureos non haberet, quos pro alio soluat. Huiusmodi stultitia est: imo & maior illius, qui eo die quo prælatiam, quo animarum onus cõsequutus est, ita lætum se esse ostendit, ut seipsum præ gaudio capere non posse uideatur. Animæ suæ rationem non habet, & alienæ rationem reddere spondet. Neque solum hæc magna cum lætitia, & uoluptate recipiunt, sed ut assequantur, ita omnia perturbant, ut inde plurima mala in Ecclesia

A Dei consequantur. Magno in periculo Rebecca uersabatur, eo φ filijs, quos gebaftat in utero, quis nam prior exire deberet, contenderent, & tandē prior egressus est Esau malus ille & hispidus, & sic tunc primogenituram præripuit. Sic contentiones istæ Christianorum quisnam in prælatia, aut in quacunq; dignitate præferendus sit, Dei Ecclesiam perturbant, & maximis doloribus torquent, & accidit sæpe peccatorum nostrorum causa ut deteriores vincant, & dignitates præripiāt, qu. a pilosi sunt sicut Esau, idest, quia plus habent lanæ, plus pecuniæ, plus fauoris & gratiæ. Vetustissimū hoc malum est in mundo, de quo ait Salomon. Est malum, quod uidi sub sole, uidi seruos in equis, & principes ambulantes super terram quasi seruos, idest uitiorum suorum seruos in dignitate positos, bonos uero & iustos, qui sibi ipsis imperare sciūt pedestres, in angulo positos sine ullo honore & officio.

Gen. 25.

Eccl. 10

B

Cum Iudæorū legati gloriosum Baptistam tam humiliter de seipso sentire uiderent, dixerunt ei, *Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neq; Elias, neq; propheta?* Videtis hic malorum conditionē, ut erant Pharisæi isti, qui cum D. Ioanne egere se existimabant, humiles se esse ostendunt, & modeste dicunt, Tu quis es? dic nobis quæ sumus ueritatem, an sis Messias, nā te magna cum pompa & honore ad urbem adducemus, sperabant enim fore, ut eos statim Canonicos & Archidiaconos crearet, at statim ac eum non esse Messiā audiunt neque ab eo nihil se sperare posse intelligunt, iracunde, & aspere dicunt. *Si tu, non es, Christus, &c.* quanam authoritate baptizare audes? Eodem modo plurimi sunt qui cum a te aliquid sperant, conculcari se sinent, at cum nulla est utilitatis spes, statim te contemnunt, imo etiam si possunt, iniuria afficiunt & ignominia. O quam multi hodie dicere possumus, cur diuina administras sacramenta, si sufficientiam non habes? neque Christus eius sacratissimæ uitæ imitatione, neque Elias, cum neque diuinæ legis, neque tuæ salutis, neq; proximorum tuorum zelum habeas: neque propheta, qui rem tam certam & futurā, ut est inferni te ignibus esse (nisi te corrigis) conflagraturum prævidere nescis. Cur igitur hac uita & his moribus diuina audes exercere ministeria? O te infœlicem; Timendum quidam uobis dicam fratres chrαrissimi, seuerissimum nempe supplicium, quo Deus maledictis quibusdam sacerdotibus filijs Heli comminatur, de quibus dicitur, filij Heli filij Belial, idest filij diaboli, nescientes onus neque officium sacerdotum ad populum. De ijs etiam eodem loco dicitur, quod dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostium tabernaculi. De his igitur ait dominus ulterius, Idcirco iuraui domui Heli, quod non expietur iniquitas domus eius uictimis & muneribus usque in æternum. O stupendum Dei supplicium, O uerba aspera & seuera, o patres Sacerdotes, audite iustam Dei sententiam, qua decreuit, ut nihil sacrificia proficerent ijs, qui contra sacrificia peccauerunt Quemadmodum ijs qui peccauerunt in Spiritum Sanctum, qui peccatorum remissionis author est, peccatorum uenia indigni sunt, ut dixit dominus. Et qui in Spiritum Sanctum blasphemauerit, non remittetur. Hoc supplicio puniri digni sunt mali Sacerdotes, ut quia diuina sacramenta in peccato administrant, & ita contra illa peccant, ipsa sacramenta nihil illis prosint, & ea nunquam digne recipiant, sed in suis peccatis moriantur, De his, & huiusmodi hominibus ait Dauid. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum. Non est hæc deprecatio, sed seuerissimæ pœnæ Prophetia, qua puniuntur, qui grauissimis his peccatis diuinam maiestatem offendunt, ut nimirum diuino destituantur auxilio, ut à peccato in peccatum prolabantur. O Deus infinitæ maiestatis, illumina quæso mentes nostras, ne in horrendum hoc supplicium incidamus.

C

D

A

1. Re. 2.

1. Re. 3.

B

Luc. 12

C

Psal. 68.

Respondit eis Ioannes dicens, Ego baptizo in aqua, &c. Ego aqua lauo, ut mulieres lintea sordida & immunda aqua prius lauare solent, & præparare ut colari possint, tum sapone iterū lauāt, & si quæ sunt maculæ delent, ita ait uir iste Sanctus, ipse dum baptizo, aqua tantum lauo, & ppa ro ad aliud lauacrum efficacius, Christus Dei filius uere uos lauabit, cum in ligno crucis colabit filios Leui, Diuini sui amoris igne, & sanctissimæ suæ carnis cinere, lixiuiam faciet ad animarum maculas diluendas. O Christe uere animarum baptizator, laua nos obsecro Deus meus,

Simile.

D

Mala. 3

quos

A quos tam sordidos & immundos vides. Eia peccatores, eia carnales, homicidæ, vsurarij, huc huc accurrite, vt vos sacri sanguinis sui pciosissimi lixiuia, & molli misericordiæ suæ sapone lauet. Ipse lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, ait D. Ioannes. Et quemadmodum ipsum, & quotquot iusti fuerunt lauit, ita & vos lauabit. Durat enim adhuc sanguinis sui sacratissimi virtus & duratura est, quia infiniti, valoris est.

Apoc. 1

Ego baptizo in aqua, medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis, ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est.

B Hæc verba, ante me factus est, intelligi nõ possunt de Christo vt Deus est. Nam vt ait Beatus Athanasius, vt Deus est, filius non est factus, neque creatus, sed genitus, non creatus, quia quod creatur, nihil antea fuisse intelligitur, vt mundus qui a nihilo creatus est Christus autem ab æterno fuit Deus, neq; etiam factus, quia facere præsupponit materiam, quæ in Christo vt Deus est non inuenitur, quia est actus purus. Sed genitus est, quia generatio substãtiæ communicationem præsupponit, & quia pater totum suũ eẽ filio communicat, & filius per intellectum patris producitur, C ideo dicitur genitus. Quod si antefactus dici non potest, quo ad diuinitatem, dici quo ad humanitatẽ videtur falsum, quia Diuus Ioann. sex menses, antequam Christus conceptus est, vt declarauit Angelus sacratissimæ virgini dicens, & hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis. Respondeo, ante me hoc loco significare eius q̃ ego, factus fuit homo, qui in instanti incarnationis factus fuit homo. Quemadmodum si quis duo vasa aurifici facienda daret, & vnum quidem breui perficeret, alterum vero longiori temporis spatio, d. D cemus enim ante fuit hoc factum, quia breuiori tempore factum est.

Athan. Symb.

Luc. 1.

Simile.

Ait præterea gloriosus Baptista *Cuius ego non sum dignus, vt soluam eius corrigiã calciamenti.* O mira humilitas, quanti refert cælestis cum Deo conuersatio, Sanctæ meditationis, & orationis exercitatio, vt quis veram assequatur humilitatẽ. Quia in his rebus Dei maiestas, & nostra infirmitas patefit, vnde humilitas nascitur. Ex oratione & contemplatione, quam in deserto agebat Diuus Ioannes, tantam percepit humilitatem. Nobilis qui nunquam regis aulam vidit, nullũ se esse in vniuersa orbe nobiliorem, neque opulẽtiorẽ putat A at qui plurimum in aula versatus est, cum ĩ ea tot principes & nobiles viderit, nõ tãti se æstimat, ita qui cum Deo conuersãtur & cælestis gloriæ vias contẽplatione perãbulãt, & Angelorũ & iustorũ pulchritudinẽ contemplantur, statim seipsos contemnunt, & humiliant. Cum si ijs cõparentur nihil se esse cognoscãt, & ita Iob. Nunc autẽ oculus meus videt te, idcirco ipse me reprehendo, & ago penitentiã in fauilla, & cinere. Quid clarius dici poterat ad hoc qđ dicimus cõfirmãdũ? hæc humilitatis virtus tãti momenti est, vt dicat D. Paulus. B Qui non habet spũm Christi, hic non est eius. Vbi spũm Christi, humilitatẽ vocat, q̃ singularis est, eorũ verborũ declaratio. Spiritus Christi vocatur humilitas, q̃a eã redẽptor noster maxime amauit, & in ea se particulari quadam rõne exercuit. Quare idem D. Paulus eam nobis particulariter cõmẽdans dicẽs; hoc. n. sentite ĩ vobis qđ & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, nõ rapinam arbitratus est, esse se æqualẽ Deõ, sed semetipsũ exinaniuit formã serui accipiens. Notate obsecro, q̃ humiliare se vocat Apostolus, sentire, idem qđ Christi Iesu sensum & Spũm habere. Cũ igitur res tanti momẽti humilitas sit, & quia existimo fr̃es his verbis eius amore vos incensos, ideo q̃dã vobis præcepta C tradam, vt eã facilius consequi possitis, q̃uis. n. eius, vt cęterarũ oĩum virtutũ Deus sit author præcipuus, non ideo tamen, vt eas assequamur, & assequuti conseruemus, inutile est humanũ exercitium, quia propter hoc vocant virtutes acquisitæ, & non infusæ, quãuis Deus eas ẽt in fundere põt; ex acq̃sitis vna est humilitas, q̃ Deo adiuuante acquirimus. Ex quo infertur, quantopere decipiant illi q̃ sine vllo labore, & industria, se virtutes acquirere posse existimant. Nunq̃ obediens erit, nisi qui sæpius voluntatẽ suã alienæ subiecerit, nunquam D castus, nisi qui sæpius libidinis impetũ superauerit, nunquã temperatus, nisi q̃ sæpius gulæ triumphator extiterit, virtutes sunt istæ, quæ in anima exercitatione nascunt & alunt, in quo mechanicis artib. similes sunt, quæ sine vsu & habitu acquiri possunt. Nemo. n. aurifex, pictor, aut citharędus eẽ poterit, nisi q̃ diu se ĩ ijs artib. exercuerit, ita nemo ẽt humilitatẽ & cęteras

Iob 42.

Rom. 8

Phil. 2.

Exo. 14

Simile.

A ras virtutes acquisitas consequi poterit, nisi prius in earum exercitatione laboret. Primum autem huius virtutis medium vi detur esse ipsius amor & desiderium, ita vt eundem in animo sentiamus affectũ quẽ in seipsis experiri solent qui amant. Intimo debet amari affectu, lachrymis, & suspirijs peti, & non mõ septem annis sed, & quatuordecim eius acquirendi, gratia seruiri, vt Iacob, ob amatã suã Rachel fecisse sacra scriptura testatur, imo & toto vitę tpe si opus est. ita Salomon cũ secum ipse decreuisset, ad regni sui gubernationẽ necessariã sibi esse sapientiã, antequã eam a

Gen.29

B Deo obtinuit, eã prius adamauit, & pluri mi, vt par est ęstimauit, & ita ait. Optaui, & datus est mihi sensus, inuocaui, & venit in me Spiritus sapientiæ, & ꝓposui illã regnis & sedib. super salutẽ & speciẽ dilexi il lã. Post vehemẽs hoc desideriũ, & singularem amorem, non solum eam assequutus est, sed venerunt (inquit) mihi oĩa bona pa riter cum illa. Hac eadem diligentia vti tu debes frater, vt hanc virtutẽ assequaris, & vt te vincas, & humilies. Fac ꝑterea qd di cit Moyses populo Hebræo. Ne dicas in corde tuo, propter iustitiã meam introdu xit me dñs, vt terrã hanc possiderem. Me-

Sap.7.

Deut.9.

C mento, & ne obliuiscaris qũo ad iracundiam prouocaueris dñm Deum tuum. O singularẽ doctrinã, disce quonã modo te infælici rerum euentu gerere debeas, ne superbia intumescas. Cogita commissa peccata, & ita secũdas res, & prosperas nõ ob tua merita tibi euenire cognosces, imo iudicium Dei esse timebis, ne terrenis remuneret, vt cælestes deneget. His rebus addenda est continua diuinæ maiestatis, & potentiæ meditatio, a qua se ad tantam demisit humilitatem, vt humanam carnẽ assumeret, & ignominiosam crucis mortem subire voluerit. Durum profecto cor erit,

D quod si sacrosancta Dei mysteria frequenter tractet, inde humiliare sese non discat. Ideo obsecro vos fratres mei, vt horum præceptorum memores sitis, vt puto corde vos humiliantes, Deus exaltet, hic gratia, et postea gloria, ad quam nos perducat Iesus Marię filius. Amen.

IN EADEM DOMINICA Tertia Aduentus.

Concio Tertia.

Miserunt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & Leuitas, ad Ioannem, &c. Ioann. 1.

Mos est principum, vt cum nobilissimam aliquam fœminã vxorem ducere promiserunt, et antequam spõsalia fiant, imaginẽ suã mittant, ex qua pulchritudinem suam cognoscere aliquomodo possit. Cum igitur Dei filius humanæ naturæ se iũgi promiserit, misit antea gloriosum Baptistam tanquã sui imaginem, quæ eum ita expressit, vt ip summet principem esse non imaginem principis mundus existimarit. Et iõ mittunt a Hierusalem ad eum *Sacerdotes, & Leuitas, vt interrogarent eum, tu quis es?* Bonum erit vt hic paululum commoremur, & notemus quod ad hoc vt humilis Baptista diceret quis esset, necessariũ fuit, vt antea ab eo interrogarent, tu quis es? Nunc vero homines gloriæ & famæ ita auidi sunt, vt antequam interroges qui nã sint, ipsimet præueniant, & sese de genere, de lucris, de virtutibus iactent, & ipsimet suorum operum præcones sint. Vt Pharisæus ille, de quo dicitur, quod orans in tẽplo aiebat: non sum sicut cæteri, ieiuno bis in Sabbatho, decimas do omniũ quæ possideo: Et quia se de virtutibus iactauit, eius oratio talem habuit euentum, vt condemnatus in domum suam descenderit. Est diabolus adeo astutus & sagax, vt cũ bona opera impedire non potest, inuidia motus ipsismet operib. nos lædere tentet, efficiens vt ex ijs inanem gloriam, & delectationem percipiamus, & ea cum iactantia publicemus, vt alios contemnamus, quos in aliquo peccare videmus, & ijs nos meliores esse existimemus. In hunc errorem Romanorum aliqui primitiuæ Ecclesiæ inciderant, quos ideo Diuus Pau. in ea quam ad eos scripsit epistola, monuit dicens, si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autẽ cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius

B

C

Luc.18

D

Rom.11

A socius radicis, & pinguedinis oliuæ factus
es, noli gloriari aduersus ramos, quod si
gloriaris non tu radicem portas, sed radix
te. Vbi monet gloriosus Apostolus Iudęo
rum & Gētilium exemplo, ut Christiano
rum nullus quãuis se in uirtute profecisse
uideat, glorietur aduersus eos quos in pec
catis aut infidelitate uiderit. Cogita quis
nam tu antea esses, eras enim oleaster, ꝙ si
nunc aliquid es, a Deo omnia accepisti, &
ideo ait, cum oleaster esses, insertus es; nõ
te in Iesu Christi societatem inseruisti,
sed insertus es. Cogita ut Hebræi illi cũ a
Deo tantoperé amarētur, fracti tñ sunt, &
B in infidelitatis errorem prolapsi sunt. Eo-
dem modo & frangi tu ipse poteris, & ex
oliua fertilissima in qua nunc insertus es
(quæ est Iesus Christus) caderé. Cogita
magnum illius beneficium, quo te in sua
gratia conseruat, ut ab hac radice uirtutē
accipis, illa autē nihil a te recipit. Noli altũ
sapere sed time. Si.n. Deus naturalibus ra
mis non pepercit, ne forte nec tibi parcat.
Rom. 9. Hebræos uocat naturales cælestis huius
oliuæ ramos. Quia vt idē D. Paulus dixit
de illis. Qui sunt Israelitæ, quorũ adoptio
est filiorum, & gloria & testamentum, &
legislatio, & obsequium, & promissa, quo
C rum patres, ex quibus est Christus secun-
dum carnē, qui est super omnia Deus be-
nedictus in sæcula. Amen. Si propter hæc
omnia eos naturales ramos appellat, &
cum huiusmodi essent, fracti tamen sunt
& ceciderunt, cur igitur non timebis tu,
quamuis a Deo te amari sentias? Ait præ
terea, uide ergo bonitatem & seueritatem
Dei, in eos qui ceciderunt seueritatem, in
te autem bonitatem Dei, si permanseris
in bonitate: alioquin & tu excideris. Do-
cet hic sanctus Apostolus, quod ut homo
in uirtute perseueret, continua considera
tione eget, quod semper Dei bonitatē &
D misericordiam habere debet ob oculos,
qua cũ ijs uti solet qui pseuerant, & seue-
ritate qua utitur cũ ijs, qui ceciderũt. Boni
tatem prius quam seueritatem ponit, quia
bonitas magis propria est Dei, quia ut ea
vtatur merita nostra non expectat, seueri-
tate autem utitur ꝑpter demerita. Et ita
Esai. 52 ait Esaias, Ambulate in lumine ignis ue-
stri, & in flammis quas succendistis: idest,
pęnarum, quibus affligimini uestra deme
rita causa sunt. Ait autem, in te bonitatem
Dei, scilicet uidebis si permãseris in boni-

tate, non ait, si permanseris in fide, sed in A
bonitate, idest in omnibus operibus bo-
nis. Quodnam clarius argumentum con-
tra hæreticos adduci potest? quod si nõ per-
manseris, audi pęnam, alioquin (inquit) &
tu excideris. Quæ pœna intelligi potest, ꝙ
amissa bonitate fides sæpe amittitur, &
uniuersaliter intelligi potest de separatio Mat. 7.
ne æterna in alia uita, ut dixit dominus
omnis arbor, quæ non facit fructum bo-
num, excidetur, & in ignem mittetur. Ver
ba sunt ista Diui Pauli tantæ efficaciæ, ut
si ea semper in memoria hærerēt, magna Esa. 31.
nobis essent humilitatis causa, ne de uirtu Eph. 5.
tibus, & bonis operibus gloriemur. Per
Esaiam ait Deus: ego dominus, primus &
nouissimus ego sum. Et cum dicat D. Pau
lus imitatores Dei estote sicut filij charis
simi, in hoc etiam eum aliquo modo pos-
samus imitari, vt quisque primus in uirtu
te studeat esse, & in propria opinione &
æstimatione nouissimus. Odiosa quidem
res est diabolo, in uirtutis exercitatione
priorem esse, odiosior tamen est esse hu-
militate nouissimũ. Et ideo qui prudētes
non sunt, raro ad hanc uirtutis perfectio-
nem deueniunt, quia maximis diabolus
vtitur artificijs ut hoc impediat. Callidi Simila.
& experti duces cum urbem aliquam ex C
pugnare uolunt, ex aliqua parte eam ag-
grediuntur, & scalis illã ascendere simu-
lant, & defensores eo accurrãt, & cæteras
urbis partes defensorib. destitutas dese-
rant, tunc qui in insidijs latent desertã par
tē aggrediuntur, & expugnãt facillime, ita
& Sathanas ira uos & luxuria tentat, ꝙ si
uos preparatos inuenit, & ei resistere uidet
deserit statim callidus hãc partem, & aliã
aggreditur inopinatam. Tentat statim
uos inani gloria, & superbia, ut si alia par-
te castitate, aut patientia uicistis, hic uicto
riæ ipsius iactantia uincamini, eius gloriã
uobis ipsis adhibentes, quę magna est in D
iustitia. D. Thomas ait, tanto maius esse D. Th. 3
delictum, quanto maius est obiectum cæ par. q. 3.
teris paribus. Ex quo patet magis peccare ar. 5.
eum qui Deo honorem eripit, quam qui
homini pecuniam. At tu qui tentationẽ
quas superasti, & bonorum operum quæ
fecisti, gloriam tibi tribuis, uide quam gra
ue peccatum committis, Deo auferens
quod ei tanta iustitia debetur. Hoc quod
Pharisæi a Diuo Ioanne petierũt interro
gantes, tu quis es: hoc ego ab unoquoque
ue-

A uestrũ fratres chariſſimi petere uellem. Tu quis es? ſed antequam reſpondeatis notare uos uolo, quod quamuis fide certũ & indubitatum ſit hominem ad imaginem & ſimilitudinem Dei fuiſſe creatum, quia hoc ſancta ſcriptura affirmat, hanc tñ ueritatẽ hoc modo probare poſſumus. Quo

Gene. 1. enim modo imaginem aliquam in cera impreſſam, cuius nam ſigilli imago ſit cognoſcetis? ita nimirum ſi ſigillũ imagini ſuperimponitis, ſi nihil uacuum remanet & in omnibus cum ea quadrat, eius ſigilli imaginem eſſe dicetis; eodẽ modo deprehenditur hominem Dei eſſe imaginẽ, &

B à Deo tanquam ſigillo eſſe impreſſam, qui nihil omnino, præter Deum animæ uacuũ, & angulos implere poteſt. Et ſicut

Scot⁹ in 4. diſ. 14. dicit Scotus, quod nulla creatura naturali dotem animæ dignitatem cognoſcere poteſt, neque ipſamet ſeipſam, quia Dei eſt imago (quomodo.n. poteris cognoſcere Ioannem Petro ſimilem eſſe, niſi Petrum cognoſcis? ita cum quiſnam Deus ſit ignoremus, ſcire non poſſumus, quidnam anima ſit, quæ eius eſt imago,) attamen eius pręſtantiæ cognitionem aliquam aſſequi poſſumus, dum uidemus omnes creaturas minori eius deſiderio ſatisfacere nulla ratio

C ne poſſe. Hunc cognoſcendi modum do-

Cant. 1. cet ſponſam ſponſus dicens, ſi ignoras te o pulcherrima inter mulieres, egredere & abi poſt ueſtigia gregum tuorum; & paſce hædos tuos iuxta tabernacula paſto-

Pſal. 114 rum. Propria animæ domus & requies Deus eſt, ad quam reuerti optabat David, cum aiebat, Conuertere anima mea in requiem tuam. Ouium greges ſunt noſtri ſenſus, hædi eorum ſunt appetitus, qui per huius mundi prata paſcere ſolent, vbi paſtores, qui ſunt homines carnales, ſua tabernacula habent collocata. Ait igitur ſponſus ad ſpõſam: viſne cognoſcere quæ

D nam ſis? egredere poſt ueſtigia gregũ tuorum. Non iubet eam egredi, ſed mod⁹ eſt

Simile. loquendi, quo & hodie uti ſolemus, nam cum quis non cognoſcit bonum, quod domi ueſtræ hẽt, dicere ſoletis, egredere è domo mea, & tunc quod in ea bonum habes cognoſces. Non iubetis eum egredi, ſed idem eſt ac ſi diceretis, cũ egreſſus eris tunc præſens bonum cognoſces, hoc idem ait ſponſus his uerbis ſponſæ: Cũ è domo tua egreſſa eris, cum a Deo tuo recedes, ab eius amore & gratia, & effrænatos tuos ſenſus ſequeris, eorum appetitus A paſcens, per huius mundi paſcua vbi peccatores ſua habent tabernacula, tunc uidens paruam quam in eis inuenies delectationem, & plurimum moleſtiæ & doloris quem ſecum praua & corrupta uita afferre ſolet, tunc animæ tuæ præſtantiam cognoſces, quæ nulla in rẽ præterquam in Deo quieſcere poterit. A te igitur quẽ Deus tanta cum excellentia creauit inter rogo, tu quis es? es ne forte homo ad imaginem, & ſimilitudinem Dei creatus? ſi ratione uteris, & Deo aſſimilari ſtudes, & vt anima iſta adeo præſtans & nobilis uili & infimæ carni imperet, merito hominem B te eſſe reſpondere poteris, at niſi hoc habes quamuis pulchritudinem habeas, diuitias, & honores, beſtia potius quam homo appellari debes. Magna profecto ſtultitia eſt, cum res omnes, quotquot ſunt ob ſuas proprietates laudemus, hominem tantum ob res externas laudemus. Dicite obſecro bonamne appellabitis nauem, quia depicta egregie eſt? minime uero; ſed quia ex optimo ligno eſt & optimo artificio contexta, quia leuis eſt, & uelis uentiſque optime paret, enſem bonum eſſe dicetes, quia auro eſt exornatus & uaginã habet elegantem? minime, ſed quia opti- C me ſecat & ferit, regulam ligneam laudabis ne, quia pulchra eſt? minime, ſed quia recta, cur igitur hominem laudas, quia diues eſt? quia pollet gratia, quia fortunæ bonis affluit, quæ nihil ad hominis naturã faciunt, ſi tamen eum tanquam beſtiam uiuere uides & hominis nomine indignum eſſe? quis igitur es, ſi homo nõ es, neque uti ratione uis? num te ſeruum Dei poſſumus appellare? minime, quia huius fundamentum eſt ratione non affectu vti. Seruus ſolicitus coram domino ſuo ſtat paratus ad iuſſa, oculos in eius oculis defixos habet, vt ſi vultu, aut capite D aut manu annuat prompte exequatur & ita ei addictus eſt, vt quicquid illi gratum eſſe nouit diligẽtiſſime pręſtet. Heu, heu uix vllus ẽ, qui Deo ita ſeruiat. Videretur ne uobis bonus eſſe ſeruus, qui quamuis dominus oculis & manu annueret, tum uoce ipſe iuberet, hæc audiens, & uidens terga verteret, & eius iuſſa contemneret? quis nam huiuſmodi ſeruum domi ſuæ ferre poſſet, neque hanc iniuriam puniret? ô infœlix & impudens peccator. Dei

iu-

A inspirationes & beneficia, prædicatorũ uoces quid aliud sunt, quam nutus & uocationes Domini? tu uero omnia contemnis, seruus igitur Dei non es, sed transfor potius, & æternis dignus suppliciis. At uõ pa
Rom 1. D. Paulus, q dicebat: testis est mihi Deus, cui seruio in spiritu meo. Vbi Græce uerbũ latreuo, quod latine per uerbum seruio
D. Aug. trãslatum est. Quia ut ait B. Augustinus, nullo uocabulo latino potest plenius explicari significatio latriæ, quam per uerbũ seruio, quia latria significat seruitutẽ summam factam Deo cum tremore uehementi, & sic seruiebat Deo B. Paulus. O quam pauci nunc ita Deo seruiunt, ut ita merito de nobis dici posset, quod dixit Deus
B per Ezechielem de Hierusalem, contem-
Ezech. 5 psit iudicia mea, ut plus esset impia quam gentes, & præcepta mea ultra quam terræ quæ in circuitu eius sunt. Impius (inquit) est populus meus plus quam gentiles & idololatræ, q lapides adorant, illi enim fidem dijs suis seruant, & ijs obediũt. Maurus si quid legi suæ repugnare scit, ab eo abstinet, Christianus uero minime. Intuere (inquit Deus) infidelem & Arabem, qui Christianum te esse docebunt. Et ita ait illis, & in illis nobis omnibus quia supera-
C stis gentes, quæ in circuitu uestro sunt, & iuxta iudicia gentium non estis operati, ideo faciam in te, quod non feci propter omnes abominationes tuas. O quãta confusio est, ut dicat nobis Deus, iuxta iudicia gẽtiũ non estis operati. Cur saltem legem naturæ non ita seruamus, ut suos ipsi ritus seruã t? quin etiam uirtutibus moralibus sæpe nobis præstant. Itaque existimo peccatum, tales uos fratres charissimi reddidisse, ut uix huic interrogationi respon
Psl. 143. dere possitis, tu quis es? Quare idem de uobis dici posse uidetur quod dixit Dauid libera me dñe de filijs alienorum, quorum
D os loquutum est uanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. Quorũ filij sicut nouellæ plantationes a iuuentute sua. Filiæ eorum compositæ, circumornatæ ut similitudo templi. Prõptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud. Attendite, quod nomen impon it, filii alienorum, gẽs ne sine nomine, quæ uerbum quidem uirtutis loqui scit, sed sexceptas uanitates & ineptias quales sũt patres, tales sunt filij. Tanquam plantæ nouellæ, quæ præter folia, & ipsa amara nullum afferunt fructum, ita

mentiũtur, ita iurãt & periurant, ita mur- A
murant, ita proximos suos infamant, ut eorum patres. Filiæ eorum compositæ, quid possunt furãtur, ut filias suas ornẽt, & compõnãt tanquam templi imaginẽs. Simile.
Pauperis Ecclesiæ sacrista, qui unam tantum uestem habet ad ornandas imagines eam omnibus Ecclesiæ suæ imaginibus aptat, ita ut in festo Diuę Catherinę ea uestè eius imaginem ornet, in festo diuę Luciæ, Diuæ Catherinæ uestis detrahẽda sit, ut diuæ Luciæ imago componatur. Et ita in omnibus anni festiuitatibus. Vnde tritum est illud sermone prouerbium. *Desconpoñer a un sãcto por cõponer a otro*. Hic
B mundus est tanquam sacrista pauper, uix uni uestiri & componi possũt, nisi alij denudẽtur infęlix homo, qui filias suas componere uult, tanquam tẽpli imaginẽs difficulter id præstare poterit, nisi proximos suos spoliet iniquis contractibus. Vt daret Sanson triginta uestes quibusdam, qui
Iudi. 14. eas sibi problematis solutione meruerãt, percussit triginta uiros, quorũ ablatas uestes dedit ijs, qui problema soluerent. Hoc est horum tyrãnorũ munus, qui nomine carẽt, occidere & spoliare proximos suos, ut filias suas cõponãt. Occidere eos dico,
C quia iis alimẽtum quo uiuebãt, auferunt, & ita remanent promptuaria eorũ plena, eructantia ex hoc in illud. Ex hoc magnã eorũ auaritia patet, areas n. plenas habẽt, & promptuaria noua quotidie efficiũt, ut nouis reb. impleãnt. Nam si quæ plena iã sunt pauperibus darẽt, nihil opus esset noua efficere. Moneo igitur uos ut caueatis, ne uobis contingat, quod dixit dñs cuidã
Luc. 12. auaro cuidã diuiti, qui cogitabat intra se dicens. Quid faciam, qd non habeõ quo congregẽ fructus meos? & dixit, hoc faciã, destruam horrea mea, & maiora faciã, & illuc cõgregabo omnia q nata sũt
D mihi, non recordabatur infœlix hospitalia esse, carceres, uiduas, orphanos, ubi qd illi superaret conseruare optime poterat. Non habeo (inquit) quo congregem fructus meos. Mentiris scelesta, mentiris, nã nihil opus est horrea tua maiora efficere. Ob hanc crudelitatem & auaritiã, cum hæc secum ipse cogitaret, Dei uocem audiuit dicentem, stulte hac nocte animam tuam repetent a te, quæ autem parasti cuius erunt? O Deus incommutabilis quam multis istud accidit hodie, quibus in maioris

A ioris suæ auaritiæ pelago uulgo; golfo, mors interuenit repentina, quorum animas diaboli repetunt, quæ autem lucrati sunt hic remanent, neque ulla in re illis prodesse possunt. Obsecro igitur uos fratres per uiscera misericordiæ Dei nostri, ut recordemini pauperum domos horrea esse & promptuaria, ubi quæ uobis superfiunt seruanda sunt. Imo etiam ex iis quæ uobis necessaria sunt, non quæ supersunt tantum, iis dare deberetis, & ita de uobis dici non poterit promptuaria eorum plena, & eructantia ex hoc in illud.

Cum respondisset D. Ioannes se non esse Christum, neque prophetam, ut ueteris B testamenti prophetæ, qui uenturum esse Messiam prædicebant ipse uero digito indicauit, neque Heliam esse quamuis spiritum & uirtutem haberet Heliæ dixerunt illi, *Quis es, ut responsum demus iis, qui miserunt nos? quid dicis de te ipso? ait ille, ego uox clamantis in deserto.* Vox clamantis, idest, ualde clamans, uox efficax. Vox per omnes partes est uox, ita Diuus Ioannes totus erat uox, eius paupertas, tota eius austeritas, tota eius uita erat uox, omnia clamabant, omnia sanctitatem & uirtutem prædicabant. Vtinam daret Ecclesiæ suæ Deus plurimos prædicatores Diuo Ioanni similes. Petite hoc ab eo fratres, ut prædicatores det, qui uoces sint clamantes & efficaces, ut uita pluquam verbis prædicent, quamuis plurimi cum se se emendare nolunt, prædicatores frigidos uellent non efficaces, qui eorum aures uerbis mulcerent potius quam corda uulnerarent. Dicebant Hebræi ad Moysen. Loquere tu nobis, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. Cum eos angelus Dei nuntius Exo. 20. cum fulgure & tonitruo alloqueretur, cum deterriti audire nolebant, sed Moysen qui blandius loquebatur, ita hodie C genus maxime perdita ait, ne nobis prædi- D cent angeli, qui nos minis deterreant, qui tonent, fulgurent, & metum incutiant, prædicent nobis homines, qui vt homines loquantur, ornate composite & tepide. Hoc illud est tempus, de quo D. Paulus dicit: Erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & a ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. O pessimum signum, audite quid de his dicat Dauid: Omnem escam abominata A est anima eorum, & appropinquauerunt Psal. 10. usque ad portas mortis. Per hoc uerbum omnem escam, Dei uerbum significatur, quod esca est perfecta. Phrasis enim est sacræ scripturæ, hoc nomen, omne, pro perfecto accipere. Ita illud Pauli intelligitur. Vt in me ostenderet Christus Iesus om- 1. Ti. 1. nem patientiam, idest, perfectam patientiam, & quoties in suis epistolis ait in omni patientia, intelligi debet in perfecta patientia. Et illud Sapientiæ. Panem de cælo præstitisti illi omne delectamentum in Sap. 16. se habentem, & omnis saporis suauitatem, omne delectamentum, idest, perfectum. Ita hic omnem escam, idest, perfectam escam, & cum Dei uerbum esca sit tam per- B fecta & animis tantæ utilitatis, eam abominari est mortis & æternæ condemnationis portis propinquum esse. Quare fratres ne existimetis ideo uos Dei uerbum non abominari, quia prophana quorundam prædicatorum eloquentia delectamini, quæ non Iesum Christum, sed se ipsos prædicant. Nam nisi perfectam hanc escam abominaremini, eos libenter audiretis, qui Dei uerbum prædicant cum spiritu, efficacia, & simplicitate, ut decet.

Vox clamantis. Significat etiam cõquerentis Dei uocem esse. Simile C Cum uir aliquis generosus patiens & potens conqueritur, signum est querelam suam esse iustam, & cum potens sit, & ulcisci se posset, & tamẽ conqueritur, signum est, ideo queri ne ulciscatur, sed ut querelis medeatur rei de Psalm. 7. qua queritur. De Deo ait Dauid Deus iustus fortis & patiens. Quare cum patientiæ sit & fortitudinis infinitæ, & tamen de nobis conqueritur, signum est iustam esse querelam, & ne suas ulciscatur iniurias, sed ut nos eius querelas audientes mores nostros emendemus, & finem imponamus iniuriis. Ibat Saul cũ suo exercitu quærens, Dauid, ut eum interficeret, & spelun- 1. Re. 24 cam quandam ingressus est, vt purgaret D uentrem, in qua latebat Dauid, quem cum non uideret Saul, serui Dauid eum hortabantur, ut sese ulcisceretur, & inimicum suum occideret, noluit Dauid occidere, sed chlamydis oram clam abscidit. Cum uero egressus esset spelunca Saul, clamauit Dauid post tergũ eius, dicẽs, quare audis uerba hominũ loquentium. Dauid quærit malum aduersum te? iam uides quod te.

A te occidere potuissem, & tũ chlamydis tuæ partem abscidi. Sed uerum est prouerbiũ, i.Re.26. ab impijs egredietur impietas. qualis quisque est, talia præstat. Audiens Saul querelas Dauid, leuauit uocem suam, & fleuit, & culpam suam agnoscens ei reconciliatur. Non multos post dies tanquam oblitus Saul (vt vlterius legitur) magno cum suo exercitu Dauid persequitur, & cum militaret iã nox, castrametatus est & dormire cœpit. Aduenit eo Dauid secreto, & cũ ad eum nemo incitaretur, vlcisci se noluit, sed hastam ad caput eius defixam, & aquæ scyphum abstulit, cumq; abijsset, de monte clamare cœpit, B & queri Saul iterum se eum occidere potuisse significans. Quibus uocibus excitatus Saul, iterum amicitiam pollicitus est dicens, peccaui, nequaquã ultra tibi malefaciam, eo quod preciosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie, sed secunda promissa seruauit, vt prima. Nonne igitur uobis uidetur fratres quod merito Dauid de perfido Saul querebatur? nonne magna uobis eius ingratitudo uidetur? At maior uestra ingratitudo sine dubio est, & cuius de uobis Deus quam posset scitote. Cogita infœlix peccator tuis peccatis Deum te, quantum in te est, persequi & occidere uelle. In malitiæ tuæ spe- C lunca absconderis, & putas eo quod tu Deum non uideas, ideo te a Deo non uideri, sed falleris quia omnia uidet Deus, qui tecum semper plusquam tu ipse tecum adest. Eius iustitia & omnipotentia eum ad iram & ultionem prouocant, ut te in peccatorum tuorũ spelunca occidat: At Deus uestis tuæ orã abscindere uult, vt deterreat, aliquid tibi ex bonis tuis aufert, filium tibi eripit, permittit, vt aliqd tibi infortunium succedat mox clamat & queritur per suos prædicatores dicens, vide hoc, quod quemadmodum diuitias tibi aut filiũ, ita & uitam tibi auferre poterã, uide quid tibi accidisset, si te D in eo statu mori permisissem, uide quot te beneficijs afficio, tu vero me iniurijs, quia qualis quisq; est talia præstat. Quoties frater has querelas audiuisti, quoties remordet conscientia, & ploras in corde tuo fratueris post hac nunquam Deum te esse offensurum? Sed statim promissi oblitus ad iniurias redis, & rursus celestẽ hunc Dauid persequeris, & dum in tuis flagitijs & sceleribus sopitus iaces, aduenit Deus, & hastã aufert, quæ est fortitudo corporis & salus, cui tanquam hastæ omnia tua peccata innituntur, aufert aquæ vas in quo erant tibi diuitiæ, denique quæ uasis tibi instar erant, ut uoluptatum humanarũ aquas potares, vita te priuaro posset; sed adhuc te patienter expectat, iterũ clamat, & te ex illo infœlici somno excitat, tu iterum ploras, iterũ pœnitentiam polliceris, sed uix pollicitus es, cum bonum obliuisceris. O ferreũ hominum genus. O pectora cæca, vbi iudicium, ubi consilium, vbi saltem naturalis periculorum timor? quo iam certior est quanto periculũ imminens grauius, & certius est? quid autẽ certius quam qd catholica fides prædicat? qd grauius quam id in quo de sempiternis gehennæ supplicijs (quæ omnia huius uitæ B supplicia uincunt) sententia deferenda est? quis igitur nos ita de mente deiecit? quis ita sensus nostros obstupefecit, ut ista, nec uideamus, nec timeamus. O pater luminum illumina nos ob tuam clementiam in tantis cæcitatis erroribus, ne diuinæ tuæ maiestati, non solum querelæ, sed ultionis causam præbeamus. Videtis igitur quanta cum causa dicat D. Ioannes, ego uox clamantis? Vox Dei sum, qui clamat, & queritur. Idem, et Euangelici prædicatores dicere possunt, & quoniam Dei querelæ cum adeo potens ille sit, ideo sunt, ut uos deterreant, & ad pænitentiam prouocent, efficite obsecro ne inutiles uobis sint, & ita suã C hic uobis gratiam dabit, qua acquiritur gloria ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

IN EADEM DOMINICA Tertia Aduentus.

Concio Quarta.

Miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, &c. Ioan. I. D



Via homines in suis actionibus inconsiderati sunt, neque sua desideria diligenter examinant, ideo fit ut sæpe decipiantur, & uirtutem esse existiment id quod uere non est. Quapropter maxime est huiusmodi temeritas reprehendenda in re tanti momenti, ut est animæ salus, aut

A aut condemnatio. Et ideo dicitur, iustus prior est accusator sui, uenit amicus eius, & inuestigabit eum. Hoc est iustus cum sibi aliqua magni momenti facienda offertur, primum seipsum accusat, ignorantiã suam agnoscens, & ita eius determinationem prudenti amico relinquit, eius consilium suo anteponẽs. Si Pharisæi sacros diuinæ scripturæ libros consuluissent, neque in re tanti momenti præcipites & inconsiderati fuissent, intellexissent profecto nihil opus fuisse, cur Sacerdotes, & Leuitas mitterent ad Ioannem, qui ab eo peterent an esset Messias. Cum apertissime in sa-

B cris scripturis, ex qua tribu futurus erat, & ubi nasciturus, prædictum esset. Sed quamuis in hoc eorum temeritas, & imprudentia patefiat, declaratur etiam, quantæ potentiæ sit uirtus. Et antequam hoc explicem, explicabo uerba illa obscurissima Diui Pauli. Nam quia in Dei sapien-

1. Co. 1. tia, non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Cum Dei cognitio sit bonorum omnium principiũ voluit Deus, vt per admirabilia creationis opera, in quibus infinita eius sapientia tantopere elucet, deuenirent homines ad

C eius magnitudinis infinitæ cognitionem. Sed quia homines propria malitia cæci Deum ex mundi creatione & conseruatione non cognouerunt, ideò uoluisse eum (ait Apostolus) ut ex rebus quas mundus stultitiam putat (vt est cęli, & terrę dominum esse pauperem, vitæ, & mortis dominũ cõdemnari, flagellari & crucifigi) eũ cognoscerẽt. Et ita subdit Apostolus Quoniam & Iudæi signa petũt, & Gręci sapientiam quærunt, nos autẽ prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Christum crucifixum prædicare, Iudæis scandalum erat, & Græcis stultitia. Quia videbatur il-

D lis quod cũ prædicaretur res tam admirabilis, vt est Deum hominem fieri, aliæ saltem qualitates Dei maiestati conuenire deberent, ut homo esset potẽtissimus, cui mundus vniuersus obtemperaret: *Diues* & liberalis, ut *Deum* esse decet. Nos autem (ait *Diuus* Paulus) non prædicamus nisi Christum (qui verus *Deus* est, & uerus homo) & hunc crucifixum, quia in hac humilitate maiora, & *Deo* digniora latẽt, quam in ea pompa, & superbia quam Iu-

A dæorum incredulitas & Gentilium curiositas petit. Et vere, quandoquidem decreuerat *Deus* humanam carnem assumere, nihil plus ei conueniebat, quam paupertas, quam nos ita contemnimus. Res enim fuisset à Deo maxime aliena, & eo indigna in hunc mundum uenire sub Cæsaris in apparatu, Alexandri in Imperio & diuitijs æmulum, hoc est: *Fuera cosa indigna de Dios venir ala tierra a competir enel aparato con Iuli Cesar, y enel mundo, y riquezas con Alexandro.* Et ita hæc ostia & cætera quæ carnales hoĩes Deũ hoĩem factum habiturum esse sperabãt, omnia sub alterius

B hominis (qui Deus non esset) iurisdictione, et dominio esse potuissent vt Christus R. noster in ijs tantum rebus debebat excellere; quas nemo, præter illum habere poterat, ut est mundum ueritatis ui sequi[illegible] rere, et homines sublimis ingenij humilitatis admiratione sibi subijcere; omnia quæ mundus amat contemnere, et quæ cõtemnit amare, ita ut maius in eo aliquid et diuinũ latere uideretur. Quare ex rebus magnis eas tantum sibi elegit, quæ Deo tantum conuenire poterant, ut mortuos resuscitare, mari imperare, et uentis, et huiusmodi alia. Ex cæteris uero rebus

C occasionem tantum accepit, ut uirtutis ualorem ostenderet, et diuinum spiritum, q in eo erat, et hæ fuerunt pauperem esse, contemni et crucifigi, quib. in rebus plus quisnam esset ostendit, q coronis, et imperijs ostendisset, quod ex hoc Euangelio probari potest, quandoquidem uidemus omnes mundi imperatores et potentes principum tantum præstantissimorum, et fortium ducum nomen obtinuisse. *D.* uero Ioannes cameli pelle uestitus, herbarũ radices pascens, tyranni potentiæ subiectus, sine ullis miraculis tantam Hebræis peperit admirationem, ut *Deum* esse posse, et Messiam in lege promissum existimarint,

D et hanc ob causam ab eo interrogasse. *Tu quis es?* Quod autẽ hoc uoluerint illi uerbis suis dicere, patet ex eo quod respondit dicens *non sum ego Christus*, esset enim *D.* Ioannis humilitate indignum responde re *Deum* se non esse, nisi hoc ab eo petere voluissent. Quod si tantam uim habuit gloriosi Baptistæ uirtus, quam habuisse credimus Christi R. nostri uirtutem, quæ erat sine ulla comparatione, maior? Videtis igitur pt ex opinione, quam *D.* Ioannes

sua

A sua virtute consequutus est, infertur, quanti momenti fuerit, ut quo homines in Dei humanati cognitionem deuenirēt, humilitatem & paupertatem quam elegit, eligerent, & in ea mirabilia, quæ operatus est, operarent. Sed occurrit hoc loco quæstio. Cur Pharisæi qui hoīes erant mali & perditi, hominem tam seuerum & sanctum, rectum, pauperem, & eorum moribus omnino
Luc. 3. contrarium, qui eos genimina viperarum tanta cum libertate vocabat, volebant tamen, ut Messiam & prælatum recipere?
B Respondeo, sæpe accidere, vt in hominib. uitiosis vitium aliquod maius sit uitij minoris frænum, plusquam Dei timor, neque aliud quicquam. Nam cum uitiorū actus sint inter se sæpe contrarij, qui plus in animo potest vincit & frænat alios. Est aliqs luxuriæ deditus, quem neq. prædicatorum uoces, neq. inferni timor ab hoc uitio deterrere pōt, qđ si ambitiosus esse incipiat, aut auarus, infamiæ metus, aut amor pecuniæ efficit, ut in opere saltem castus sit, si desiderium non omnino euellit. Ita nouorum deorum desiderium effecit, ut aurum
C omne & gemmas ad idolum conflandum libenter præberent Hebræi licet auari essent. Tanta erat Pharisæorum superbia, tā
Exo. 32 tum erat publicæ existimationis desideriū ut plus in iis potuerit opinionis acquirendæ spes, quam D. Ioannis seueritatis & integritatis timor. Et ita quia sanctos a populo haberi se existimabant, si talem sibi
2. Re. 11 Messiam eligerent, legatos ad eum miserunt. Cum dux Ioab mitteret, qui regi Dauid nuntiarent infortunium, quod in urbis cuiusdam Amonitarum obsidione cōtigerat, ubi cum urbis mœnibus propius
Iud. 6. accederent plurimos milites interfecerāt. Cumque regis iram & reprehensionem timeret (eo quod ex Abimelech Gedeonis fi
D lij morte belli pericula metuere non didicisset, quem mulier ex turre lapidis ictu occiderat, cum mœnibus audacibus accedere uoluisset) monuit nuntium dicens, si uideris irasci Regem dices. Etiā seruus tuus Vrias Hethæus occubuit. Paruit nuntius, & cum Vriæ mortem Dauid audiuit, tantum in eo potuit innocentis uiri morte desiderium suum expletum esse, ut iram placarit, quam nec verba plurima, neque excusationes placare fortasse potuerant. Vt intelligatis quonam modo maior affectus minorem sæpe frænare soleat.

Et confessus est, & nō negauit, & cōfessus est, quia non sum ego Christus. Non uidet A magna in D. Ioanne uirtus fuisse, hos indebitæ sibi gloriæ titulos recusasse, quod si sancti hoc in eo plurimum laudār, hoc faciunt pp hominum consuetudinē, qui plus de opinione & existimatione, quam de rei ueritate gloriantur, & boni existimari ma Psal. 118 lunt, q̄ esse. Ex quo infertur, q̄ infirmum vitium sic superbia, quandoquidē in mendacio, & in eo quod uerè non est fundatur. Hinc etiam infertur nullum uerum esse honorem præter eum, qui in Dei seruis est, quorum honor in opinione fundatur quā Deus de illis habet, qui falli nulla ra- B tione potest. Hic tantum honoris nomine dignus est, & ita Dauid postquam de certa cognitione, quam Deus de hominib. hēt, loquutus esset, dicens: imperfectum meū viderunt oculi tui. Hinc infert: nimis honorati sunt amici tui Deus, & ita ait D. Paulus, quod nullus peccator uerum honorem habet, ut declarauit quidam uerba illa, oēs peccauerunt, & egent gloria Dei, i. Rom. 3 omnes destituti sunt uera gloria, quæ in iudicio Dei consistit. Quemadmodum in sacra scriptura montes Dei uocantur, qui in gratia Dei sublimes sunt & excelsi: ita gloria Dei uocat uera gloria. Hæc fratres gloria est, quam omnes optare, & ambire de- C bemus. Hanc ut assequamur, mors ipsa si opus est subeunda; humana enim quæ falsa est & inanis, nobis est inutilis, imo ab ea carere utile.

Cum rñdisset D. Ioannes se eum non esse, quē ipsi cogitabant, dixerunt illi. *Quis es, ut responsum demus iis, qui miserunt nos ego uox clamantis in deserto, idest*, uox Dei sum, quæ Clamat: & queritur. Cum Deus creauit mundum, qa nihil diuinæ eius uoluntati repugnabat, non ait Sancta scri- Gene. 1. ptura eum clamasse, sed loquutum esse. Dixit Deus, fiat lux, & facta est lux. Fiat firmamentum, congregentur aquæ, quæ sub cælo sunt, &c. Et factum est ita. Et ita no- August. tat B. Augustinus, super illud, Spiritus dñi ferebatur super aquas, quod per aquas ibi nebulosa illa obscuritas intelligenda est, D & illud quod Philosophi materiam primam appellant, quæ est massa ex qua cætera omnia formata sunt, antequam proprijs formis distinguerentur, & aquas appellat, quia ut artifex nullam in ea repugnantiam inuenit, sed quamcunq. figurā faci-

A facilè recipit: nam si rotundam, & globosam eam facere vult, in rotundo uase eam ponit, & statim illa sine ulla repugnantia orbicularem figuram recipit. Si triangularem, aut quadrangularem, nullam eodem modo repugnantiam inuenit: ita Deus cũ specificum, & indiuiduum esse reb. omnibus daret, nullam in ijs repugnantiam in-

D. Aug. li 1. sup. Gẽ c. 18 ueniebat. Illud autem, Spiritus dñi ferebatur super aquas, ait D. Augustinus, significare quod erat tanquam auis quę ouis incubat, vitam ijs tribuens. Ita spiritus dñi infinitæ suæ potentię calore rebus omnibus distinctum & specificum esse dabat, & id

B omne sine clamore faciebat, quia omnia Diuinæ eius voluntati obtemperabant. At

Gene. 3. postquam peccauit homo, neque Dei præcepto paruit, ait textus, ꝙ audiuit Adam vocem dñi deambulantis in paradiso Iam clamabat Deus, & de Adæ inobedientia conquerebatur. Neque solum his uocibus conqueri se de homine significabat, verũ etiam hominem propter peccatum procul eo abesse. Nam tunc clamare solemus cũ

Ps. 118. quis longius distat. Et ita ait Dauid, longe a peccatoribus salus, uera autẽ salus Deus est. Quod si petitis quomodo cũ fit Deus infinitæ potentiæ, creatura tam uilis eum

C a se possit eijcere, ita ut Deus longe esse à

Scot. in 3. d. 37. peccatoribus dicatur? Respondet Scotus. Quod hoc fit non formaliter, neque effectiue, sed demeritorie per peccatum mortale, nulla enim est uis quę Deum effectiue possit eijcere, sed demeritorie. Quod fit, ut di-

Gen. 31. ci solet, non verbis dicam tibi ut abeas, sed operib. Cum esset Iacob in domo Laban, & abire ex ea decreuisset, Liæ & Rachel uxoribus suis discessionis causam affert. Video faciẽ patris uestri, ꝙ nõ sit erga me sicut heri & nudius tertius. Quidnã refert sanćte Patriarcha Laban amabilem sibi & lętam (ut antea solebat) faciem non osten-

D dere? quia ex facie cor conijcitur, ut Eccl.

Eccl. 13 significat dicens, Cor hominis immutat faciẽ eius Faciem auertere, mutatum esse cor significat, ideo discedere uolo. O Deus ineffabilis meritò discedere à peccatore potes, qui faciem adeò tristem, cor adeò peruersum diuinæ tuæ maiestati ostendit, mundi creaturis lætam ostendit faciem, quia eas amat, tuis uero rebus tristem, quia eas non amat, ieiunio, sermoni, eleemosynæ, orationi, & omnibus virtutis operibus tristem faciem peccator ostendit, quia te dñe non amat. Hoc significat quod ait Ec- A

clesiastes. Cor sapientis in dextera eius, & Eccl. 1.

cor stulti in sinistra illius. Certum est ꝙ vterque quo ad naturalem dispositionem cor in sinistra habet. Sed hoc ait, quia cor est operum auctor, manus autem dextera est quæ recta operatur, sinistra vero mala, & imperfecta, si sinistra scribis, aut facis, aut cædis aliquid, imperfectum opus efficies. Ideo ait, quod sapiens habet cor in dextera: quia cor habet ad bona opera inclinatum, stultus uero qui est peccator in sinistra, quia cor habet inclinatum ad malum. Et ideo in rebus quæ ad Dei seruitiũ pertinent, malam & tristem faciem osten- B

dit. Et ideo discedit ab eo Deus. Et vt intelligas, ò miser peccator, quanta cum causa Deus discedat: unde quid agas cum mortaliter peccas nunc in lege gratiæ. Via firmat D. Paulus dicens. Irritam quis fa- Heb. 10

ciens legem Moysi sine ulla miseratione duobus uel tribus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratię contumeliã fecerit? Exaggerat eo loco sanctus Apostolus peccata, q̃ in lege gratiæ fiunt, quia post initum fœdus cõmissa sunt. Re- C

fert aũt tria peccatoris scelera, quæ admirationem pariunt & timorem Primum conculcat Dei filium. Cogita, quæso, infælix homo, quod si peccatum aliquod commissurus es, illud, nihil aliud esse quam sancti alicuius os cõculcare, vtinam hoc considerares, ita nanque a peccando deterreris, quanto magis sciens hoc esse nõ sanctum aliquẽ, sed ipsummet Christum Iesum R. tuũ conculcare. Quomodo igitur tantam maiestatẽ, tanta iniuria audes afficere? Ait secundo ꝙ polluit sanguinem testamenti. Si cũ peccare vis, diceret tibi diabolus efficiam, vt quod optas præstare nõ possis, ni D

si antea calicẽ in missæ sacrificio consecratũ stercore & sordibus imples. Quis nam tã audax & temerarius peccare hac conditione uellet? Tertio ait, ꝙ spiritui sãćto cõtumelia fit. Cõsidera hic, ꝙ sic cũ peccare uis, ipsemet rex te uocaret dicens, uelle te filiũ suum, & regni hæredem facere, esses tu adeo impudens & insanus, ut eũ contẽneres, neq; audire uelles, ut desiderio tuo satis faceres: qdnã tua hoc mereret impudentia? multo. n. peius est spiritũ sãćtũ hac

contu-

A contumelia afficere. Hæc omnia quæ hic ait D. Paulus, non potestis dicere a me esse excogitata, sed Spiritus sancti esse necessario fatendum est. Ita sentit Deus huiusmodi temeritates, ut de ijs eum cælo, & terra per Isaiam conqueratur dicens, Audite
Esa. 1. cæli, aurib. percipe terra, filios enutriui, & exaltaui, ipsi aūt spreuerunt me. Cum creaturis queritur sensu carentibus, non cum rationalibus, significans rem huiusmodi esse, ut a cælo ipso & terra quę sensu carēt sentiri debeat. Exaggeratur etiam hoc uer-
Eccl. 12 bis illis Ecclesiastici, altissimus odio habet
B peccatores. Si uas aliquod haberetis ex auro, malo, & fætido liquore plenum, ideo ne uas eiiceretis? minime profecto, sed potius lauari illud iuberetis, & seruari, ita Deus peccatum odit, ut quamuis anima uas sit pretiosissimū (cum sit spiritualis) ta-
Simile. men quia pctm̄ in se continet, eam quoq; odit Deus, & utrumque deijcit infernū, & hoc est odio habet peccatores Non. n. satis illi fuit dicere, odio habet peccatum. Et hoc demeritum illud est cuius causa dicebamus Deum ab anima discedere, & abire longius, ita ut clamare necesse sit.

Ego uox clamantis in deserto. Hæc vox cæteris omnib. uocibus præstitit, quia non q̃ rauca facta est, admirabilis uox fuit D. Petrus, cum dixit, tu es Christus, filius Dei
C uiui, sed passionis tempore adueniente ita timoris frigore raucus deuenit, ut uerbum diuinum confiteri ausus non sit. Hæc uero uox mori potius maluit, quā clara uox esse de linere & ueritatem constantissime ꝯfiteri. Sed quonam modo rauca fieri poterat ea uox, quæ tam suaues gratiarum; & Spiritus sancti nectares (hoc est lamedores) in matris utero acceperat? Vox clamātis in deserto gloriosus hic uir uocatur, qa in deserto prædicabat, & eo omnes, ut eū audirent conueniebant. Nunc etiam ꝓ
D dicatores appellari possumus uoces clamātes in deserto, quia nihil plus fere proficimus, quam si in deserto prædicaremus. Nam quamuis in urbibus prædicemus, & hominibus impleantur ecclesiæ, idem tamen est ac prædicare in deserto. Plures
Simile. enim ueniunt, ut uideant, quomodo prædicetur, quam ut id, quod prędicatur efficiant. Videbitis aliquos ociosos, qui ex silice ferro ignem excutiunt, non ut ignem accendant, sed ut uideant quomodo euolent scintillæ, & eas salientes contemplentur percutiunt silicem, & uix scintilla exiliuit, cum clamant en ut hæc scintilla uolauit, percutiunt iterum, & aiunt, plus ista A
uolauit. Sed quamuis plures iterent ictus nunquam tamen ignem accendent, quia escam nō admouent silici, nam si admouerent, ignem statim conciperet. Auditorum intellectus est tanquam silex, prædicatores uero sunt tanquam ferrum (hoc Gene. 5.
est *eslauon*,) uos igitur auditores huc conuenitis, ut prędicatores uos suis uocibus & aures, & animos feriant, non ut charitatis ignis accendatur, sed ut uideatis quænam scintillæ plus euolent, quisnam in uerbis ornatior sit, quis in rebus plus eru- B
ditus, quis in gestu uenustior sit quis in ꝓnuntiatione clarior & decentior, & ita dicitis, plus uolat hic quam ille, melior est hic prędicator, quam ille, & nunquam diuini amoris ignem accenditis, quia non applicatis escā (quæ est uoluntas) ut ignē concipiat Nam si ut intellectus, quod prędicator docet, apprehendit, statim uoluntas tanquā esca amplecteretur, & amaret ut exequeretur, magnus in animis uestris ignis excitaretur. Neque ita frigidi hinc discederetis, ut disceditis, quia cum tantum finem habuistis, ut uideretis quonam modo prędicator diceret, & repręsentaret, ac si prędicatores histriones essent, & comædiarum repræsentatores. O scelus horribile. o iniuriā, quæ Dei uerbo fit, ut ait propheta Ezechiel, & tu fili hominis, filij populi tui ueniunt. & audiūt sermones tuos, & non faciunt eos, quia in canticum oris sui uertunt illos, & auaritiam sequitur cor eorum, & est eis quasi carmen musicum, quod suaui dulcique sono canitur. Accidit sæpe ut dum in lectulo noctu iaces, canant alij in uia, surgis, & a fenestra, musicam magna cum delectatione audis, qua absoluta ad lectulum statim redis & somnum. Idem omnino contigit pluribus, qui conueniunt, ut Dei uerbum audiant, & libenter quidem audiunt, sed D
sermone absoluto ad lectulum, idest, ad peccatum in quo iacebant, reuertuntur, ante sermonem carnales sunt, post sermonem carnales, ante auari, & postea auari, antea iracundi, postea iracundi, & utinam non discedatis interdum, prædicatores irridentes, ut Israelitæ suos irridebant prophetas, qui eorum temporum prædicatores erant. Hoc deplorabat sanctus Esaias Isa. 28.

Ezec. 2. C
Eze. 33
Simile.

A dicens. Et erit eis verbum domini, manda, remanda, manda, remanda, expecta, reexpecta, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi. Solebant prophetæ Dei pręcepta sic prædicare iubet Deus, ne adoretis idola, ne furemini, ne occidatis, &c. Recordamini aliam esse uitam, mortem instare, & rerum omnium rationem reddituros vos esse exactissimam. Hæc audientes non modo non se corrigebant, sed discedebant e templo secum ipsi repetentes id quod prophetæ dixerant, eos irridendi gratia sibi inuicem dicentes, uidesne quam

B importuni sint nostri isti prædicatores dicunt. Deus hoc iubet, Deus illud iubet, manda, remanda, expecta. Nam altera est vita, vbi etiam est bonorum præmium vel malorum pæna, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi (hoc est, cito hæc vita finietur, & illa succedet:) Quid nostra refert? percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum, neque mortem, neque iudicium, neque infernum timemus, cũ his omnib. fœdus iniuimus. Mandet Deus, & remãdet, nos enim uiuemus,

C vt libet. Propter hoc audite verbum domini viri illusores Ego ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura, & delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit, flagellum inundans cum transierit, eritis.n. in conculcationem. *O ualamela beatissima Trinidad.* Vt idem prorsus nostris quoq; temporibus accidit Clamamus hinc quotidie, abstinete a periurio, a ludo, a murmuratione, recordamini Dei præcepta hæc esse, recordamini aduentare mortem, quã seuerissimum Dei iudicium consequitur. Quid nam his rebus respondetis uiri illusores? profecto postquam hæc audiuistis, ita securè & absque ullo timore viuitis, ut cum morte, & inferno pacti esse uideamini.

D Quid igitur expectatis fratres tanta cõ sciẽtiæ libertate? discite obsecro, discite timere, & aliquam ex cœlesti doctrina utilitatem percipite. Disponite animos uestros, & præparate, ut illa in ijs operari possit. Diuus Paulus ait, quam speciosi pedes Euangelizantium, idest O quam bona desideria prædicatores Euangelici habent,

Ro. 10. ut sudant & laborant animarum remedio, sed non omnes obediunt Euangelio, quia non se disponunt. Ad imaginem depingendam non sufficit penicillos bonos esse, colores bonos, & pictorem egregium, nisi tabula ante optimè complanata est, æquata & leuigata, ita non satis est prædicatorem bona habere desideria, sanctam & integram doctrinam, si corda leuigata non sunt, sed dura, aspera, & rudia, ita vt verbum Dei imprimi in illis non possit.

Si tu nõ es Christus, quare baptizas? Respondit Ioãnes dicens, Ego baptizo in aqua; medius aũt uestrũ stetit quẽ uos nescitis. Ille animam lauat, ego præparo, ut sit ad sanctũ baptismũ recipiẽdam disposita. Vt qui

B suere discat, & manum leuem faciat & uelocem, prius acum ei dant sine filo, vt ea

Simile. pannum qua maxima põt velocitate multoties perforet, ut paulatim manus habituetur, at qui eum a longe spectant suere existimant, cum tamen nihil efficiat, quia deficit filum quo panni extremitates coniungi debent, huiusmodi erat D. Ioannis baptismum, quod nihil aliud erat quam veri Iesu Christi baptismi exercitatio, qđ perfecte animas a peccatorum sordib. purgare debebat, & eas grat a & charitate tam quam filum Deo coniungere. D. Ioannis baptismum nõ coniungebat eas cum Deo quamuis exterius bapt. z re uidebatur, ut

C ipsemet Saluator. Ita ait D. Ioannes cum eo, qui post me vẽturus est comparari nulla ratione possum. (qui in medio vestrum est) ille sol est, ego vero Lucifer, qui solis luce adueniente euanescit, ille iud. x est, uiuos & mortuos iudicaturus est: ego uero præco sum, qui ei vt vos moneam præcurro, ille est sanctissimum Sacramentum, animarum pastus & refectio ego uero sum tã quam canipula quæ præcedit, ut omnes se prosternant & eum venerentur. Ille est ho-

Ioan. 1. rologium qui mortalium uitas ordinat, & mensurat, ego vero manus sum, qui eũ indicaui dicens, ecce Agnus Dei. Ille vinum

D est, qui corda amore inebriat, ego vero ramus sum, & signum qui cæteros moneo, vt ad eum accurrant.

Medius autem uestrum stetit, quẽ uos nescitis. Cum Diuus Ioannes hoc dixit, nondum Christus se reuelauerat mundo miraculorum operatione, & ideo mirum nõ est, si eum quamuis in medio eorũ staret, nondum tamen cognoscebãt. Nunc vero cum iam se manifestauit, & in medio nostrum stet, in sanctissimo scilicet altaris Sacramento, ubi eum merito venerari debemus,

A mus: ita tamen uiuere ac si eum nescire-mus, hoc maxime accusandum est Et praeterea cum Deus, ut De°, in medio nostrû stet, interius q̃ quisq; nostrû in seipso stet, & tñ ut audeamus in eius oculis ea facere, q̃ coram hoib. infimę cõditionis facere puderet; haec magna oĩno impudentia est. Quae nã mulier adeo impudẽs inuenitur, ut in mariti sui cõspectu committere audeat adulteriũ? q̃s nam latro adeo scelest°, ut corã iudice furari audeat? quõ igitur, o infaelix hõ coram altissima hac maiestate peccare audes? Cõsiderate haec ob secro, fratres, & cogitate Deũ in medio ve-
B strũ stare; hac. n. cõsideratione proficiebat
Psal. 118 in uirtute Dauid qui ait, seruaui mandata tua & testimonia tua, quia omnes viae meae in conspectu tuo. Mandata testimonia sunt Dei pcepta & consilia, quae Dei uoluntatem testantur. Habens te (ait Dauid) Deus meus psentem, quõ rem, quae uoluntati tuae repugnet cogitare, nedum praestare audeam? quia meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. O beatos illos, q̃ hoc uere de se ipsis dicere possunt. Ita enim sese disponunt ad gratiam, qua acquiritur gloria, ad quam nos perducat Iesus Marię filius Amen.

C

IN EADEM DOMINICA Quarta Aduentus.

Concio Prima.

Anno quintodecimo Imperij Tiberii Caesaris procurante Pontio Pilato Iudaeam, &c. Luc. 3.

D Narrat hoc loco D. Lucas, qđ cum gloriosus Baptista praedicare cępit humani generis redẽptionẽ aduenisseq; Verbum, diuinum, & hoĩem factum inter homines conuersari, tunc Iudaeorum regnũ in quatuor principatus, seu gubernationes diuisum erat, quibus homines Gẽtiles Imperij Romani nomine praeerant. Voluit autem Spiritus sanctus horum gentilium mentionẽ fieri, ut impletas iã esse pphetias appareret, quae hoc tempus praedixerãt, in quo Dei filius A humanam carnẽ erat assumpturus, inter Gen. 49 quas est illa celebris Patriarchae Iacob, qui morti proximus dixit: non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de faemore eius, donec ueniat q̃ mittendus est, & ipse erit expectatio gentiũ. Vbi uerba illa, qui mittendus est, Hebraeum uerbum interpretãtur, schilo. Quam dictionem in nullo scripturae sacrae loco pterq̃ hic reperiri aiunt, & eius diuersas afferunt interpretationes. Nostra translatio habet, qui mittendus est, septuaginta interpretes (cui reposita sunt) translatio Chaldaica (Messias) pprie autem schilo significat, eum qui in omni B bus faeliciter agit & prosperatur; & omnia quae incipit ad faelicem exitum perducit. Et ita quicquid de hoc verbo dicitur solum Christo Redemptori nostro cõuenire potest, non alij. Ille. n. est qui mittendus erit, ille est cui reposita erant facienda ea, quae nemo pter eum facere poterat: ut est humanum genus redimere, & cum aeterno patre recõciliare, caelum reserare, inferno spolia detrahere, diabolum uincẽdo & mortem, ille est Messiah, i. unctus, Psal. 44. quem pater unxit oleo laetitiae prae cõsortib. suis; ille est qui prospere omnia fecit, & ad debitum perfectumq; finem pduxit, ut pater ei iusserat dicẽs; intẽde prospere, C procede, & regna, vt est in eodẽ Psalmo; & quamuis daemonis astutiae eũ impedire noluerint, nunquam tamen potuerũt. In eadem Iacob prophetia, ubi nos legimus, & ipse erit expectatio gentiũ, in Hebraeo est, & ipsi aggregabuntur gẽtes. Vt patuit experientia, cum tanta hominum gentilium multitudo eius se obedientiae subiecerit: non vi & armis coacta, sed sola Apostolorum praedicatione persuasa.

Mentionem praeterea facit Sanctus Euangelista malorum põtificum Annae, & Caiphae, vt corruptos illorum temporum mores significaret: non saecularis tantum D ordinis, uerum etiam ecclesiastici, & ita ait D. Paulus. Lex autem intrauit, ut Rom. 5 abundaret delictum, ubi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia, ut sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet in iustitiam in uitam aeternam per Iesum Christum dominum nostrum. Quod non intelligendum est, legem fuisse datam, ut plura essent delicta. Mali enim propria malitia ei parere

A rere noluerunt, quare lex illis in maius malum redundauit, & ideo ait, lex intrauit, ut abundaret delictum. Vbi particula illa, ut, nõ denotat causam, sed consecutionem effectus. Quasi dicat, eo ꝙ Deus legẽ illis dederit, propria eorum malitia consequutum est, vt plus peccauerint, quia plus optare homines solent id quod prohibetur. Plurimum autem notanda est temporis opportunitas, cum Deus maximũ omnium beneficium largiri uoluit cum nimirum abundauit delictum, cum in culmine malitia erat, cum mundus minus hoc merebat. O bonitas Dei ineffabilis, O charitas incomprehensibilis: dic obsecro, Domine, quanam in te homines de te bene meriti sunt, ut in eos tam liberalis esse volueris? ad hoc eo loco D. Paulus respondet. Vbi abundauit delictum superabundauit & gratia. Hoc nos cogitare vult De⁹ & in animo semper habere, ut diuinus in nobis amor excitetur. Quapropter p Isa-
Esa. 43. iam ait. Non me inuocasti Iacob, neque laborasti in me Israel, ueruntamen seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatib. tuis, Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, reduc me in memoriam, & iu
C dicemur simul: narra siquid habes, vt iustificeris: pater tuus primus peccauit, & interpretes tui p̃uaricati sunt in me. Quasi dicat. Nõ ob tua neq; maiorum tuorum merita hoc in te beneficium cõfero, quia omnes peccatores estis. Discite fratres ab
Isa. 49. hoc pijssimo domino benefacere ijs, qui uobis male faciunt. Hoc unum est inter alia quæ ut doceret, venit in mundum. Et ideo p Isaiam ait illi pater æternus. Dedi te in fœdus populi, vt suscitares terram & possideres hęreditates dissipatas, ut diceres ijs qui vincti sunt, exite, & ijs, qui in tenebris, reuelamini. Primum, quod illi di
D citum est, dedi te in fędus populi. Non solum nobis eum dedit, ut nos infinitæ suę maiestati reconciliaret, uerum etiam ut nos inuicem recõciliaret, & amorem in cordib. nostris accẽderet. Ideo addit, ut suscitares terram. Terra mortua esse dicitur cum iacet inculta, & nullum producit fructum, qui vtilis sit, ita terreni homines terra sũt mortua, q̃a uerũ fructum (qui est amor) nõ gignunt, & eãdem ob causam eos uocat hęreditates dissipatas, quia in uetustis & dirutis ædificiis lapides dissipantur, & cæmẽta omnia. Quod significat, quam di

A uisa sunt hominũ corda & nullo amore, & charitate coniuncta, vt nos iterum coniũgeret, uenit Dei filius. Et admirabilis profecto fuit amorem docẽdi modus, homines ipsum amare, & tũc tot eis bona largiri, cum illi tot in eũ mala faciebãt. Quã obrem fratres non ideo proximos uestros odio prosequamini, quia uos iniurijs afficiant, q̃nquidem hoc Redemptoris nostri exemplum ꝓpositum habetis ob oculos. Antequam hunc amorem Deus doceret iusserat Hebræis, non abominaberis Idu- Deut. 23
mæum, quia frater tuus est. Erant Idumæi filij Esau. Hebręorũ hostes acerrimi, & t̃n B
ait, nõ abominaberis Idumæum. Et affert rationem, q̃a frater tuus est. Ex quo loco optime infertur, quam ob causam inimicos etiam amare debeamus, q̃a nimirum frater tuus est. Ne spectes malum q̃d tibi facit, neq; damnum quod infert, sed fratrem tuum esse cogita, vnam esse carnem, unum sanguinem, omnes ad imaginẽ Dei factos. Quod si hoc olim Deus iubebat, quid nos hodie facere ęquum erit? Si res tibi difficilis & laboriosa uidetur, scias eũ, qui hoc iubet non ignorare, quod potes. Ipse cognouit figmentum tuum, recorda Psal. 102
tus est q̃m puluis sumus. Poterat, ne infir- C
mitas nostra plus diminui, q̃ puluerem nos appellando, qui minimo quoque flatu spargitur? Cũ igitur imbecilles nos & infirmos esse nõ ignoret, & t̃n tẽm adeo difficilem iubeat, ut est bonũ ꝓ malo reddere, ille opem feret, & uires ut pręstare hoc possimus, suppeditabit. Cum iussit Deus Noe, ut cuiuscunq; generis animalia arca includeret, dicere sãctus vir potuisset, quo nã modo tã diuersa animalia, p orbem dispersa colligere potero? quomodo leones, tigres, vrsos, lupos domare & mansuefacere? Præuenit huic difficultati De⁹ dicens, Gen. 6.
bina ex omnibus ingredientur tecũ, idest D
sine vllo labore ipsamet sponte sua arcam ingredientur. Ego qui hoc iubeo modum etiam quo fieri facile possit dabo. Idẽ in hoc præcepto accidit & in cæteris omnib. quæ magnam hominibus difficultatem habere uidentur. Ipse enim Deus, qui uires nostras optime scit, suo nobis fauet auxilio, ut facile fieri possit.

Hoc tpe ait sanctum Euangelium, *Factum est uerbũ Domini super Ioannem Zachariæ filiũ in deserto*, Plurima hic notanda

A da occurrunt. Primum ꝙ cum esset Diuus Ioannes in matris vtero sanctificatus, & in gratia confirmatus, ut mortaliter peccare non posset, hominum tamen familiaritatem fugit, & cum bestijs in deserto uitam degere maluit. Præstet enim inter animalia bruta, quam inter homines uiuere, ita nulli iam sunt adeo perditi, & bestijs ipsis deteriores. Leo leonem non occidit, homo uero non hominem tantum, sed fratrem tum etiam parentem ipsum occidit a quo uitam accepit. Bestiæ cum filios necessaria habere uidēt quiescunt, homo uero quamuis filijs careat, nec die, nec nocte quiescit: ut dicitur, unus est & secundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non cessat, neque satiantur oculi eius diuitijs, nec recogitat dicens, cui laboro, & fraudo animam meam bonis? in hoc quoq; uanitas est & afflictio pessima. Bestiæ de crastino die solicitæ non sunt, homo uero quamuis ad uiginti ætatum annos (si tot uiuere posset) opes suæ sufficiēt nunquam tamen contentus uiuit, sed nouas semper artes excogitat, ut plus possideat, acsi perpetuo uicturus esset. O hominum peruersitas, beatus ille, qui a nobis secedens in remotas, & desertas syluarum solitudines fugit, quia nihil est quod hominem ita peruertat ut homo. Cum daret Deus terram Chanaam Hebræis, primum quod eis præcepit fuit, ut omnes eius habitatores destruerent, significans nihil maiori esse hominibus detrimento, quam homines malos. Ideo sanctus Moyses eum dixisset Hebręis, quod nisi diuinę legi parerent, Deus eos erat ex terra illa eiecturus in peccatorum suorum pœnam, inuocat statim cælum, & terram dicens, testes in uoco hodie cælum, & terram cito perituros uos esse de terra, quam possessuri estis, non habitabitis in ea longo tempore, sed delebit uos dominus atque disperget in omnes gentes, ibique seruietis dijs, qui hominū manu fabricati sunt è ligno, & lapide. Videtis ut prædicit, qđ permixti semel cū idololatris breui idololatræ fieri debebant, & gentiū Deos adorare, ut intelligatis ꝙ periculosa sit malorum familiaritas, quorum exemplum plurimum malū incitare solet. Et ideo ait, ibi seruietis dijs. Quasi dicat cum gētilibus gentiles statim eritis. Quod confirmari etiā potest ex eo quod dixit Dauid loquens cum Saul. Maledicti sunt in conspectu domini qui eiecerunt me hodie ut non habitē in hæreditate domini, dicentes, uade serui dijs alienis. O admirabilis exaggeratio, ait enim qui causa erant, ut a Dei populo exularet & inter gentiles uiueret, idem erat ac si illi dicerent, ito & idola adora, significās rē esse difficillimam si inter idolatras uersens non idololatrare. Quod si gloriosus Baptista cum mortaliter peccare non posset, hominum tamen familiaritatem tantopere fugit, cur vos fratres imbecillitatis uestræ conscij, eos, quamuis mali sint non B fugitis? imo causa cur eos ametis & ijs familiariter utamini potissima est, ꝙ mali sunt, nam bonorum aspectum & familiaritatem fugitis, ut dæmones crucem. Secūdum quod hic notādum occurrit est, fugisse sanctum hunc uirum hominum frequētiam & urbium strepitum, ut se diuinę cōtemplationi dederet. Sanctus Esaias ait, uocabens Sabbathum delicatum, & sanctum domini gloriosum. Qua in re significauit animæ quietem & otium esse diuinarum rerum contemplationem, quæ res est ualde delicata, & si tantillum distrahimur, facile amittitur. Hāc ob causam Dei serui humanas conuersationes quam maxime possunt fugere solent, quod Deus ipse docet dum ait, uacate & uidete quoniam ego sū Deus, significans, ꝙ ut eius bonitatem, & potentiam consideremus, & ita eius amore incēdamur, necessarium est uacare a rebus omnibus humanis. Et ita in Ecclesiastico dicitur. Sapientiam scribe in tempore uacuitatis. Sapientia est suauis et amabilis. Dei delectatio, quę in anima tempore uacuitatis imprimitur. Quare pro eo ꝙ nos legimus, respexit in orationem humilium. B. Hieronymus ex Hebræo uertit, respexit in orationem uacui, idest egeni, & omni humana ope, & conuersatione destituti. Et alibi dicitur, quodcunque reliquum fuerit de domo Iuda, i. saluatū, mittet radicem deorsum, & faciet fructum sursum, hoc est quo magis se quis recondet, & si fieri posset sub terra, eo magis amore & meritis cresceret. Tanti æstimat Deus aīæ quietem, quod cum dies omnes creauerit septimo tantum benedixit. Benedixit diei septimo, & sanctificauit illum. Causa statim affertur, quia in ipso cessauerat ab omni opere suo, quod creauit Deus, nō benedixit primo, sed septimo, idest, Sabbatho,

H 4

[Margin notes: Eccle. 4. — B — Nu. 16. & 33 — C — Deut. 4. — D — A — B — Esai. 58. — C — Psal. 45. — Eccl. 38 — D — Ps. 101. — 4. Re. 9 — Gene. 2.]

A tho, ut doceret nos Dei benedictionem, & diuinæ contemplationis quietem coniungi solere, quia res est Deo adeo grata. Spōsus adiurat filias Hierusalem, ne dormientem sponsam cælesti quiete, & somno excitent, dicens,
Cant. 2. adiuro uos filiæ Hierusalem per capreas, ceruosque camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam quoadusque ipsa uelit. In quo significatur quantum sit malum Dei seruos in sua quiete perturbare. Qua propter obsecro uos fratres diuini huius sponsi nomine ne cum iuxta religiosorum monasteria incedītis, obscœnis uerbis & importunis clamoribus iustorum animas, quæ Dei sponsæ sunt, in diuina cælestis sponsi conuersatio
B ne occupatas perturbetis; Cauete enim ne uos Deus ob tam graue facinus seuerissime puniat. Ex hac spirituali doctrina inferre potestis, Dei spiritum & amorem ualde rem issum in hominibus esse, qui magno cum animi effectu in humanarum rerum strepitu uiuunt. Quanam quiete uiuere eorum animus potest, qui tanquam fornax est, ubi innumera fere desideria fabricantur, & incus in qua tot curas assiduæ tundunt. o infœlix homo, qui mane surgis proprijs desiderijs excitatus, & curis, & primum, quod facis est cogitare, quonam mo
C do telā ordiri, & retia texere possis quibus proximos tuos fallas: ita ut a peccato incipias ducere omnes dies. O cæcitas, o miseria, ut uelit homo ob res tam uanas, res tā ti momenti (ut sunt cælestes) amittere. Si fugimus fratres a procelloso mari ad portum, si naui fracta rimarum plena, & naufragio proxima, si ab ædificio ruinam minanti, cur non etiam mundum fugimus, in quo tot capiti nostro pericula imminen
D tia uidemus? Ex hoc quia in hoc strepitu cœlestium rerum obliti tanta cum perturbatione uersamur fit, ut Dei amor amittatur et charitas, quæ quiete acquiritur, & con
Leuit. 6. seruatur. Hebræi ignem in altari ad sacrificia perpetuo seruare soliti erant, at postea quam Babyloniorum captiui facti sunt illum altaris ignem sacerdotes in ima quadam spelunca occultarunt, transactis iam captiuitatis annis reuersi ad Hierusa
2. Mac. 1. lem, ignem in spelunca positum quesierunt (ut narratur in Machabæorum libris) & non inuenerunt ignē: sed eius loco aquā crassam quasi lutum, qua cum sacrificium aspersissent, solis percussa radijs in ignem mutata est, & ita consummatum est sacri A
ficium: Qua in re plurimum notandum est, quod dum Hebræi in Hierusalē fuerunt, ignē in altari habebāt, cum in Babyloniā profecti sunt, ignis mutatus est in aq̄, & lutum factus est. Cum ad Hierusalē sunt reuersi, aqua rursus in ignē mutata est. Qua in re significauit Deus, quod cum homines quiete & pacifice uiuūt ab humano strepitu remoti, diuini amoris ignem in suorū cordiū altari conseruāt, quo desideria, affectus & opera diuinæ maiestati sacrificant, at uero ab hac quiete egressi in Babylonia proficiscuntur, ignis ille mutatur in lutū, in carnales & sordidos amores, donec ad B
spiritus quietem, & pacē reuertantur. Tertium quod in glorioso hoc uiro animaduerti debet, est tantorū annorum in eo deserto, & in ea uitæ austeritate perseuerantia. Nunc uero si forte aliquando uirtutis sumus iter ingressi, uix biduum uel triduū progredimur, cum statim labore defatigati minima quaque de causa ad peccati uiā reuertimur. Magnopere prudens quædam 1. Re. 14
mulier regem Dauid sibi laudare uisa est, cum dixit. Sic est dominus meus rex sicut angelus domini, qui neque benedictione, neque maledictione mutatur. Angelo eum comparauit, qui ab eo quod semel apprehen C
dit non mutatur. Fœlix ille qui ita uirtutē amplectitur, ut neque benedictione, neq; maledictione, i. neque prosperis neq; aduersis rebus eā dimittat. Est hæc perseuerantiæ uirtus tantæ præstantiæ, ut cum dixisset dominus discipulis suis, uos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis, addidit statim, & ego dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in D
regno meo, & sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel. O præmium ineffabile quod ijs pollicetur Deus, neque Luc. 22.
ait quia patrem, aut matrem, aut bona uestra reliquistis, sed quia permansistis mecum, quia perseuerarunt, ideo illis cæleste pollicetur regnum. Et quamuis infimi & instabiles simus, ut arboris folium, quod uento, & sine uento mouetur, & exiguo calore arescit, & decidit (quam ob causam dixit Esaias. Cecidimus quasi foliū uniuersi) nihilominus tamen si Deo inni Esa. 64.
timur perseuerare poterimus: quia de eo qui hoc facit dicitur. Firmabitur in illo, i. Deo, & non flectetur. Et ita diuino hoc Eccl. 25
auxilio

A auxilio firmatur iustus, vt idẽ Ecclesiasticus paulò vlterius dicat; iustus sicut sol permanet, qui nunquam lucem suã amittit; de peccatore autẽ ait statim, stultus sicut luna mutatur. De chamæleonte narratur & experientia probatum est, colorẽ mutare pro diuersitate rerum, quæ illi obijciuntur, albedini tantum similis non fit, ita vt si rem nigrã apponis, niger, si viridem, viridis videatur, quod si cãdidam, candidus non fiat. O q̃ verè hoc de te peccator dici potest, ad quamcunq; rerum mutaris, cuicumq. rei similis fis, præterquam virtutis candori. Apponantur ludi, voluptates, lu-

Eccl. 17

Simile.

B cra, vltiones, harum omnium rerum colorẽ accipies, at si castitatem, misericordiã, humilitatem, pietatem in tuo proximo videas, color iste virtutis & cãdor nihil in te operatur: huic soli assimilari nõ vis. Audi infœlix quod D. Paulus ait; secundum duritiem, & impænitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddit vnicuique secũdum opera eius, ijs quidem, qui secundum patientiam boni operis gloriam, & honorẽ, & incorruptionem quærentibus vitam ęternam; ijs autem, qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt aũt ini-

Rom. 2.

C quitati, ira & indignatio, tribulatio, & angustia in omnem animam hominis operantis malum. O pœnam seuerissimam, quam tibi Sanctus Apostolus Dei nomine cõminatur, eò q̃ tam facilis sis & prõptus ad malum tam durus, & difficilis ad bonum, vos autem iusti lætamini, audientes hæc, quæ Deus pollicetur præmiatis q̃ secundum patientiam boni operis vitam æternam quærunt. Vbi boni operis patiẽtia significat perseuerantiam, vsq. ad mortem. Sic exponit Origenes hunc locũ. Et ait, ſm patientiã, quia ad perseuerantiam

Origen.

D maximè necessaria patientia est. Magna enim in virtute repugnãtia est, si iniurias ignoscere vis, quanta sit repugnantia vides, si mundum deserere & religiosam vitam eligere, quot etiam hic impedimenta occurrunt? si castus esse vis, si humilis, in vnaquaq; tandem virtute multa inuenies, quæ patientia superanda sunt. Ait præterea, ijs qui quærunt vitã æternam. Quia plurimi sunt, qui in bonis operibus exercentur, sed non propter vitam æternam. Ideò orat Dauid, auerte oculos meos nè videant vanitatem, scilicet, nè oculus in-

tentationis tendat in vanitatẽ & appetitũ A humanæ laudis: sed quicquid facit, Deum tanquam finem spectet. De malis qui in malitia obstinati sunt, ait Apostolus. Qui credunt iniquitati. Credere iniquitati est, credere nullum sibi ex iniquitate malum euenire posse, quod quãuis ore fateri non audeant, in suis tamen cordibus persuasi sunt, quamuis male viuant, condemnandos tamen non esse. Quia ipsamet iniquitas eos cęcat, & persuadet pęnitẽtiæ tẽpus non defuturum. Horum pœnam (ait) futuram esse iram, & indignationem, quia indignabuntur in inferno Deum appellã-

B tes iniustum, & perpetua quadam rabie & furore concitati horrendis blasphemijs Deo maledicent vt dicitur. Aestuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerũt nomẽ Dei habentis potestatem super has plagas. Tribulatio autẽ est pœna, qua eos dęmones afficient: angustia quam Dei visione priuati recipient, quæ pœna est omnium maxima. O Deus bonitatis immensæ. Hæc dicimus, hęc audimus, acsi ad nos non pertinerent. Quæro a vobis fratres, quid vos in hoc tanto discrimine consolatur? quæ spes animũ vestrum erigit? quid nunc animo voluitis? quid cogitatis? quid

Apo. 16

C nã solatij capitis? quid (quęso) agit ratio? quid sensus? quid mens, atq. consilium? si hoc ita est, si hoc veritas dicit, si fides & credit, & confitetur, quomodo qui ita puniẽdi sunt tam facilè, tamque leuibus de causis committere audent, quod sempiterno: acerbissimoque supplicio vindicandum est? Quamobrem adiuro vos sanctissimæ Trinitatis nomine, vt statim pœnitentiam facere incipiatis: & vt in illa perseueretis Diui Pauli præceptum, seruate, qui Ephesis ait. Eratis aliquando tene- bræ, nunc autem lux in Domino: vt filij lucis ambulate. Vt filij lucis Hebraicè significat, vt homines virtuti maximè

Ephe. 5.

D subiecti & diditi. Fructus enim lucis, (idest, cordis per pœnitentiam & fidem illuminati) est in omni bonitate iustitia, & veritate, probantes quid sit beneplacitum Deo: Probantes, idest experimento cognoscentes. Ex quo patet necesse esse, vt qui mali fuerunt, in plurimis virtutibus exerceantur, vt prauos habitus tollãt, & ne ad vitia redeant. Magna profectò miseria est videre, vt nunc satis sit hominibus dicere: am peccata mea confessus sum, nihil ne

facien-

A faciendum superest cum in tot peccatorum sordibus tandiu vixeris? nullã adhibent diligentiã, vt in virtute perseuerent, quæ maxima Dei iniuria est: Vt Tertullianus affirmat, ait enim huiusmodi homines inter Deum & diabolum comparationem facere voluisse: videntur, & vtrique seruire, diabolo quidem cùm in peccato erãt, Deo autem cum se conuertunt. Statuisse tandem melius esse diabolo seruire quam Deo; quandoquidem tam cito ad priorem vinẽdi rationem reuertuntur, qđ sine timore nec dici, nec audiri potest.

Tert. li. de pæn.

B *Et venit in omnem regionem Iordanis.* Non ignorabat D. Ioann. quid sibi euenturum esset si egrederetur. Multa in mundo se visurum esse sciebat prophana, & diuinæ legi repugnantia, quæ reprehendere sine vitæ periculo non poterat: nihilominus tamen diuinæ voluntati obtemperat, & omnibus se periculis libenter eius amore exponit. Fallimur si volumus Deo seruire in ijs tantum rebus, quę voluntati nostræ consentaneę sunt, sinite vos fratres a diuino spiritu, non a proprio affectu trahi. Verisimile est Diuum Ioann. si propriam voluntatem spectasset, maluisset in

C ea solitudine viuere, Deum contemplari, angelorum conuersatione vti, dulcem illam & quietam vitam viuere quam tot annos vixerat, verum in eo instanti cum factum est verbum domini super eũ, sciens Dei voluntatem esse, vt inde discederet, eã propriæ delectationi anteposuit. Ex quo infertur virtutem esse, orationem interdum & contemplationem relinquere, vt misericordiæ opera cũ proximis exerceamus. Hoc significatur in Canticis, vbi loquens sponsus cum sponsa ait. Quæ habitas in hortis amici auscultãt te, fac me audire vocem tuam, vt idem sponsus dixit, quod fecistis vni de his fratribus meis mi

Cant. 8.

D nimis, mihi fecistis. Ita in persona vniuscuiusque eorum O anima, quæ habitas, & deambulas per diuinæ contemplationis hortos, veni ad hæc hospitalia, & me tua voce, tuis verbis, tuis operibus consolare, specta hos amicos tuos pauperes, & infirmos, qui te videre, & auscultare desiderãt.

Mat. 25

Et ita ait Ezechiel de quatuor illis animalibus, quod vol bant, & manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus. Quo significatur velle Deum, vt contemplatiõis alas habeas, & simul bonorũ operũ manus ad proximorũ necessitates subleuandas. Et plurimum notandũ est, quod omnia illa animalia manus hominis habebant. Nonnulli sunt, q Aquilæ alas habent, leonis autem manus, orant, missam audiunt, libros legunt deuotos, sed post orationem aut lectionem murmurare eos videbitis, negotiari, pximos fallere. Quid prosunt diuinæ contemplationis alæ, nisi manus habes hominis, quæ opera rationalia & charitatiua significant? q si sublime hoc contemplationis exercitiũ interdum relinquendum est, vt corporalia misericordiæ opera exerceantur, multò magis

Ezec. 1.

A

B vt exerceantur spiritualia, quia maius est misericordiæ opus animam diuinæ doctrinæ præceptis illustrare, quam corpori victum, aut vestitum præbere. Sed quia carnales sumus, omnem adhibemus diligentia in corporum necessitatibus, de anima verò nulla fere cura est. Fraternitates sunt confradiæ, quæ carcere inclusos & vinctos visunt, eos alunt, eorum libertatem studiosissime curant. Bona quidem hæc opera sunt & Sancta. Verùm nulla ne erit fraternitas, quæ animarum curam gerat, vt eas ex carcere peccati & diaboli laqueis liberet? vt Diuus Paulus ait, vt resipiscant a diaboli laqueis, a quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. Nulla ne adhibebitur diligentia, ne vicinus tuus cum concubina tot annis viuat, ne alius animam suam vsuris captiuam habeat, alius vltione, & ira, nullus erit, qui eas miseras hac seruitute liberet? Hospitalia ẽt sunt, vt corpora curentur, & siquis in morbum incidat, aut vulneratur, ibi diligẽtissime curatur Quod quamuis bonum sit, quantò melius esset, si quæ cẽnt hospitalia ad animarum morbos, & vulnera curanda? mulieres sunt, quæ dissolute vixerunt, & errorem suum cognoscentes honestam & castam vitam libenter susciperent, & cũ locũ, quo confugere possint, non inueniant, in suis peccatis viuunt. Nõne videtur magnum esse hoc malum? id omne nascitur eo quod pluris faciamus corporis quam animæ vulnera.

2. Ti. 2.

C

D

Vt igitur hæc spiritualia misericordiæ opera faceret D. Ioannes, deserti quietem deseruit. *Et venit prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionẽ peccatorum* Et vt homines ad pœnitentiam incitaret aiebat. q Saluatoris aduentu, iter cæli facilius fieri debe-


A debebat. Hoc.n.ea uerba significant. *Omnis vallis implebitur, & oĩs mons, & collis humiliabitur, & erunt praua in directa. & aspera in uias planas.* Quasi diceret, difficultates omnes, quæ in itinere occurrere p̃nt, eo adueniente tollentur. Iter difficile esse solet, si montes hẽat, & ualles, si aspetum sit, si indirectũ nũq̃ omnia erant in le
Act. 15. ge ueteri, ut D. Petr⁹ significauit, cũ dixit. Quid tentatis imponere super ceruices discipulorũ iugũ, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus? Æquauit omnia Christus Redemptor nr̃, qui iugum nobis
Mat. 11 dedit suaue, & onus leue. Ex quo patet, ma
B ius argumentum & fortius ad credẽdũ cæli iter æquum esse suaue ijs, qui illud experti non sunt (cæteri.n. qui illud experti sũt, iam experientia hoc didicerunt) hoc esse, Dei filium in hunc mundũ uenisse, ut hoc iter æquum redderet & suaue, in quo tantopere laborauit, ut propter hanc causam uitam & sanguinẽ effuderit. Dicemus ne igitur non fecisse, q̃ uoluit, cum uerus sit Deus, cuius perfecta sunt opera? Quidnã de eius infinita potentia, & sapientia igno miniosus dici posset? Quod si tibi cæli iter asperum uidetur: ieiunare, orare, eleemosynam darc, & cætera huiusmodi, cauere
C debes ne hoc sit, quia anima tua diuino amore flagrans non est, qui res difficiles, fa
Pro. 36. ciles, & suaues reddit. Audi quid sacra scriptura dicat: Viæ eius viæ pulchræ, & oẽs semitæ eius pacificæ. Pœnitentiam age, aĩam tuam purifica, Iesum Christum uere amplectere potentissimum animarum auxilium, & facillime per hoc uirtutes iter incedes, per quod, imò per sæuissima martyrij tormenta ipsimet pueri, & uirgines trãsierunt. Quod deplorãdum nobis esset, illud est, q̃ cum sit peccati iter adeo difficile & asperum, facile nobis & suaue nostra de
Psal. 36. prauatione uideatur. Vnde ait Dauid. Ini-
D mici domini deficientes, quemadmodum fumus deficient. Quo nõ modo uanitatũ breuitatem significare uoluit, uerum etiã molestiam, quam secum afferre solet peccatũ. Quid uilius reperiri potest, quid uanius fumo? & tamẽ ita oculis molestus est, vt lachrymas eliciat, fauces ita cõstringit, vt spiritum intercludat, præterea ignis signum est, quæ omnia peccato conueniũt: animam.n. cæcat, torquet, & æterni ignis signum est, quo peccator, nisi pœnitẽtiam agit conflagraturus est. Plus etiã hoc de-

clarat Hieremias dicens Vt inique agerẽt A
Hier. 9. laborauerunt. Quod si antequam fiat peccatũ, laboris causa est, quid erit cum committitur? quid postquã commissum est? Si cepæ odor tantum lachrymas excutit, quid faciet cum manditur? quare si laborauerunt, vt inique agerent, quid cum inique egerunt? Verum sunt homines adeo a seipsis alienati, & tam inuersi, ut uix peccati molestiam, & laborem sentiãt: suauissima autem Dei lex difficillima uideatur. Rogo igitur uos fratres, ut aliquando resipiscatis, & quantopere erretis intelligentes, cordis vestri iter preparetis, ut diuinus hic hospes quem expectamus adueniat. Hic B gratia, ut in alia uita perfrui possimus gloria, ad quam nos perducat idem Iesus Mariæ filius, Amen.

IN EADEM DOMINICA Quarta Aduentus.

Concio II.

Anno quintodecimo Imperij Tiberii Cæsaris procurante Pontio Pilato Iudæam, &c. Luc. 3. C



Quæri hoc loco solet & merito cur sanctus Euangelista, cum de glorioſi Baptistæ p̃dicatione agere uellet, agat prius de hac gente idololatra, & tam deprauati temporis mẽtionem faciat? Huic quæstioni respondetur, hoc fecisse, ut impletas iã esse prophetias ostẽderet, quæ filij Dei aduentum pollicebantur. De statua quadam narratur, quæ ca- Dan. 2.
put aureum habebat, pectus uero argenteum, pedes luteos, & abscissus est lapis de monte sine manibus, & percussit statuam D in pedibus fictilibus. Quod significabat, cum genus humanũ a capite aureo, idest, ab aurea illa Patriarcharum ætate, ad luteos illius temporis pedes descendisset, in quo tam Gentilium, quã Hebræorum mores corruptissimi essent. Tũc lapis, qui est Christus Dei filius, debebat abscindi ex monte, idest, ex sanctissimæ virginis visceribus, & luteos pedes percutere, statuam, scilicet illam rempublicam quæ erat ex Gentilitate & Iudaismo composita euertere,

A re, & unam Ecclesiam conficere, quæ ex duarum gentium hominibus formata remansit. Et ita ait D. Paulus. Quando uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere. Quæ plenitudo temporis est ista? plenitudo peccatorum, plenitudo necessitatis, & indigentiæ humanæ. Hanc ob causam filij Dei aduentus promissus, erat ut pluuia serotina & quasi imber nobis serotinus, ait Oseas. Quia huiusmodi pluuia tunc decidere solet, cũ terra aqua maxime indiget, & minima est messis, & fructuum spes. In maioribus necessitatibus solet Deus maiori succurrere auxilio. Cum Ieroboam decem tribuum regem se uideret electum, ne cum rege Iuda iterum coniungerentur, & in urbem Hierusalem diebus festis, ut lex iubebat, ad sacrificia conuenirent, duos uitulos cõflauit, & templa duo ædificauit, & ibi uniuersos sacrificare iussit. Tantæ igitur necessitati opem tulit Deus uiros duos sanctissimos mittens Heliam, & Eliseum. Antequam uituli fierent & tẽpla, non erant in Israel huiusmodi homines, sed tunc cum necessitas postulabat extiterunt. Ita tantæ tyrannidi & ambitioni (ut narrat hoc loco S Euangelista) mederi uoluit Deus mittens D. Ioannem, & postea filium suũ vnigenitum, ut tot tantisque malis mederetur. Ex quo colligi potest, quantũ Deo debeamus, qui ut sua in nos beneficia conferat, non merita nostra, sed immensam eius clementiam spectat, at econtra infœlix homo nulli benefacere solet, neque parentibus, neque filijs sine propria utilitate. Si ad sublimem aliquem locum vultis ascendere, scalam, quamuis grauis sit & onerosa, proprijs humeris gestatis, sed cũ ea iam usi estis, in angulo collocatis, & nũquam eius recordamini, nisi cum necessitas postulat. Cum uestro proximo tanquã scala uti vultis, ut eius fauore & auxilio, id quod optatis consequamini, tunc eius molestias æquo, & libenti animo fertis, at cũ nulla ab eo sperari potest utilitas, quamuis frater sit, immo & pater uester, statim obliuisci soletis. Vna ex præstantioribus perfecti Christiani virtutibus est, absque ulla utilitate benefacere. Immo ijs etiam, qui malefaciunt, & nos odio prosequuntur cælestis patris imitatione, qui ijs qui eum offendunt, benefacit. super ea uerba, dixit dominus Deus, non est bonum hominem esse solum faciamus ei adiutoriũ ait D. Chrysostomus. Quomodo domine dicis non est bonum hominem esse solũ? Immo optimum videtur, cur dare illi uis adiutorium, cum scias hoc illi incitamentum esse ad malum? & respondet bene dicis domine, nos erramus, plures uis esse malos, quibus ignoscas, quam unum tantum iustificatum, qui te laudet & glorificet. Non placet Deo peccatores esse, sed si iam sunt, ijs ignoscere & benefacere placet. Bñdictus & glorificatus sit talis Deus, beatos illos qui eum quam maxime possunt, imitari student. Apud D. Lucam quędam Samaritanorum inhumanitas narratur, qua cum Christo R. N. usi sunt. Nam eo quod Hierusalem proficisceretur, ut ibi pascha celebraret, eum hospitio excipere noluerunt, cum inter eos & Hierosolymitanos magna esset de templo controuersia, eius itaque discipuli cum tantam viderent inhumanitatem dixerunt: domine vis dicamus, ut ignis descendat de cęlo, & consumat illos? Ferri ne potest tanta inhumanitas, ut pedestri tot stadiorum itinere defatigatos, & fame prope enectos excipere nolint? Nõ ignorabant discipuli Samaritanos neminem excipere, qui illac ad tẽplum iter faceret, & quamuis fame & itinere debilitati essent, ueritatem tamen fateri maluerunt, se ad urbem Hierusalem proficisci, quam hoc negando, periculum quod imminebat, euitare, ne scilicet, si hoc dicerent eijcerentur, ut uere accidit, tantus erat in Apostolorum animis ueritatis, & simplicitatis amor. Conuersus autem dominus increpauit illos dicens, nescitis, cuius spiritus estis: Filius hominis non uenit animas perdere, sed saluare, idest, meministisne filios Dei nos esse, eius Dei qui totus amor est, & misericordia? Quomodo hæc dicere audetis? talis patris filij ultionẽ petere non debent. O ineffabilem Redemptoris nostri clemẽtiam, quis nam est, qui cum Christianus uocetur, malum pro malo reddere audeat? quin mansuetissimi agni clementiam animaduertite, qui cum reuerteretur, eos qui eum eiecerãt, cœlesti sua doctrina conuertit. His rebus non nulli frigide & inepte respondent. Christus Deus erat, ego uero homo sum peccator & infirmus, & ideo nihil mirum est, ipsum hoc præstare potuisse, quod ego non possum O stulte tuis uerbis te conuincere

uolo

Margin notes: Galat. 4; Ose. 6.; B; 3. Re. 12; C; Simile.; D; A D Chrysost.; B Luc. 9.; C; D

A uolo & probare hanc ipsam ob causam te
Simile. hoc facere debere. Si Rex scopas propriis
manib. acciperet, & domum ipsemet mun
daret & uerteret, & militi alicui diceret,
ut idē faceret, quandoquidē ipsemet Rex
hoc faciebat, nōne ineptus uobis miles ui
deretur si diceret. Rex hoc facit, quia Rex
est, ego pauper sū: nō hoc contra te est, si
Rex cū Rex sit hoc facit, cur tu uilis & in
firmus homo nō facies? Eodem modo, si
Deus cum Deus sit, tam facile ignoscit
iniurias, & bonum pro malo reddit, cur tu
idem uilis creatura nō facies? nescitis cu
ius spiritus estis. O uos qui uestra sciētia,
B dignitate, & pecunia ulcisci iniurias vul-
tis, ut discipuli illi, qui sua potētia ad eā in
humanitatem ulciscendum vti volebant.
Nō ita Samuel, quem cum Hebræi cōtem
psissent, cū ab eo se gubernari nollent, iis,
1. Re 12 tamē dixit. Absit autem a me hoc pecca-
tū in Domino, ut cessem orare pro vobis,
& docebo uos uiam bonā & rectā. Quid
respondebunt, qui in euangelica lege ui-
uūt, si ueteris legis homines suis inimicis
ignoscebant, & bonū pro malo reddebāt?

Factū est uerbū Domini super Ioannem in deserto. Viginti & quinque annos Sanctus uir in ea solitudine uixerat, cum Deo
C communicans, & ab eo discēs quod mox
prædicaturus erat. Ex quo patet, quod ut
diuina conuersatione fruamur, non so-
lum a malis, uerumetiam a bonis inter
Simile. dum recedendum esse. Nobiliores aues
nunquam inter homines uiuunt, quia
uarias illis tendunt insidias, sed in syl-
uis, ubi quiete & maiori cum libertate
morantur, ibi suos sibi nidos faciunt, &
Iob. 39. suos filios absque ulla molestia alunt, ita
homines spirituales, ut aquila de qua ait
Iob. Nunquid ad præceptum tuum ele-
uabitur aquilla, & in arduis ponet nidum
suum? in petris manet & in præruptis sili-
cibus commoratur, inde contemplatur e-
D scam, & de longe oculi eius prospiciūt. O
Ose. 2. beatum Dei seruum, qui quietis locum si
bi quærit, ibi plorat, ibi orat, ibi ieiu-
nat, ibi contemplatur sine ullo impedi-
mento Deum. Ducam eam in solitudinē,
& loquar ad cor eius, dixit per Oseam
Deus. Est Deus amans, modestus & pu-
dens, qui nisi dilectam suam solam uidet,
loqui non audet, neque suum cor illi dete-
D. Bern. gere. Ideo D. Bernardus aiebat. O anima
mea sola esto, ut illi te solam serues, quem
ex omnibus elegisti. Primum quod optat A
sponsa est. Osculetur me osculo oris sui.
Et in textu Græco legitur. Osculetur me Cant. 1.
osculis, siue ab osculis oris sui. Nō unum
tantum osculum petit, sed plura. Quo si-
gnificatur animā uero Dei amore flagran
tem non breui tantum spirituali conuer-
satione contentam esse, sed longa et diu-
turna, non unum, aut alterum donum a
sponso uelle recipere, sed plura. Et etiam
uerba, quæ paulo post ait, introduxit me
rex in cellaria sua, non solum ineffabi-
lem voluptatem, et omni humana uolu-
ptate maiorem significant, uerum etiam
quandam ab omni humana conuersatio- B
ne separationem, per unam anima nulla
re occupata tota in Dei corde includitur:
Neque mirum est, quod qui semel Deum gu-
stauerunt solitudinem ament, nam ipse
quoque Iulius Cæsar dicere solebat. Nun
quam se minus esse solum, quam cum so-
lus erat. Interrogatus itē cur hoc esset, re
spōdit, illos nos habere debere socios, qui
nos meliores reddant, eos uero fugere, qui
deteriores nos reddere possunt. Si igitur
uiuorum societatem quæro, omnes ad ma
lum pronos uideo, nam si in re aliqua bo-
ni sunt in pluribus mali sunt, at vero cum C
solus sū, mortuorum societate et familiari
tate fruor, eorum gesta lego et virtutes, q
calcaris mihi instar sunt, ut eos æquare,
aut etiam superare studeam, quod uiui nō
faciunt, imo me tanquam freno retardāt,
ne ad id quod opto, contendam. Attēdite
gentilis uerba, & pudeat eos qui doctrinā
Euangelicam profitentur, ita solitudinis
esse inimicos, ut ne unam quidem horam
in sanctorum uita & gestis legendis insu-
mere sciāt, ut ad uirtutē eorū imitatione
incitentur, aut certe in diuinis reb. cōtem
plandis, ut diuinus in nobis amor excite-
tur. Sed sexcentas nobis familiaritates &
confabulationes inquirimus, quibus ani-
mus in uarias partes distrahatur. Nolitē D
obsecro fratres, rē adeo pretiosam (vt est
tempus) ita contemnere. Recordamini il-
lius præcepti diuinitus diuo Antonio
dati. Si uis saluari, fuge honores & homi
nes. Cum igitur in hac solitudine uiue-
ret gloriosus Baptista, factum est uer-
bum domini super eum, iubens ut in-
de egrederetur ad prædicandi munus.
Animaduertite, ex quo loco efficacis-
simum hunc prædicatorem Deus. edu-

A xerit. In actibus apostolorum legitur, erãt
Act. 13. in Ecclesia Antiochiæ prophetę & docto res, ministrantibus autem illis domino, & ieiunantibus dixit Spiritus sanctus, segregate mihi Paulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes, & orantes, imponentesque eis manus dimiserunt illos. In hoc occupabatur gens illi à Deo dilecta, in oratione, scilicet, & ieiunio, & ex ea elegit Deus Paulum & Barnabam in opus suum. O patres prædicatores, non nego mũdi doctores & magistros proficere posse, quamuis uestibus induti incedant, quas eorum dignitas & authoritas postulat, non nego mulis & curribus
B vehi posse, hoc enim negare temeritatis esset, nihilominus tamen plus meo iudicio proficerent, si homines essent ieiunio, orationi, & pęnitentiæ dediti, & sine tanta pompa uiuerent. Hoc enim sanctæ prædicationis opus est domini uineam colere, vineę autem cultor & operarius uestib. oneratus inutilis fere est, ligonem enim altius infigere non potest, ꝙ si uestes deponat, liber remanet & leuis ad opus, & plus unus uel alter ligonis sui ictus facit, quam cæterorum decem. Ita prædicatores, qui humanis rebus exuti pænitentiæ sibi uitam elegerunt, plus auditorum animas
C penetrant, & altius Dei uerbum in humanis cordibus imprimunt.

Notandum etiam hoc loco est Diuum Ioãnem prædicatoris munus non ꝓpria authoritate suscepisse, sed à Spiritu sancto ei fuisse demandatum. Idẽ de se affirmat D. Paul. his uerbis. Paulus seruus Iesu Christi, uocatus Apostolus segregatus
Rom. 1. in Euangelium Dei, uocatus & segragatus, idest, non mea authoritate hoc facio, sed vocauit me Deus, & segregauit tunc cum minus id cogitabam. Vocari debemus & trahi ad hoc munus, & si idonei nobis esse uidemur, tunc suscipiendũ est,
D sed maximo cum timore. Quot excusatio
Exo. 3. & 4. nes afferebat Moyses cum iubebat illi Deus, ut in Ægyptum proficisceretur. Et quamuis Deus diceret illi, perge, ego ero tecum, & ego ero in ore tuo, docebo te quid loqueris, se tamen excusabat dicens. Obsecro domine, mitte quem missurus es. Donec uidit Deum iratum, tunc enim obtẽperauit. Heu, heu, & millies heu, hodie ambiũt dignitates, & in primis Ecclesijs prædicare nolunt, & cum ambitione pleni sint, eam animarum utilitate uelant. A
Cor mundum crea in me Deus, & spiritũ rectum innoua in uiscetibus meis & spiritu principali confirma me, aiebat Dauid, Psal. 50.
Cur ô sãctissime Rex, tot a Deo uirtutes petis? Respondet. Docebo iniquos vias tuas. Hæc omnia necessaria sunt, ut ꝑdicatoris munus recte fiat, & qđ maxime notandum est, cum Dauid leones discerpsit & vrsos, cum Gigãtem occidit, tantum a Deo auxilium petisse non legitur, ut vero malos doceret, iam videtis quot petat, ꝗa nimirum difficilius hoc est, quam leones & ursos occidere. Eliseus etiam duplicem 4. Re. 2.
à Deo spiritum petiit, ut recte suo fungeretur munere, quia qui prędicat & zelum habet tunc honoratur, cum vero excitatur inuidia persequentium deterritus, uera quæ antea libere dicebat, dicere nõ audet, hic duplicem spiritum non hẽt. Non ita faciendum est, sed D. Paulus ait. Exhibeamus nosmetipsos in omnib. sicut Dei ministros, in multa patientia per arma iustitiæ, a dexteris, & a sinistris, per gloriam, et ignobilitatem, per infamiam et bonã famam. Hoc est duplicem habere spiritũ, libere et palam uera dicere, cum necessitas postulat. B 2. Co 6.

Et uenit in omnem regionẽ Iordanis, vt baptizãdi munere fungi posset, ad locum uenit aquis abundantem. Discamus hinc fratres locos quærere opportunos ad bene faciendum, ita vt ipsimet loci bonorũ operum occasionem præbeant. Cum Esaias dixit ad regem Ezechiã infirmum, dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non uiues, conuertit Ezechias faciẽ suam ad parietem, & orauit ad dominum, & fleuit fletu magno. Super quod ait Diuus Hieronymus, conuertisse se ad parietem, ut oraret, & fleret. Quia cum Salomõ templum ædificaret, ædes suas iuxta tẽplum ita ædificauit, ut idem paries esset templo, & domui regiæ communis, vt quę occurrerent negotia, de ijs cum Deo agere facilius posset. Ita etiam sacerdotes omnes iuxta templa habitare solebant, ut hęc maioris esset uirtutis, & deuotionis occasio, & in Numer. iussit Deus: Leuitæ per girum tabernaculi figent tẽtoria, ne fiat indignatio super multitudinem filiorum Israel, & excubabunt in custodijs tabernaculi testimonii. Ponderate uerba illa, ne fiat indignatio, quibus significat dominus, quod C Isai. 3. D. Hier. 3. Re. 7. D Num. 1

Leuitæ,

A Leuitæ,illi,& Sacerdotes iuxta tabernaculum habitabant tanquam patroni populi, ut eorum meritis, & ratione Deus populo benefaceret. Hodie vero propter peccata nostra omnia permista sunt,omnia cōfusa,sicut populus,sic Sacerdotes,nemo iā locorum opportunitatem quærit, ut melius suo fungatur officio. In ea loca prope Iordanem uenit Ioannes prædicās Baptismum pœnitentię in remissionem peccatorum. Duo maxima singularia de sanctissimi huius uiri prædicatione notātur. Primum est, quod cum pœnitentiam prædicaret,ait Diuus Lucas, quod ipsimet,qui-
Luc.3. B bus in suo sermone dixerat, Genimina uiperarum, quis ostendet fugere à uentura ira,eius efficacissimis verbis cōuersi illi dicebant,quid faciemus? ille verò respondebat,qui habet duas tunicas det non habēti,& qui escas similiter. Res admiratione digna hominibus iam perditis, ut Dei misericordiam consequantur præcipere, ut misericordia cum pauperibus utantur. Idem præcepit ueritatis magister Christus Dei filius Pharisæis,apud eundem Diuum Lucam, vbi rem animaduersione dignam
Luc.11. inuenietis, et hęc est. Narrat Diuus Lucas,ut Christus Redemptor noster Phariseos, & legis peritos seuere reprehenderit,
C dicens Vę uobis pharisæis qui diligitis primas cathedras in synagogis, uæ uobis,qa estis ut monumenta, quæ non apparent, Væ uobis legis peritis,qui tulistis clauem scientiæ,ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis. O Deus infinitæ potentiæ,quam aspera reprehensio, quæ tam sæua comminatio, ipsūmet Deum toties hominibus dicere,uę uobis Post huiusmodi minas, quitnam existimaret, aliquam huiusmodi hominibus salutis spem esse reliquam? At scitote ijs ipsis hominibus,in eodem capit. eundem dominum dixisse.
D Veruntamen quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Quid nam addi potest ad eleemosynā laudandam? potest ne hoc verbis exaggerari? si hos eleemosyna mundare potest, quem nam mundare non poterit? non hoc illis ideo dixit, eo quod nullum aliud remediū esset ad eorū peccata mundanda, sed quia illi teneri erant, delicati,& sui ipsius amatores,& ideo asperiora,& difficiliora remedia non recepissent. Idem nos dicere merito possumus nostrorum temporum diuitibus,qui cum ad pœnitentiam, ad orationem,ad humilitatem,& difficiliora virtutis opera tam idonei non sint,cum delicijs omnibus,& uoluptatibus affluant,nisi ad eleemosynam confugiant, omne salutis iter aliquo modo clausum ijs esse uidetur. Et ita dixit Daniel magno illi peccatori Nabuchodonosor. Cōsilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime. Quod si hoc ita est.dic mihi obsecro ô peccator, quemnam fundum maioris redditus, quam nam supellectilem maioris vtilitatis tua tibi pecunia poteris comparare, quam te a tuis peccatis mundare? quod nisi maturè facis,in ignem ęternum sine vlla dubitatione cito deijcieris, utinā Deus ob suam clementiam mētis tibi oculos aperiret,vt hęc tandē intelligeres. Non tamen ex his inferre debetis fratres, si in peccato estis, sola eleemosyna ueniam vos esse consequuturos, sed docere tansū vult dominus,eleemosynam dispositionem esse ad pęnitentiam, quę si fiat postea etiam eleemosyna redimuntur peccata, i. pœna, qua propter illa in purgatorio peccator afficiendus erat. Duas præterea tunicas habenti iubet D. Ioannes ut alteram det non habenti, nunc autem tres, & quatuor habetis, & nullam pauperibus dare vultis, nisi cum lacerę iam sunt, & inutiles. Non attenditis fratres dicere Diuum Paulum, Qui parce seminat, parcè & metet, qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Conuenientissime seminare uocat Apostolus eleemosynam dare, nam quemadmodum diuerso tempore seminatur, & metitur, ita in hac uita eleemosyna danda est, ut in alia fiat glorię messis. Et quemadmodum frigora, & niues vberiorem faciunt sementem, ita persequutiones, & contradictiones in uirtute augent merita,& mirum omnino est huiusmodi sementem si in terra sterili fiat maiorem fructum reddere, quam si in fertili fiat, hoc est quod pauperibus datur, qui sunt terra sterilis, magni est meriti in cœlo,non quod diuitibus datur. Ideo dixit dominus,cum facis conuiuium, uoca pauperes & debiles, & hic Diuus Ioannes ait,det non habenti.

A Dan.3. B C 1.Co.9. Luc.14. D

Secundum in hac Diu. Ioannis predicatione notandum est,quod non solum publicè eum concionantem audiebant: sed vnusquisque priuatè quid sibi faciendum esset

A esset interrogabat. Miles, publicanus, diues, pauper, nobilis, ignobilis, & omnis ordinis homines, vt narrat hic Diuus Lucas. Hæc una ex causis est, cur nostrorum temporum concionatores parum proficiant, quia auditores hic tantum eos audiunt, priuatim autem, quid unicuique conueniat, nullus ferè est qui petat, concionator nō potest doctrinam omnibus accommo-
Simile. datam hoc loco afferre, sed communis est, & vnicuique sufficere non potest. Vendit vestiarius plurima uestium genera, quæ cum ad corporis tui magnitudinem factæ non sint, tibi ex omni parte conuenire nō
B possunt, at si sartor uestem corpori tuo aptam, & æqualem faciat, tunc nec longior erit, nec breuior, sed optime quadrabit. Concionator in hac cathedra est quasi communis doctrinæ mercator, quid unicuique conueniat scire non potest, neque decet ut hoc loco iniuria quisquam, & ignominia notetur, quia locus iste nō est actus inquisitionis, ubi datur pœna secundum allegata, & probata, sed cathedra potius est, vbi docere, monere, & reprehendere debemus, non pœna, & ignominia afficere, & ita parum in uirtute proficitis. Quod si vnusquisque priuatum prædicatorem adit,
C tunc ille præcepta tibi tradere poterit, quæ tuæ necessitati cōueniant. Accidere enim potest duo eundem habere scrupulum, & tamen circunstantias utriusque ita esse diuersas, ut diuerso remedio opus sit. Et quò homines in maiori dignitate positi sunt, eo magis priuatis hominum prudentum consilijs egent, qui & scientia & con-
Apoc.4. scientia præditi sint. Et ita Diuus Ioannes, hanc sibi esse uisionem ostensam. Ecce sedes posita erat in cœlo, & supra sedem sedens, & in circuitu sedis sedilia uigintiquatuor, & supra thronos, viginti quatuor seniores sedentes. Ita vt sedens in throno à senibus circundaretur. Eodem modo
D qui in aliqua dignitatis sede collocatus est, senes circa se habere debet, qui non tantum annis quantum scientia, & uirtute sint senes, quia senectus uenerabilis non diuturno tempore, neque annorum nu-
Sap.4. mero computatur. Cani enim sunt sensus
Nu.11. hominis. Et ita dixit Deus Moysi: Cōgrega mihi septuaginta uiros de senioribus Israel, quos tu nosti, quod senes populi sint, ut sustentent tecum onus populi. Cum ait, quos tu nosti, quod senes sint, significat se non de senibus loqui, q. canos A
in capite habent, hos enim omnes senes esse uident, sed de ijs, quos ipse prudentes esse expertus erat. Sunt nonnulli ætate iuuenes, qui sunt scientia & virtute senes. Adolescens erat Timotheus, & ita eum uocat Diuus Paulus dicens. Nemo adolescentiā tuam contemnat, tamen eum creauit Episcopum, & alios eo seniores reliquit, & cū Episcopi conditiones referret, nullam ætatis mentionem fecit, quia uir iustus, honestus, grauis, & prudens quamuis paucorum annorum sit, senex existimari debet. In Genesi etiam dicitur: Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios suos, eo quod in senectute sua genuisset eum. Vbi Lira in Hebræo sic esse ait, eo quod genuit illum filium senectutis, hoc est, quia quamuis paucorum esset annorum, ingenio tamen & uirtute fratres superabat. Et ita eos quāuis minor esset reprehendebat. Tales igitur uiros adire debemus dicendo, quid faciemus? ut hi Diuo Ioanni dicebant, & hi præcipue (ut diximus) qui in aliqua dignitate positi sunt.

1.Ti.4.
1.Ti.3.
Gen.37.
B
Lira sup Gen. 37

Ait sanctum Euangelium, quod prædicante Diuo Ioanne, impletum est quod dictum erat per Isaiam. *Vox clamantis in deserto*. Vbi uocem Diuum Ioannē appellat. Plurimi sunt prædicatores qui uocem habent, sed uox ipsi non sunt, quia aliud prædicat uox, aliud uita, & mores. Nō prædicabat D. Ioannes aliud Euangelium nostro melius, neque maiores profitebatur veritates, & tamen ad eius uocem Iudæa omnis contremuit, neque Helias cum tantum regi timorē suis uocibus incutiebat, verum aliud in eorum uita virtutis exemplum à nostro diuersum spectabant, lachrymis eos consumptos contemplabantur, in cibo parcos, in vestitu asperos, ut ipsum uitæ genus timorem, & admirationē afferret. Clamabat autem hæc uox. *Parate uiā Domini*. Quā bene hoc huic tempori conuenit, in quo æquum est, ut nos ad hunc domini aduentum præparemus, & quamuis hoc à nobis superioribus omnibus diebus factum sit, nunc maiori diligentia faciendum est. Quia communis est Philosophorum sententia, naturalem motum quo magis accedit ad finem, eò maiori impetu, & uelocitate ferri, & cum hic aduentus motus quidam fuerit, & cursus spiritualis, ad redemptoris ortum nūc cùm

Isa. 40.
C
3.Re.19
D

A cum propinquiores huic fini simus æquũ est, vt feruidiores & diligentiores simus.

Simile. Qui chirothecas induere vult, solet prius oris halitu calefacere, ut eas calidas, man^9 inueniat: idem in toto hoc aduentu Ecclesia præstitit. corda.n.nostra tot prædicationib. tot spiritualib. cãticis, tot admonitionib. tot ieiunijs & orationib. tãquam oris sui spiritu calefecit, ut cum diuina illa manus aduenerit, q̃ nunc tanta cum efficacia petit dicens: emitte manum tuam de altò, animas nostras dispositas inueniat, ut in ijs admirabilia operari possit. Faxit Deus, ne nos adeo frigidos inueniat, ut ea nostræ indispositionis causa operari nolit, ut sæpe

B contingere solet. O quantòpere deplorandum est, q eo tempore in quo clamat Ecclesia: Parate uiam dñi, nihil tñ eis uocib. mouemur, sed in nostris peccatis lenti, & otiosi sedemus. Clamat illa, parate, nos vero remissis animis aliod euertimur. Hoc est, *diziendo nos la sancta Iglesia parate, nosotros acudimos con disparate en muchas cosas que hazemos desbaratadamente* O Christe uere afarum nostrarum amator, quibusnam verbis conqueri potero de tanta disconuenientia & inordinatione, quæ sanctissimo hoc natiuitatis tuæ tpe fieri solet, inordinatio, hoc est disparate in conui-

C uijs, in vestib. in lusib. in risu, in conuersationib. & familiaritatib. ita ut eum innumerabiles tibi pro tã singulari beneficio gratias agere deberent, tũc maiorib. te iniurijs afficiant. Obsecro igitur uos fratres per maximum illud diuini huius sponsi amorem, quo nos ab alto dilapsus inuisit, vt huiusmodi uanitates & ineptias eijciatis, ut ab omni malo uacui uestrorum cordium ianuam illi aperiatis, in quib gratia nascatur, qua acquiritur gloria, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

D IN EADEM DOMINICA Quarta Aduentus.

Concio Tertia.

Anno quintodecimo Imperij Tiberii Cæsaris procurante Pontio Pilato Iudæam, &c. Luc. 3.

Inter clariores de Christi filij Dei in hunc mundum aduentu prophetias, ea

videtur, quæ extat in Genesi, ubi patriarcha Iacob iam moriturus dixit. Non aufe- A Gen retur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec ueniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Verum ex his verbis, non auferetur sceptrum, donec veniat, magna oritur difficultas, nam cum Christus Redemptor noster, natus est, iam triginta duos annos Herodes Idumæus regnauerat, qui Gentilium & externorum regum in Hebræa gente primus fuit: Ille nimirum, de quo D Matthæus ait. Magorum aduentu turbatum esse Ex quo sequitur a gentibus expectatum Hebræorum Mat. 2

B sceptro deficiente non aduenisse, sed triginta duob. annis postquam ab Hebræis regnum est translatum ad gẽtes. Quomodo igitur ait, non auferetur sceptrum, donec veniat? Huic dubitationi D. Hieronymus respondet, quod ultimus qui ex Iudæis in Iudæa regnauit fuit Hyrcanus, cuius filiam, quæ Marianna dicebatur, Herodes vxorem duxit. Cum vero Hyrcanus a Parthis captus esset, Romã Herodes profectus est. & ab Augusto Cæsare, & Senatu Iudææ regnum (eo quod Hyrcani gener esset) obtinuit, quod per annos unum, & triginta magna cum tyrannide & crudeli- D Hier. super If. 1.c.

C tate gessit sine Iudæorum consensu; qui externum hominem admittere ad imperium noluissent, sed tãdem ut erga eos benignior esset, cum ut regem legitimum recipere decreuerunt, tyrannidis suæ anno trigesimoprimo, in quo Christi Redemptoris nostri incarnatio fuit, natiuitas autem sequenti anno nimirum trigesimosecundo, ut affirmat Eusebius. Et ita tunc hæc prophetia impleta est, quia tunc sceptrũ tribus Iuda defecit. Antea enim defecisse dici non potest, quia vi potius usurpatum erat. Nam cum quid vi usurpatur, non ideo eius dominium ad eum qui uim facit, transit, sed quod tu propria uolun- Eusebi Chron.

D tare tradis, tunc tuum non esse uere dici potest: Philo etiam breui, de tyrannica hac usurpatione agit, tribui Iuda facta. Hoc Herode mortuo diuisum est regnum in quatuor gubernatores, de quibus hoc loco sacrum Euangelium loquitur dicens. *Anno quintodecimo, &c* Vbi considerare possumus, quod dicitur illam Abrahæ a Deo toties promissam, cum ait, ego dominus, qui eduxi te de Vr Chaldæorum, ut darem tibi terram Philo. libro 2. Gen. 12 & 15.

A hanc, ut possideres eam, nunc ijs propter eorum peccata abstulit. Hæc est diuinæ iustitiæ consuetudo, regna, & possessiones sæpius auferre propter possessorum, aut eorum parentum peccata. Nullum legitur publicum commisisse peccatum Roboã Salomonis filius, cum duodecim regni sui partium decem quæ ab eo defecerunt amisit, & cum copias faceret, vt eas recupera-
3. Re.12 ret, venit Dei nomine propheta Semeias, qui ei dixit, Hæc dicit dominus. Nõ ascendetis, nec bellabitis contra fratres vestros Israel, à me enim factum est uerbum hoc. Igitur cum Deus nihil faciat, neque fieri
B permittat sine causa, certissimum est, flagellũ hoc passum esse Roboã propter parentis sui Salomonis peccata. Ita sæpe accidit ut hæreditas, aut dignitas quæ ad te iure pertinebat, occulto Dei iudicio alteri adiudicetur, propter tua uel parẽtum tuorum peccata, & hinc est cur tot sententiæ contra notoriam, & publicam iustitiam ferantur, & tot proprijs possessionibus, &
3. Re.2. dignitatibus spolientur. De Saul etiam sacra scriptura narrat regnũ illi esse a Deo ablatum ob eius peccata. Quod cum considerarct Dauid dixit morti iam ꝓximus successori suo Salomoni. Obserua ut cu-
C stodias mandata Domini, ut cõfirmet dominus sermones suos, quos loquutus est de me dicens. Si custodierint filij tui uiam meam, & ambulauerint in ueritate, nõ auferetur tibi vir de solio Israel, & quia Salomon in ea veritate non ambulauit, ablatum est eius successori regnum. Heu peccator infœlix, nisi te corrigis, tua tibi bo-
Matt. 8. na, uitam, & gloriam Deus eripiet, quãuis Christianis sis. Et ideo dixit dominus. Filij regni eijcientur in tenebras exteriores.

Cũ horum principum Gentilium sanctus Euangelista mentionem fecisset, postea sacerdotum mentionem facit. Huius-
D modi erant illi ambitiosi nempe & simo-
Matt. 5. niaci, vt Gentiles ijs ꝓferẽdi essent. Hoc illud est, quod dñs dixit. Quod si sal euanuerit, ad nihilum ualet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Et paulo post ait, qui soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cælorũ. Ex hoc etiam colligi potest, principum in uno eodemque regno multitudinem, peccatorum pœnam esse, cum propter Hebræorum peccata permiserit Dominus, tot in eo regno dominari. Et ita ait Salo- A
mon. Propter peccata terræ multi princi- Pro. 28.
pes eius. Ex quo in rebus publicis discordiæ plurimæ, & damna nascuntur. Notate præterea fratres, quod perditissimis his tẽporibus gloriosus Baptista, in tanta sanctitate uiuebat, ut intelligatis malos, nisi uos ipsi vultis, parum uobis nocere posse. Nã
(vt ait D. Petrus) qs est qui uobis noceat, 1. Pet. 3.
si boni æmulatores fueritis? Sed etsi quid patimini propter iustitiam beati. plurimũ refert, ut boni simus æmulatores, quamuis enim plurimi sint mali, nunquam tamen deerunt boni, quos imitari possimus. Etsi
mũdus huiusmodi esset, ut nihil in eo imi B
tatione dignum videres; cum Dauid dice- Psal. 70.
re posses. Introibo in potentias domini; domine memorabor iustitiæ tuæ solius. Potentiæ domini vocantur Angeli, quia eius potentiæ executores sunt. Sublimis autem exercitatio est, inter choros illos Angelorũ affectu, & consideratione ascendero, & inde infinitam Dei bonitatem, & pulchritudinem contemplari.

Ait igitur sanctum Euangelium, quod hoc tempore, in quo tanta erat in gentilibus tyrannis, in sacerdotibus ambitio, tot peccata in subditis, propter quæ ita opprimebantur *Factum est uerbum Domini su-* C
per Ioannem in deserto. Vt inde egressus mundi Redemptorem iam aduenisse nunciaret. In quo plurimum infinita Dei bonitas, & sapientia elucet, qui tunc cum homines deteriores erant, neq; ullam ex supplicijs utilitatem perceperant; cum eos ultimo supplicio afficere, & euertere posset, tanto ac tam singulari beneficio eos affecit, ut amoris vi eorum animos obediẽtię subiect° efficeret. Ex quo discere nos equũ est, quomodo nos eum inimicis nostris gerere debeamus eius exemplo & imitatione. Si Rex te frater uocaret, & diceret ini-
micos quosdam habeo, qui mihi molesti D
sunt, iubeo tibi, ut eos maiore, qua potes Simile.
diligentia capias, & uiuos adducas, nam pro unoquoq; optimam tibi & pinguem *Encomienda* polliceor, sed uide ne eos occidas, sed uiuos mihi adducas. Dic obsecro, quot nam artificia excogitares, ut Regis iussa tanta tibi proposita utilitate exequereris? At cogita Christiane, omnes qui te persequuntur, & offendunt, hac ipsa de causa Dei esse inimicos, qui ne eos occi-
das iubet. Vt dixit Dauid. Deus ostendit Psal. 58.
mihi

A mihi super inimicos meos ne occidas eos, sed uiuos eos sibi adduci uult, docet, ut ad eius obedientiam & amorem eos adducere studeas,& pro unoquoque ineffabiles tibi diuitias pollicetur, sed dices, quomodo
Ro. 12. uiuos adducere potero? a D. Paulo hoc pete, qui ait. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi, hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius: idest in anima inimici tui diuini amoris ignem, beneficiorum multitudine congeres. Ita solet Deus inimicos suos ad se conuertere, ut hoc loco uidemus, hanc enim ob causam in tanta temporum per-
B uersitate unigenitum filium suum misit in mundum. Ideo Philosophi de beneficio dixerunt. Beneficium qui accipit, libertatem amittit,& qui beneficia inuenit compedes inuenit. Et eo magis fratres hoc nobis faciendum est, quia inimicos nostros, nō inimicos, sed diuinæ iustitiæ ministros
Psal.61. esse existimare debemus. Quamobrē ubi
Hieron. nos legimus eripe animam meam ab impio frameam tuam ab inimicis manus tuę, D. Hieronymus ex Hebręo uertit, eripe animam meam ab impio, qui est gladius tuus. Ex quo patet inimicos nostros, Dei gladios esse quibus nos uulnerat, ut si in
C peccato sumus conuertat, si in gratia maioris meriti præbeat occasionē. Quis igitur posthac inimicis suis nocere audebit considerans diuinæ iustitiæ gladios esse,& Deum audiens, qui non *Vna encomienda*, sed æternum regnum pollicetur ijs, qui inimicis suis benefaciunt,& ad eius obedientiam, beneficijs adducere studēt? quod si se conuertere nolent, damnum illorum erit, meritum autem in conspectu Dei idē erit ac seipsos uere conuertissent.

At quod *Factum est uerbum Domini super Ioanne in deserto*. In quo a pueritia ui-
D xerat, ut uos doceret, hanc pænitentiæ partem, quæ in carnis maceratione consistit, non solum peccatoribus utilem,& necessariam esse, uerumetiam iustis ad uirtutis conseruationem. Interrogatus uir quidam sanctus nostri ordinis, qui frater Gil appellabatur, ut cur gloriosus, Baptista cum tantæ sanctitatis esset,& uirtutis, in desertum profectus sit, alia interrogatione respondit. Cur caro recens, quę nondum malum odorem concepit, sale conditur? ne scilicet, corrumpatur, ita ne se D. Ioannes in mundo uenialibus peccatis contamina-

ret (uenialiter.n. peccare poterat) se pænitentiæ sale condire uoluit, ut de eo canit Ecclesia. Ne leui saltem maculare uitam famine posset. Et ut intelligatis quam necessarium sit omnibus corpus seuere & aspere pænitentia macerare, referam quod ait D. Hieronymus. Nam cum uiueret uir D.Hier.
iste sanctissimus in deserto uitam asperrimā,& ita debilitatus esset, ut uix caro hæ in epist.
reret ossibus, nihilominus tamen inter Romanarum uirginum saltantium choros esse interdum illi uidebatur. Quod si huiusmodi cogitationum pugnam hi euitare non possunt, qui in remotas solitudines ab urbium strepitu recesserunt, quid facient ij, qui sæculi uoluptatibus perfruūtur, B
& noua quotidie delectationum genera excogitant? quorum cura omnis & studium est, uentrem cibis onerare,& igni ligna suppeditare, ut ardeat, Et tamen periculi sui magnitudinem infælices non sentiunt. O utinam D. Pauli spiritum haberem, & eius linguæ efficaciam, ut tantam infælicitatem exaggerare possem. Da mihi o Deus maiestatis infinitæ ob tuam clementiam uerba, ut res tanti momenti declarare possim. Quomodo fratres mei a peccatis abstinere uultis, uoluptatibus & diuitijs affluentes? scitote hunc plurimo- D.Bern.
rum malorum fontem esse, & unā ex ma- C
ioribus Christianæ reipublicæ persecutionibus. Tres persequutiones D. Bernardus Antichristi aduentum præcessuras esse dixit Primam tyrannorum, secundam hæreticorum, tertiam uoluptatum & delectationum, quam plus esse (ait) periculosam, & totum fere Ecclesiæ corpus penetraturam. Erita eius scilicet sanctæ Ecclesiæ esse uocem (inquit) illam. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara enim fuit persequutio Tyrannorum, amarior Hæ- Esa., 8.
reticorum, amarissima persecutio deli- D
ciarum: Ideo plorat sancta Ecclesia, ecce in pace, idest in delitijs amaritudo mea amarissima, idest maior mea persecutio. Quia (ut ait D.Chrysostomus) tormenta faciebant martyres, blandimenta uero faciunt Epicuros, Proh dolor, & quot hodie D.Chr.
in Ecclesia Dei sunt Epicuri. Inter infideles esse plurimos nihil mirum est, sed inter eos, quorum caput est Iesus Christus, hoc parit admirationem, ut sub capite spinoso membra sint delicata,& mollia, & ut melius intelligatis, quam necessarium sit

A delitas fugere, & asperiorē uitam assequi notare quod de se ipsa ait sponsa dicens: nigra sum sed formosa, quæ uerba Origenes animæ esse(ait) quæ ad Deum sese pau
Can. 1. lo ante conuerterit. Nam quamuis sit di-
Ori. ho. uina gratia & charitate formosa, nigra tñ
mil. 1. in adhuc est, ob prauas propensiones & ha-
Cant. bitus, qui ex peccatis in ea remanent. Et ipsa nigredinis suæ causam affert dicens. Nolite me considerare, ꝙ fusca sim, quia decolorauit me Sol. Vel ut in Hebræo est, quia aspexit me Sol. Sol hoc loco aīm illā & calorem malæ concupiscentiæ significat, qui animam nigrā efficit. Et Hebræa uerba, aspexit me Sol: malam hanc concupiscentiæ operationem plus exaggerant,
B denotant enim magnam in anima reflexionem efficere. Addit preterea. Filij matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis, vineam meā non custodiui: filij matris meæ, idest sensus corporis, & uis animę vegetatiua, & sensitiua, qui filij sunt ipsius naturæ, isti pugnant contra me. Et in Hebræo est, excandescunt & incenduntur, scilicet eo igne concupiscentiæ, & ij animā incitauerunt, vt ea tantum curaret, quæ ipsos delectabant. Et hoc est posuerunt me custodem in uineis, & ideo uineam meam non custodiui, idest, quod animę mæ conueniebat, non præstiti, non quia cæteras poten-
C tias custodire & eas fouere ex se malum sit sed quia inordinate hoc fieri solet. Quæ cum ita sint manifeste patet, quam necessarium sit, hos naturæ filios superare, ne animam concupiscentiæ igne incendant. Hac de causa Dei serui corpora sua tanta cum cura affligere solent, & macerare. Sathanæ uero filij econtra ea omni delitia-
Rom. 8. rum genere curant, Nam ut ait Diuus Paulus. Qui secundum carnem sunt, quę carnis sunt sapiunt, qui uero secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus, sentiunt. Nam: prudentia carnis mors est, prudentia autē
D spiritus, uita & pax quoniam sapientia carnis inimica est Deo, legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest. Qui autem in carne sunt Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamē spiritus Dei habitat in uobis. O uerba perpetua memoria digna quæ fræuum nobis esse debent, ne prauam carnalis appetitus propensionem, sed rectam spiritus uoluntatem sequamur. Ait primum qui secundum carnem sunt, idest fautores car- A
nis, *y de su uando*, quæ carni sunt, sapiunt. Quę sint carnis opera, idem Apostolus dixit his uerbis. Manifesta sunt opa carnis, quę sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, ebrietates, comessationes, & his similia, que prędico uobis, sicut prędixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Ait, quī secundum spiritum sunt, quę sunt spiritus sentiunt. Quę sint opera spiritus, idem D. Paulus loco citato refert his uerbis. Fructus spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, modestia, continentia, castitas. Cur autem ea fugere, hæc debeamus, amplecti causam affert, dicens. Nam prudentia car- Galal. 5
nis mors est, prudentia autem spiritus, uita, & pax. Non ait prudentiam carnis mortem parere, tanquam causam effectum, sed ut hoc malum exaggeraret, ait, prudentiā carnis ipsammet mortem esse spiritualem. Prudentia definitur est recta ratio rerum agibilium. Quod si ita, eur Apostolus Arist. 6.
carnis hanc stultitiam prudentiam appel- Ethic.
lat? loquitur nimirum ex vulgi opinionē & loquendi consuetudine, qui hoc prudentiam uocat: & qui carni suæ uoluptatibus & delitijs blandiri possunt, hos prudentes existimat. Hanc carnis sapientiam C
esse(ait) inimicam Deo, quia hae animā Dei inimicam facit, nam quāmuis anima Deum odio prosequi nequeat, potest tamen eius affectus odisse. Ideo addit, legi enim Dei non est subiecta nec potest, quia hæc prudentia diuinæ legi repugnat: Sed plurimam parit admirationem, quod mox ait. Qui autem in carne sunt Deo placere non possunt. O nos miseros (siqui nunc in carne sunt Deo placere non possunt) quandoquidem omnes in carne sumus. Dico in carne esse hoc loco est carnē amare, & illi obtemperare. Secus.n. omnes tam iustorum, quam peccatorum animæ, in carne sunt eam informantes. Sed iustorū animæ in eo sensu quē diximus, in carne non sunt, quia carni non parent, carnis amatores non sunt. O rem deplorādam, quot mala carnis prudentia congerit, ut in his uerbis D. Paulus affirmat. Et econtra quot bona e prudentia spiritus consequuntur, quā uitam & pacem appellat exaggerationis causa. Loquens autem cum Romanis qui fidem Christi receperant, & in eorum persona cū omnibus Christianis ait. Vos aūt

in

A in carne nō estis, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in uobis. Attēdite, vt carni non obtemperare signum esse dicat. & argumentum Dei spiritum in anima esse. Ex quibus omnibus discere uos fratres uellem, quam necessariū sit carnis amorem deponere, & eā ne animæ noceat ieiunijs, vigilijs, orationibus, & cæteris pænitentiæ operibus nobis subiectam reddere, non tātum peccatoribus, sed etiā iustis, (vt dixi.)

Factū est uerbum Domini super Ioanem in deserto. Et statim audijt, & diuino verbo obtemperauit. Nūc sæpe clamat Deus, plurima uerba loquit seruorū suorum ore, sed
B ea nō audimus, q̄a nō in deserto uiuimus, sed in rerum humanarū strepitu & tumultu uersamur. Qua de re merito Deus conqueritur per Esaiam dicens, ecce enim iniquitatibus uestris, venditi estis, &c. qnia ueni, & non erat uir, uocaui & non erat qui audiret. Cum domi plurimi clamant & saltant magno cum strepitu, quamuis ad ianuam clament alij, uox audiri ab ijs q̄ domi sunt commode non potest, & eo magis si foris etiā in uia strepitus fiat. Idem tibi ô peccator contingit intus tot uoces sunt, quot habes appetitus, appetitus uoluptatis, honoris, diuitiarum, ultionis, omnes clamant. Foris autem prauarum conuersa
C tionum & familiaritatum strepitus fit, quę te a teipso alienatum, & in uarias curas distractum tenent, ne Dei uoces audias, quibus te singulis momētis uocat. O quāti momenti esset huiusmodi tumultus relinquere, & in desertū & solitudinem secedere, quia difficile nimium est, iustum esse & inter peccatores uersari. Ideo laudauit Deus Noe dicens, Te enim uidi iustum coram me in generatione hac, idest, inter homines adeo malos, nam mirū fuit non cōtaminari: & de Iob sacra scriptura ait exaggerationis causa. Vir erat in terra Hus nomine Iob, & erat uir ille simplex & rectus,
D ac timens Deum, & recedens a malo. Res noua, ut in terra illa maledicta perfectus hic uir inueniretur. O beatos illos qui hæc considerantes miseris hisce tēporibus sese in sanctas religiones includunt, ubi & corpora sua mortificare, & maiori cum securitate uiuere possint, quod eis mirū reliquum est. Cum flumina niuibus & imbribus tumefacta sese supra ripas extollunt, ita vt iter quod ad fluminis ripam positum est periculosum sit, tutius est paululum ascendere, & sublimius iter eligere.

Esa. 50.
Simile.
Gene. 7.
Iob. 1.
Simile.

A Mundi flumina his temporibus ambitionum & carnalitatum aq̄s tumefacta sunt, itinera autem quæ prope flumen sunt posita, sunt status sæculares, quæ aquis adeo plena sunt, vt vix per ea tute possit incedi. ascendite igitur, ascendite ad sublimiora itinera, quę sunt sanctę religiones, ad quas aquę istę non ita perueniunt, & ita per eas potest maiori cum securitate incedi, & quamuis maiori cum labore, & difficultate, res digna est, in qua quisque laboret. Qui in arca Noe continebantur quamuis inclusi, et præ multitudine animātium
B pressi essent, nihilominus tamen singulare hoc eis beneficium uidebatur, quia foris omnia erant aquis, et animalium hominumque cadaueribus referta. Ita quamuis religiosi inclusi et subiecti uiuant, maximum tamē Dei beneficium existimandum est, cum foris aquis, et cadaueribus plena sint omnia. Si mundi homines aquarum multitudine obrutos, et fluctuū tempestatibus agitatos contemplamini, religiosorum autem quietem et securitatem attenditis, qui in arca iam estis, nunquam gratias Deo agere cessabitis, qui autem foris adhuc estis à Deo maximo cum affectu rogabitis, ut uos in eam recipere
C uelit.

Egressus D. Ioannes è deserti quiete Spiritus sancti iussu, *Venit oēm regionem Iordanis pdicās Baptismum pœnitentiæ.* Vbi per baptismum pęnitētię, ipsa pęnitentia intelligi potest, quę lauacrum est, in quo anima a peccatorum suorū sordibus purgatur. Hanc prædicabat D. Ioannes, ut ea se Hebræi disponerent ad altissima Saluatoris ueri Dei et hominis Iesu Christi mysteria credēda. Quia qui sese optima hac dispositione præparauerant, fidem facile recipiebāt, vt in Cornelio patuit, et in reginæ Candacis eunucho. Et ita dicit quod cum
D prædicarēt Apostoli audientes gentes gauisæ sunt, et glorificabāt verbū Dei, et crediderunt quotquot erant præordinati ad vitā æternam. Quod ita intelligi pōt, eos q̄ aliquem ordinem ita seruabant, et sese naturali ratione regebant (quod erat quædam pordinatio ad vitam æternā) hos fidem magna cū facilitate, et suauitate recipere. Vt aūt hāc Hebręis pęnitentiam psuaderet, eos mortis et inferni minis deterrebat dicens. *Facite fructus dignos pœnitētiæ*

Gene. 6.
Act. 10.
Act. 8.
Act. 13.

A *iam enim securis ad radicem arboris posita*
est, omnis arbor non faciens fructum bonum
excidetur, & in ignem mittetur. Quæ uer-
ba plurimum eos mouebant, q̃uis nunc ēt
mortem & iudicium pdicemus, q̃ lapides
ipsos mouere posset, & tñ in plurimis q̃
ea audiunt nihil imprimunt, quod repro-
i.Re. 28 bationis signum est. Cùm Saul Philisteo-
rum timeret exercitũ, Pythonissam con-
suluit, ut pugnæ euētum illi prędiceret. Or
bē mulier facit, & in eo stans dæmones in-
uocat, venit Deus, neq; dæmonē ullum exi
re passus est. Iussit Samuelis spiritũ exire,
qui postero die eum & filios suos moritu-
B ros pdixit, vt his minis ad Deum conuerte
retur. Infœlix tñ Saul non maiorem utili-
tatē ex his minis accepit, ac si eas non au-
diret. O duritiē diabolicam, utinam idem
nostris quoq. temporibus non cōtingeret.
Sed quot Saules hodie sunt, quos quamuis
morte & inferno deterreas, nihil tñ profi-
cis? Non inutiles D. Ioannis minæ suis au-
ditoribus fuerunt, qui eius uocibus persua
si ab eo petebant. *Quid ergo faciemus?*
vbi vox illa, ergo, nō vulgarem emphasim
hēt, perinde enim est, ac si dicerent si iam
ut prædicas omnis arbor excidenda est, q̃
non facit fructum bonum, & in æternum
C ignem conijcienda, quid faciemus, ut hoc
incendiũ euitare possimus? uir aũt sanctis-
simus tanquam incipientibus res non ad
modum difficiles iubebat, ut ibi uideri po
1.Co. 3. test. Ita D. Paulus dicebat, ego fratres non
potui uobis loqui quasi spiritualibus, sed
quasi carnalibus, tanquā paruulis in Chri-
sto lac uobis potum dedi, non escam, non
dum enim poteratis. Lactis nomine res fa
ciles intelligũtur quas eos initio docebat.
Et idē Apostolus regi Agrippæ dixit, opto
Act. 16. apud Deum non tãtum te, sed ēt omnes, q̃
audiunt hodie fieri tales qualis ego sum,
exceptis uinculis his. Quomodo cum D.
D Paulus labores & uincula pluris faceret, q̃
vllus vnquam Imperator Imperium, & oēs
perfectos esse Christianos optaret, qualis
ipse erat, & sibi uincula optaret, cur alijs
ēt non optabat? quia nimirum ipse pluri-
mum iam in uirtute profecerat, incipien-
tes autem ea patientia & alacritate nō fer-
rent quæ ipse ferebat, & ideo sibi ea nō alijs
optabat. Hanc D. Ioannis & D. Pauli regu
lam seruare debent prædicatores & præla-
ti, nec scilicet incipientibus quos sibi su-
biectos habent, difficilia imperent.

Illud hoc loco maxime notandum est, A
sanctum Euangelium vulgi tantum, mili-
tum & publicanorum mentionem facere.
Hos D. Ioannis prædicatione conuersos
dixisse (ait.) *Quid faciemus,* Sacerdotũ au
tem, Pharisæorum & legis peritorum nul-
la ab eo mentio fit. O rem timendam, illi
qui cœteris ad uirtutem duces se præbere
deberent, illi qui maiorem ex prædicatio-
ne utilitatem percipere deberent, illi ari-
diores, & minus deuoti discedunt, & sæpe
ea quæ a prædicatore dicta sunt irriden-
tes. Cum in nuptijs comessationes fiunt, Simile.
adsunt famuli quamplures cum patinis &
uasculis uario rerum genere plenis: fra- B
tres autem nouæ nuptæ & parentes, mini-
strate hæc, inquiunt, alijs, nos enim dome-
stici sumus, ita plurimi Ecclesiastici facere
solent in hoc ecclesiæ conuiuio, & in his
spiritualibus nuptijs, nam cum conciona
tor cœlestia documenta auditoribus mini
stret, dicunt ipsi; hanc orationem quã præ-
dicas, hanc contemplationē, hanc morti-
ficationem, hoc silētium, alijs da pauperi-
bus, & ignobilioribus hæc præcepta trade,
nos enim domestici sumus, satis eis esse ui-
detur sacerdotes, & ecclesiasticos esse. Ad Luc. 23.
mirabilis res omnino fuit, quod cum pas-
sionis tempore terra tremuit, & sol obscu- C
ratus est, turbæ reuertebantur percutiētes
pectora sua, sacerdotes autem & pharisæi
ita obstinati erant, ut quamuis omnia illa
signa uidissent, Pilatum tamen postea a-
dierint dicentes, recordati sumus, q̃ sedu-
ctor ille, &c. Liberet nos Deus a malo sa-
cerdote, postquam Dei timorem amisit,
quia in suæ ingratitudinis pœnam solet
eum Deus in sua obstinatione relinquere, Esa. 40.
vt nihil ei proficiat.


Ait sanctum Euangelium, qđ cum hæc
D. Ioannes prædicaret, impleta est Esaiæ
prophetia, *Vox clamãtis in deserto, parate*
uiã Domini. Quæ uerba nobis Ecclesia sã-
cta proponit, ut nos ad spũalem filij Dei D
in animas nostras aduentum preparemus.
Scire enim uos uolo fratres hunc aduen-
tum ideo celebrari, nè nos excusare possi-
mus dicentes, quod si nati eo tempore esse-
mus cum Redemptor noster in hunc mun
dum uenit aliter eum recepissemus, quam
Hebræi receperunt. De Necromantia quo-
dam narratur, quod cum nobiles quidam
coram rege Castellæ Hectoris & Achillis
gesta minuerent, & si eorum tempore ui-

A nissent ostẽsuros se fuisse, plus eos nomine & fama, quam virtute præstitisse, & eorum temporum milites formicas fuisse, nõ homines, & ideo tantam esse eos fortitudinis opinionem consequutus. Hæc cum audiret Necromanta, secreto inde discessit, & suis incantamentis effecit, ut in cubiculum in quo rex & nobiles illi erant, Hector & Achilles armati ingrederentur, vel ut melius dicam dæmones duo sub Hectoris, & Achillis figura, qui statim mutuis ictibus sese tanto cum impetu vulnerare cœperunt ut nobiles illi timore deteriti aufugerint, arridens Necromanta, hæc ne (inquit) ue-
B stra fortitudo est? vos ne cum ijs pugnare ausi essetis, quos nec pugnantes quidẽ spectare potuistis? prophana hæc quidẽ est historia, & fabula potius uidetur, sed sicut eã adduxerim cogitatis, magnam nobis lachrymarum copiam effundere faciet. Eodem enim modo se plurimi nunc homines iactare solent his uerbis, si eo tempore uixissem cum Dei filius natus est, ut animam meam ad eum recipiendum præparassem, ad præsepe illud vbi natus est accurrissem, ibi ei & sanctissimæ eius matri maiori qua possem diligentia seruissem, o quanto cum amore & deuotione Christũ Redemptorem meum pauperem, nudum & frigore rigentem, in lachrymas liquefa-
C ctus spectassem. Hoc ne fecisses? at non ideo idem nunc præstare cesses, ait Deus. Fingite me natum non esse, celebret ecclesia aduentum meum, celebret natalem diem, uideamus, an uos præparetis, an ieiunetis, an conscientias uestras mundetis, an bona uestra in pauperes distribuaris, an diuina recipiatis sacramenta. Nam si hæc facitis, & me in hoc spirituali aduentu, (vt decet) recipitis, signum est tunc quoque cum corporaliter adueni me fuisse recepturos. Quod si secus feceritis, signum est, delu-
D sores uos esse & mendaces, & si eo tempore me uidissetis omnium primos me occisuros fuisse. Quapropter ne a uerbis opera diuersa sint, omni affectu nos ad hunc spiritualem aduentum præparemus, ut eum per gratiam hic recipientes, consequi mereamur gloriã, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius Amen.

IN EAD. DOMINICA A Quarta Aduentus.

Concio Quarta.

Anno quintodecimo Imperij Tiberii Cæsaris procurante Pontio Pilato Iudæam, &c. Luc. 3.



IN omnibus Dei operib. non minori cõsideratione dignũ est, cur facta sint, q̃ ipsamet opera, & ideo ponderatione dignũ hoc loco uidetur, cur B Deus elegerit tempus hoc adeo infame populo Israel, vt D. Ioannem mitteret ad vnigeniti filij sui aduentum prædicandum. Et Exo. 20 cum hoc mecum ipse cogitarem, memini, & 34. quod vnum ex Dei nominibus, quæ grata illi in sacra scriptura esse solent, est zelotes. Et ita ait, ego sum dominus Deus tuus fortis zelotes, & paulo inferius. Dominus zelotes nomen eius. Vocatur hoc nomine non solum quia Deum præter se nullum adorari patitur, verum etiam quia nihil, vt se ipsum amari vult, neque vt in alio sicut in eo spes ponatur. Actus similes vult esse obiectis, & cum solus Deus, Deus sit, & ultimus finis infinite perfectus, ita amorem C & spem, quæ in eo collocatur, singularem esse vult, & cæteris omnibus maiorem. Est Deus honoris, & gloriæ suæ adeo zelotes, ut eius amorem & seruitium non recipiat, qui aliud illi æquare velit. Imo huiusmodi amorẽ odium potius quam amorem existimet, Itaque eo maior est ani- Simile. mæ in Deum amor, & spes, quo minor est erga cæteras res amor & spes, quemadmodum in libra unius lancis ascensus est alterius descensus. Efficacissimum hoc argumentum est ad probandum solum Deum animæ, quæ uere eum amat, sufficere, eo quod ab ea petat, ut cæterarum rerum omnium amores deponat. Esset enim Deus D iniquissimus, & eius actus iniustus, & eo indignus, si nos terrena spe priuaret, neque esset cælestis, in qua nos collocat securior. Quare salutis nostræ principiũ est humanarum rerum naturam penitus cognoscere. Difficile. n. id, quod amo odisse potero nisi prius cognoscã illud non esse adeo bonũ, ut existimabam, sed plurima illi deesse

A quæ antea non animaduerteram. Et ita D. Ioannes Baptista pænitẽtiam mundo persuasurus, temerariam, & uanam Hebræorũ opinionem euertere cæpit, qui ad æternam beatitã; uitã satis esse existimabãt Abrahæ filios esse, quare dixit. Ne cæperitis dicere,
Luc. 3. patrẽ habemus Abrahã, dico.n. vobis, q̃ a potens est Deus, de lapidib. istis suscitare filios Abrahæ. Hæc mihi causa fuisse, uidetur cur Deus hoc tẽpus elegerit, in quo D Ioãnes pænitentiam prædicaret, cum populus ille gentilium tyrannide oppressus erat, & Iudæa plurimum a pristina sua gloria, & dignitate defecerat. Quia una ex dispositionibus, q̃ meliores sunt, ut nonnullis pænitentia persuaderi facilè possit, est cum spem illam, quam in reb. humanis collocatã habebant, iam amiserunt. Tunc cum aperte cognoscunt amorem, qui in illis collocat, & laborem inanem esse, tunc.h. facilius moueri possunt ad præteritos uitæ suæ annos inutiliter insumptos deplorãdos, qui nullum alium fructum præter pænitentiã afferre solent. Primũ quod præstitit Moyses, ut idololatriæ ueniam consequeretur, & Hebræos ad pænitentiam prouocaret, C fuit, uitulum, quem adorauerant, contere,
Exo. 32 & eius puluere aquam adspersam ei bibẽdam præbere. Vt scilicet, uidentes, quam infirmum, & impotentem Deum sibi elegerant, qui eos liberare non poterat, cum se ipsum liberare non potuisset, facilius ueniam a uero, & immortali Deo peterent.

Cum sanctus Euangelista Gentiliũ mentionem fecisset, qui populũ Israel sua opprimebant tyrannide, mox Synagogæ põtificum mentionem facit, & ita Iudæos cũ gentilib. cõiungit. D. Gregorius super hoc
D. Gre. euangelium ait, uoluisse Spiritum sanctũ Iudæorum & gentilium mentionem hoc
Deu. 32 tempore fieri in quo dñi narratur aduentus, ut significaret utrorumque Redemptorẽ aduenire, vt gentilib & Iudæis mederet, D & ex omnib. vnam fundaret ecclesiam, & ita ubi nos legimus dixisse Moysen laudate gẽtes populum eius, in Hebræo est, laudate gentes cum plebe eius. Et ita eum lo-
Ro. 15. cum citat D. Paulus, quamuis utraq; lectio idem significat. Nimirum hos duos populos Hebræum & Gentilem tanta animorũ coniunctione copulatos futuros esse Dei filij aduentu, qui fecit vtraq; vnum, vt Gentiles Hebræos laudaturi essent, aut eõem utrorumq; lætitiam esse ab uno eodemq; amore ortam. Charitas certè significatur A quæ inter hos duos populos futura erat ad eandem fidem eundemque Deum conuersos. Ex quo patet eos, qui proximum suum contemnunt, & ignominia afficiunt dicentes, eum malo vel ignobili genere ortum esse, huic charitati aduersari, sit ille in Christo genitus, & in eius amore viuat, & gratia quocunq; sit genere ortus, nihil refert, quia in Christo, nec Iudæus, nec Gentilis, nec seruus, & liber, sed omnia, & in omnibus Christus, ait D. Paulus, &c. Colo. 3.

Hoc tempore *factum est verbum domini super Ioannẽ Zachariæ filium in deserto.* B Ibi sanctus vir a pueritia vixit non solum res diuinas contemplans, verum et famẽ, sitim, frigus, & calorẽ magna cum animi cõstantia perferens. Et hæc una ex causis est Mat. 11 cur dñs dixerit, a dieb. Ioannis Baptistæ usque nunc regnum cęlorum vim patitur, & uiolẽti rapiũt illud. Quod ut intelligatis, notandum est, q̃ vt regnum cælorũ acquiratur, necessarium est, diligenter considerare, vnde sit pugna incipienda. Sæpe.n. accidit, ut quis victoriã amittat, eo q̃ ab inutili parte oppugnationẽ aggressus est. Videbitis aliquos, quorum omnis cura est de religiosorum morib. & uita agere dicẽtes: cur non se domi continent, cur extra monasteriũ uagantur, aliorum omnis cura est C de clericorũ cura agere, redditus (inquiũt) ecclesiasticos in pietatis o pera, ut par est, non impẽdunt. Alij doctorũ & literarorũ mores reprehendunt, & uidisti ne (aiunt) illum, q̃ nudius tertius Bachalaureus erat, & hodie Maiorasgũ fecit, nescio quamnã in suis legib alchimiam doctores isti muniant, ex quib. tm̃ auri colligũt. Alij nobiles tyrannos appellant, & hos respublicas euertere (aiunt.) Alij mulierum pompam ferre non possunt, prophanas eas appellãt & suis uestib. & ornamentis maritos, filios & vniuersam familiã perdere aiunt, & tan D dẽ vnusquisq; cælum acquirere vult, neq; ab ea a qua deceт parte pugnã aggreditur. In eã fratres stultitia & errore versamini, ut quisq; cælũ proximo suo dare velit, pro se aũt infernũ accipiat, o cæcitatẽ incredibilẽ, alienã curare salutẽ, propriã vero contẽnere. Cælum bello acquiritur, sed pugna a te ipso incip ẽda est. Tecum ipsa pugna te ipsum supera, & ita cæli dñs eris. Hanc ob causam dixit R. N a dieb. Ioannis Baptistæ, regnum cęlorũ uim patitur. Quia hic

A hic docuit,& uerbis & exemplo,vnde cęlũ
oppugnandũ esset:vnde pugna incipiẽda
esset,cũ proprio corpore per uigintiquin-
que annorum spatio tãta uitæ austeritãte
pugnãdo,ò quanti referret nirum hũc an
gelicũ imitari occasiones & pericula eui-
tando. Nam si qui diuina gratia munitus
erat:hoc tñ uitæ genus elegit, quid nobis
faciendũ esset, qui ad malum adeo proni
sumus,& peccato subiecti?de quib.ait Da
uid. Pluet super peccatores,laqueos,quot
Psal. 10. nobis laqueos diabolus ubique tẽdit, hos
Dauid pluuiæ guttis cõparauit,& tñ adeo
cæci sumus,ut eos minime uideamus, vel
B adeo pigri,ut quãuis uideamus, ad securũ
tutumq; locum cõfugere non audeamus.
Quot hic adestis quos sæpe Deus sanctis
inspirationib. ad religionis solitudinẽ vo
cauit,& tñ Diuinis eius uocib. surdos uos
præbuistis,pœnitentiæ asperitatẽ reformi
dantes?audite quid D. Paulus dicat,Spiri
1. Th. 5. tum nolite extinguere .i. scintillam, quã
Deus in corda uestra diuinis inspirationi
bus inijcit,nolite extinguere. Eã sufflate,
& magnus ex ea ignis excitabit. Plurimæ
Dei inspirationũ scintillæ extinguunt,q a
cas spiritu nõ alitis,& accẽditis. Significat
hoc sanctus Apostolus,ut cum Deus san-
ctis suos in spirationib. uocat,eas orõnib. su
C spirijs,lachrymis,deuotorũ librorũ lectio
ne,sanctorũ hominũ cõuersatione suffle-
tis. Quia hæc omnia sunt tanquã flatus
spiritus quo huiusmodi scintillæ, accẽdun
tur. Ex quibus eã potissimũ magna cũ di-
ligentia sufflare debetis, ne extinguatur,
sed flammam excitet,cum Deus uos ad re
ligionis statum vocat,cum res sit tãti mo
menti ad salutẽ animarũ. Dei aũt seruorũ
flatus,cum quib hoc communicabitis,pi
gritiã istam & timorem prudentibus con-
silijs,& admonitionib. expellet. Nã Deus
qui religionis asperitatem superiorib. pa-
D tribus dulcẽ reddidit & suauẽ, tibi quoq.
reddet,& difficultates oẽs tollet. Sicut fe-
cit in mari rubro,sic faciet in torrẽtib. Ar
Nu. 21. nõ. Scopuli torrẽtiũ inclinati sũt,ut tege-
rẽt in Arnon,& in finibus. Moabitarũ.
In Scopulis istis Arnõ,de quib. hic agitur
erãt,(vt Hebræi affirmant) speluncæ qdã,
in quibus hostes armatos homines posue-
rant,ut Hebræis nocerẽt. Sed Deus super
ipsos inclinauit scopulos,& ita oẽs ipsi op-
pressi mortui sunt. Hebræi uero sine ullo
detrimento amnẽ transierũt. Hæc igitur uer
ba (q in Numeris citantur ex libro bellorũ A
dñi) significat, Deũ seruis suis eis, q se se
offerũt, difficultates tollere,ut inceptũ iter
magna cũ suauitate prosequãtur,& ita He
bręos,cum ad scopulos illos peruenissent,
uerbis illis animabant duces sicut fecit in
mari rubro, sic faciet in torrentib Arnõ.
Idẽ tecũ frater dilecte pstabit Deus. Et quẽ
admodum alijs, ita,& tibi pęnitentię labo
rã suauẽ reddet. Et ideo metũ istũ, q te im
pedit animose & audacter expelle, iube-
bat Deus,ut cũ ad bellũ profecturi essent
duces audiẽte exercitu pclamarẽt: quis est Deu. 20
homo,q ædificat domũ nouã,& nõ dedi-
cauit eã,uadat,& reuertatur in domũ suã.
Quis est hõ,q plantauit uineã,& necdũ fe B
cit eã esse cõmunẽ,uadat,& reuertatur in do
mũ suã. Quis est hõ,q despondit uxorẽ &
nõ accepit eam,uadat, & reuertatur in do
mũ suã. Quis est hõ, formidolosus,& cor-
de pauidus? uadat,& reuertatur in domũ
suã,ne pauere faciat corda fratrum suorũ,
sicut ipse timore perterritus est. Quibus
uerbis quatuor hominũ genera significã-
tur,q ut sibi uim faciãt,& cęlorũ regnum
acqrãt,idonei nõ sũt, ut tũc q a bello inu
tilia erãt,a Deo dimissa sunt. Per eos,qui
domũ ædificauerãt,superbi significãtur,q
amplas domos habitare uolunt, & in om C
nib. dignitatẽ ostẽtare & põpã. Per eos, q
uineã plãtauerãt,auari significantur, q ui
tã oẽm,in excolenda terra consumũt. Per
eos,q vxorẽ desponderãt,carnales signifi-
cãtur. Quę oĩa magno,huic bello spiritua
li impedimento sunt. Et inter hæc vitia ti
mor etiã mortis & pœnitentiæ asperitatis
enumeratur,qui homines pigros reddit &
pusillanimos,ita ut ieiunijs,uigilijs,& orõ
nib. corpora sua affligere nõ audeãt, mor-
bum aliquem,aut ipsam etiam mortem
metuentes. Qui suo timore & pigritia cæ
teros quoque timidos,& pigros efficiunt. D
O stulti cur uitam vultis, nisi vt eam in
eius seruitio insumatis, qui eam vobis de
dit? nolite eam fratres seruare febri aut la
teris dolori,q eã uobis duorũ aut triũ die-
rũ spatio eripiet. Tũc.n. nonne melius fuis
set,eã eius datori seruisse? O cæcitas intol-
lerabilis,existimatisne eorũ uitã,qui Deo
seruiunt breuiorem fieri? nõne uidetis mi
litem in bello trium aureorum pretio de
uita singulis horæ momentis periclitari,
uos autem æternæ gloriæ proposito præ-
mio eam ne minimo quidem periculo au
detis.

A detis exponere? O Deus æterne aperi ob tuam clementiã horum fratrum oculos, vt intelligant quanti referat, se se ad pœnitentiæ laborem animare, & ita diuinis tuis uocibus respondeant. Referam quod ait Diu Paulus cum de fide ageret, quia se antiqui patres ad eligendos labores, & delicias euitandas incitabant, ut nos nostræ
Heb. 11 pudeat timiditatis. Fide (inquit) Moyses grandis factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam tẽporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æstimans thesauro Ægyptiorum improperiũ Christi. Plurimum notandum est, uerbũ illud
B grandis factus, cum scilicet, ea ætate esset, & capacitate Moyses, ut principis statum in quo positus erat æstimare posset, tunc eum reliquit, cum alius maiori illius cupiditate captus fuisset. Itaque his uerbis sanctus Apostolus significauit, Moysen in pueritia tantũ aut in adolescentia in Pharaonis domo, & delicijs uixisse, sed cum iã grandior esset factus, ea omnia, tanquam animæ perniciosa reliquisse, & ita B. Gre-
B. Greg. Ni. in li. de uita Moys. gorius Nicenus hoc, quod hic D. Paulus refert, non tunc fecisset intelligit, cum ex Ægypto fugit, eo quod Ægyptium occidisset, sed multo ante è regia domo egres-
C sum fuisse, & cum electis seruire, quam cũ idololatris imperare maluisse. Sed quod magis ponderari debet, est, uos quod addit dicens, maiores diuitias æstimans thesauro Ægyptiorũ improperium Christi. Ex quo patet eo etiam tempore labores sanctos uiros plurimi fecisse ꝑpter labores, quos Dei filius in mundo passurus erat, & ita Diuus Paulus eius tẽporis labores uocat improperium Christi. Quod si hoc Moyses fecit tot annis antequam R. Noster in cruce moreretur, quomodo nos labores parui facimus? quomodo odiosum nobis est pati, cum tantus dominus pro nobis
D passus sit? Magna profecto imbecillitas, paruus eius imitationis zelus. Animate, animate uos obsecro fratres, ad Diuini huius magistri Iesu Christi imitationẽ, & ne uos excusare uelitis dicentes, illum uerum Deum & hominem fuisse, uos uero homines tantum esse infirmos. Diuum Ioannẽ contemplamini, qui purus homo erat, ut nos sumus. Amate solitudinem, amate uitæ asperitatem, amate diuinam communicationem, & conuersationem, ut ille amabat, & intelligite, Deum se plus ꝑ interio- A
rem conuersationem, quam per hęc exter na communicare. Ita illud Diui Pauli, D. Theodoretus declarat. Nos uero omnes reuelata facie gloriam domini speculãtes in eandem imaginem trãsformamur a claritate in claritatem, tanquam a domini 1. Co 3.
spiritu, idest, per conuersationem spiritus domini, & eius in cordibus nostris cõmunicationem, tanquam per speculũ, in quo eius imago repræsentatur, eius gloriam & perfectiones aspicimus, & cõtemplamur, ex qua visione ab eius gloria illustrari, ab eius luce illuminati, ab eius bonitate perfecti remanentes, vt alios etiam illumi B
nare possimus, tanquam speculum nitidum, quod non modo solis figuram, sed radios etiam recipit & splendorem, & per reflexionem radios ex se iacit, quibus eam quam fecit partem illustrat. Ita etiam intelligit D. Basilius illud psalmi, lux orta est iusto (ait enim) solem omnibus oriri, D. Basil.
quantum ex se est, sed uere cæcis, aut ijs, Psal. 96.
qui oculos claudunt, aut se abscondunt, non oritur, cum eos non illuminet: ita diuinus sol eos illuminat, qui cordis oculos aperiunt. O quam utilis doctrina hæc est prædicatoribus, qui cæteros illuminare debent. Studete patres mei hãc D. Pauli do- C
ctrinam sequi, sæpe cum Deo diuina meditatione, & contemplatione communicãtes. Non dico omnia in contemplatione consistere, sacræ uero scripturæ, studium inutile esse. Non enim ex eorum numero sum, qui deuotionis specie scire se & studere nolle dicunt, & illud D. Pauli citant, scientia inflat, charitas uero ædificat. Qui 1. Co. 8.
hoc dicunt, attendant, ꝙ ait dominus per Oseam. Quia tu scientiam repulisti, repellam te ne sacerdotio fungaris mihi. Repellere, scientiam, est, eam contemnere, pœna autem eius, qui scientiam contemnit, est Ose. 4.
à Deo contemni. Nullus unquã Dei ami- D
cus sapientiã odit, imò amauit plurimum & ita ait spiritus sanctus: Qui diligit disciplinam, diligit scientiã. Videtis, vt virtutẽ Prou. 12
& scientiam coniungit. Cum uero aiũt ex D. Paulo, scientiã inflare, optime D. Chrysostomus respondet, etiam ieiuniũ inflat, & eleemosyna inflat. Ideo ne ieiunãdum non esse dicerit, neque eleemosynam dandam minime uero fratres, sed ut homines D. Chry.
rationales uanitatem, quæ ex bonis operibus & scientia nascitur superate, & ita duplex

A plex erit meritum, unum quod ex bonis operibus, alterum, quod ex ioannis gloriæ uictoria consequitur. Dicere etiam illi solent rudes homines, & idiotas nullo Dei Ecclesiæ detrimēto esse, ut eruditos, q sæpe in hæreticos errores labi solent. Quæ quidem ratio rudes potius & indoctos q̄ eruditos oppugnat, nam ridiculum esset si arundo diceret, saltem in ea causa non ruet ædificium, nam illi dici posset, tu quidem neque utilis es, neque inutilis, trabes enim, non arundines sustinent ædificium, quamuis in eo positæ sint. Quod si trabis ruina ruit etiam ędificium, signum est trabem illud sustinuisse. Dubitandum non est uiros eruditos plurimum afferre auxi-

B lij ad Dei Ecclesiam sustinendum, & quā cunque congregationem, & societatem quæ tunc erit beata cum a doctis & sapiētibus regetur. Quod si aliqui eorum in errorem aliquem incident, tunc apparebit quantæ utilitatis essent, tunc cum stabāt: quandoquidem eorum ruina & lapsus tanti mali causa fuit. Priscis temporibus Iulianus & Porphyrius Dei Ecclesiā irridebant dicentes, cōgregationem esse ab hominibus rudibus & indoctis fundatam. Contra quos scripsit Diuus Hieronymus

C librum, qui appellatur illustrium virorum in quo breuiter recēsuit per multos uiros & sapientia & sancti tate illustres, qui nascentis Ecclesiæ initijs fuerunt, & a sanctis Apostolis exorditur, uos ipsa cœlestis sapientia Dei scientiam edocuit, cui mundi sapientia resistere non potuit. Et ita de illis dixit dominus. Est scriptum in prophetis, erunt omnes docibiles Dei. Iniuria profecto esset Ecclesiæ sāctæ, & si uerum esset quod scelestus ille Iulianus asserebat, quia rudes & ignari sine sapientum consilio & eruditione sunt aliquo modo tāquā corpora sine anima, tanquam exercitus sine (Ioan. 5.)

D duce. Quod si interdum sapientes errant, hoc non fit eo quod sapientes sint, sed qa a uera sapientia discedunt. Quapropter patres mei uirtutem cum sapientia coniūgere studeamus, & ita tempus diuidamus, ut pars orationi et contemplationi, pars studijs, pars cæteris virtutum exercitijs detur. Et ita quantum in nobis est, præstabimus, quod necessarium est, ut prædicatio utilis sit & fructuosa. *Et uenit in omnem regionem Iordanis prædicans Baptismum pœnitentiæ.* Plurimum aīaduersione dignum est in hoc Dei consilium, qui omniū hominum innocentissimum elegit, ut pœnitentiam prædicaret. Quod munus David

A potius alicui, aut D. Petro conuenire videbatur, qui quam amara sint peccata optime sciebant, et quam egeant pœnitentia illi, qui Deum offenderunt. Deus tamen è cōtra cum duos eligere uellet ministros, vnum quidem ut pœnitentiam prædicaret, alterum uero ut misericordiam distribueret et dispensaret. Pænitētiæ prædicatorem D. Ioannem fecit, qui tūc omnium erat innocentissimus, misericordiæ uero ministrum D. Petrum, qui inter eos, qui in eius collegio remanserunt, maximus om-

B nium peccator fuit. Ratio autē fuit, ut eo magis intelligerent, homines quam necessaria sit pœnitentia, quo maior esset eius, qui eam prædicabat innocētia, qui minus ea indigebat. Nam quomodo existimare poteto saluari me posse sine pœnitentia, uidens ab eo eam prædicari, cui parum necessaria est? et præterea intelligerēt, quam certa et secura Dei misericordia sit illis, qui eum quærunt et petunt, cū ab eo eam petere debeant, qui in seipso eam nemini denegare didicit. Cum scilicet peccator ut ego existens, ea ut ego indiguerit. Quod si

C petitis cur D. Ioānes prædicare cœpit pœnitentiam in remissionem peccatorum a cur non a charitate, aut a se incepit? Respondeo a pœnitentia incepisse, quia hæc ceterarum omnium virtutum fundamentum est, quæ nisi adsit pœnitentia virtutis nomen amittunt. Quemadmodum qui imaginem aliquam diuersis colorib. pingere uult, prius tabulam complanet, & leuiget necesse est. Propterea hoc est qd quotidie prędicare debemus, & auditorib. sępissime inculcare, nam cum quotidie homines peccent, quotidie persuadendi sunt, (Simile.)

D ut cōmissa peccata deplorent, & creatorē suum offendisse pœniteat. Ait n. D. Gregorius, verba illa declarans Diui Pauli: redimentes tēpus, quoniā dies mali sunt: Tempus redimimus quando ante actam uitam quam lasciuendo perdidimus, flendo reparamus. Et ut intelligātis, quem nā mœrorem & tristitiam ex peccatis concipere debeamus, referam quod de Alexandro Magno Gentilium historiæ narrant. Nam cum ebrius aliquando esset Alexāder, familiarem quendam suum, qui Clito appellabatur occidit, cum uero ad se reuersus, (D. Greg. Ephe. 5.)

A uersus, quòd fecerat, intellexisset, tantum ex amici morte, & ex eo scelere quod patrauerat dolorem cõcepit, vt sibi ipse manus abscindere, & mortem sibi ipse consiceere uoluerit. Quid igitur nos facere ęquũ erit, qui toties nostris peccatis quantum in nobis est Deum occidimus? ô angelorum gloria & beatorum uita Iesu Christe, Dei fili non dolebo, non mœrebo, non lachrymis consumar, & fletu, considerans peccata mea huic te cruci affixisse, & tam sæua
Psalm.6 morte affecisse? Cum peteret Dauid a Deo peccatorum ueniam aiebat. Miserere mei domine, quoniam infirmus sum, & inter
B cętera, quę se fecisse eo loco refert, ut hanc misericordiã consequeretur, hoc erat, tur-
D.Hier. batus est a furore oculus meus, Vbi D. Hierõ vertit, caligauit p̃ amaritudine oculus meus, & alibi idem D. Hiero. pro eo ꝙ nos legimus, exitus aquarum deduxerunt oculi mei, uel tit, riuos aquarum deduxerunt oculi mei. Et quoniam quatuor ad ueram pœnitentiam necessaria sunt, scilicet, peccati odium super omnia odibilia, & quod odium hoc fit propter Deum super omnia dilectum, summusque dolor cũ firmissimo proposito euitandi peccatum plusquam omnia damna mundi, quæ om
C nia uires humanas excedunt, necessarium est ea à Deo magno cum affectu petere.
Ezec.18 Nam qui per Ezechielem dixit Facite uo-
Ezec.36 bis cor nouum, & spiritum nouum, idem hoc nobis cor dare pollicetur per eundem prophetam dicens. Dabo uobis cor nouũ, & spiritum nouum ponam in uisceribus uestris, & auferam a uobis cor lapideum. Ideo sacro sancta Concilia decreuerunt, si quis dixerit Deum impossibilia præcepisse, anathema sit. Impossibile enim appellari nõ potest, quod diuini fauoris auxilio (quod nunquam ex Dei parte deficit) præstare possum. Et hoc auxilium idẽ per pro-
D phetã Zachariam nobis pollicetur, dicens.
Zach.1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos. Verum ne fiat hoc negligenter, sed ma
Deut.4. gno cum animi ardore, & studio, quia in Deuteronomio scriptum est. Si quæsieris dominum Deum tuum inuenies eum, si tamen quæsieris eum in toto corde tuo, & tota tribulatione animæ tuæ. Cęterum cũ hoc omne Dei amore fieri debere diximus, cum plurimi sint, qui plus pœnę timore mouentur quid de his dicemus? num forte nullum his afferri potest remedium?

A potest profecto. Ad horum solatium decreuisse uidetur Tridentina Synodus. Illã Cõ. Tri
uero contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, qm̃ uel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ & pœnarum metu communiter concipitur; si uoluntatem peccandi excludat, cum spe ueniæ, declarat, non solum non facere hominem hypocritam, uerum etiam donum Dei esse, & Spiritus sancti impulsum, non adhuc inhabitantis, sed tantum mouentis, quo pœnitens adiutus uiam sibi ad iustitiam parat. Et quamuis sine sacramento pœnitentiæ per se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat, eum tamen ad Dei gratiam in sacramento pœnitentiæ impetrandam disponit. B
dẽ. sess. 14. c. 4.


Prædicans D. Ioãnes docebat Hebræos ut si Saluatorem à Patre in terras missum cognoscere, & uidere uellent, suas præpararent conscientias eas a peccatorum sordibus mundantes. Vt Isaias multo ante mo- Isa. 40.
nuerat, dicens. Parate uiam domini, omnis uallis implebitur, &c. Et uidebit omnis caro, id est, omnis homo qui hoc faciet, salutare Dei Quę omnia significant, quod qui se, bene, vt par est, præparabunt per ueram pœnitentiam deponentes omnia peccata, his Deus sui ipsius cognitionem C
dabit. Et ita omnia per imperatiuum interpretari debent, ex linguæ Hebrææ proprietate, ut omnis uallis exaltetur, omnis mons, & uallis humilietur, &c. Et omnia uno verbo includit, quod est pœnitentiam Ioan.14
agere, quia hæc omnia impedimenta tollit. Idem clarius dixit dominus, uerbis illis memorabilibus. Qui diligit me, diligetur a Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Quod idem est, cum eo, & uidebit omnis caro salutare Dei. O uerba suauissima, fœlices illi, qui ad salutem suam ijs utentur. Tanti fecit Moyses Deum ad montem Sinai descendisse, vt di D
xerit. Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te ex die, quo creauit dominus hominem super terram, si facta est aliquã do huiusmodi res, ut audiret populus uocẽ Dei loquentis de medio ignis, sicut tu audisti, & uidisti. Quid fecisset Moyses, si Deut. 4.
Deum hominem factum inter homines uersari uidisset? Nolite, obsecro fratres, tanto ac tam singulari beneficio ingrati esse. Præparate corda vestra, mundate, consciẽtias, & ita diuinum hunc Saluatorem uidebitis,

A debitis, hic fide, & gratia, & postea in cœlo gloria, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

IN FESTO EXPEctationis beatissimæ Virginis Mariæ.

B Concio I.

Missus est Angelus Gabriel a Deo in ciuitatem Galilææ. Luc. 1.



Odierna festiuitas ad laudē & gloriā purissimæ virginitatis Dei matris instituta fuit. Decreuit rerū omniū potentissimus dñs singulare hoc Redēptionis beneficiū hoībus facere, sed sine vllo sanctissimæ illius mulieris detrimēto fieri voluit, ex qua carnē C erat assumpturus. Et ideo admirabili sua potentia hoc fine virginitatis læsione fieri iussit, & hoc est, qđ in ea Spiritus sctūs Cant. 5. laudat, dicēs; Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs. O Deus altissime, nihil occurrit pulchrius? cui sponsæ tuæ ventrē cōparare posses, quam frumenti aceruus si dixisses venter tuus sicut crystallū, aut sicut globus aureus refulgens, conuenientius hoc esse videbatur. At vero tritici aceruus res est vilis, & nihil ad rem facere videtur. Significare Spiritus Sanctus hac comparatione voluit gaudium, quod beatissimus ille matris Dei venter hominib. erat allaturus. Nam quo tempore rusticus maiorem animo capit voluptatem, num D cum terram colit? minime, quia hoc magno cum sudore, & labore facit, num cū seminat? minime, quia tunc triticum perdere videtur, periculum enim est, ne aut illud volucres comedant, aut certe arescat. Nam cum in herba est? minime, quia periculū est, ne greges illud depascant. Num cum iā erumpit? minime, quia grandine verberari pōt, num qn̄ metit? num qn̄ triturat? minime, quia tunc sudat, & æstuat, & periculum quoq. est, ne maxima aquæ vis decidat, vt neque meti, neque triturari possit, sed in area ipsa marcescat. Maior igitur eius lætitia est, & voluptas cum triticū purgatū palea, & puluere excussum, A & coaceruatum in area videt. Tunc ea, q̄ sentit, lætitia præteritorū laborū obliuisci videtur. Tunc per aream iunctis post terga manibus tumidus, & inflatus incedit, & nullum se beatiorem existimat. Vt igitur Spiritus Sanctus significaret beatissimæ Virginis ventrem lætitiam mundo attulisse ait. Venter tuus sicut aceruus tritici Aceruus etiam tritici anni fertilitatem denotat. Annus enim non ideo appellatur fertilis, quia magna pomorum copia sit, sed si tritico abundat. Ideo Spūs Sanctus hac metaphora vsus est, vt spiritualis cibi B & substantialis animarum alimenti abundātiam denotaret, quam fertilissimus hic venter attulit. Et ne quis cogitaret eo quòd mater esset, puritatem eius virginalem læsam esse: ideo addidit, vallatus lilijs. Lilia enim ob candorem, & cæli colorem virginitatem significant. In hac festiuitate sancta mater Ecclesia hoc nobis Euāgelium proponit, in quo ostenditur, quanti æstimaret cælestis hęc Regina Virginem esse, quandoquidem nunquam matrem esse assensa est, donec hoc illæsa virginitate futurum esse intellexit. C

Missus est Angelus Gabriel a Deo. Ab Angelo, verbi diuini incarnationis, & mū di reparationis historia incipit, vt ab Angelo lapsus, & culpa inceperat D. Bern. super cantica ait, (vt eius verba declarat Alexander de Ales) q̄ præuiderat Lucifer hominem cum Deo personaliter aliquando coniungi debere, & quod hoc illud est, cui in cœlo repugnauit Idē sentire videtur Lactantius Firmianus, & huc vr̄ alludere D. Paul. cum ait. Et cum iterum introduxit primogenitum in orbem terræ, dixit. Et adorent eum omnes Angeli Dei. D Ber. 5 & 17. su. Can. Alezand de Ales 3. p. q̄. 74. mēb. 2. Lac. F. r. li. 2. c. 9. Hebr. 1.

Vbi plurimum notandum est illud, iterū, in quo significatur antea iussisse Deū D Angelis, vt sacratissimā illam humanitatem adorarent, antequam ex purissimo Virginis vtero nasceretur, nempe statim vt illos creauit, propterea sic ordinanda sunt verba Diui Pauli, & cum introduxit primogenitum in orbem terræ, iterum dixit, &c. De hac ēr reuelatione Angelis initio suæ creationis facta, idem D. Paulus loquitur, dicens: Manifestè magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatu est in carne, apparuit Angelis. Cum igit 1. Ti. 3.

Lucifer

A Lucifer intellexisset humanam naturam verbi incarnatione sublimandam esse, inuidia plenus primos illos parentes ad peccatum inducere voluit, vt impediret ne Deus fieret homo, neq. homo Deo æqualis fieret. Optimū.n. sibi medium visum est vestem fœdare peccato, vt cum Deus eam sordidam videret, eam recusaret induere. Sed impedire hoc existimans, ei potius adiumēto fuit, nam cum nulla antea huius rei esset occasio, vt existeret, nolens

D.Aug. effecit. Quia vt Doctores plurimi affirmant, & præcipue D. Augu. Si Adam non peccasset, Deus homo factus non esset, &

B cum peccasset plus pro eo Deus quā pro Angelo fecit. Non ideo dico, propter pec-

D. Th. catū plus amasse hominē (vt ait B. Tho.)

1.p.q.1. Et rationem affert, quia pater plus insu-

ar.4. mit in seruum infirmum, quam in filium sanum, & tamen non ideo dicimus, plus seruum infirmum, quam filium sanū amare. Ex hac doctrina inferri pōt, quot astutijs & fallacijs vtantur dęmones, vt sancta hominum consilia impediant. Nam si diuina impedire ausi sunt, quāto facilius audebunt impedire humana? & ideo cautissime viuamus necesse est, & magno cum timore, quamuis desperandum non est.

2.Co 10 Nos enim plurimum D. Paulus solatur dicens. In carne enim ambulantes, tamen

C non secundum carnem militamus: nam arma militiæ nostræ nō carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem, extollentem se aduersus scientiā Dei. Hæc arma merita sunt passionis & mortis Christi Redemptoris nostri virtutes infusæ, & doctrina Euangelica, quæ vocantur arma potētia ad id omne, quod Dei seruitium est. Hoc enim significat potentia Deo. His armis muniti & firmissi-

D me statuentes Deum offendere nolle, si eam, quæ opus est diligentiam adhibeamus, hostium nostrorum victoriam consequemur, & quia sanctissimæ Virginis festiuitatem celebramus, hoc vobis dicam quod plurimum nos animare debet. Scilicet eius nomine dici Ego murus, & vbera

Cant.8. mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens. Quibus verbis fatetur hęc pijssima virgo, quod quia Dei mater est auxiliari nobis omnibus debet: cum propter peccatores mater Dei fuerit

D. Ber. effecta, vt Di. Bernard. ait cum ea loquens his verbis. Peccatores non abhorres, sine A. quibus non esses mater Dei, & hoc significat. Ego murus, murū, scilicet, esse vt nos defendat, & vbera mea turris. Vbera vocat, matrem Dei esse, quia vberib. tantum exterius cognosci poterat matrē esse, nam cum virgo conceperit, & pepererit, matrē esse cognosci nō poterat, nisi quod puerū lactaret vberib. Et ideo maternitatem vbera vocat, & eam turrem esse (ait) quia esse illam Dei matrem, nobis est munitissima turris, vt in ea nos a diuina iustitia tueatur, addit, ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens. Quia donec ad B aliam viam proficiscamur, & in gratia cōfirmemur, veram pacem habere nō possumus, sed quasi pacem. Pariens autem illa Dei filium, qui nos cum æterno Patre reconciliauit, quandam quasi pacem nobis in Deo reperit. Et ideo fratres cū a diabolo vos oppugnari videtis ad sacratissimā hāc turrem confugite, quæ magno uobis erit ad uictoriam adiumento. Idem etiam significant uerba illa Ecclesiastici, quibus Ecc. 24. Sancta Ecclesia cælestem hanc Reginam laudat. Quasi Platanus exaltata sum iuxta aquas. Platanus folia habet latissima, ita vt vnumquodque scuto simile videatur. Per aquas, populi significantur, vt in Apocalypsi. Aquas quas vidisti populi C sunt, & gentes, & linguæ. Esse igitur san- Apoc.17 ctissimam Virg. tāquam Platanum iuxta aquas, est esse illam tanquam scutum populorum. Esse in ea plurima auxilia, & defensiones, quibus peccatores ad eā deuote confugientes tuetur, & protegit, vt in Platano plurima folia sunt scutis similia.

Ait igitur Sanctum Euangelium. *Missus est Angelus Gabriel.* Magna videbatur Angelis angelicæ naturæ iniuria, & (si ita dici pōt) ignominia ex ea extitisse eū, qui hostibus tanto fuisset detrimēto. Quare vt hanc Deus deleret ignominiā, & illi D aliquo modo illatum damnum restaurarent, misit Angelum Gabrielem, vt hominibus Redemptionis nuntios afferret, & de ea cum Sanctissima Virgine agerēt. Ex quo potestis intelligere, quantopere errēt illi, qui vnius tantum mali causa cœteros eiusdem societatis, & ordinis condēnant. Si sacerdotem, aut religiosum aliquē peccare interdum vident, statim exclamant, ô sacerdotes, o religiosi pessimum hominū genus, praua hæc profecto iudicia sunt. O

gens

A gens temeraria, si mali Angeli malitia & inuidia, qui Euā tentauit, uos scādalizat, sāctorum Angelorum, qui eiusdem naturę sunt, charitas uos ædificet. Quando q dem beatos hos spiritus uidetis, cū creaturæ sint adeo nobiles quanta cum diligētia de nostra utilitate agunt, quanta cum cura nos diu noctuque custodiunt, & præcipue singulare hoc beneficium considerate, quod gloriosus hic Angelus lætissimo hoc redemptionis nuntio attulit mundo. Ita & cum ecclesiasticis gerere uos debetis, vt si quis eorum uos scandalizat, cōsidereris alios esse quamplurimos, q vos B suo exemplo & virtute ædificant, & in Dei conspectu die ac noctu perpetui sunt uestri intercessores. Et ideo cogitate quā topere eos amare, & uenerari debeatis.

Altissimæ etiā dignitatis in qua eos Deus posuit habenda est ratio. Magnum enim sacrilegium est eos uestris maledictis linguis vulnerare. Optime quātum sacerdotibus debeatur Imperator Martianus intelligebat, qui in Chalcedonensi concilio, in quo sexcētū triginta sex Episcopi conuenerunt, dixit, nolle se in ea sanctissima cōgregatione esse, ut quod in ea decerneretur, cōfirmaret, sed potius exequeretur, C & cæteros omnes eius sacrosāctis Decretis parere iuberet. Idem Magnus Constantinus ostendit, qui in concilio Niceno adstātibus Episcopis complures libellos cōbussit, quos ipsi ei dederant, in quibus se inuicem accusabāt, & cum legere eos noluisset, dixit, ut inter eos de illis reb. iudicarēt, regibus tantam autoritatem tributam non esse, ut de ijs iudicare possint, ut patet 11.q.1. sacerdotibus. Quod si regibus autoritas data non est, quis popularibus eam dedit, ut tot Dei seruis maledicāt, eo, quòd culpam aliquam in uno, aut D altero eius societatis animaduertant?

Chal. cō cil. Act. 7.

Ait præterea sanctum Euangeliū hunc Angelū a Deo missum esse, *Ad uirginē desponsatā*. Voluit Deus sanctissimam virginem tunc, cum uerbum diuinum cōceptura erat, desponsatam esse, ne adulterio concepisse existimari posset. Nō satis est Deo homines esse bonos, sed uideri etiā uult. Et ita D. Paulus ait. Ab oī specie mali abstinete uos. Ipse autē Deus pacis sanctificet uos per omnia, ut integer spiritus uester, & anima & corpus sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi ser-

1. Thes. 5

uet. Videtis, ut optat sanctus Apostolus, A ut sanctissimus per omnia interiori, & exteriori sāctitate, & ut corpore interius uirtutis exterioris præbeamus exemplū? Iussit Deus Hebræis: Funiculos ī fimbrijs facies per quatuor angulos pallii tui, quo operieris: ut nimirum Hebræi q sui erant serui, non circuncisione tantum quod signum erat occultum, sed uestibus etiam a cæteris gentibus distinguerentur, significans uelle se etiam, ut serui sui a diaboli seruis non interioribus tātum signis, sed exterioribus etiam differrent. Et ita dixit D. Matthæus: Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideāt opera uestra bona, & glorificent Patrē uestrum, q in cœlis est. Recusat Deus uirtutem, quæ uitii habet speciem. Quare dixit. Iuste ꝙ iustum est, persequeris, ut uiuas. De sancto Loth ait D. Petrus: Iustū Loth oppressum a nefandorum iniuria, ac luxuriosa conuersatione eripuit. Aspectu enim & auditu iustus erat habitans apud eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant, aspectu, quia non solum interius, sed etiam exterius erat iustus. Ponderate vnūquodque uerbum, ubi tanquam causam cur Deus in sordida illa hominum cōuersatione integrum incorruptumque seruauit, affert, quia aspectu & auditu iustus erat. Qui omnia uidere & audire vult, corruptum se habere cor significat. Nam qui, a malis contaminari non vult, oculos ab ijs & aures debent auertere, & hoc est iustum esse aspectu & auditu. In locis ubi auri uenæ latent, semper externa aliqua signa apparere solent, ut in lapidib. uel herbis, vnde, qui usum & experientiam habent, aurum ibi esse conijciunt, ita cū in anima gratiæ thesaurus reconditus est, saltim exteriora signa, quæ sunt sensus, hoc indicant. Cum, scilicet, in oculis honestas D est, in manibus erga pauperes liberalitas, in pedibus ad uirtutis opera facilitas, & promptitudo, in auribus sanctæ & salutaris doctrinæ auiditas, in ore casta & deuota uerba, hæc omnia thesauri, q in anima latent argumenta sunt. Et ita dominus, dixit. Ex abundantia cordis os loquitur. Sed heu, heu, quam pauci in hominum cordibus thesauri latent, quandoquidem tam pauca foris apparent indicia. Intuemini, quæso, huius sæculi homines uix qd quam inuenietis, ꝙ uos ædificet, & ad virtutem sic

Deu. 22

Matt. 5. B

Deut. 16

2. Pet. 2.

C

Simile.

Luc. 6.

A sit incitamentum. In ore mendacia, & periuria, in manibus furta & auaritiæ, in pedibus ad malum mira uelocitas. Omnia corrupta sunt. Obsecro itaque uos fratres, vt hac in re, quæ plurimi momenti est, diligētiores sitis. Et cum Deus uoluerit, ut sanctissima eius mater non modo optima esset, sed ut etiam uideretur, & ideo desponsatam esse diuina sua prouidentia ordinauit, ut uos quoque non tantum boni esse studeatis, uerum etiam uideri in omnibus,
Isa. 3. quæ exterius apparent. Vbi Isaias ait. Ecce dominus exercituum auferet a Hierusalem senem, septuaginta interpretes pro se
B nem transtulerunt sacerdotem, quia nimirum sacerdos, senex esse debet nō canitie, sed ingenio, grauitate, & modestia, in omnibus suis actionibus senile quoddam uirtutis præbens exemplum. Nam lingua illa quæ cæli clauis est, inferni sera, aurea amoris cathena, quæ Deum in cœlo vinctum (si ita loqui fas est) in terram consecrationis uerbis trahit, ue bane prophana loquetur? manus illæ, quę Dei thronū, & sedes, sūt qñquidem in illis residet quotidie Deus, turpia ne operari debent? cor illud quod in sacratissimo Iesu Christi sanguine tanquam in fonte quodam quoti-
C die mergitur, prauas ne in seipso cogitationes cōtinere poterit? Profecto nisi lapides essemus, aut dæmones, cū potentissimum Deum uerbis nostris uinciri, & amore nostro capi se sinere credamus, neque cor, neque linguam, neque oculos, neque manus, neque corpus ad altissimā eius maiestatem nostris sceleribus offendendam haberemus, cogitantes nos totos sanctissimi eius corporis tactu cōsecratos esse. Quod si tanta esset ecclesiastici alicuius, aut alterius cuiusuis Christiani deprauatio, ut malum se esse constitueret, saltem curare deberet, ne proximos suos exteriori exem-
D plo scandalizaret. Contingere solet, ut mu-
Simile. lierem, quis habeat concubinam, quę præter illud peccatum, quod cū eo committit, al quas habet virtutes, quæ hominem induxerunt, vt eam sibi uxorem duceret: & ita quæ antea erat concubina uxor legitima fit. Eodem modo accidit ut qs bona quædā opera faciat, ne mal° uideatur, sed uirtutis opinionē acquirat. Paulatim sese bonis illis operibus aliquo modo disponit, ita ut postea eadem opera Dei tantū amore efficiat, & ita uirtus, quæ antea quasi concubina erat, uxor legitima fit. Et A ideo minus malum est hypocritam esse, & inanis gloriæ causa uirtutis speciem præ se ferre, quam dissolutum esse, & prophanum, & cæteris suo exemplo nocere.

Ait præterea sanctum Euāgeliū: *Ad Virginē desponsatam uiro, cui nomen erat Ioseph de domo Dauid.* Primus cui promissum specialiter a Deo fuit Dei filiū ex sua generatione, esse nasciturum secundū carnem, fuit Abraham, & ita cum nomē mu- Gen. 18.
tauit Abrahæ, addidit hanc literam Hebræam (he) quæ una est, ex quatuor essentialibus, quibus ineffabile Dei nomē scribebatur. Est autem inter Hebræos aspira- B
tionis, ut inter nos litera (h) iam scitis nos aspiratione uiuere, & ita Deus significare uoluit ex Abraham eum esse uenturum, qui uera hominum uita, & spiratio futurus erat, qui est Iesus Christus. Ita eū uo- Thre. 4.
cauit Hieremias. Spiritū oris nostri Christus dominus. Nihilominus tamen gloriosus Euangelista non Abrahæ hoc loco sed Dauid mentionem facit, cui etiam postea idem beneficiū promissum est ut ex illo Psalmi patet. Iurauit dominus Dauid Ps. 131.
ueritatem, & non frustrabitur eum, de fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Nouus loquendi modus. Cum uiro loqui- C
tur, qui filium uentre non concipit, quod mulieris proprium est, & tamen ait. De fructu uentris tui, quia nimirū Christus Redemptor noster non erat a Dauid per virum, sed per mulierem originē ducturus, & per solam mulierem sine hominis auxilio, & ideo ait, de fructu ventris tui idest, è fructu ventris Virginis, ex genere tuo, & familia regni tui successorem efficiam, qđ est regnum fidelium, in quo florere debet fides, spes, & charitas quam tu habes. Hāc enim ob causam militās Ecclesia regnum Dauid appellatur. Solius autē Dauid mentio fit hoc loco, ut intelligamus quam gra- D
ta sit pœnitentia Deo, & quanto pænitentes honore afficiat, Hoc enim honore, quo hunc peccatorem conuersum afficit inuitare nos ad pœnitentiam vult. Eia igitur peccatores, quid expectatis cum Dei misericordiam adeo certam habeatis? Si ad eū accurrere vultis attendite artificia quibus utitur ut uos attrahat. Cum Absalon infæ- 2. Re. 2.
lici illa morte quam sæpius audiuistis, interiisset, ij omnes, qui cum nulla Dei, iustitiæ, & fidei, quam optimo regi Dauid debebant

A bebant habita rõne sequuti fuerant cum infidelitatem suam agnosceret, de cõuersione sua agere cæperunt, & obedientiam ei præstare decreuerunt. Quod cum intellexisset Dauid, hoc tanti fecit, ut per nuntios iis dixerit. Fratres mei vos, os meum & caro mea vos. O admirabilẽ Regis clementiam, sed potest ne hæc Dei clemẽtiæ comparari, qui ait. Gaudium est in cęlo su per uno peccatore pænitentiam agente.

Luc. 3. Mira exaggeratio. non satis ei fuit dicere angelos gaudere, sed cælum uniuersum, Angeli, Cherubines, Seraphines, omnis aula cælestis, & eius Rex peccatoris cõuer B sione gaudent. Plus ne dici poterat? Incipite igitur fratres cordibus uestris uolutare, & cogitare, quonam modo ad Deũ vos conuertere possitis, nam si Dauid plurimi fecit, ut eius subditi, qui infideles illi fuerant, errorem suum agnoscerent, & de reuersione agerent, pluris fecit Deus, ut uos de vestra conuersione per ueram pœnitentiam cogitetis.

Et ingressus Angelus ad eã Domi clausa sanctissima Virgo continebatur, ut virginem decebat. Ex plurimis reb. quæ lachrymis dignæ sunt, no a est, paucos esse huius uirtutis amatores, sunt enim fere omnes C extranei, & extra seipsos uagantur, quod magnum est argumentum animas esse

Simile. corruptas. Iter faciens ęstino tempore diuersorium aliquod inueniẽs quiescere in eo uellet, sed cum muscarum plenum uideat, & hospitam iratam & querebũdãm, eamus (inquit) aliò, hic enim requies non est. O qui dicendi hic finem faceret sanguineis lachrymis silendo deploraret. Nã si in teipso ò peccator quiescere aliqñ uis & de uita tua, & moribus cogitare cõsciẽtiã tuã talẽ inuenis, ut tristitia plenus statim, eamus hinc (dicas) ad amici alicuius domum, & ibi ridebo, & hanc animi tri- D stitiam deponam. O te insipieem qui ideo extra te ipsum uagaris, quia in te nihil bo ni inuenis, quo te oblectare possis. Et quãuis omnibus hęc uirtus necessaria sit, mul to magis uirginibus, & in hoc potissimũ

Gen. 24 tẽmpore, antiquis n. tẽporib. hoc tãtopere necessarium nõ erat. Nam de Rebecca di citur cum uirgo esset honesta, & pulchra & digna q magni illius Patriarchæ Isaac uxor esset, nihilominus tamen ad aquam hauriendam sine vllo periculo sola egrediebatur. Nunc uero tanta est iuuentutis

impudẽtia, ut uix matres filias suas ad ecclesiam adducere audeant, & quod peius A est, postea quam eas magnis importunationibus, & falsis promissis deceperunt, ip simet infamiæ pcones sunt, ab illis se roga tos iactant, & propriam malitiam secreetis excusant periurijs. Tantopere amauit Adam uxorem suam, ut eius causa peccauerit. Maluit enim illi morem gerere, quã Deo parere, ut notat D Augustinus super B. Aug. illa uerba. Qui comedit. Sed post peccatum cum a Deo reprehenderetur, amoris oblitus eam accusauit, dicens. Mulier, quã Gene. 3 dedisti & mihi sociã dedit mihi de ligno, comedi. Huiusmodi solet esse humani B amoris finis, qui neque in Deo, neque in uirtute fundatur.

Ingressus Angelus ad eã, magna cum veneratione dixit. *Aue gratia plena Dñs tecum*. De egregio quodam pictore, qui Zeuxis appellabatur, legitur, qđ cum pulcherrimam quandam Iunonis imaginem pingere uellet, pulchriores urbis uirgines cõtemplatus, quinque quæ inter eas pulchritudine præstare uidebantur, elegit, ex quib. quod pulchrius & elegantius uisum est, ut eo suam ornaret imaginem, desumpsit. Plus sine ulla cõparatione fecit Deus C in Virgine hac, inter omnes ad hãc dignitatem electa: nam admirabili sua sapientia, & potentia in ea gratias omnes & uirtutes expressit, quæ inter cæteras omnes D. Hie. i mulieres distributæ fuerant. Quare D. ser. assũ- Hieronymus ait. Cæteris virginib. præsta ptio. vir. tur gratias per partes Mariæ uero tota se Mariæ. effundit plenitudo gratiæ. Sed notandum est, quod proprijs uiribus diuinam gratiã conseruare non possumus, nisi particulari aliquo auxilio Deus nobis assistat, ut T. h. 1. 2. ait Beatus Thomas. Et hoc significat q 190. 2. Dauid, dicens, Fiat manus tua super ui- 9 & 10. rum dexteræ tuæ. Hoc enim significat D opus esse: ut Deus manum suam impo Psal. 79. natet, qui in gratia est, ut perseueret in Psal. 83. ea. Et ideo addit: Et non discedemus a te. Hanc ob causam cum dixisset Angelus, gratia plena, addidit, Dominus tecum, significans, quod cum eam Deus gratia, impleuit, statim in ea confirmauit. Indigemus pterea diuina benedictione, ut ad uirtutẽ & exercitium, & augmẽtum nos corroboret. Et ita dixit Dauid Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de uirtute in uirtutem, & uidebitur Deus

A Deorum in Sion, ideſt, ut uideatur. Hoc orabat Paulus, dicens: Flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cœlis, & in terra nominatur, ut det uobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ uirtutem corroborari per ſpiritum eius in interiori homine. Et ideo poſtea quam Angelus dixerat, Dominus te cum: addidit: *Benedicta tu in mulieribus*. Dei benedictio eſt, bona nobis ſpiritualia largiri, ut ait D. Paulus; Benedictus Deus, & Pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali, in cœleſtib. ſcilicet cōſequendis, & ſtatim

Epheſ. 3

Epheſ. 1

B quæ eſt Dei benedictio declarat, quod ſcilicet elegit nos in Chriſto ante mundi cōſtitutionem, ut eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius, in charitate, ideſt ut eſſemus pleni uirtutib. & gratia, & immaculati ab omni ſorde peccati. His benedictionibus plena fuit ſanctiſſima Virgo, nō ſolum plus quam cæteræ omnes mulieres ſed plus quam Angeli omnes, vt ait Beatus Thomas.

B. Tho. opuſc. 4

Vidēs Angelus, quod laudari ſe audiens humiliſſima Virgo turbabatur, dixit ad eā. *Ne timeas Maria, inuenisti gratiā apud Dominū*. Qui apud homines gratiam inueniunt illi timere debent, quia qui plus

C gratiæ humanæ, & fauoris habet, hic in maiori ſalutis ſuæ periculo uerſatur. De quadam Aquilonis regina refertur filiam ſuam pulcherrimam ueneno aluiſſe, & eā ad Alexandrum Magnum miſiſſe, ut eam amplexus moreretur, quod cum ſapiens quidam regni intellexiſſet, factum hoc impediuit, & ita Alexander mortuus nō eſt. De hoc mundo ait D. Ioannes, Mundus totus in maligno poſitus eſt, & cum ueneno plenus ſit, ille quem amplectitur eſt ſuę condemnationi propinquior. Tu vero Virgo ſanctiſſima nihil eſt cur timeas, cū

Epiſ. Io. 5. c.

D gratiam non apud hoīes, ſed apud Deum inueneris. *Ecce cōcipies in utero, &c.* Statim ac Virgo ſanctiſſima, ſalua ſua uirginitate concipere ſe poſſe intellexit (ut affirmauerat Angelus) profunda humilitate confeſſus ſui ianuam aperuit, dicens; *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum uerbum tuum*. In hoc inſtanti verbum diuinum in puriſſimis eius uiſceribus incarnatus eſt. Et hoc hodie ſancta Eccleſia celebrat, nobis repræſentans quomodo glorioſiſſima hæc Regina Dei filium in ſuo uentre

A virginali habuerit, vt in hominum manibus poneret, ne amplius deſiderij ſui compotes facti ſuſpirarent, ſed Redemptorem ſuum iam tenentes gauderent. Et hoc ſignificatur in ſolemnibus his Antiphonis, quas his diebus Eccleſia ſancta decantat. Omnes enim ab exclamatione, O, incipiunt, ut mundi ſuſpiria & deſideria ſignificet, quibus ſanctiſſima Virgo ſatisfacit. Clamabat mundus: O Domine, ignarus ſum, & quid mihi eueniat neſcio, timeo ne tu quoque ignores, quia ignorans ignorabitur, & ideo clamabo, dicens; O ſapientia, quæ ex ore altiſſimi prodijſti, attingens a fine vſque ad finem, ueni ad do-

B cendum nos uiam prudentiæ. Tace ò mūde, ne clames, iſta enim ſapientia quam petis, nunc in ſchola Virginalis uteri doloꝛum tuorum ſcientiam experientia diſcit, vt tui miſereat, cito ad docendum exhibit. Clamabat Mundus. O Domine, captiuus diaboli ſum & ideo clamabo, dicēs: O Adonai, & Dux domus Iſrael, ueni ad redimēdū nos in brachio extenſo. Tace ò mūde, nam Dux ille, quem uocas, armatus iā eſt in uirginalis uteri domo, carnis, & pœnarum humanarum armis, quibus tyrannum illum qui te captiuum tenet ſuperaturus eſt, cito ad te redimendum exibit.

C Clamabat mundus: O Domine ſpirituali alimēto indigeo, adeo enim infirmus ſum & imbecillis, ut in uirtute nihil proficiam, & ideo clamabo, dicens: O radix Ieſſe quæ ſtas in ſignum populorum, veni ad liberandum nos, & noli tardare. Tace ò munde, qa hæc radix quam optas in puriſſimi ventris furno coquitur, vt vitæ panis fiat, quem qui manducet non moriatur in æternum, cito in pſepio collocabitur tāquam in menſa, vt eo te reficias. Clamabat mundus. O Domine in culpæ carcere uinctus detineor, & ideo clamo, dicens; O clauis Dauid, qui apetis & nemo claudit, ueni &

D educ uinctum de domo carceris. Tace ò munde, nam clauem iſtam quam petis cæleſtis hæc mulier in cingulo iam poſitam habet, cito eam tibi tradet, ut te ab infœlici hoc carcere liberes. Clamabat mundus: O Domine peccati tenebris cæcus ſum, et ideo clamo, dicens: O oriens ſplendōr lucis æternæ et ſol iuſtitiæ, ueni et illumina ſedentes in tenebris, et umbra mortis. Tace ò munde, nam lux illa quam petis eſt ita refulgens, ut oculi tui eam fer-

A re non possint,& ideo beatissima Virgo è uiscerū suorum tela laternam effecit,ut radios suos mitigaret,& uidebit oīs caro salutare Dei. Clamabat mundus, regem non habeo qui me gubernet,& regat,& ideo clamo dicens. O rex gentium & desideratus earum,salua hominem, quem formasti de limo. Tace o munde, quia ecce Rex tuus venit tibi,& gloriosa hæc dom in aest
Luc.3. lectica,qua uehitur, sed uideri adhuc non potest,quia lecticæ alis,& cortinis occultatur Clamabat mundus.O domine solum
B me uideo,ita ut si cado, non habeam, qui me subleuet,& uæ soli,quia cum ceciderit non habebit subleuantem se, & ideo clamo dicens.O Emanuel Rex & legifer noster,ueni ad saluandum nos domine Deus noster.O Emanuel,idest,o Deus nobiscū. Tace o munde,quia uerbum caro factum est,& habitauit in nobis,iam socius noster
Iud.6. venit & cohabitator: cælestis autem hæc virgo domus est ubi habitat, & ubi eum inuenies cum opus erit. Præparemus igitur nos,fratres charissimi,ut diuinū hunc Saluatorem digne recipiamus, qui uenit vt tot nobis beneficia faciat,& suam gra-
C tiam communicet, qua acquiritur gloria, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

IN FESTO EXPECTATIONIS beatissimæ Virginis Mariæ.

Concio Secunda.

Missus est Angelus Gabriel a Deo in
D *ciuitatem Galilææ,&c.Luc.2.*



Tanta est Dei potentia,sapiētia & bonitas,ut non solū ex bono,sed etiam ex malo bonū
4.Re.11 eliciat:cum ageret Moyses de beneficijs, quæ Deus populo Hebræo fecerat ait ex ijs vnum fuisse, qd constituit eum super excelsam terram, ut fugeret mel de petra,oleumque de saxo durissimo. Hoc dixit,ut terræ fertilitatem exaggeraret,in qua petræ ipsum oleum & mel stillare uidebantur, sic etiam dici potest Dei omnipotētiam è petris durissimis (vt sunt peccata) oleum & mel suxisse,cum A ex ijs plurima bona deduxerit,& quotidie deducat. Et ita malus ille seruus dixit. Homo austerus es,et metis quod non seminasti. Verum dixit quia Deus e semente, quā non seminauit plurimum colligere solet. Nunquam Deus seminauit peccatum, & tamen plurima ex eo bona collegit. Magnū fuit malum: Luciferi peccatū,vt creatura creatori parere nollet,& in eius regno bellum contra ipsum excitare auderet. Psal.158
Sed tanta est (ut dixi) Dei potētia & sapientia,ut ex hoc malo magnum bonum deduxerit,nempe hominis creationem. Nam cum magna Angelorum multitudo de cælo ceciderit,& plurimę cęlestis regni sedes B vacuæ remāserint,creauit Deus homines, ut implerentur. Magnum fuit Adæ peccatum,qui vt vxori suæ morem gereret, Dei iussum fregit,nam si rem aliquam difficilem Deus iussisset,quam sine magno labore præstare non potuisset,peccatum maiore excusatione dignum uideretur, sed rem facillimam iussit,vt est ab vno tantum arbore abstinere, & tamen tanta eius fuit in obedientia,ut prior ex qua comederit,fuerit illa quam Deus prohibuerat. Magnum profecto malum, sed ex eo Dei sapientia tantum bonum,ut fuit filij sui incarnatio, C deduxit. O ineffabilem Dei misericordiā quisnam imaginari potuisset, quod pro miserorum uermium remedio (quales homines sunt) Deus homo fieret? Hoc admirabatur Iob, dicens. Quid est homo quia magnificas eum,aut quid apponis erga eū cor tuū? D. Augustinus ait. Filium uocari cor patris. Tanti igitur fecit hominem Deus,ut pro eius salute suum ei cor dederit. Et sta in Genesi, Quod cum uideret Deus hominum malitiam, tactus est dolore cordis intrinsecus. Res ponderatione digna est,q Deus propter peccata hominum do lore in corde ostēdit quod est filius suus vnigenitus. In hac parte æterno Patri resedet dolor,quia cor illud peccatorū nostrorū onus ferre debebat. Quo igitur tā beneficium altissimæ tuæ maiestati persolue mus? quas tibi gratias o dñe pro eo agemus? in æternum profecto fuissemus, si cū tu Deus meus tuis manibus nos formasses? alius præter te æterna morte liberasset. Nam cū plus sit redimere,quam creare,indignares esset ut tibi de creatione, alteri de redēptione gratias ageremus. Quare vt ait Rom.5 Gene.1. Auguſt. D

A B. Anselmus. Ne amorem diuideres (o ho-
D. Ans. mo) inter creatorē, & redemptorem, idem tibi factus est conditor & redēptor, utrum que illi debemus. Vt hoc igitur beneficiū homini faceret *Missus est Angelus Gabriel a Deo ad Virginē, & ingressus ad eā dixit. Aue gratia plena.* Admirabilis hæc est excellētia, gratia plenā esse, & Deo dilectam, & è contra, vnus ex titulis maioris ignominiæ quibus homo vocari potest, est peccatorem, & Dei inimicum uocari. Maiorē sentiunt pœnam damnati in inferno, cum uideant odiosos se esse Deo, quam quod teterrimo illo carcere inclusi sint, at è cō-
B tra inter maiora beatorum gaudia, est securitas quam habent in Dei odium se incidere non posse, & de eius amore ita certos esse, vt deficere nunquam possit. D. Am-
D. Ambrosii de interpellatione. brosius ait, quod inter cætera quæ sanctus Iob passus est, nihil maius doloris uulnus inflixit, quam cum tres illi eius amici dixerunt, eum peccatorem esse & Dei inimicum, & ideo a Deo tot infortunijs puniri, ut patet his uerbis. Recordare obsecro te, quis unquam innocēs perijt? Quæ cum Iob audiret & huiusmodi alia, magno dolore respondit. Consolatores onerosi omnes uos estis, nunquid habebunt finem verba ventosa? Hoc nos etiam fratres, nisi tā cæci essemus super omnia timere debere-
C mus, peccatum scilicet, quod ignis quidā est, qui totum hominem urit & consumit
Reg. 1. tempestas quædam est & diluuium, quo omnia destruuntur, est malum quoddam quo homo inutilis fit, ut tanquam palmes infructuosus amputetur, & in ignem æternū deijciatur. Cum persuaderet Bethsabee regi Dauid vt filium suum Salomonem regni sui hæredem faceret, eo quod si secus faceret, ipsa & filius in magna infœlicitate remanerent, vt hoc exaggeraret, hæc verba protulit. Eritque cum dormierit Do-
D minus meus Rex cum patrib. suis, erimus ego & filius meus peccatores, hoc nomine comprehēdit, quę nisi pluribus uerbis explicari non poterat. Quasi diceret, erimus pauperes, miserabiles, orphani, deiecti, ignominia, & iniurijs affecti, mendici, hæc & plura hoc nomine peccatores, significare voluit. Tandem peccatum res est tam odiosa Deo, ut de eo scriptura dicat, terribiles in Deo effectus operari, & ita D. Paulus cum diceret uellet. Nolite peccare, ait.
Ephe. 3. Nolite contristari Spiritum sanctum Dei.

Et Oseas ait. Pereat Samaria, quā ad amaritudinem concitauit Deum suū. Et in He- A
Ose 14. bræo est. Amaricauit os domini. Et Dauid ait. Quoties exacerbauerūt eum in deserto, quæ omnia dicuntur, vt significentur
Psal. 77 effectus quos peccatū in Deo causaret, si Deus eorum capax esset. Ex quo colligere possumus, quā æquū sit, vt sup cætera omnia peccatum abhorreamus, & Dei gratiā quæramus, ex qua plurima in nos bona promanant. Hanc ob cām laudans sacra Scriptura D. Stephanū, ait: Stephanus aūt
Act. 6. plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & signa magna in populo. Primum ait, gratia plenum fuisse, quia hic fons est ex quo fortitudo, & cætera oīa bona nascūtur. Et D. Paulus in suis Epistolis Chri-
D. Paul. stianos his uerbis salutabat. Gratia uobis
B & pax. Quasi diceret. Cōicet uobis Deus suam gratiā, nam si eius amici estis, facile pacē habebitis ad inuicē. Sed tibi, o uirgo sacrata, singulari quadam ratione dixit Angelus. *Aue gratia plena.* Et secūdū oēs sacros Doctores uere de seipsa dicere pōt illud Ecclesiastici. In me omnis gratia, qu
Eccl. 24 eā gratia plena fuit, quam uocauit gratū facientē, q̄ omniū præstātissima est, & sola nos Deo gratos & amicos facit. Oēs ptereā gratias habuit, quæ sūt uirtutes oēs Theologales, & Cardinales, fides. s. spes, & charitas, fortitudo, tēperantia, iustitia, & prudē-
C tia, cum cæteris quæ accessoriæ dicuntur, ut est, humilitas, patientia, mā suetudo, misericordia, &c. Fuit præterea plena gratia septem donorum Spiritus sancti, fuit etiā plena nouem illis gratijs, quas, gratis datas appellant, quas Deus largiri solet, ut qui alios ad Deum conuertat. Prima est, admirabilis rerum inuisibilium certitudo, quam D. Paulus fidem appellat, gratia quæ rerum diuinarum cognitionem dat, quam ibi uocat Diuus Paulus sapien-
1. Cor. 12 tiam, gratia, quæ rerum humanarum cognitionem dat, quam ibi uocat scientiam gratia quæ potētiam dat faciendi miracula ad sanāda corpora, quam ibi uocat gra-
D tiam sanitatum, gratia quæ eandem potentiam dat ad diuinam potentiam manifestandam, quam ibi uocat operationē uirtutum, gratia quę docet futura prædicere, quam ibi uocat prophetiam, gratia, qua cordis secreta assequimur, quam uocat discretionē spirituū, gratia varia linguarū generā loquēdi, & carū sensus intelligēdi, quā uocat

A uocat genera linguarum & interpretatio sermonum. Fuit præterea ut omnes asserunt plena gratijs quæ priuilegiatura uocantur vt Dei matrē esse & iustorum omnium, cœli portam, ante iudicij uniuersalis diem resuscitatam esse, & super omnes choros angelorum exaltatam, hæc omnia significat, gratia plena. Finxerunt antiqui poetę virginem quandam dijs omnib. gratam, quam eorum quisque dono aliquo ornauit, ideoq; Pandoram appellabant, id est, omnium Deorum donis ornatam. Et hoc quod tunc fabula erat in sacratissima Virgine ueritas factum est, q̄ beatissimæ

B Trinitatis donis plena fuit: Pater ornauit eam potentia & fortitudine, filius sapientia, spiritus sanctus amore & charitate.

Ait præterea Angelus, ***Dominus tecum.*** Quamuis Deus in omnibus rebus sit, in iustis singulari modo inuenitur, & in te ô virgo beata particulariori quodā modo. Cum aliquo esse, est attente ipsum audire, & ita ijs, cum quibus de re aliqua magni momenti loquimur dicere solemus, ***Est ad commigo.*** i. attente, quæ dico audias, & tunc maxime attēti sumus ad ea quæ narrantur quando nobis nimis grata sunt. Et ita horum uerborum ***Dominus tecū.*** sententia esse potest, Deus tuis rebus omnib. ual-

C de attentus est, quia omnes illi gratæ sunt. Tua deuotio, tuæ lachrymæ, tua contemplatio, tua desideria, tuæ cogitationes, tuæ preces, tua conceptio, tota tua uita, quicquid in te est illi gratissimū est. Alio modo intelligi possunt, nam res dici solent esse cum alijs, vel quia iunctæ sunt vnæ alteris, aut quia conglutinatæ, aut quia clauis defixæ, aut quia permixtę ut aqua & uinum, & his omnibus modis solet Deus animæ coniungi, primum funibus sibi Deus hominem ligat, idest, beneficijs, quibus eum sibi obligat: & ita dixit. In funiculis Adā

D trabam eos, in uinculis charitatis. Tribus

Ose. 11. funiculis uinxerat Deus Adā, q. tria erant beneficiorū genera, quibus eum suo amori deuinxerat. s. bona naturæ, bona gratię, & bona fortunæ. Et his uelle se ait homines trahere: & ita facit, nam omnibus bona naturę tribuit & fortunæ, & paratus est ut gratiæ bona largiatur ijs, qui se ad ea recipienda disponēt: dicitur. n. funiculus tri-

Eccle. 4. plex difficile rumpitur. Tu verò peccator, qui mille funiculis vinctus es, idest mille beneficijs quæ a Deo accepisti, eos tanta cum facilitate rumpis, ut tua ista uiolen- A tia & furor terrorem pariat. Qui stupor esset & terror videre bestiam aliquam, quæ pluribus funibus uincta, eos magno cum impetu rumperet, vt ad herbam uiridem depascendam accurreret? o quæ bestiæ furia, quæ fames & quanta, q̄ vt herbam pasceret, tot fregit uincula. O infælix peccator tu hæc bestia es, quæ cū tot beneficiorum uinculis Deo deuinctus sis: omnia parux delectationis existimationis, aut lucri causa frangis, & a Dei obedientia fugis. O infernalis ingratitudo, o homo cæce, quomodo tantæ te impudētiæ non pudet? Secundus res iungendi modus, est conglutinatio, & ita dicitur. Anima Ionathę cōglu- B 1. Re. 13 tinata est animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas quasi animam suam. Hæc conglutinatio unam rem cum Deo nos facit, ut ait Diuus Paulus. Qui adhæret domino vnus 1. Cor. 6. spiritus est s. cum eo. Tertius coniunctionis modus est, cum res clauis iungūtur, & ita homo cum Deo diuino timore tanq̄ clauo quodam configitur, quod donum adeo singulare est, ut Dauid magna cum efficacia illud a Deo peteret, dicens Confi- Ps. 118. ge timore tuo carnes meas, a iudicijs enī tuis timui. Quib. verbis uates sanctus tātā huius timoris uim a domino postulabat, C ut non modo spiritus eius, sed caro etiam hoc timore transfixa, ipsum quoque spiritū ad peccati odium excitaret. Est autē (vt B. Basilius elegāter in eo loco adnotauit) B. Basil. metaphora sumpta ab ijs qui patibulo affixi sunt, qui immobiles persistere nituntur, quoniam si uel paululum se in aliquā partem uerterent, nouo doloris aculeo uulnerantur. In simili igitur cruce, sanctorum mentes defixæ manent ne se aduersus Dei legem ullam remouere possint. Vt enim illic dolor, ita hic timoris aculeus mētem pungens a quouis delicto reuocat. Itaque si impura aliqua cogitatio, si fratris odiū, D si fraternæ inuidiæ stimulus, si superbiæ aut inanis gloriæ tumor sese animus obijciat; superueniens statim diuini iudicij metus, qui sic mentem concutit, vt omnia ista procul a se sine ulla cunctatione abigat S. igitur viri sanctissimi diuinæ iustitiæ iram reformidant, unde quæso in sceleratorum hominum mentibus hæc tanta salutis suæ è sola domini misericordia confidētia? qua si in ipso sola sine iustitia esset miser cordia. Nos igitur fratres nō falsā improbo-

A rum securitatem, sed salutarem sanctorū metum sectari studeamus & spem nostrā præ timore bonorū operum studio & peccati odio fulcire contendamus. Quartus coniunctionis modus, est mixtio, non tamen ut aqua uino, sic anima Deo miscetur: sed per intimam quandam unionem similem se Deo in uirtute efficiens. Diuus Dionysius similitudinem quandam affert ex qua intelligi potest, quonā modo Deus in anima maneat. Nam si in aliquo cubiculo tres faces accensas ponas, ex omnib. una resultat claritas, & tamen unius claritas est ab alterius claritate diuersa, neque

D. Dion. de diuin. no. c. 1.

B ita miscentur ut una lux fiat, quod manifestè patet, (vt philosophus quidam ait) quia si earum facum unam tollis, secum suam lucem aufert, quia principium suum quod est fax sequitur, igitur non erat una lux ex trib. mixta. O anima, in qua (si Dei amica es) Deus manet, vt B. Ioannes affirmat. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Sed nulla fit confusio, non permiscetur Deo vt aqua aquæ, sed vt duo lumina quæ coniunguntur & unum ab alio distinctum remanet, ita anima cū Deo coniuncta est & admirabilem Dei similitudinem habet, sed tamen distinctus

1. Ioā. 4.

C est ab anima Deus, quia ille Deus est per essentiam, anima uero per gratiæ participationem deificatur.

De his igitur omnibus coniungendi modis intelligi possunt hæc verba, *Dominus tecum.* Dominus tecum est o sanctissima Virgo, quia maiorum beneficiorum uinculis deuincta es, quam vlla unquam pura creatura fuit, aut erit. Tecum efficacissimo amoris glutine conglutinatus est, & vt ea, quæ glutine tenaciter hærent facilius frangi, quam diuidi possunt, ita tu quamuis mille mortis genera subeunda esscent, ab eo diuidi non poteras. Dominus

D tecum, quia diuini timoris clauo te fixam tenet, timoris (inquam) non seruilis, sed reuerentialis, de quo dixit Dauid. Timor domini sanctus permanet in sæculum sæculi. Qui quidem timor proprie pertinet ad latriam, quæ sic Græce dicitur, a uerbo, latin, quod est tremere, eo quod valde trementes Deum nos colere oporteat, & hic sanctus timor, non tristitia animam, sed lætitia afficit. Quare idem Dauid aiebat, Lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum. *Dominus tecum.* Quia tecum

Psal. 18.

A etiam est, tanquam lux cum alia luce, quia nulla extitit unquam pura creatura, quæ tam singularem in uirtute similitudinem cum eo habuerit ut tu habuisti. Hoc Diu. Anselmus considerans magnam illam exaggerationem dixit. Decuit uirginem ea puritate nitere, qua maior sub Deo nequit intelligi.

D. Anselmus.

Quæ cū audisset turbata est in sermone eius. Quemadmodum qui aliquod auri thesaurum habet absconditum, si fures iuxta illud uideat, maxime timet, ita qui ueræ humilitatis thesaurum habet, cum se laudari audit, timet, quia laudes fures esse intelligit, qui humilitatis thesaurum B furantur. Ideo dicitur: popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te seducunt, & semitas gressuum tuorum dissipant. O quam delicata est (fratres) humilitatis uirtus, quam exigua uanitatis aura, aut extrinsecus ueniens, aut in nobis ipsis orta, solet euertere. Quamobrem quæcunque æstimatio, aut laus tanquam sæuissima pestis diligentissime nobis fugienda est. Et statim ac aliquid huiusmodi audimus, à nobis tanquam infernalis ignis scintilla decutiēda est. Vtinam omnes ab humilissima hac virgine disceremus, quæ quamuis in gratia confirmata esset, tamen laudibus angelico ore prolatis turbata est. Quid igitur nobis faciendum est, C qui tam infirmi sumus & proni ad malum, cum ab hominibus nos laudari audimus, qui nos falsa sæpe assentatione decipiunt? Salutaris hæc est doctrina principibus & potentibus seculi, quibus magna semper assentatorum turba solet obstrepere: ita ut uix sit, qui ueritatem illis dicere audeat. Monstrabo (inquit Seneca) cuius rei inopia laboranr magna fastigia, & quid omnia possidentibus desit: ille scilicet, qui ueritatem dicat. O magna infælicitas, neminem habere qui dicat, male facis, sed eos tantum, qui ipsamet uitia laudent, & probent. D

Isa. 5.

Sene. ep. ad Liberal. suū.

Et ait Angelus ei, ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. In mundo plus præstat regibus, & principibus placere, quam ijs multorum annorum spatio seruisse. Solent enim plura in eos beneficia conferre, quos amant, quam ijs, qui illis magna eum diligentia seruire student: alijs enim quadraginta, aut quinquaginta aureorum millia annui redditus dant

hos

A hos uero centum aureis singulis annis remunerare sibi uidentur. Et ita nullam fere in ullo regno familiam ex maioribus & nobilioribus uidebitis, cuius initium nō fuerit eo quod earum fundatores fuerint illorum temporum regibus chari. Quod si hominum gratia & fauore tot opes & dona assequimur, quid nam cęlestem hanc reginam ex diuina gratia cōsequutam esse existimatis? Plurimis bonis ornata fuit quia illa meruit, sed alijs eo quod inuenit gratiam apud Deum. Ecclesiam illi a Christo R.N. in cruce commendari, ut esset (quemadmodum D. Ignatius ait in Epistola quadam ad D. Ioannem Euangelistam) doctrinæ nostrę magistra, hoc suæ sapientiæ datum est. Collocari in cælo supra omnes angelorum, profundissimæ eius humilitatis præmium fuit. Tot illi gloriæ gradus dari pręmium fuit, quod magnis suis laboribus debebatur. At uero Dei matrem esse, hoc mereri non potuit, quia hoc omnia merita excedit, ut affirmat D. Bonauentura, putam hoc fuisse gratiam ait. Et hoc est quod ait angelus, inuenisti gratiā apud Deum, ecce concipies, idest, magnam tibi Deus dignitatem cōfert, nimirum ut eius C mater sis, & hoc non ob tua merita, sed quia inuenisti gratiam apud Deum. Sed quære cur dixit, concipies in utero? num forte solent mulieres in alia corporis parte concipere? Respondeo, hoc dixisse, ut significaret iā in anima concepisse, & si prius nō cōcepisset eum in anima, in utero postea nō cōcepisset. Propheta Ieremias hoc mysterium multo ante prædixerat dicēs. Nouū faciet dominus super terram, mulier circundabit uirū, Sed antequam eum circundaret carnis circundaret, antea amoris circulo circundedit. Ita enim amorem D. Dionisius uocat dicens; Amor est circulus bonitatis, a bono in bonum perpetuo re- D uolutus. Tria hic, ait sanctus hic doctor, maxime notanda, primum, amorem esse circulum qui eos qui se amant uincit. Secundum circulū esse bonitatis, quia amor Diuinus ita bonus est, ut eos etiam in quibus est, bonos efficiat. Tertium a bono in bonum procedere & reuolui, quia a Deo oritur, qui summum est bonum, inde ad nos humanum deueniens, bonum illud afficit, eius affectum rapit, & secum ad Deū reuersus adducit. Ex se autem perpetuus est, nisi homo filium illi propria malitia recidat. Quare perpetuo reuolutus significat id, quod Deus ait, Ego diligentes me diligo. Hic est ille circulus, de quo Iob cū Deo, loquens dicebat. Nunquid ponēs circulum in naribus Leuiathan, aut armilla perforabis maxillam eius? Qui quidem Leuiathan (secundum Diuum Gregorium super hunc locum) est diabolus, eius nares sunt homines malitiosi & astuti, eius maxillæ sunt tyranni proximorum destructores, & solus Deus diuini sui amoris circulo callidum proximorū deceptorem, sæuū bonorum persecutorem, murmuratorem (qui Sathanæ os est) uincere potest, & ex diaboli membris sua membra efficere. O B opus admirabile potentissimæ Dei manus Rogate ab ea fratres, ut vos qui liberi & soluti pueritia effræni excurritis, diuino hoc circulo uinctos detineat. O beatos illos, qui tantum a Deo beneficium recipiunt, ita enim hic circulus homines circundat, ut illi etiam Deum circundatum teneant, & suæ uoluntati deditum, quia uoluntatē timentium se faciet, ait Dauid. Hoc igitur amoris circulo preciosissima uirgo, Deū prius circundedit, & postea purissimo eius utero. Et ait Angelus, ecce concipies in utero.

Hęc est fratres charissimi, huius diei festiuitas, quomodo Deus se in hoc uirginali circulo inclusit, hominum manibus uinctum se & uictum dederet, quem cæleste hoc donum tantopere optauerant, & tot precibus a Diuina maiestate postulauerant. Sanctus Moyses a Deo magno cum animi feruore petijt, si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, ut sciā te, ubi aliqui in Hebræo esse asserant ostende mihi manum tuam. Sed ex utraque translatione manifestum est a Moyse unigenitum Dei filium peti, quia Christus nō solum manus, sed etiam facies Dei est. Nā quemadmodum homo per faciem cognoscitur, ita pater per filium cognitus est, ut D. Ioannes affirmat dicens. Deum nemo uidit unquam, unigenitus ipse enarrauit nobis hoc etiam sanctorum patrum desiderium, uerbis illis Isaię significatur Rorate cęli desuper, et nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet Saluatorē. Cęlum & terrā inuocabat sanctus, Propheta ut significaret hoc duo ad hæc beneficium debere concurrere, nam per trium personarum sanctissimæ Trinitatis cōcursum,

Marginalia: D. Igna. — D. Bon. in 3. — Iere. 31. — D. Dio. de. diui. nomini. — Prou. 8. — Iob. 40. — D. Gre. — Psal. 43. — Exo. 33 — Ioa. 1. — Isa. 45.

A & aperiente se terra per assensum uoluntatis huius humillimæ uirginis, cælestis hic ros & pluuia erat descensura. Quod si dicitis, nomen Manna (quod suauissimum erat) aut panis quo alimur, aut uini quod lætificat cor, conuenientius fuisse uidetur ad hoc diuinum beneficium significandũ quam nomẽ aquæ, quæ uilis esse uidetur. Respõdeo, nomine aquę usos esse, ut vehementissimum illud desiderium significarent, quo huius beneficij tenebantur, quia sitis plusquam fames affligere solet, quę aqua facilius quam ullo alio liquore extinguitur.

B De hoc sancto ueterum patrum desiderio ait D. Bernardus. (D. Bern. ser. 2. su. Cant.) Ardorem desiderij patrum suspirantium Christi præsentiam frequentissime cogitans, compungor & confundor in memetipso & nunc vix continere lachrymas ualeo, ita pudet temporũ horum miserabilium. Cui namq; nostrũ tãtũ ingerit gaudiũ gratiæ huius exhibitio, quantum ueteribus sanctis accenderat desiderium promissio? Quod si hoc de suis temporib. D Bernardus aiebat, quid nunc diceret, si uiueret cum uix ineffabilis huius beneficij recordamur, & si sancti illi patres hunc filij Dei aduentũ tantæ sitis ardore optabant, quid de sanctissima vir-

C gine dici potest quæ illis omnib. charitate præstitit, & oĩum maxime generis humani redẽptionẽ desiderauit? Cũ uero grauidã se uideret, & iã diuinũ illud uerbũ tãtopere expectatũ utero contineret, spẽ habebat feruẽtiorem, & desiderium uehemẽtius. Vxor, quæ maritũ suũ ex Indijs diutissime expectauit, & literis sæpissime reuocauit, quo suæ uiduitati & paupertati mederi sperat, cum e naui iam iam descendit in portũ, tunc spes, & desiderium ita augeri sentit, ut cor in pectore saliat, & uix lætitiã in seipsa continere possit. Sed quid hoc

D est, si sanctissimæ uirginis desiderio cõparetur, q̃ matrẽ Dei se esse, & utero eum cõtinere sciebat? quo nam affectu eum uirginali suo sinu tenere, & amplecti optasse credimus? (Cant. 8.) illud cãticorum secũ ipsa dicens q̃s mihi det te fratrẽ meũ, ut inueniã te solũ foris, ut deosculer te? His cõsiderationibus fratres his dieb. nos occupemus, aĩas nostras magna cũ solicitudine, purificãtes, ut in hac sacratissima festiuitate diuinum hũc spõsũ ĩtra recipiamus, ut suã nobis gratiã cõferat, qua acquirit gloria. Ad quã nos perducat idem Iesus Mariæ filius. Amen.

IN FESTO SANCTI Thomæ Apostoli. A
Concio I.

Thomas autem, unus de duodecim qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando uenit Iesus, &c. Ioan. 20.

RES est animaduersione digna, quod cum in sanctorum festiuitatib. sancta Ecclesia Euangelia nobis proponat, in eius laudem & gloriã, cuius festum celebratur, hodierna ĩ gloriosissimi huius Apostoli festo Euangelium proponit, in quo eius infirmitas in fide refertur. B In confessorum festo talentorum Euangelium proponit, significans eos optime a Deo accepta beneficia negotiatos esse. In Martyrum festo Euãgelium illud proponit, dicitur, beati eritis cum uos oderint homines, uel illud ubi dicitur, si q̃s uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me, ubi admirabilis patientia significatur, qua labores pro Deo susceptos pertulerunt. (Mat. 25. Lucæ. 6. Mat. 16.) In Virginum festo virginum parabolam proponit, quæ suis lampadibus oleo plenis sponsum suum expectabant, ut magnam earum prudentiã significaret, qua diuinum sponsum expectare uoluerunt. (Mat. 25) C In festo D. Ioannis Baptistæ Euangelium proponit, quo eius sancti admirabilis ortus proponitur. (Lucæ. 1.) In festo D. Petri proponit Euãgeliũ, in quo de magna eius fide mẽtio fit. (Mat. 19.) At in hodierno Euãgelio sãcti huius Apostoli infidelitas & durities narrat, ita ut sancta Ecclesia ignominia eũ potius q̃ honore afficere uelle videat. Sed respondeo, Dei seruos alio mõ honorẽ in corde habere, q̃ mundani solent, illi enim gaudent suas infirmitates & culpas ab oĩb. sciri, ut plus honor, & gloria sublimet diuini illius medici Iesu Christi, D qui eorũ infirmitates curauit, ut homines grati solent, qui de magno aliquo morbo quẽ habuerunt sepissime loquuntur, ut medicus q̃ eũ aliqua experiẽtia curauit, maiorẽ in urbe famã & opinionẽ acq̃rat. (Simile.) Quã ob causam conuenientissime D. Paulus de seipso & cæteris Apostolis dixit. (1. Co. 4.) Tanquam purgamẽta huius mũdi sancti sumus, omnium

A nium peripsema vsque adhuc. O admirabilem metaphoram, qua humilissim⁹ Apostolus declarat, quid nam ipsi essent ex se & ad quantam dignitatem eos Deus extulerit. Peripsema significant pomorũ corticem, qui proijci solet & conteri. In malis citreis comedi solet quod cortice contectum est, cortex vero tanquam inutilis contemnitur, sed qui corticem condire vult quis conculcata iam sit, & sordida, colligit, radit, lauat, & rãdem melle vel saccaro coquit, & ita cocta, & condita ei quod intus latebat sapore, & suauitate præstat, ita cõtigit, & contingit quotidie Iesu Christi re
Simile.
B gno, quod est eius Ecclesia. Mundani homines id statim eligunt, quod sibi optimũ videtur, pomi scilicet medullam.

Siquis Collegium aliquod instituit, primum omnium iubet, vt hoĩes admittanť, qui nulla in suo genere maculã habeant: qui filiæ suæ maritũ quærit nobilẽ eligit, vel eruditũ vel diuitem, Deus è contra elegit omnium peripsema, rudes homines, pauperes, & a mundo reiectos. Sed artifex est adeo præstans, vt hæc purgamenta radens & lauans, ex ijs mira condimenta fecerit, eo sine vlla comparatione meliora, quæ mundus tanquam optimum, & medullam eligit. Ita vt cum mali, & qui se in mũ
C do cæteris præstare existimabãt, eos quos iniurijs & ignominia affecerunt, tantain cælo gloria & honore ornatos spectabũt, illud magno cum animi dolore dicturi sint. Hi sunt quos aliquando habuimus ĩ derisum, & in similitudinem improperij, nos insensati vitam illorum existimabamus insaniam, & finem illorũ sine honore, ecce quõ cõputati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorũ est: O gloriosi dñi Apostoli quales olim fuistis, & quales nũc estis. Benedicta sit altissima Dei maiestas, q̃ ita vos ab imperfectionũ sordib. lauit, & ita in suauissimo grãæ suæ & amo-
Sap. 5.
D ris melle decoxit, & diuino suo spiritu impleuit, vt in eius conspectu adeo preciosi effetis. Eia fratres dilectissimi, qui vos cõtritos nunc & contemptos videtis, & tanq̃ purgamenta humi sparsa sordidis, tradite vos diuino huic artifici lauandos qui p̃ciosissima ex vobis condimẽta conficiet, & ex peccatorib. iustos, ex sordibus puros efficiet. Hanc ob causam sancta Ecclesia interdum sanctorum virorum peccata nobis proponit, vt nos animet eorum exem-

plo, nam qui eos à peccatorum suorũ sordibus lauit, & ad tantum virtutis culmen erexit, idem etiam nobis eum si volumus præstabit, & infælix ille qui nolit.

Ait igitur sanctum Euangelium. *Thomas autem vnus de duodecim.* Vt eius infidelitatẽ sanctus Euangelista narraret, hoc antea dixit quasi diceret, vnus ex ijs quos plus Dei filius amabat, & qui maiora ab eo beneficia acceperat, hic ille est, qui eum tam grauiter offendit. O magna ingratitudo de qua magno cum dolore conqueritur Isaias, dicẽs. Audite cæli, aurib. percipe terra, qm̃ dñs loquutus est, filios enutriui, & exaltaui, ipsi aũt spreuerunt me. Ita et propheta Nathan, peccatum a Dauid cõmissum exaggerauit dicens. Hęc dicit dñs Deus Israel, ego vnxi te regẽ super Israel, & ego erui te de domo Saul, & dedi tibi domum domini tui, & vxores domini tui in sinu tuo, dedique tibi domum Israel, & Iuda: & si parua sunt ista, adijciam tibi multo maiora. Quare ergo contempsisti verbum dñi, vt faceres malũ in conspectu meo? & in persona Christi R. N. exaggeratio illa dr̃. Qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem, & Moyses ait de populo illo rebelli, incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatat⁹ dereliquit Deũ factorẽ suũ, & recessit a Deo salutari suo. Quib. verbis plurima, quæ populus ille a Deo bñficia acceperat, significat, & quia eum ita ditauerat recalcitrauit. Quã verè hoc de mundi potentib. dici põt, qui (quia eos Deus ditauit) aduersus eum insurrexerunt. Non fecit eos Deus potentes & diuites, vt comedãt, dormiãt, delicijs sese, & voluptatib. dedant, plusq̃ cęteri, sed vt quemadmodum diuinę maiestati potentia similes sunt: similes etiam ei virtute & sanctitate fiant. Ipsi vero contrarium omnino faciunt. Neque solum de potentibus, & diuitibus, sed, & de cæteris quoque Deus conqueritur. Q̃nquidẽ cum nos Deus in hac Ecclesia tanta lucis & sacramẽtorũ copia collocarit, & tot in sua infidelitate relinquerit, ei tamen ingratos nos tot eum iniurijs offendendo ostendimus. Per Ezechielem de Synagoga admirabili quadam parabola conqueritur dicens. Radix tua & generatio tua de terra Chanaam, pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cætheha, i. cũ parentibus peccatoribus orta sis, qñ nata es
Isa. 1.
B
2. Reg. 12
Psal. 40
C
Deu. 3.
D
Eze. 16.

aqua

A aqua non es lota salutari, neq. Sale salita, neq inuoluta pannis. Non pepercit super te oculus, vt faceret tibi vnū de ijs, misertus tui. Sed proiecta es super faciem terræ in abiectione animæ tuæ, in die qua nata es. *Transiens* autē per te vidi te conculcatam in sanguine tuo, & dixi tibi, viue. & grandis effecta vbera tua intumuerunt, id est, venit tempus cum iā nubilis eras, & eras nuda, & confusione plena, & transiui per te, & vidi te, & ecce tempus tuum tempus amantium, idest, amari iam poteras, & expeti vxor. Et expandi amictum meū
B super te, & operui ignominiam tuam. & iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecū, & facta es mihi, idest recepi te vt spōsam, laui te aqua, & mundaui sanguinem tuū ex te, & vnxi te oleo, & vestiui te discoloribus, & ornaui te ornamento, & ornata es auro, & argento, & perfecta es in decore meo, quem posueram super te, dicit dominus Deus. Et habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es.

Quid nam vobis de hac ingratitudine videtur, vt Rex potentissimus puellam recenter natam, malis patentibus, humi iacentē, sanguine sordidam, ab omnib. destitutam
C inueniens ipsemet eam exciperet, lauaret, vestiret, ornaret? & cum iam nubilis esset vxorem duceret. Illa vero tantorū beneficiorum oblita, plures sibi quærens amatores. Regi datam fidē proderet? qdnā de hac ingratitudine diceretis? hoc de adultera illa Synagoga dictū est, cui Deus tā singularia beneficia fecit. Sed fine vlla cōparatione maiora sunt, quæ idem Christianis fecit, & tamen eum passim plurimis & nephandis peccatis offendimus amorem nostrū in vilissimis creaturis collocādo. *In* hac etiam parabola declaratur quanto cum amore *Deus* peccatorē sordi
D dum, & scelerum suorum sanguine contaminatum recipiat, & proprijs manibus curet, ille vero to: beneficia non agnoscit.

Nescio profecto quomodo nos tantæ impudentię nō pudeat, quomodo manus nostræ & corda clemētissimum hunc dominum offendere audeant. Eidem Synagogæ dixit Deus per Ieremiam. Ecce loquuta es, & fecisti mala & potuisti. Mirari vi-
Ierem. 3 detur Deus, posse homines eū offendere. Loquuta es (inquit) i. licet corde tuo cogitasti. Quasi dicat, quomodo in animū cadere tibi potuit, vt Deum tuum offenderes? Et si hoc cogitasti, quomodo exeq A
illud potuisti? æquius hoc a te (o Christiane) interrogari potest, qui cum plus Deo debeas huiusmodi crimina committis, quomodo hoc cogitare, quo exequi potuisti? Responde infelix quānam in diuino conspectu excusationem afferes? Diligēter hæc quæso fratres aduertite, digna enim animaduersione sunt.

Vnus de duodecim, qui dicitur Didymus non erat cum eis quando venit Iesus, Dixerunt ergo ei alij discipuli, vidimus dominū. Ille autem dixit, nisi videro, &c. non credā. Verisimile est, quod sancti oēs discipuli ei hāc veritatē persuadebant, & prædicabāt, B
vt eū a tanta infidelitate dimouerent, non .n. erāt vt nos sumus, qui quamuis fratres nostros in magna aliqua necessitate spirituali videamus, ne salutari quidem consilio eis opem ferimus. Magna cōfusio est, quasi omnes qui corpore infirmos visunt morbi causam ab eis diligentissimæ quęrunt, & vt se curent, monent, alij, quod habent remadium, docent. Cum verò fratrē vestrum superbiæ, luxuriæ, auaritiæ morbo laborantem videtis, ne verbis quidem & sanctis consilijs ei mederi vlla vobis cura est; nonne magna hæc crudelitas, & in C
humanitas est? Audite quid sancta scriptura dicat, plus proficit correctio apud prudentem, quam centum plagæ apud stultum. Et i Hebræo habetur. Melior est clamor intelligenti, quā percutere stultum. Pro. 17.
Qua voce clamor, significatur spiritus, & efficacia, qua correctio fieri debet O quātam Dei seruus percipit animo voluptatem, cum proximi sui animam eius opera emendatā videt, ita ait D. Paulus. Quis est 2. Co. 2
qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? id est, qui correctionem meam humiliter suscipit & contristatur, quia Deū offendit? nunquam lętitiam hanc spiritualem sentiet, qui eum proximo suo vti hac D
pietate nescit. Sed quamuis cæteri omnes Apostoli hāc veritatem pluribus testimonijs confirmarent, semper tamen in sua infidelitate permansit, dicēns. Nisi videro, non credam. Liberet nos Deus a tali Pro. 30.
duritia, magnum omnino malum est, propriam sententiam sequi tantum velle, ex quo errores plurimi nati sunt. De Leone dicitur Leo fortissimus bestiarum ad nullum pauebit occursum, nō retrocedet, nō desistet ab impetu quo fertur, quāuis lassissimum

A uissimam quodq; animal occurrat: optime hæc similitudo vnicuique hæreticorũ conuenit, quos nemo, qui se eorum furori opponat, deterrere ab icepto potest. Nã fęcentibus Arrii erroribus occurrit eius diçcesis episcopus in qua Arrius morabatur, & nihil profecit, occurrit Syluester Pontifex sublegatum mittẽs aduersus eum, & nihil etiam profecit, occurrit Constantinus Imperator, & in vrbe Nicææ Concilium congregauit ex ducentis & octoginta episcopis viris & sanctitate & eruditione præstantibus, qui omnes se huic leoni opposuerũt, ille uero ad nullius pauebat
B occursum. O infernalis bestiæ ferocitas. Extitit patrũ nostrorũ memoria maledictus ille Lutherus, cui Eckius occurrit, occurrit Leo decimus Põtifex, qui ei per literas suasit, ut ab errore discederet, proponunt ei sanctissimorum & antiquissimorum doctorũ (ut D. Irenæi, D. Cypriani, D. Ambrosij, D. Hieronymi, D. Augustini) testimonia, q aliter ac ipse sẽtiebat, proponunt sanctæ ecclesiæ usum, quæ ita se mille & quingentos annos gubernauit. Sed nihil horum ferocissimum Leonem deterrere potuit, quin in eodẽ semper vestigio hærens ad nullius pauebat occur-
C sum. Huiusmodi hominibus minat Deus
Ezec. 13 per Ezechielem dicens. Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum
D. Hier. & nihil vident. Vbi D. Hieronymus ait,
Ezec. 1. prophetæ nomen bonis & malis esse commune. Boni non suum, sed diuinum spiritum sequuntur, qui per illa quatuor sancta animalia plena oculis designantur, de q̃bus dicitur, quod vbi erat impetus spiritus illuc gradiebantur, non ambulabant aduersus spiritũ, sed quo eos ducebat spiritus. De malis autẽ prophetis qui sequuntur spiritum suum ait, quod nihil vidẽt, & quid dicant nesciunt. Magnę superbiæ
D signum est, propriam sententiã sequi uelle in omnibus, & magnæ humilitatis indicium ab alijs regi se sinere, & pręcipuẽ ab iis, qui & sapientia, & uirtute præstant. Hoc modo olim eremi patres sancti illius patris Simeonis spiritum, & uirtutem experti sunt, nam cum sanctus hic uir uiuẽdi modũ ab omnibus diuersum elegisset, quia in colũnæ uertice mansiunculã sibi in qua habitaret effecerat, cæteri eremi
Euagr. patres (ut refert Euagrius scholastic') miserunt quendam, qui ei diceret cur eam

uitæ rationem a cæteris omnibus (q in ea solitudine vixerãt) diuersam elegisset, & ut eã statim relinqueret, & ut cæteri uiueret: Nũtiũ aũt, q hæc dicturus erat, ita monuerunt. Si cũ hæc dices, ille libenter læto & alacri uultu descendet, & illi uiuẽdi rationẽ reliquet, tũc ei patrũ omniũ nomine dices, ut in ea (si uelit) ista perseueret. manifestum.n.erit ob eius obediẽtiam ab humilitate ortam, a Spiritu sancto ductũ esse, quod si parere nollet, ut eum ex eo loco expelle. Nondum sanctus uir omnia nuntii uerba audierat, cum iam descendebat, ut aliorum sententiam sequeretur, & tamẽ uitam illam quam elegerat Dei esse sciebat, & iam plurima fecerat miracula, sed tanta erat eius humilitas, ut aliorũ potius patrũ quam propriam sententiam sequi mallet. Nõdum D. Thomas ad hoc perfectionis culmẽ peruenerat, qui ita in sẽtẽtia obstinatus hærebat, ut cæterorũ Apostolorum persuasione, ab ea dimoueri nõ potuerit. Tinea in optimo panno ita
hæret, ut uix extrahi possit, in uiliori uero Simile.
& rudiori facile moritur. Ecclesiæ sanctæ tinea hæresis est, quæ ab homine erudito & acuti ingenij difficile, aut nunquã euellitur, quia cum maiori malitia peccauerit
plus inhęret, & Dei auxilio indignior est. C
At in homine ignaro, vel rudioris ingenij qui minori malitia peccauit, non ita hæret, sed facile optimis consilijs, & admonitionibus remoueri potest. Hanc ob causam prioribus minatur Deus per prophetam Isaiam, dicens, Væ qui profundi estis
corde, ut a Domino abscondatis consiliũ Isa. 29.
quorum sunt in tenebris opera. Abscondere consilium a domino, est nolle, Dei consilium sequi, neque Dei seruorum. Væ illis, quorum opera sunt in tenebris, qui cum malitia peccent a Deo in sua cæcitate destituuntur. Et hinc intelligetis causã, cur miseris hisce temporibus peccata sint
ita exorbitantia. Nam quemadmodum D
optimum acetum non nisi ex optimo ui- Simile.
no fit, ita magna malitia ex magno ingenio effici solet. Et cum nunc optima sint ingenia, hinc fit etiam, ut maiora sint uitia, quę diabolica peruersitas est, ut qui maiora a Deo beneficia acceperũt, ijs ut plus eum offendant, abutantur.

Post dies octo uenit Iesus, &c. O ineffabilis Dei bonitas, qui unius tãtũ Apostoli causa rursus apparere, rursus tua vulnera

ra

A ra ostendere uoluisti. O Christe Angelorum gloria, vere hominum amator, quã topere unumquemque nostrum diligis, & qua in parum te nos omnes simul diligimus, non præsens peccatum, sed præterita merita clementissimus Iesus spectare uoluit. Iosaphat Iudææ Rex fuit uir bonus,
2. Pa. 19 sed grauiter Deum offendit, eo quod cum Achab, (qui malus erat) familiaritatem haberet, cui cum in prælio quodam auxiliatus esset, uenit ad eum propheta Iehu, qui Dei nomine dixit, impio præbes auxilium, & ijs, qui oderunt dominum, amicitia iungeris: & idcirco iram domini mere
B baris: sed bona opera inuenta sunt in te, eo quod abstuleris lucos de terra Iuda, & præparaueris cor tuum, vt requireres dominum Deum patrũ tuorum. Deum imitatus Salomon, dixit ad Abiatar Sacerdo
3. Re 2 tem, Vir mortis es, sed non interficiam te, quia sustinuisti laborem in omnibus, in quibus laborauit Dauid pater meus. Nũquam accepta beneficia obliuisci deberemus, neque labores ab ijs, qui nobis seruierunt, susceptos, & si aliquando errant eorum merita in memoriam reuocemus, & hoc modo iracundia mitigabitur. Postea quam Diuinus Redemptor oẽs com-
C muniter salutauit dicens, *Pax uobis* dixit Thomæ *Infer digitum tuum huc, & uide manus meas*. O quã manifeste ineffabilis
Iona. 4. amor hoc loco declaratur, quo Deus animam diligit. Cum Ionas ignouisse Deum Niniuitis uidisset, afflictus est Ionas afflictione magna, & iratus est, & orauit ad dominum, &c. & nunc domine tolle (quæso) animam meam, quia melior est mihi mors quam uita. Et cum ex urbe egressus esset, præparauit ei dominus hederam in cuius umbra requiesceret. Sed cum statim exaruisset, & cõtristaretur sanctus propheta, dixit ei Deus, putas ne bene irasceris
D tu sup hederam? tu doles super hederam in qua non laborasti, & ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, doles tu, eo quod hederam amiseris, quæ nullius pretij est, me uero tot animarũ, quot in Niniue sunt perditionem sentire non vis? nescis o Iona, qui sit unius animæ ualor & pretium. Benedictus & glorificatus sit talis Deus, quis est tã durus & ferreus, qui pijssimum hunc dominum non amet, qui nos terræ vermiculos tanti æstimat & amat?

Affer manũ tuã, & mitte in latus meũ. Attẽdite, obsecro, quanã suauitate eũ uo- A
cet. Eia peccatores nunc vos quoq; uocat Ierem. 3
p Ieremiã dicẽs. Cõuertimini filij reuertẽtes, & sanabo auersiones uestras, o admirabilis pietas, filios uocat, q eũ toties offenderũt Conuertimini filii reuertentes, filij, qui toties mihi terga uertistis ad creaturas cõuersi, adhuc uos amo tãquam pater, & ideo cõuertimini ad me, & sanabo auersiones uestras. Quid igitur fratres expectaris, qd uos detinet? cur non ad eũ accurritis, & respõdetis id, qđ ibi sequitur? Ecce nos uenimus ad te, tu. n. es dñs Deus noster. *Affer manũ tuã*. dixit Thomę, quid mirum sanctissimam suam carnem disci- B
pulo suo tãgendã tradidisse, qui eã Iudæis flagellãdam & crucifigendam tradiderat? Accessit sanctus Apostolus, & cum sanctã illam humanitatem uidisset, statim credidit diuinitatẽ, & dixit, dñs meus, & Deus
meus. In hac ipsa diuini pectoris schola Ioan 31.
dicit D. Ioannes quę postea mũdum edocuit, cum in ea ultima illa nocte suauissime dormiens recubuit, o schola admirabilis, ex qua huiusmodi discipuli prodierunt, quorum unus ea, quã ibi didicit do-
ctrina super angelos euolare cæpit dicẽs. Ioan. 1.
In principio erat uerbum, & uerbum erat
apud Deum. Alter uero ueritatis luce, quę C
inde emicuit illustratus clamat. Dominus meus, & Deus meus. Ita ut uix in toto Euangelio clarior de Christi Redẽptoris nostri diuinitate confessio extet. In hac schola fratres charissimi studere debemus hic, ubi sanctus Apostolus grauem hunc infidelitatis morbum curauit, nos quoq; nostrarum tentationum & spiritualiũ infirmitatum remedium qrere debem'. Fælix anima illa, q sese i his uulneribus intima consideratione abscondit, ibi n. miseriæ suæ medelam inueniet.

*Dicit ei Iesus, qa uidisti me Thoma cre-
didisti. beati q nõ uiderunt, & crediderũt*. D
Magnum nobis solatium hæc uerba afferre debent, nam si antea dixerat dominus, beati oculi qui uident, q uos uidetis, ait et hoc loco, beati qui non uiderunt, & crediderunt, Illud maioris solatij fuit, hoc maioris meriti. Quid mirũ D. Petrum, D. Andream, D. Thomam, p Iesu Christi Dei filii confessione mori uoluisse, qui eum resuscitatum, & ad cœlos gloriose ascenden-
tem uiderunt? plus admirari debemus, 1. Pet. 1.
eos qui eum non uiderunt, pro eo tamen

A mori noluisse. Hoc exaggerat D. Petrus dicẽs, Quẽ cum non uideritis diligitis, in quẽ nunc quoq; non uidentes creditis, credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili, & glorificata, reportantes finem fidei uestræ salutẽ animarum uestrarum. Gaudeamus igitur fratres hoc tam fœlici nuntio. Amemus clementissimum hunc dominum qui singulare hoc beneficium nobis fecit ut in eum quem non uidimus firmiter credamus, ita enim gloriosum gloriæ finem consequemur, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

B

IN EODEM FESTO S. Thomæ Apostoli.

Concio II.

Thomas autem, unus de duodecim qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando uenit Iesus, &c. Ioan. 2.

Colos. 1 C

Diuus Paulus ad Colossenses ait, Adimpleo ea quæ desũt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius, quod est ecclesia, cuius factus sũ ego minister secũdum dispensationẽ Dei, q̃ data est mihi. Audacia uidetur, sanctum Apostolũ hæc dicere, dic. n. (obsecro uir sanctissime) defuit ne aliquid Christo R. N. quod pati deberet, & non passus sit, quod tu nunc patiaris? Non hoc mea uerba significant, sed quod postea quã Christus passus est, & resurrexit, nihil iam deerat, præterquam homines qui sacratissimę eius uitæ, uoluntariæ eis mortis, admirabilis eius resurrectionis, gloriosęq; eius ascensionis testimonium præberent, qui

D pro fidei confessione uitã exponerent, per secutiones, tormenta & mortẽ eorũ mundi regibus & tyrannis cõstãtissime perferrent. Cum igitur hoc D. Paulus præstabat tot labores in carne sua patiens, tunc quæ passioni dñi deerant implebat. Ex quo patet, martyriũ duas res habere præstantissimas, prima quidẽ est æternæ uitæ meritorium esse, altera est eo Iesum Christũ Dei filium honorari, quia eo impletur, quod eius passionis defuit, testimoniũ. s. de eius ptio, & gloria hominibus dare. Et ita martyr testẽ significat, ut sanctissima hæc passio, quæ (ut D. Paulus ait) his quidem scandalum illis uero stultitia uidebatur, Martyrum testimonio comprobata ab omnibus honoraretur & reciperetur. Quæ cũ A 1. Co. 1.
ita sint, cur ô Deus æterne elegisti ad hoc homines adeo timidos, & imbecillos, qui cum te mortis tpe deseruissent, cum te postea resuscitatum uiderunt, timidi adhuc sunt, et domi se clansis ianuis continent? ita enim post octo dies inuenisti (ut sanctum hoc euangeliũ refert) cur non prodeunt in publicum? cur latẽt? cur non te fautore ad omnia subeunda pericula animantur? Tales homines dñe meus eligis, ut mysteriorum tuorum testes sint, oẽs timidos, vnum infidelẽ, qui nisi te uidet credituruũ se non affirmat? O admirabile Dei artificium quo eius potẽtia admirabilior manifestatur eum huiusmodi hoĩs fortes, et animosos effecerit. Doctores plurimi, et Theologi doctissimi libros de natura et gratia scripserũt. quibus laborauerũt ut q̃d natura, q̃d gratia possit, declararent. B
Sed hoc optime Apostolorum exemplo declarari pôt. Hic. n. exiguas naturæ vires uidebitis, si consideratis, quibus nã armis eos dominus ad sanctissimæ suæ passionis pugnam instruxerit, eam multo ante prædicent, quonam modo et ubi futura esset: potentiam suam tot miraculis & signis confirmans, et tamen nõ solum eos mortem pro eius fide pati noluisse, sed post ea quam iam resuscitatum uidebant adeo timidos fuisse ut mortis timore in publicum exire non auderent. O infirmitas filiorum Adæ miserabilis, quod nam clarius argumentum ad eam comprobandam afferri potest? quid autem eadem natura diuinæ gratiæ auxilio possit, in ijsdẽ Apostolis uideri potest, in eo, scilicet, q̃d postea Spiritu sancto pleni præstiterunt. C
Ex quo discere nos æquum est, nihil nos in proprijs uiribus confidere debere, sed magna cum humilitate petere diuinæ gratiæ auxiliũ, quo confirmati & corroborati eos imitari possimus, qui infirmi (ut nos sumus) antea fuerunt. De sancto illo sene Mathathia Machabæorum patre legitur cum iam moriturus esset, nullum aliud filijs suis testamentum, neque legatum reliquit, quam salutare hoc consiliũ his memorabilibus uerbis. Nũc ergo filij æmulatores estote legis, & date animas vestras D 1. Mac. 2.

pro

A pro testamento patrũ, & mementote operum patrum, quæ fecerunt in generationibus suis accipietis gloriam magnam, & nomen æternum. O singulare sancti viri consilium, ut filios suos animaret (ait) ut patrum & auorum suorũ uirtutes imitentur, quorum gesta eo loco referr, a Patriarcha Abraham initium ducens, nimis enim hominem mouet alterius hominis exemplum, ut in eo quantũ possit uideat, & si non posse sibi uidetur, hoc esse, quia nõ uult. Homo est iustus, ut peccator eiusdem naturæ miseriis & imbecillitatibus, subiectus, idem Deus utriq; auxiliatur & B fauet. In hoc differunt, qđ peccator a propriis affectibus superari se sinit, & eo quo rapiunt, fertur, qua propter bestiæ potius quam hominis nomine, qui ita uiuunt digni sunt. De quibus Ioel. Computruerunt Ioel. 1. iumẽta in stercore suo, id est, peccatis suis. Quemadmodum quod diu sub stercore iacet, putrescere solet, & ita tanquam res putrida nulli malo, quod illis offeratur, resistere sciunt. De his etiam Ezechiel ait, Quorum carnes sunt, ut carnes asinorum Eze. 23. & ut fluxus equorum fluxus eorũ. O mira exaggeratio homines ita deprauari & corrumpi, ut de iis dicat Spiritus sanctus in C suis fluxibus, & passionibus nihil ab asinis aut equis differre. O miseri peccatores, quomodo hæc audientes non confundimini? ut quamuis sericis & aureis uestibus vos induatis, quamuis pulchro & uenusto corpore uobis esse uideamini, Deus tamẽ uos asinos, & equos appellet? Studete igitur fratres, homines & re, & nomine esse, imitamini sanctorum exemplum, qui infirmi ut uos nati sunt, studete eos imitari in pœnitentia, quam post peccata egerũt, & in uirtutibus, quibus diuinæ gratiæ auxilio naturæ suæ infirmitatem superare potuerunt. Hanc enim ob causam eorum peccata referuntur, ut nos scilicet, eorum incitemus exemplo, non ut culpas nostras D excusemus, quæ magna iniuria est, quam Deus ut propriam accipit. Legitur, filios Amon nuncios regis Dauid iniuria affecisse radentes dimidiam partem barbę eorum, & præscindẽtes uestes eorum medias usque ad cingulum. Quam iniuriam cum accepisset Dauid ut suam, misit Ioab cũ exercitu, ut eam ulcisceretur Cum carnales sese Dauid adulterio, uel Magdalenæ lasciuia & libidine excusant, usurarii D. Matthæi auaritia suã excusant, tyrãni crudelitatem suam excusant, dicẽtes. Diuum A Paulum Ecclesiæ persecutorem fuisse, & alii suas culpas excusant, eo quod Diuus Petrus ter magistrum suum negauerit, & Diuus Thomas incredulus fuerit, hi omnes profecto eorum uestes scindũt, & eorum pudenda detegunt. Sed si Dauid iniuriam seruis suis illatã ultus est, scitote quod Dei filius eos qui seruos suos hac afficiunt ignominia nõ relinquet inultos, Si homines isti, de quibus loquimini fratres, in cœlo Dei gloria perfruuntur, hoc non illis datum est propter peccata, quæ commiserunt, sed propter ueram pœnitentiam quam egerunt. Et quandoquidẽ imitati estis in malo, imitamini etiam in bono, secus enim æterna pęna uos expectat. B Hæc igitur fratres, una ex causis est præcipuis propter quas pmittit Deus, ut eius amici aliquando cadant. Quare si interrogans cur sanctus hic Apostolus in hãc infidelitatẽ, & alii Dei amici in alias miserias eeciderint, eum scriptũ sit in Ecclesiastico, Oculi domini super timentes eũ, protector potentiæ, fundamentum uirtutis, tegmen arboris, & umbraculum meridiani, adiutorium casus, & illuminãs oculos, ubi alii uerterunt, amatores suos respicit dominus potens præsidiũ firmamẽtum ualidum, tegumentum ab æstu, umbraculum a meridie, à casu auxilium, animam euehit, oculos illuminat, mũditiam & uitam affert. Respondeo hoc a Deo (ut dixi) permissum esse, ne nos si aliquando caderemus, desperaremus, sed diuinam misericordiam ad omnes recipiendos præparatam esse intelligeremus. Qui Theriacã uendit, filio suo uenenum tradit bibendũ, & cum iam intumescit corpus, tunc eum theriaca curat, ut omnes medicinæ præstantiam experientia uidentes, eam facilius emant. O infinitæ misericordię Pater & totius consolationis Deus, cur permittis domine, filium tuum à te tantopere dilectum (ut Diuus Thomas erat) a peccati ueneno infici? Permisisse hoc dico, tum ut ipsemet sanctus se humiliaret, tum ut nos diuinæ misericordiæ efficaciam experientia ipsa cognosceremus, quæ huiusmodi uenena tanta cum suauitate sanat, & ideo salutare hoc remedium maiori cum diligentia quæreremus. Hoc mire D. Paulus exaggerauit, dicens. Fidelis sermo, & om-

Eccl. 24
Simile
C
D
1. Ti. 1.

A ni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorū primus ego sum. Sed ideò misericordiam cõsequutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in uitam æternam. Cum igitur pijssimus hic Pater tam facilè parcat, ad cũ omnes accurramus, & theriacæ huius remedio ad salutẽ nostram vtamur.

Cum D. Thomas nõ adfuisset, cum dominus sanctissimę suæ Resurrectionis die discipulis suis apparuit, retulerunt illi, qđ acciderat dicentes *Vidimus Dominum* Ita

B faciendum est fratres, vt beneficia, quæ à domino accepimus cum proximis nostris communicemus. Communicant priùs cũ D. Thoma, quia eorum sodalis erat, & eiusdem professionis: charitas enim incipere ab ijs debet qui uobis coniunctiores sunt. Dicebant autem, uidimus dominum, rem adeò sublimem, vt est Christum resuscitatum vidtre, & eius sanctissima vulnera manibus contrectare, quomodo celare poterant? Ah domine qui te uidit quonam modo tacere poterit? qui vulnera tua tractauit, quomodo se continebit quin clamet qui tecum conuersatus est, & donorum tuorum suauitatem gustauit, quomodo

C silere poterit? Profectò fratres si hîc adessent aliqui à diuino Spiritu tacti, satis essent ad cæteros incitandos. Sanctus Isaias ait. Vnusquisque proximo suo auxiliabitur, & fratri suo dicet, confortare: Confortabit faber ærarius percutiens malleo eum, qui cudebat tum temporis dicens, glutino bouum est, & confortauit eum clauis, ut non moueretur, & tu Israel serue meus Iacob, quem elegi, &c. Scilicet, non facies hoc? O mirifica uerba, imprimat ea Deus in cordibus vestris, ut quisque proximum suum ad bonum incitet, ut faber ille qui cum opus aliquod effecit, aliũ docet quomodo

D modo fieri debeat. At quanto magis uos Dei serui proximos uestros docere debetis, ut claues sibi cudere possint, quæ Dei cor peccatis clausum reserent, quid n. lachrymæ sunt? quid suspiria? quid oratio? quid uirtutum exercitia? nisi claues quibus Dei cor aperitur, ex quo inæstimabiles thesauri hauriuntur. Q od si omnes inuicem nos confortare debemus, multo magis ij quorum munus, hoc est, ut sunt Ecclesiastici. Cum Abrahæ seruus in Mesopotamiam profectus est, vt domini sui A filios uxorem quæreret, quamuis eo itinere defatigatus peruenisset, & appositus esset illi panis (panis autem nomine mensa hoc loco intelligitur omnibus cibis instructa) dixit, non comedam, donec loquar sermones meos. Videtis ne serui fidelitatem, & diligentiã, qua sponsam domino suo quærebat? Infœlix ille ecclesiasticus, qui vt comedat, & molliter ac delicate uiuat hoc (quod munus suum postulat) prætermittit, delitiæ oẽs, & uoluptates patres mei postponi debent, ut domino nostro sponsam, id est proximi nostri animam quæramus. In hoc omni studio, & diligentia, & B verbis, & exemplo laborandum est, vt Rebecca cum Isaac desponsetur, id est, anima quæ infidelis erat, & peccatrix Iesu Christi domini nostri spõsa fiat Diuus Paulus ait, Sectamini charitatem, æmulamini spiritualia, magis autem, vt prophetetis O mira exaggeratio, monens nos Diuus Apostolus, ut in charitate exerceamur, & spiritualia opera f ci mus, q̃ alios facere uideamus, super omnia tamen dicit, ut alios verbis & consilijs bonos esse doceamus. Hoc enim est, magis autem ut prophetetis. Hoc Apostoli faciunt, cum D. Thomæ dicunt, vidimus dominum, non semel sed sæpius C per octo dierum spatium.

Ille autem dixit eis, nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum &c non credã. Decẽ homines, p vniuersum orbem Saluatoris nostri fidei subijcere potuerunt, sanctũ hunc virũ subijcere non possunt. Rõ autem fuit, quia Apostolus erat, & prædicator ut illi. Credite fratres, quod si homo perfecti status à Deo deficit, prius lenonem vel aliquem perditissimum, vel meretricem aliquam conuerteris, quam ipsum, quia cum peccat, grauius peccat Cum Angelus sancto Zachariæ apparuit, & filium Deum illi daturum nuntiauit nomine Ioãnem, inter cætera quæ de eo dixit, D hoc fuit Et multos filiorum Israel conuertet ad dominum Deum ipsorum. Non dixit, plurimos Gentiles conuertet, & infideles, sed multos filiorum Israel, quemadmodu si nunc diceret, multos Christianorũ. Hoc ait exaggerationis causa, quia difficilius est conuertere malũ religiosũ, vel clericum, quam lenonem Videtis. n. hoc loco quidnam opus fuerit, ut D Thomas ab ea infidelitate discederet. Verisimile cum

Isa. 41.

1. Co. 14

Luc. 1.

A enim est, quod per tota illos dies nõ Apostoli tantum, verum etiam sanctæ illæ mulieres, & quod plus est, sanctissima Virgo hâc ei veritatem persuadere conabantur, & nihil tamen proficiebant. Hoc est illud
Iere. 24. mysterium uisione illa Ieremiæ significatum, ubi dicitur. Ostendit mihi dominus, & ecce duo calathi pleni ficis positi ante templum. Calathus unus ficus bonas habebat nimis, ut solent ficus esse primi temporis, & calathus vnus ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterant, eo quod essent malę. Ita boni Ecclesiastici ualde boni sunt, mali uero ualdè mali. Obsecro
B igitur uos patres mei per misericordiam Dei, ut diligēter caueatis, ne de incepto uistis itinere prolabamini, nam semel prolapsi magna cum difficultate surgetis. Ideò
1. Ti. 1. aiebat Diuus Paulus. Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee secundum præcedentes in te prophetias, ut milites in illis bonam militiam habens fidem & bonam conscientiam, quam quidam repel-
D. Hier. sup. illud ad Eph. 4. cap. lentes circa fidem naufragauerunt. Prophetiæ hoc loco studia significant diuinę legis, & ita Diuus Hieronymus super ea verba Pauli. Dedit quosdam prophetas, id est, homines (inquit) qui student, & diuinæ
C legis intelligentiam discunt. Quare monet Diuus Paulus Timotheum, ut viuat secundum ea, quę in diuina lege didicerat, & his armis pugnet, doctrina scilicet & virtute, ne naufragium faciat, ut alij qui doctrinam, & scientiam à uirtute separauerũt & hoc Timotheo potissimum præcipit, qui ecclesiasticus erat.

Cum itaque Diuus Thomas in ea infidelitate perseueraret, iterum apparuit dominus, & cum omnes salutasset, dixit Thomæ, *Infer digitũ tuum huc*. O Thoma non est hoc tempus uendendi gratias & munera magno pretio. Equidem existimo quod
D si opus fuisset, iterum pijssimus Iesus pro hoc discipulo passus esset, quanto magis ei, quod semel passus erat ostendere. Attendite mansuetudinem. *Affer* (inquit) *manum tuam & mitte in latus meum*. Cum omnibus discipulis apparuit, ut narrat
Marci ul timo c. Diuus Marcus. Exprobrauit incredulitatē eorũ & duritiã cordis. Hic uero nulla asperitate, sed mira mãsuetudine hunc incredulum alloquitur, & ait *Noli esse incredulus*. Vbi docet nos, quod qui omnes generaliter alloquitur, seuerè rephendere potest, sed qui unum tantum particulariter corrigit, mansuetè hoc præstare debet. Pisca- A Simile.
tores aliquando arundine, interdum retibus piscantur, cũ arundine piscantur, magna opus est patientia, passim debent incedere, neque strepere, ne pisces deterreant, cum vero retibus piscantur strepũt, aquas verberant, & pisces deterrent, ita enim plures capiunt. Ille qui aliquem admonet, est tanquam qui piscatur arundine, patiens esse debet et mansuetus, ne qui se emendare debet magis peruertatur. At vero prædicator euerriculo quodam piscatur, cum sagena missa in mari, & ideo minis ac re-
prehensionibus strepere debet, nam cum B
communes omnibus sint, nemo conqueri potest. Hac mansuetudine allectus discipulus accessit, & tetigit, & tanta suauitate perfusus est, ut statim dixerit *Dominus meus, & Deus meus*. O quam verè dixit Dauid. Psal. 88.
Superuenit mansuetudo, & corripiemur. 3. Reg. 9
Cum expectaret Elias, ut transiret Deus, transijt prius spiritus grandis & fortis subuertens montes, & conterens petras ante dominum, non in spiritu dominus, & post spiritum commotio, non in commotione dominus, & post commotionem ignis, nõ in igne dominus, & post ignem sibilus auræ tenuis, ibi dominus. O admirabile my-
sterium, tanta ne mansuetudine uenit do- C
minus? quid hoc est? significatur nimirum qua nam in re præcipue salutis nostræ remedium consistat. Putatis ne, ut cum prædicatores uos mortis & gehennę pœnis deterrent, has minas sufficere ut uictos uos Deo dedatis? minimè, non ignoro plurimum hoc posse, quis enim non huiusmodi minis contremiscat, & præcipuè credēs quod dum in peccato mortali manet, secundum præsentem iustitiam ęternis ignibus damnatus est? sed quamuis huiusmodi timor & motus excitetur, tamen non ibi dominus, quia nondum uos omnino
dedistis, donec filius Virginis impulsu in- D
teriori & leni accedat ad cor.

O suauissime Iesu, quam suauis est sibilus ille, quo hominum corda alloqueris, dicens. Fili, ego te creaui, ego te meo sanguine redemi, conuertere ad me. Tunc efficacissimis his uocibus anima uicta se Deo tradit. Quapropter rogo uos fratres si qui in peccato mortali estis, ut uoces audiatis, quibus uos filius uirginis in corde alloquitur, vnicuique uestrum dicēs, affer

manum

A manum tuam. Vult enim, vt ad vestram iustificationem manus vestras adhibeatis. Optat peccator saluari sed sine vllo labore; omnia Deum pstare vellet. Plurimum Deus (ô frater) præstat, qui semper te vo-
Apoc. 3. cat, & sanctis inspirationibus excitat, nisi tu surgere vis, & tuas quoq; manus afferre, semper in eodem statu remanebis. Dominus ait: Ego sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocē meam, & aperuerit mihi ianuam, introibo ad illum, & cœnabo cum illo, et ipse mecū. Quid significat hoc conuiuij genus, nonne satis erit dicere, cœnabo cum illo, cur addidit, & ipse mecum?
B Idem est ac si dixisset, ambo cœnam parare debemus: ille suos mihi cibos apponet, ego illi meos, ille pænitētiam mihi dabit, qui meus est cibus, dabit lachrymas, qui meus est potus, dabit deuotionem, quæ mea voluptas est. Ego vero suorum peccatorum veniam illi dabo, dabo gratiam, dabo Spiritus sancti gaudium, quæ ille tantopere desiderat. Quis igitur sibi ipsi adeo inimicus erit, qui cœlestis huius hospitis vocibus nō rñdeat? Audite vt clamat, sto ad ostium & pulso. Moræ & negligentiæ no-
1. Re. 3. stræ, importunatione (si ita dici pōt) supplet, donec nos excitet. Ter vocauit Sa-
C muelem, & per Samuelem vocabat Heli sacerdotem, et quamuis sese ad voces excitarent, statim tamen ad somnum redibāt, tam senex quam iuuenis: sed toties clamauit, ut tandem surrexerint. Sed heu, heu, quibus nam uerbis hoc dicam? quot hic adestis: quos Deus non ter, sed terecenties et millies uocauit, et quamuis aliquo cōscientiæ remorsu semisomnes excitāmini, statim tñ reditis ad somnum. Cauete fratres, moneo.n. vos quod omnes hæ uoces, nisi ullam ex eis vtilitatem percipitis, maioris erunt aliquando cōdemnationis
D causa. Et ita notat Diuus Hieronymus; q
D. Hier. sup Isa. 36. quia homines Dei misericordia obdurescere solent, mos est sacræ Scripturæ, vt cum magnum aliqđ Dei bñficium pollice-
Ps. 114. tur statum seuerissima minetur supplicia.
Ps. 145. Quare cum dixisset Dauid. Custodit dominus omnes diligētes se, addidit statim. Et omnes peccatores disperdet. Et cum dixisset, suauis dominus vniuersis et miserationes eius super omnia opera eius (quod significat, omnia Dei opera misericordia tecta esse) statim minatur dicens. Cōfiteantur tibi domine opera tua, et sancti tui be-

nedicant tibi, ut notam faciant filijs homi- A
num potentiam tuam. Et alibi. Semel Psal. 61.
loquutus est Deus, duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi domine misericordia, quia tu reddis vnicuique iuxta opera sua, idest, quadam vice loquutus est mihi Deus, & ab eo duo didici, quod quamuis misericordiam habeat, potentia tamen, & iustitia non caret. Vtamur itaque fratres diuina misericordia, ut gloriosus hic Apostolus fecit, qui sacratissima illa vulnera videns, magno diuini amoris igne incensus clamare cœpit, *Dominus meus, &* Cant. 7.
Deus meus. O quam conuenienter dicitur. Comæ capitis tui sicut purpura Re- B
gis iuncta canalibus, Optima purpura prius sine ullo colore est, sed postea colorem illum purpureum in uasis quibusdam suppositis flammis feruentibus tincta recipit, ita ut quamuis postea aqua abluatur, purpureum illum colorum amittere non possit. Caput sponsæ (quæ est Ecclesia) Iesus Christus est Dei filius, cuius capilli sunt sancti eius Apostoli. Nam vt capilli virtutem a capite recipiunt, & ideo crescunt, quia in eo fixas habent radices (detonsi enim crescere non possunt) ita Apostoli, Christi, virtute & fauore creuerunt. Hi sine colore erant, sine forti- C
tudine, sine animo, adeò timidi, ut non dicam sancti, sed vix homines viderētur, sed dñm iam resuscitatū videntes, & vulnera illa sanctissima manibus contrectātes, tantam animo fidelitatem, tantum amorem conceperunt, vt tanquam purpura optima et pulcherrima remanserunt. Et quamuis omnes sine vllo colore fuerāt, multo magis D. Thomas eo carebat, qui in tenta in fidelitate uersabatur. Sed statim ac preciosissima illa vulnera tetigit, quæ erant optimæ et preciosissimæ purpuræ canales, huiusmodi colorem cepit, ut eum nunq̄ postea amiserit. Iam videtis fratres, vt omnes nullum ferè Christianitatis colorē habeamus, nā neq; in verbis, neq; in vestitu, D
neq; in nostris conuersationibus Christiani videmur, sed potius Arabes et gentiles. Ecce igitur nic feruentis purpuræ canales aspicite aperta illa vulnera in glorioso Redemptoris nostri corpore impressa, quod verè et realiter est in ineffabili illo altaris Sacramento, illuc deuota consideratione intrate, ubi vos sanctissimo illo sanguine mergite, cōdecorate amorē, quo illi uestra


A causa excepit, ruminate hoc sæpe sæpius, vt diuino illo colore tincti, Christiani & re & nomine sitis. Scitote diuini illius capitis vos esse capillos, & quēadmodum capilli si regis capiti inhærent, maximo honore digni sunt, auulsi verò tanquam purgamenta & sordes in sterquilinium deijciuntur, ita vos Iesu Christo p gratiam & amorem hęrentes honorant angeli, metuunt dæmones, auulsi verò tanquam sordes in inferni sterquilinium deijciemini. Curate igitur, cum talis capitis capilli sitis, sacris his canalibus sæpius lauari, vt regia purpura fitis optimo charitatis colore fulgentes, ut B postea quam hic uixeritis in gratia, deducat uos dominus ad gloriam Amen.

IN EODEM FESTO S. Thomæ Apostoli.

Concio III.

Thomas autem, unus de duodecim qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando uenit Iesus, &c. Ioan. 2.

C



Fortium & prudentum ducum mos est, vt postea q̄ magnas de suis hostibus victorias reportarunt, si aliquā aliam pugnam expectan:, milites qui Mach. 2 sparsi vagabantur conuocare, & eos oratione animare: ita Iudas ille fortissimus Machabæorum dux facere solitus est. Et quia Christus R.N missus ab æterno patre fuit in mundum, tanquam dux sui exercitus, vt ipsemet dixit per Esaiam, dedi eum du- Esai. 55. cem ac pceptorem gentibus. Vbi pp diuinæ promissionis certitudinem antequam D daret, se dedisse ait, tanquam fortissimus, & prudentissimus dux. post campestrem illam montis Caluariæ pugnā in qua diabolum vicit, cum iam eum ad infernum vsq; fugatū prosecutus esset, & spolia inde ampla reportasset, quia alia certamina expectabat futura, non secum, sed cum sanctissimis suis discipulis, eos qui illis diebus dispersi vagabantur in vnum locum admirabili prouidentia conuenire uoluit, & in medio eorum stans, eos suauissimo pacis ac se salutauit, & vt optimus dux ad ea quę superant certamina animauit. Ex quo et A patet quam fidelis dns, & amicus sit Deus, & quā diuersus ab huius sęculi dnis, qui quidem suos laboribus, & periculis exponere sæpe solent, & eos tunc cum maximè ipsorum indigent auxilio, destituunt, at pijssimus hic dns, & in minoribus, & maiotib. afflictionib. semper in medio suorum stat neq; solum cum omnibus simul, verum et cum singulis, ut ipsemet affirmat dicens, cum ipso sum in tribulatione, eripiam cū, & glorificabo eum. Versabantur sacri disci- Psalm. 9 puli in magno corporis, & animæ periculo. Corporis quidē quia à Iudęis occidi metuebant, & ideò domi se clausis ianuis con- B tinebāt: aīæ vero ob fidei imbecillitatem, & oīum maximè D. Thomas, qui ad tantam duritiā & obstinationem deuenit. Animæ pericula nobis fratres charissimi maximè timenda sunt, & deploranda, si in ijs Ps. 114. nos aliquādo videmus, vt deplorabat Dauid dicens, pericula inferni inuenerunt me tribulationem & dolorem inueni, & nomen dñi inuocaui. Et statim tāquam se in magno periculo uideret (ait) ò domine, libera animam meam misericos dns, & iustus. Hæc sunt omnium periculorum maxima, nam si semel in infernum cadimus, nullum est remedium. Si opes amittitis C non desunt remedia ad nouas acquirendas, nouæ quotidie Indiæ deteguntur, quo nauigare potestis, si famam amittitis, cras ca præstare poteritis, quibus maior acquiratur. Si uitam amittitis in vniuersali Resurrectione recuperabitis meliorem, & tandem quacunque re amissa non deest remedium. At uero si anima in inferno amittatur, nullum postea remedium erit, in hoc igitur periculo uersatur, qui est in peccato mortali. Et vt melius huius periculi magnitudinem intelligatis, appositissimam uo- Simile. bis similitudinem proponam. Facite nobiscum puteum aliquem profundum ar- D dentibus flammis plenum, dracones in eo & serpentes quam plurimos patentib. faucib. expectare eos qui illuc dec. dēt. Imaginamini ad eos putei capillo aliquē esse suspensum, teneri autem capillum ab alio manu sinistra, qui dextra nudatum ensem tenet ut capillum illum secet quo secato infælix ille in puteum casurum sese esse uidet, ignis & draconum pdam. Proh quam timenda res est, dum dicitur tātum, & auditur, metum incutit. Dicite obsecro fratres,

A tres, q se in huiusmodi periculo uideret, quos nam clamores ederet, quas lachrymas, quas preces funderet, quanto cum affectu opem sibi ferri peteret? quod si eum ridere in eo periculo videretis, & cum eripere inde uelletis ipse recusaret, eum uero qui manu capillum quo suspenditur tenet, verbis iniuriosis incesseret, & prouocaret ut capillum secaret, quidnam diceretis? hominem esse stultum, & carere iudicio, cum periculi magnitudinem non perciperet.
B Vtinam Deus lucem mentib uestris hodie daret, ut periculum in quo uersantur, ii qui in peccato mortali sunt, hac similitudine intelligatis. Omnes credimus, secundum fidem quam profitemur, terribilem gehennam & flammis plenam esse, & crudelissimis serpentibus, idest magna dæmonum multitudine. De hoc puteo pro-
Isa. 30. fundissimo ait Esaias Præparata est ab heri Tophet a rege præparata profunda, & dilatata, nutrimēta eius ignis, & ligna multa. Flatus domini sicut torrens sulphuris succendens eam. Scitis etiam quid dixit dominus cum de Ecclesiæ suæ constantia loqueretur. Portæ inferi non præualebunt
Mat. 16 aduersus eam, non quia infernus portas
C habeat è ligno aut ære, sed inferni portas, hæreses uocauit, & peccata, quia per hæc tanquam per portas ad inferos ingressus est, ergo tu qui in peccato mortali uersaris, ad os inferni stas capillo suspēsus, quia uita ipsomet capillo infirmior est, quę minimo quoque uento, aquæ frigidæ potu, vnius cicer superfluitate eripi potest, quid dico? eo eius infirmitas, & miseria deuenit ut interdum alterius hominis halitu corrumpi possit, nullus inueniri postea capillus adeo tenuis, vt oris halitu secari possit: tua igitur vita frangi & secari facilius potest, quam capillus Hic capillus (q tua est uita) in Dei manu positus est, qui
D dū in peccato mortali es, iustitiæ ensē dextra tenet, vt eum secet, quia a sua iustitia suadetur, vt vitam tibi secet, & in inferni puteum deijciat. Cogita igitur infælix homo, & considera periculum, in quo uersaris Salus enim tua ab uno tantum capillo suspensa dependet, quod si hoc certissimū est, ut est, & tu ita esse credis, cur in tanto periculo rides, ludis, comedis, bibis, dormis, ac si fabula esset? O miser quis sic te dementauit? cœlum, & terra, o creaturæ insensibiles, ob tantam insensibilitatē obstupescite Sed quod peius est cum Deus A te diuinis suis inspirationib & ecclesię suę vocibus quotidie moneat, uelle te ex hoc periculo extrahere, tu non modo non assentiris, sed peccata peccatis addens, eius iustitiam prouocas, vt uitæ tuæ capillū secet, & in æternas gehennæ pœnas præcipitet, nullis profecto nobis huiusmodi cæcitas exaggerari posse videtur. Ex his omnibus infertur, quod ipsum tanti in peccati nomen nos deterrere deberet. Iam audistis colloquium quod inter Christum Redemptorem nostrum, & Pilatum factum est cum interrogauit, Tu es Rex Iudęorū? B quid fecisti? unde es tu? quid est veritas? scitis etiam quantopere eius vxor optauit, ut eum absoluere, & vt iusserit illi non ciari, nihil tibi, & iusto illi, multa enim passa sum hodie per uisum propter eū. Sed parum his omnibus rebus motus est, sed cum Redemptor noster dixit ad eum, propterea qui me tradidit tibi maius peccatū habet, statim additur, exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Mat. 27 Statim ac dixit uide q d peccas, quamuis alij plus peccent, quamuis Romanus esset, infidelis, homo ethnicus, qui Deum non cognoscebat, solo tamen peccati nomine extimuit, & exinde C quærebat dimittere eum. Quātum igitur timorem nobis deberet incutere imaginari si hoc facio, peccabo, & Deum offendā? profecto quamuis millies moriendum esset eum offendere non deberemus. Videtis igitur quanta cum causa aiebat Dauid, pericula inferni inuenerūnt me: & in his periculis uersabatur D. Thom.

Quod si causam petitis, dicam, quia uirum mirū. *Non erat cum eis quando uenit Iesus* O quam multa tunc amisit, quia non erat cum eis. Primum ineffabile illud gaudium amisit, quod habuerunt alij, quia gauisi sunt discipuli viso domino. Secundo magnum illud donum, quod dedit illis dicens, pax uobis, & postea insufflauit dicens, accipite Spiritū sanctum. Tertio scri- D pturarum intelligentiam, quia aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. Quarto magnam illam remittendi peccata potestatem. Quorum remiseritis peccata, remittentur eis, vbi eos omnes episcopos consecrauit. Hæc omnia amiserat, quia nō fuerat cum eis quando uenit Iesus. O quā salutaris est bonorum conuersatio & familiaritas Carbo niger & frigidus, si intercae

A causa excepit, ruminate hoc sæpe sæpius, vt diuino illo colore tincti, Christiani & re & nomine fitis. Scitote diuini illius capitis vos esse capillos, & quēadmodum capilli si regis capiti inhærent, maximo honore digni sunt, auulsi verò tanquam purgamenta & sordes in sterquilinium deijciuntur, ita vos Iesu Christo p gratiam & amorem hærentes honorant angeli, metuunt dæmones, auulsi verò tanquam sordes in inferni sterquilinium deijciemini. Curate igitur, cum talis capitis capilli sitis, sacris his canalibus sæpius lauari, vt regia purpura sitis optimo charitatis colore fulgentes, ut
B postea quam hic uixeritis in gratia, deducat uos dominus ad gloriam Amen.

IN EODEM FESTO S. Thomæ Apostoli.

Concio III.

Thomas autem, unus de duodecim qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando uenit Iesus, &c. Ioan. 2.

C

Fortium & prudentum ducum mos est, vt postea q̄ magnas de suis hostibus victorias reportarunt, si aliquā aliam pu-
Mach. 2 gnam expectant, milites qui sparsi vagabantur conuocare, & eos oratione animare: ita Iudas ille fortissimus Machabæorum dux facere solitus est. Et quia Christus R. N missus ab æterno patre fuit in mundum, tanquam dux sui exercitus, vt ipsemet dixit per Esaiam, dedi eum du-
Esai. 55. cem ac præceptorem gentibus. Vbi pp̄ diuinæ promissionis certitudinem antequam
D daret, se dedisse ait, tanquam fortissimus, & prudentissimus dux, post campestrem illam montis Caluariæ pugnā in qua diabolum vicit, cum iam eum ad infernum vsq; fugatū prosecutus esset, & spolia inde ampla reportasset, quia alia certamina expectabat futura, non secum, sed cum sanctissimis suis discipulis, iō eos qui illis diebus dispersi vagabantur in vnum locum admirabili prouidentia conuenire uoluit, & in medio eorum stans, eos suauissimo pacis ac se salutauit, & vt optimus dux ad ea quę supererant certamina animauit. Ex quo ēt
A patet quam fidelis dn̄s, & amicus sit Deus, & quā diuersus ab huius sęculi dn̄is, qui quidem suos laboribus, & periculis exponere sæpe solent, & eos tunc cum maximè ipsorum indigent auxilio, destituunt, at pijssimus hic dn̄s, & in minoribus, & maioribus afflictionib. semper in medio suorum stat neq; solum eum omnibus simul, verum ēt eum singulis, ut ipsemet affirmat dicens, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eū, & glorificabo eum. Versabantur sacri disci- Psalm. 9
puli in magno corporis, & animæ periculo. Corporis quidē quia à Iudęis occidi metuebant, & ideò domi se clausis ianuis con- B
tinebāt: aīæ vero ob fidei imbecillitatem, & oīm maxime D. Thomas, qui ad tantam duritiā & obstinationem deuenit. Animæ pericula nobis fratres charissimi maximè timenda sunt, & deploranda, si in ijs Ps. 114.
nos aliquādo videmus, vt deplorabat Dauid dicens, pericula inferni inuenerunt me tribulationem & dolorem inueni, & nomen dn̄i inuocaui. Et statim tāquam se in magno periculo uideret (ait) ò domine, libera animam meam misericos dn̄s, & iustus. Hæc sunt omnium periculorum maxima, nam si semel in infernum cadimus, nullum est remedium. Si opes amittitis C
non desunt remedia ad nouas acquirendas, nouæ quotidie Indiæ deteguntur, quo nauigare potestis, si famam amittitis, cras ea præstare poteritis, quibus maior acquiratur. Si uitam amittitis in vniuersali Resurrectione recuperabitis meliorem, & tandem quacunque re amissa non deest remedium. At uero si anima in inferno amittatur, nullum postea remedium erit, in hoc igitur periculo uersatur, qui est in peccato mortali. Et vt melius huius periculi magnitudinem intelligatis, appositissimam uobis similitudinem proponam. Facite no- Simile.
biscum puteum aliquem profundum ardentibus flammis plenum, dracones in eo & serpentes quam plurimos patentib. faucib. expectare eos qui illuc decidēt. Imaginamini ad eos putei capillo aliquē esse suspensum, teneri autem capillum ab alio manu sinistra, qui dextra nudatum ensem tenet ut capillum illum secet quo secato infælix ille in puteum casurum sese esse uidet, ignis & draconum pdam. Proh quam timenda res est, dum dicitur tātum, & auditur, metum incutit. Dicite obsecro fratres,

A tres, q̃ se in huiuſmodi periculo uideret, quos nam clamores ederet, quas lachrymas, quas preces funderet, quanto eum affectu opem ſibi ferri peteret? quod ſi eum ridere in eo periculo videretis, & cum eripere inde uelletis ipſe recuſaret, eum uero qui manu capillum quo ſuſpenditur tenet, verbis iniurioſis inceſſeret, & prouocaret ut capillum ſecaret, quidnam diceretis? hominem eſſe ſtultum, & carere iudicio, cum periculi magnitudinem non perciB peret. Vtinam Deus lucem mentib ueſtris hodie daret, ut periculum in quo uerſantur, ii qui in peccato mortali ſunt, hac ſimilitudine intelligatis. Omnes credimus, ſecundum fidem quam profitemur, terribilem gehennam & flammis plenam eſſe, & crudeliſſimis ſerpentibus, ideſt magna dæmonum multitudine. De hoc puteo profundiſſimo ait Eſaias Præparata eſt ab heri Tophet a rege præparata profunda, & dilatata, nutrimēta eius ignis, & ligna multa. Flatus domini ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam. Seitis etiam quid dixit dominus eum de Eccleſiæ ſuæ conſtantia loqueretur. Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, non quia infernus portas C habeat è ligno aut ære, ſed inferni portas, hæreſes uocauit, & peccata, quia per hæc tanquam per portas ad inferos ingreſſus eſt, ergo tu qui in peccato mortali uerſaris, ad os inferni ſtas capillo ſuſpēſus, quia uita ipſomet capillo infirmior eſt, quę minimo quoque uento, aquæ frigidæ potu, vnius cæcæ ſuperfluitate eripi poteſt, quid dico? eo eius infirmitas, & miſeria deuenit ut interdum alterius hominis halitu corrumpi poſſit, nullus inueniri poſtea capillus adeo tenuis, vt oris halitu ſecari poſſit: tua igitur vita frangi & ſecari facilius poteſt, quam capillus Hic capillus (q̃ tua eſt uita) in Dei manu poſitus eſt, qui D dū in peccato mortali es, iuſtitiæ enſē dextra tenet, vt eum ſecet, quia a ſua iuſtitia ſuadetur, vt vitam tibi ſecet, & in inferni puteum deijciat. Cogita igitur infælix homo, & conſidera periculum, in quo uerſaris Salus enim tua ab uno tantum capillo ſuſpenſa dependet, quod ſi hoc certiſſimū eſt, ut eſt, & tu ita eſſe credis, cur in tanto periculo rides, ludis, comedis, bibis, dormis, ac ſi fabula eſſet: O miſer quis ſic te dementauit? cœlum, & terra, o creaturæ inſenſibiles, ob tantam inſenſibilitatē obſtupeſcite Sed quod peius eſt cum Deus A te diuinis ſuis inſpirationib & eccleſię ſuę vocibus quotidie moneat, uelle te ex hoc periculo extrahere, tu non modo non aſſentiris, ſed peccata peccatis addens, eius iuſtitiam prouocas, vt uitæ tuæ capillū ſecet, & in æternas gehennæ pænas præcipitet, nullis profecto nobis huiuſmodi cæcitas exaggerari poſſe videtur. Ex his omnibus infertur, quod ipſum tanti in peccati nomen nos deterrere deberet. Iam audiſtis colloquium quod inter Chriſtum Redemptorem noſtrum, & Pilatum factum eſt cum interrogauit, Tu es Rex Iudęorū? B quid feciſti? unde es tu? quid eſt veritas? ſcitis etiam quantopere eius vxor optauit, ut eum abſolueret, & vt iuſſerit illi nunciari, nihil tibi, & iuſto illi, multa enim paſſa ſum hodie per uiſum propter eū. Sed parum his omnibus rebus motus eſt, ſed cum Redemptor noſter dixit ad eum, propterea qui me tradidit tibi maius peccatū habet, ſtatim additur, exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Statim ac dixit uide q̃d peccas, quamuis alij plus peccent, quamuis Romanus eſſet, infidelis, homo ethnicus, qui Deum non cognoſcebat, ſolo tamen peccati nomine extimuit, & exinde C quærebat dimittere eum. Quātum igitur timorem nobis deberet ineutere imaginari ſi hoc facio, peccabo, & Deum offendā? profecto quamuis millies moriendum eſſet eum offendere non deberemus. Videtis igitur quanta cum cauſa aiebat Dauid, pericula inferni inuenerūnt me? & in his periculis uerſabatur D. Thom.

Iſa. 30.

Mat. 16

Mat. 27

Quod ſi cauſam petitis, dicam, quia nimirū, *Non erat cum eis quando uenit Ieſus* O quam multa tunc amiſit, quia non erat cum eis. Primum ineffabile illud gaudium amiſit, quod habuerunt alij, quia gauiſi ſunt diſcipuli viſo domino. Secundo magnum illud donum, quod dedit illis dicens, pax uobis, & poſtea inſufflauit dicens, accipite Spiritū ſanctum. Tertio ſcripturarum intelligentiam, quia aperuit illis D ſenſum, ut intelligerent ſcripturas. Quarto magnam illam remittendi peccata poteſtatem. Quorum remiſeritis peccata, remittentur eis, vbi eos omnes epiſcopos conſecrauit. Hæc omnia amiſerat, quia nō fuerat cum eis quando uenit Ieſus. O quā ſalutaris eſt bonorum conuerſatio & familiaritas. Carbo niger & frigidus, ſi intercar

L 2 bones

A causa excepit, ruminate hoc sæpe sæpius, vt diuino illo colore tincti, Christiani & te & nomine fitis. Scitote diuini illius capitis vos esse capillos, & quẽadmodum capilli si regis capiti inhærent, maximo honore digni sunt, auulsi verò tanquam purgamenta & sordes in sterquilinium deijciuntur, ita vos Iesu Christo ꝑ gratiam & amorem hærentes honorant angeli, metuunt dæmones, auulsi verò tanquam sordes in inferni sterquilinium deijciemini. Curate igitur, cum talis capitis capilli sitis, sacris his canalibus sæpius lauari, vt regia purpura sitis optimo charitatis colore fulgentes, ut
B postea quam hic uixeritis in gratia, deducat uos dominus ad gloriam Amen.

IN EODEM FESTO S. Thomæ Apostoli.

Concio III.

Thomas autem, unus de duodecim qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando uenit Iesus, &c. Ioan. 2.

C



Fortium & prudentum ducum mos est, vt postea q̃ magnas de suis hostibus victorias reportarunt, si aliquã aliam pugnam expectant, milites qui sparsi vagabantur conuocare, & eos oratione animare: ita Iudas ille fortissimus Machabæorum dux facere solitus est. Et quia Christus R. N missus ab æterno patre fuit in mundum, tanquam dux sui exercitus, vt ipsemet dixit per Esaiam, dedi eum ducem ac pceptorem gentibus. Vbi pp diuinæ promissionis certitudinem antequam
D daret, se dedisse ait, tanquam fortissimus, & prudentissimus dux, post campestrem illam montis Caluariæ pugnã in qua diabolum vicit, cum iam eum ad infernum vsq; fugatũ prosecutus esset, & spolia inde ampla reportasset, quia alia certamina expectabat futura, non secum, sed cum sanctissimis suis discipulis, iõ eos qui illis diebus dispersi vagabantur in vnum locum admirabili prouidentia conuenire uoluit, & in medio eorum stans, eos suauissimo pacis acie salutauit, & vt optimus dux ad ea quę

Mach. 2

Esai. 55.

supererant certamina animauit. Ex quo ēt A patet quam fidelis dñs, & amicus sit Deus, & quã diuersus ab huius sęculi dñis, qui quidem suos laboribus, & periculis exponere sæpe solent, & eos tunc cum maximè ipsorum indigent auxilio, destituunt, at pijssimus hic dñs, & in minoribus, & maioribus afflictionib. semper in medio suorum stat neq; solum cum omnibus simul, verum ēt cum singulis, ut ipsemet affirmat dicens, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eũ, & glorificabo eum. Versabantur sacri disci Psalm. 9 puli in magno corporis, & animæ periculo. Corporis quidē quia à Iudęis occidi me tuebant, & ideò domi se clausis ianuis con B tinebãt: aĩæ vero ob fidei imbecillitatem, & oĩum maxime D. Thomas, qui ad tantam duritiã & obstinationem deuenit. Animæ pericula nobis fratres charissimi maximè timenda sunt, & deploranda, si in ijs Ps. 114. nos aliquãdo videmus, vt deplorabat Dauid dicens, pericula inferni inuenerunt me tribulationem & dolorem inueni, & nomen dñi inuocaui. Et statim tãquam se in magno periculo uideret (ait) ò domine, libera animam meam misericos dñs, & iustus. Hæc sunt omnium periculorum maxima, nam si semel in infernum cadimus, nullum est remedium. Si opes amittitis C non desunt remedia ad nouas acquirendas, nouæ quotidie Indiæ deteguntur, quo nauigare potestis, si famam amittitis, cras ea præstare poteritis, quibus maior acquiratur. Si uitam amittitis in vniuersali Resurrectione recuperabitis meliorem, & tandem quacunque re amissa non deest remedium. At uero si anima in inferno amittatur, nullum postea remedium erit, in hoc igitur periculo uersatur, qui est in peccato mortali. Et vt melius huius periculi magnitudinem intelligatis, appositissimam uobis similitudinem proponam. Facite nobiscum puteum aliquem profundum ar- Simile. D dentibus flammis plenum, dracones in eo & serpentes quam plurimos patentib. faucib. expectare eos qui illuc dec.dēt. Imaginamini ad eos putei capillo aliquē esse suspensum, teneri autem capillum ab alio manu sinistra, qui dextra nudatum ensem tenet ut capillum illum secet quo secato infœlix ille in puteum casurum sese esse uidet, ignis & draconum pdam. Proh quam timenda res est, dum dicitur tãtum, & auditur, metum incutit. Dicite obsecro fratres,

A tres, q ſe in huiuſmodi periculo uideret, quos nam clamores ederet, quas lachrymas, quas preces funderet, quanto cum affectu opem ſibi ferri peteret? quod ſi eum ridere in eo periculo videretis, & cum eripere inde uelletis ipſe recuſaret, eum uero qui manu capillum quo ſuſpenditur tenet, verbis iniurioſis inceſſeret, & prouocaret ut capillum ſecaret, quidnam diceretis? hominem eſſe ſtultum, & carere iudicio, cum periculi magnitudinem non perci-

B peret. Vtinam Deus lucem mentib ueſtris hodie daret, ut periculum in quo uerſantur, ii qui in peccato mortali ſunt, hac ſimilitudine intelligatis. Omnes credimus, ſecundum fidem quam profitemur, terribilem gehennam & flammis plenam eſſe, & crudeliſſimis ſerpentibus, ideſt magna dæmonum multitudine. De hoc puteo pro-

Iſa. 30. fundiſſimo ait Eſaias Præparata eſt ab heri Tophet a rege præparata profunda, & dilatata, nutrimēta eius ignis, & ligna multa. Flatus domini ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam. Scitis etiam quid dixit dominus cum de Eccleſiæ ſuæ conſtantia loqueretur. Portæ inferi non præualebunt

Mat. 16 aduerſus eam, non quia infernus portas

C habeat è ligno aut ære, ſed inferni portas, hæreſes uocauit, & peccata, quia per hæc tanquam per portas ad inferos ingreſſus eſt, ergo tu qui in peccato mortali uerſaris, ad os inferni ſtas capillo ſuſpēſus, quia uita ipſomet capillo infirmior eſt, quę minimo quoque uento, aquæ frigidæ potu, vnius cæcæ ſuperfluitate eripi poteſt, quid dico? eo eius infirmitas, & miſeria deuenit ut interdum alterius hominis halitu corrumpi poſſit, nullus inueniri poſtea capillus adeo tenuis, vt oris halitu ſecari poſſit: tua igitur vita frangi & ſecari facilius poteſt, quam capillus Hic capillus (q

D tua eſt uit.) in Dei manu poſitus eſt, qui dū in peccato mortali es, iuſtitiæ enſē dextra tenet, vt eum ſecet, quia a ſua iuſtitia ſuadetur, vt vitam tibi ſecet, & in inferni puteum deijciat. Cogita igitur infælix homo, & conſidera periculum, in quo uerſaris Salus enim tua ab uno tantum capillo ſuſpenſa dependet, quod ſi hoc certiſſimū eſt, ut eſt, & tu ita eſſe credis, cur in tanto periculo rides, ludis, comedis, bibis, dormis, ac ſi fabula eſſet: O miſer quis ſic te dementauit? cœlum, & terra, o creaturæ inſenſibiles, ob tantam inſenſibilitatē obſtupeſcite Sed quod peius eſt cum Deus A te diuinis ſuis inſpirationib & eccleſię ſuę vocibus quotidie moneat, uelle te ex hoc periculo extrahere, tu non modo non aſſentiris, ſed peccata peccatis addens, eius iuſtitiam prouocas, vt uitæ tuæ capillū ſecet, & in æternas gehennæ pœnas præcipitet, nullis profecto nobis huiuſmodi cæcitas exaggerari poſſe videtur. Ex his omnibus infertur, quod ipſum tanti m pecca ti nomen nos deterrere deberet. Iam audiſtis colloquium quod inter Chriſtum Redemptorem noſtrum, & Pilatum factum eſt cum interrogauit, Tu es Rex Iudęorū? B quid feciſti? unde es tu? quid eſt veritas? ſcitis etiam quantopere eius vxor optauit, ut eum abſolueret, & vt iuſſerit illi nunciari, nihil tibi, & iuſto illi, multa enim paſſa ſum hodie per uiſum propter eū. Sed parum his omnibus rebus motus eſt, ſed cum Redemptor noſter dixit ad eum, propterea qui me tradidit tibi maius peccatū habet, ſtatim additur, exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Statim ac dixit uide q d Mat. 27 peccas, quamuis alij plus peccent, quamuis Romanus eſſet, infidelis, homo ethnicus, qui Deum non cognoſcebat, ſolo tamen peccati nomine extimuit, & exinde C quærebat dimittere eum. Quātum igitur timorem nobis deberet incutere imaginari ſi hoc facio, peccabo, & Deum offendā? profecto quamuis millies moriendum eſſet eum offendere non deberemus. Videtis igitur quanta cum cauſa aiebat Dauid, pericula inferni inuenerunt me? & in his periculis uerſabatur D. Thom.

Quod ſi cauſam petitis, dicam, quia nimirū *Non erat cum eis quando uenit Ieſus* O quam multa tunc amiſit, quia non erat cum eis. Primum ineffabile illud gaudium amiſit, quod habuerunt alij, quia gauiſi ſunt diſcipuli viſo domino. Secundo magnum illud donum, quod dedit illis dicens, pax uobis, & poſtea inſufflauit dicens, accipite Spiritū ſanctum. Tertio ſcri D pturarum intelligentiam, quia aperuit illis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas. Quarto magnam illam remittendi peccata poteſtatem. Quorum remiſeritis peccata, remittentur eis, vbi eos omnes epiſcopos conſecrauit. Hæc omnia amiſerat, quia nō fuerat cum eis quando uenit Ieſus. O quā ſalutaris eſt bonorum conuerſatio & familiaritas. Carbo niger & frigidus, ſi intercat

A causa excepit, ruminate hoc sæpe sæpius, vt diuino illo colore tincti, Christiani & re & nomine sitis. Scitote diuini illius capitis vos esse capillos, & quemadmodum capilli si regis capiti inhærent, maximo honore digni sunt, auulsi verò tanquam purgamenta & sordes in sterquilinium deijciuntur, ita vos Iesu Christo p gratiam & amorem hærentes honorant angeli, metuunt dæmones, auulsi verò tanquam sordes in inferni sterquilinium deijciemini. Curate igitur, cum talis capitis capilli sitis, sacris his canalibus sæpius lauari, vt regia purpura fitis optimo charitatis colore fulgentes, ut

B postea quam hic uixeritis in gratia, deducat uos dominus ad gloriam Amen.

IN EODEM FESTO S. Thomæ Apostoli.

Concio III.

Thomas autem, unus de duodecim qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando uenit Iesus, &c. Ioan. 2.

C



Ortium & prudentum ducum mos est, vt postea q̃ magnas de suis hostibus victorias reportarunt, si aliquã aliam pugnam expectant, milites qui

Mach. 2

sparsi vagabantur conuocare, & eos oratione animare: ita Iudas ille fortissimus Machabæorum dux, facere solitus est. Et quia Christus R. N missus ab æterno patre fuit in mundum, tanquam dux sui exercitus, vt ipsemet dixit per Esaiam, dedi eum du-

Esai. 55. cem ac præceptorem gentibus. Vbi pp diuinæ promissionis certitudinem antequam

D daret, se dedisse ait, tanquam fortissimus, & prudentissimus dux, post campestrem illam montis Caluariæ pugnã in qua diabolum vicit, cum iam eum ad infernum vsq; fugatũ prosecutus esset, & spolia inde ampla reportasset, quia alia certamina expectabat futura, non secum; sed cum sanctissimis suis discipulis, iõ eos qui illis diebus dispersi vagabantur in vnum locum admirabili prouidentia conuenire uoluit, & in medio eorum stans, eos suauissimo pacis actie salutauit, & vt optimus dux ad ea quę

superererant certamina animauit. Ex quo et A patet quam fidelis dñs, & amicus sit Deus, & quã diuersus ab huius sęculi dñis, qui q-dem suos laboribus, & periculis exponere sæpe solent, & eos tunc cum maximè ipsorum indigent auxilio, destituunt, at pijssimus hic dñs, & in minoribus, & maiorib. afflictionib. semper in medio suorum stat neq; solum cum omnibus simul, verum et cum singulis, ut ipsemet affirmat dicens, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eũ, & glorificabo eum. Versabantur sacri disci Psalm. 9 puli in magno corporis, & animæ periculo. Corporis quidẽ quia à Iudæis occidi metuebant, & ideò domi se clausis ianuis con B tinebãt: aĩæ vero ob fidei imbecillitatem, & oĩum maxime D. Thomas, qui ad tantam duritiã & obstinationem deuenit. Animæ pericula nobis fratres charissimi maximè timenda sunt, & deploranda, si in ijs Ps. 114. nos aliquãdo videmus, vt deplorabat Dauid dicens, pericula inferni inuenerunt me tribulationem & dolorem inueni, & nomen dñi inuocaui. Et statim tãquam se in magno periculo uideret (ait) ô domine, libera animam meam misericors dñs, & iustus. Hæc sunt omnium periculorum maxima, nam si semel in infernum cadimus, nullum est remedium. Si opes amittitis C non desunt remedia ad nouas acquirendas, nouæ quotidie Indiæ deteguntur, quo nauigare potestis, si famam amittitis, cras ea præstare poteritis, quibus maior acquiratur. Si uitam amittitis in vniuersali Resurrectione recuperabitis meliorem, & tandem quacunque re amissa non deest remedium. At uero si anima in inferno amittatur, nullum postea remedium erit, in hoc igitur periculo uersatur, qui est in peccato mortali. Et vt melius huius periculi magnitudinem intelligatis, appositissimam uobis similitudinem proponam. Facite nobiscum puteum aliquem profundum ar- Simile. D dentibus flammis plenum, draconès in eo & serpentes quam plurimos patentib. faucib. expectare eos qui illuc dec.dẽt. Imaginamini ad eos putei capillo aliquẽ esse suspensum. teneri autem capillum ab alio manu sinistra, qui dextra nudatum ensem tenet ut capillum illum secet quo secato infælix ille in puteum casurum sese esse uidet, ignis & draconum pdam. Proh quam timenda res est, dum dicitur tãtum, & auditur, metum incutit. Dicite obsecro fra-

A tres, q sc in huiusmodi periculo uideret, quos nam clamores ederet, quas lachrymas, quas preces funderet, quanto cum affectu opem sibi ferri peteret? quod si eum ridere in eo periculo videretis, & cum eripere inde uelletis ipse recusaret, eum uero qui manu capillum quo suspenditur tenet, verbis iniuriosis incesseret, & prouocaret ut capillum secaret, quidnam diceretis? hominem esse stultum, & carere iudicio, cum periculi magnitudinem non perci-

B peret. Vtinam Deus lucem mentib uestris hodie daret, ut periculum in quo uersantur, ii qui in peccato mortali sunt, hac similitudine intelligatis. Omnes credimus, secundum fidem quam profitemur, terribilem gehennam & flammis plenam esse, & crudelissimis serpentibus, idest magna dæmonum multitudine. De hoc puteo pro-

Isa. 30. fundissimo ait Esaias Præparata est ab heri Tophet a rege præparata profunda, & dilatata, nutrimēta eius ignis, & ligna multa. Flatus domini sicut torrens sulphuris succedens eam. Scitis etiam quid dixit dominus cum de Ecclesiæ suæ constantia loqueretur. Portæ inferi non præualebunt

Mat. 16 aduersus eam, non quia infernus portas

C habeat è ligno aut ære, sed inferni portas, hæreses uocauit, & peccata, quia per hæc tanquam per portas ad inferos ingressus est, ergo tu qui in peccato mortali uersaris, ad os inferni stas capillo suspēsus, quia uita ipsomet capillo infirmior est, quę minimo quoque uento, aquæ frigidæ potu, vnius cæcæ superfluitate eripi potest, quid dico? eo eius infirmitas, & miseria deuenit ut interdum alterius hominis halitu corrumpi possit, nullus inueniri postea capillus adeo tenuis, vt oris halitu secari possit: tua igitur vita frangi & secari facilius potest, quam capillus Hic capillus (q tua est uita) in Dei manu positus est, qui

D dū in peccato mortali es, iustitiæ ensē dextra tenet, vt eum secet, quia a sua iustitia suadetur, vt vitam tibi secet, & in inferni puteum deijciat. Cogita igitur infælix homo, & considera periculum, in quo uersaris Salus enim tua ab uno tantum capillo suspensa dependet, quod si hoc certissimū est, ut est, & tu ita esse credis, cur in tanto periculo rides, ludis, comedis, bibis, dormis, ac si fabula esset? O miser quis sic te dementauit? cœlum, & terra, o creaturæ insensibiles, ob tantam insensibilitatē obstupescite Sed quod peius est cum Deus te diuinis suis inspirationib & ecclesię suę vocibus quotidie moneat, uelle te ex hoc periculo extrahere, tu non modo non assentiris, sed peccata peccatis addens, eius iustitiam prouocas, vt uitæ tuæ capillū secet, & in æternas gehennæ pœnas præcipitet, nullis profecto nobis huiusmodi cæcitas exaggerari posse videtur. Ex his omnibus infertur, quod ipsum tanti in peccati nomen nos deterrere deberet. Iam audistis colloquium quod inter Christum Redemptorem nostrum, & Pilatum factum est cum interrogauit, Tu es Rex Iudęorū? B quid fecisti? unde es tu? quid est veritas? scitis etiam quantopere eius vxor optauit, ut eum absolueret, & vt iusserit illi nunciari, nihil tibi, & iusto illi, multa enim passa sum hodie per uisum propter eū. Sed parum his omnibus rebus motus est, sed cum Redemptor noster dixit ad eum, propterea qui me tradidit tibi maius peccatū habet, statim additur, exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Statim ac dixit uide q d Mat. 27 peccas, quamuis alij plus peccent, quamuis Romanus esset, infidelis, homo ethnicus, qui Deum non cognoscebat, solo tamen peccati nomine extimuit, & exinde quærebat dimittere eum. Quātum igitur C timorem nobis deberet incutere imaginari si hoc facio, peccabo, & Deum offendā? profecto quamuis millies moriendum esset eum offendere non deberemus. Videtis igitur quanta cum causa aiebat Dauid, pericula inferni inuenerunt me? & in his periculis uersabatur D. Thom.

Quod si causam petitis, dicam, quia nimirū, *Non erat cum eis quando uenit Iesus* O quam multa tunc amisit, quia non erat cum eis. Primum ineffabile illud gaudium amisit, quod habuerunt alij, quia gauisi sunt discipuli viso domino. Secundo magnum illud donum, quod dedit illis dicens, pax uobis, & postea insufflauit dicens, accipite Spiritū sanctum. Tertio scripturarum intelligentiam, quia aperuit illis D sensum, ut intelligerent scripturas. Quarto magnam illam remittendi peccata potestatem. Quorum remiseritis peccata, remittentur eis, vbi eos omnes episcopos consecrauit. Hæc omnia amiserat, quia nō fuerat cum eis quando uenit Iesus. O quā salutaris est bonorum conuersatio & familiaritas. Carbo niger & frigidus, si intercat

A enim est, quod pro certo illos dies nō Apostoli tantum, verum etiam sanctæ illæ mulieres, & quod plus est, sanctissima Virgo hāc ei veritatem persuadere conabantur, & nihil tamen proficiebant. Hoc est illud

Iere. 24. mysterium uisione illa Ieremiæ significatum, ubi dicitur. Ostendit mihi dominus, & ecce duo calathi pleni ficis positi ante templum. Calathus unus ficus bonas habebat nimis, ut solent ficus esse primi temporis, & calathus unus ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterant, eo quod essent malę. Ita boni Ecclesiastici ualde boni sunt, mali uero ualdè mali. Obsecro

B igitur uos patres mei per misericordiam Dei, ut diligēter caueatis, ne de incepto uestris itinere prolabamini, nam semel prolapsi magna cum difficultate surgetis. Ideò

1. Ti. 1. aiebat Diuus Paulus. Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee secundum præcedentes in te prophetias, ut milites in illis bonam militiam habens fidem & bonam conscientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. Pro-

D. Hier. sup. illud ad Eph. 4. cap. phetiæ hoc loco studia significant diuinę legis, & ita Diuus Hieronymus super ea verba Pauli. Dedit quosdam prophetas, id est, homines (inquit) qui student, & diuinæ

C legis intelligentiam discunt. Quare monet Diuus Paulus Timotheum, ut viuat secundum ea, quę in diuina lege didicerat, & his armis pugnet, doctrina scilicet & virtute, ne naufragium faciat, ut alij qui doctrinam, & scientiam à uirtute separauerūt & hoc Timotheo potissimum præcipit, qui ecclesiasticus erat.

Cum itaque Diuus Thomas in ea infidelitate perseueraret, iterum apparuit dominus, & cum omnes salutasset, dixit Thomæ, *Infer digitū tuum huc.* O Thoma non est hoc tempus uendendi gratias & munera magno pretio. Equidem existimo quod

D si opus fuisset, iterum pijssimus Iesus pro hoc discipulo passus esset, quanto magis ei, quod semel passus erat ostendere. Attendite mansuetudinem. *Affer (inquit) manum tuam & mitte in latus meum.* Cum omnibus discipulis apparuit, ut narrat

Marc. ultimo c. Diuus Marcus. Exprobrauit incredulitatē eorū & duritiā cordis. Hic uero nulla asperitate, sed mira māsuetudine hunc incredulum alloqutur, & ait *Noli esse incredulus.* Vbi docet nos, quod qui omnes generaliter alloquitur, seuerè rephendere potest, sed qui unum tantum particulariter corrigit, mansuetè hoc præstare debet. Pisca- A Simile.

tores aliquando arundine, interdum retibus piscantur, cū arundine piscantur, magna opus est patientia, passim debent incedere, neque strepere, ne pisces deterreant, cum vero retibus piscantur strepūt, aquas verberant, & pisces deterrent, ita enim plures capiunt. Ille qui aliquem admonet, est tanquam qui piscatur arundine, patiens esse debet & mansuetus, ne qui se emendare debet magis peruertatur. At vero prædicator euerriculo quodam piscatur, cum sagena missa in mari, & ideo minis ac reprehensionibus strepere debet, nam cum B

communes omnibus sint, nemo conqueri potest. Hac mansuetudine allectus discipulus accessit, & tetigit, & tanta suauitate perfusus est, ut statim dixerit *Dominus meus, & Deus meus.* O quam verè dixit Dauid. Psal. 88.

Superuenit mensuetudo, & corripiemur. 3. Reg. 9

Cum expectaret Elias, ut transiret Deus, transijt prius spiritus grandis & fortis subuertens montes, & conterens petras ante dominum, non in spiritu dominus, & post spiritum commotio, non in commotione dominus, & post commotionem ignis, nō in igne dominus, & post ignem sibilus auræ tenuis, ibi dominus. O admirabile mysterium, tanta ne mansuetudine uenit dominus? quid hoc est? significatur nimirum C

qua nam in re præcipue salutis nostræ remedium consistat. Putatis ne, ut cum prædicatores uos mortis & gehennę pœnis deterrent, has minas sufficere ut uictos uos Deo dedatis? minimè, non ignoro plurimum hoc posse, quis enim non huiusmodi minis contremiscat, & præcipuè credēs quod dum in peccato mortali manet, secundum præsentem iustitiam ęternis ignibus damnatus est? sed quamuis huiusmodi timor & motus excitetur, tamen non ibi dominus, quia nondum uos omnino dedistis, donec filius Virginis impulsu interiori & leni accedat ad cor. D

O suauissime Iesu, quam suauis est sibilus ille, quo hominum corda alloqueris, dicens. Fili, ego te creaui, ego te meo sanguine redemi, conuertere ad me. Tunc efficacissimis his uocibus anima uicta se Deo tradit. Quapropter rogo uos fratres si qui in peccato mortali estis, ut uoces audiatis, quibus uos filius uirginis in corde alloquitur, vnicuique uestrum dicēs, affer

manum

A manum tuam. Vult enim, vt ad vestram iustificationem manus vestras adhibeatis. Optat peccator saluari sed sine vllo labore; omnia Deum pstare vellet. Plurimum Deus (ô frater) præstat, qui semper te vo-
Apoc. 3. cat, & sanctis inspirationibus excitat, nisi tu surgere vis, & tuas quoq; manus afferre, semper in eodem statu remanebis. Dominus ait: Ego sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocẽ meam, & apeuerit mihi ianuam, introibo ad illum, & cœnabo cum illo, et ipse mecũ. Quid significat hoc conuiuij genus, nonne satis erit dicere, cænabo cum illo, cur addidit, & ipse mecum?
B Idem est ac si dixisset, ambo cęnam parare debemus; ille suos mihi cibos apponet, ego illi meos. Ille pænitẽtiam mihi dabit, qui meus est cibus, dabit lachrymas, qui meus est potus, dabit deuotionem, quæ mea voluptas est. Ego vero suorum peccatorum veniam illi dabo, dabo gratiam, dabo Spiritus sancti gaudium, quæ ille tantopere desiderat. Quis igitur sibi ipsi adeo inimicus erit, qui cœlestis huius hospitis vocibus nõ rñdeat? Audite vt clamat, sto ad ostium & pulso. Morę & negligentię no
1. Re. 3. stræ, importunatione (si ita dici põr) supplet, donec nos excitet. Ter vocauit Sa-
C muelem, & per Samuelem vocabat Heli sacerdotem, et quamuis sese ad voces excitarent, statim tamen ad somnum redibãt, tam senex quam iuuenis: sed toties clamauit, ut tandem surrexerint. Sed heu, heu, quibus nam uerbis hoc dicam? quot hic adestis: quos Deus non ter, sed tercenties et millies uocauit, et quamuis aliquo cõscientiæ remorsu semisomnes excitãmini, statim tñ reditis ad somnum. Cauete fratres, moneo. n. vos quod omnes hæ uoces, nisi ullam ex eis vtilitatem percipitis, maioris erunt aliquando cõdemnationis
D causa. Et ita notat Diuus Hieronymus; ꝙ
D. Hier. sup Isa. 36. quia homines Dei misericordia obdurescere solent, mos est sacræ Scripturæ, vt cum magnum aliqđ Dei bñficium pollice-
Ps. 114. tur statim seuerissima minetur supplicia.
Ps. 145. Quare cum dixisset Dauid. Custodit dominus omnes diligẽtes se, addidit statim. Et omnes peccatores disperdet. Et cum dixisset, suauis dominus vniuersis et miserationes eius super omnia opera eius (quod significat, omnia Dei opera misericordia tecta esse) statim minatur dicens. Cõfiteantur tibi domine opera tua, et sancti tui be-

nedicant tibi, ut notam faciant filijs homi- A
num potentiam tuam. Et alibi. Semel Psal. 62.
loquutus est Deus, duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi domine misericordia, quia tu reddis vnicuique iuxta opera sua, idest, quadam vice loquutus est mihi Deus, & ab eo duo didici, quod quamuis misericordiam habeat, potentia tamen, & iustitia non caret. Vtamur itaque fratres diuina misericordia, ut gloriosus hic Apostolus fecit, qui sacratissima illa vulnera videns, magno diuini amoris igne incensus clamare cæpit, *Dominus meus, &* Cant. 7.
Deus meus. O quam conuenienter dicitur. Comæ capitis tui sicut purpura Re- B
gis iuncta canalibus, Optima purpura prius sine ullo colore est, sed postea colorem illum purpureum in uasis quibusdam suppositis flammis feruentibus tincta recipit, ita ut quamuis postea aqua abluatur, purpureum illum colorum amittere non possit. Caput spon sæ (quæ est Ecclesia) Iesus Christus est Dei filius, cuius capilli sunt sancti eius Apostoli. Nam vt capilli virtutem a capite recipiunt, & ideo crescunt, quia in eo fixas habent radices (detonsi enim crescere non possunt) ita Apostoli, Christi, virtute & fauore creuerunt. Hi sine colore erant, sine forti- C
tudine, sine animo, adeò timidi, ut non dicam sancti, sed vix homines viderẽtur, sed dñm iam resuscitatũ videntes, & vulnera illa sanctissima manibus contrectãtes, tantam animo fidelitatem, tantum amorem conceperunt, vt tanquam purpura optima et pulcherrima remanserint. Et quamuis omnes sine vllo colore fuerãt, multo magis D. Thomas eo carebat, qui in tenta in fidelitate uersabatur. Sed statim ac preciosissima illa vulnera tetigit, quæ erant optimæ et preciosissimę purpuræ canales, huiusmodi colorem cepit, ut cum nunq̃ postea amiserit. Iam videtis fratres, vt omnes nullum ferè Christianitatis colorẽ ha- D
beamus, nã neq; in verbis, neq; in vestitu, neq; in nostris conuersationibus Christiani videmur, sed potius Arabes et gentiles. Ecce igitur hic feruentis purpuræ canales aspicite aperta illa vulnera in glorioso Redemptoris nostri corpore impressa, quod verè et realiter est in ineffabili illo altaris Sacramento, illuc deuota consideratione intrate, ubi vos sanctissimo illo sanguine mergite, cõsiderate amorẽ, quo ill. uestra

A tres, q se in huiusmodi periculo uideret, quos nam clamores ederet, quas lachrymas, quas preces funderet, quanto cum affectu opem sibi ferri peteret? quod si eum ridere in eo periculo videretis, & cum eripere inde uelletis ipse recusaret, eum uero qui manu capillum quo suspenditur tenet, verbis iniuriosis incesseret, & prouocaret ut capillum secaret, quidnam diceretis? hominem esse stultum, & carere iudicio, cum periculi magnitudinem non perci-
B peret. Vtinam Deus lucem mentib uestris hodie daret, ut periculum in quo uersantur, ii qui in peccato mortali sunt, hac similitudine intelligatis. Omnes credimus, secundum fidem quam profitemur, terribilem gehennam & flammis plenam esse, & crudelissimis serpentibus, idest magna dæmonum multitudine. De hoc puteo pro-
Isa. 30. fundissimo ait Esaias Præparata est ab heri Tophet a rege præparata profunda, & dilatata, nutriméta eius ignis, & ligna multa. Flatus domini sicut torrens sulphuris succendens eam. Scitis etiam quid dixit dominus cum de Ecclesiæ suæ constantia loqueretur. Portæ inferi non præualebunt
Mat. 16 aduersus eam, non quia infernus portas
C habeat è ligno aut ære, sed inferni portas, hæreses uocauit, & peccata, quia per hæc tanquam per portas ad inferos ingressus est, ergo tu qui in peccato mortali uersaris, ad os inferni stas capillo suspẽsus, quia uita ipsomet capillo infirmior est, quę minimo quoque uento, aquæ frigidæ potu, vnius cæcæ superfluitate eripi potest, quid dico? eo eius infirmitas, & miseria deuenit ut interdum alterius hominis halitu corrumpi possit, nullus inueniri postea capillus adeo tenuis, vt oris halitu secari possit: tua igitur vita frangi & secari facilius potest, quam capillus Hic capillus (q
D tua est uita) in Dei manu positus est, qui dũ in peccato mortali es, iustitiæ ensẽ dextra tenet, vt eum secet, quia a sua iustitia suadetur, vt vitam tibi secet, & in inferni puteum deijciat. Cogita igitur infælix homo, & considera periculum, in quo uersaris Salus enim tua ab uno tantum capillo suspensa depender, quod si hoc certissimũ est, ut est, & tu ita esse credis, cur in tanto periculo rides, ludis, comedis, bibis, dormis, ac si fabula esset? O miser quis sic te dementauit? cœlum, & terra, o creaturæ insensibiles, ob tantam insensibilitatẽ obstupescite Sed quod peius est cum Deus A te diuinis suis inspirationib & ecclesię suę vocibus quotidie moneat, uelle te ex hoc periculo extrahere, tu non modo non assentiris, sed peccata peccatis addens, eius iustitiam prouocas, vt uitæ tuæ capillũ secet, & in æternas gehennæ pœnas præcipitet, nullis profecto nobis huiusmodi cæcitas exaggerari posse videtur. Ex his omnibus infertur, quod ipsum tanti m pecca ti nomen nos deterrere deberet. Iam audistis colloquium quod inter Christum Redemptorem nostrum, & Pilatum factum est cum interrogauit, Tu es Rex Iudęorũ? B quid fecisti? unde es tu? quid est veritas? scitis etiam quantopere eius vxor optauit, ut eum absolueret, & vt iusserit illi nun ciari, nihil tibi, & iusto illi, multa enim passa sum hodie per uisum propter eũ. Sed parum his omnibus rebus motus est, sed cum Redemptor noster dixit ad eum, propterea qui me tradidit tibi maius peccatũ ha Mat. 27 bet, statim additur, exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Statim ac dixit uide q d peccas, quamuis alij plus peccent, quamuis Romanus esset, infidelis, homo ethnicus, qui Deum non cognoscebat, solo tamen peccati nomine extimuit, & exinde C quærebat dimittere eum. Quãtum igitur timorem nobis deberet incutere imaginari si hoc facio, peccabo, & Deum offendã? pro fecto quamuis millies moriendum esset eum offendere non debetemus. Videtis igitur quanta cum causa aiebat Dauid, pericula inferni inuenerũt me? & in his periculis uersabatur D. Thom.

Quod si causam petitis, dicam, quia nimirũ, *Non erat cum eis quando uenit Iesus* O quam multa tunc amisit, quia non erat cum eis. Primum ineffabile illud gaudium amisit, quod habuerunt alij, quia gauisi sunt discipuli viso domino. Secundo magnum illud donum, quod dedit illis dicens, pax uobis, & postea insufflauit dicens, accipite Spiritũ sanctum. Tertio scri D pturarum intelligentiam, quia aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. Quarto magnam illam remittendi peccata potestatem. Quorum remiseritis peccata, remittentur eis, vbi eos omnes episcopos consecrauit. Hæc omnia amiserat, quia nõ fuerat cum eis quando uenit Iesus. O quã salutaris est bonorum conuersatio & familiaritas Carbo niger & frigidus, si intercar

 bones

A tim,& ab ea conuersatione recedunt: qui uero mala aliqua inclinatione demorsi sunt, nihil resistunt, sed in mala conuersatione perseuerant, donec carbones fiunt.

Gen. 24 Et hoc est mysteriũ cur patriarcha Abraham seruo illi suo antiquo dixit, non accipies vxorem filio meo de filiabus Chananæorum inter quos habito. Cur o sancte vir prohibes filio tuo, quod paucos post dies tu ipse facturus es? an non Cethuram

Gen. 25 ex ea terra duxisti vxorem? Respondetur quod sanctus hic senex in fide & amore Dei optime fundatus erat, & ita ab vxore peruerti nõ timebat, imo eam meliorem

B reddere sperabat. Iuuenes vero, qui teneri adhuc in uirtute sunt, peccati occasiones euitare debent. Hæc omnia diximus, eo quod infidelitatis principium in D. Thoma fuit, quia non erat cum discipulis quando uenit Iesus, & infirmitatis suæ remedium consequutus est, tunc fuit, cum erat una cum cæteris.

Cum igitur ad locum vbi cæteri erant reuersus esset, magna cum lætitia dixerũt ei: *Vidimus Dñm: ille aũt dixit, nisi uidero in manibus eius fixurã clauorũ, &c. nõ credam.* Ex quo infertur, quanta fuerit clauorum magnitudo & vulnerum, cum dicat,

C digitos se in ea & manum in latus immittere uelle, & si ita non uidisset, se non esse crediturũ. Sed falleris sancte Apostole, nã videre & credere una esse in domo Dei nõ possunt, prius credendum tibi est,

Isa. 7. & postea uidendum. Quare ubi nos legimus, si non credideritis non permanebitis,

Gen. 29 Septuaginta interpretes legunt, si non credideritis nõ intelligetis, & ita hũc locũ citat D. Augustinus. Refertur Patriarcham Iacob septem annis seruisse Laban propter Rachel, quæ pulcherrima erat, & cum eam iam vxorem ducere vellet, dedit illi pater in uxorem Liam dicens, non est

D in loco nostro cõsuetudo, ut minores ante tradamus ad nuptias. De his duabus filijs ait eo loco sacratus textus, quod Lia erat lippis oculis, Rachel autem decora facie & uenusto aspectu, quãuis ut postea patuit, Lia fæcunda erat, & plurimos filios pariebat: Rachel uero sterilis. Duas filias habet Deus, duas scilicet Ecclesias, vnam triumphãtem, quæ est Rachel pulchra facie & uenusto aspectu, ibi enim iusti diuinam maiestatẽ clare aspiciunt, sed sterilis est, quia ibi merendi locus non est.

Altera est Ecclesia militãs, quæ lippis est A oculis ut Lia, quia nihil hic rerum diuinarum, & spiritualium uidemus: sed tãtum credimus, & tamen fæcunda est, & plurimos parit filios, quia hic est meritorũ opportunitas. Prius cũ Lia nubere decẽs, prius in hac Ecclesia & fide uiuere, merita quã plurima gratia & amore producentes: tunc uero cum Rachel nubere poteritis, Deo cælesti gloria perfruentes. Quapropter errant, qui dicunt, nisi uidero non credam, imo e contra, ut uideam in cælo prius hic credam, & nisi credidero non uidebo.

Et post dies octo uenit Iesus & stetit ĩ medio eorũ. Mirũ est, quoties dominus in B medio inuentus est. In præsepio pastores eũ in medio animalium inuenerunt, ut ait Habacuc iuxta septuaginta interpretes, Hab. 3. In medio duorum animalium cognosceris. Inuenit eum sanctissima eius mater in medio doctorum, in cruce etiam in medio duorum latronum erat, Vt nimirum extrema nos fugere doceret, & cum nos in pœnitentiæ cruce ponemus, semper in medio consistentes euitemus extrema. Duo enim latrones, duo extrema sunt, latro manus sinistræ est, cum qui omnia animæ furatur, ut corpori tradat, cum tempus omne, vires, omnes & opes in corporis utilitatem insumit, nulla animæ habita ratione. Latro uero dexteræ manus, est C corpori auferre & animæ tradere, cum omnia in res sanctas & spirituales insumere uolumus corporis necessitatum obliti, man⁹ dexteræ latro uocatur, quia hoc semper recta intentione fit, quamuis sine prudentia, & ideo latro uocatur & malus est. Cum igitur in pœnitentiæ cruce positi sumus, in medio consistere debemus utraque extrema fugientes, ut nimirum corpori ita satisfaciamus, vt animam non obliuiscamur, & e contra. & hoc est stare D in medio.

Deinde dixit Thomæ, infer digitũ tuum huc, & affer manum tuam, & mitte in latus meum. Bñdicta sit hæc ineffabilis Dei charitas. Cum mater filium suum frigere uidet, solet eius manus pectoris sui calore fouere dicens, mitte huc fili manus tuas, Simile. ut calescant. O Christe uitæ reparator, suauissime animarum amator, qui tanquam pijssima mater videns filium tuum Thomã in amore & in fide frigidũ, petis abs⁹

A manus ut eas sanctissimi lateris tui calore foueas dicens: ueni huc fili mi Thoma: hic te calefacere poteris, affer manum tuam,
Psal. 41. & mitte in latus meum. O quam uere ad impletum tunc est quod dixit David abyssus abyssum inuocat in uoce cataractarũ tuarum. Abyssus Dei misericordia uocatur, quia est infinita, hominum misericordia finita est, & statim deficit. Si illatam vobis iniuriã ignoscitis importunis amicorum precibus, statim dicitis, hanc tantum nõ aliam ignoscam, si iterũ me irritat, dabit pœnas omnium simul. O quam breuis misericordia statim tangit solum; at Dei
B misericordia abyssus est qui solo caret & fundo Nam quamuis homines eum sæpe offendant nunquam tñ ignoscendo defatigatur, & si se ut decet disponunt, eodem amore & uoluntate millesimum peccatũ ignoscit, ut primum. Vocatur etiam peccator Abyssus, quia Abyssus in alio sẽsu rẽ obscuram significat, & præterea rem profundam, ex qua difficilis est exitus, peccator autem nõ solum in tenebris uersatur, sed in profundissimo loco, ex quo nemo eum per Deum potest extrahere. In cul-
Heb. 11. pæ scilicet statu, uersabat D. Thomas in abysso sine ullo fundamento, quia fide ca
C rebat, q̃(ut ait D Paulus.) Sperandarum rerum est substantia, idest, fundamentum omnia amiserat, nihil iam ei reliquũ erat. Nam cum quis mortaliter peccans gratiam amittit, remanet tñ illi fides & spes, at uero fide amissa, quæ uirtutum theologalium fundamẽtũ est, nihil præterea su
Gene. 7. perest qd amitti possit. Cataractæ in uno sensu significãt uiscera, & ita eum dicitur, cataractæ cæli apertæ sũt, significat quod uidebatur hominum opinione cæli uisce
Strabo. ra aperiri. Strabo in vltimo suo cosmographiæ libro significare, ait, concauitates quasdam, & locos præcipites & abruptos
D ut concauitates illæ, in quas aqua Nili eõ fluit. Quare conuenientissime Christi Redemptoris nostri vulnera cataractæ uocari possunt, idest, cauernæ, quibus infinitæ pietatis & clementiæ flumen retentu est, ut inde in plures confluens credentium corda irrigaret Dei mus ergo, quod abyssus abyssum inuocat in uoce cataractarũ tuarum, idest, abyssus misericordiæ Iesu Christi filij Dei uocat miseriæ abyssum, qui erat Diuus Thomas, in uoce quæ ex pijssimis uisceribus exibat, & præterea sanctissimorum suorum vulnerum uocibus, A quia hæc eadem vulnera clamabant aliquo modo, ut infidelis ille discipulus gloriosissimæ Resurrectionis mysterium crederet, sed & hodie clamant, ut ijs ad salutem nostram uti uelimus, neq; nouus est hic loquendi modus, nam & Diuus Paulus ait. Accessistis ad sanguinis aspersionẽ melius loquentem, quam Abel. Morbo quis aliquo laborat, & vt conualescat, aiũt medici patriæ suæ aerem maxime salutarem futurum esse. Eia peccatores, q periculoso peccati morbo laborantis, patria vestra Iesus Christus est, Saluator mundi, eo uos sanctissima eius vulnera uocant dicentia: huc ad patriam uestram accurrite, hic remedium & salutem inuenietis, quid igitur statis? vultis ne, an non? Illuminet corda uestra De⁹, ut efficaciter, quod hic vobis dico, præstare possitis. Heb. 12. Simile. B

Accessit D. Thomas & sanctã humanitatẽ vidẽs, credidit diuinitatẽ, & dixit, *Dñs meus & Deus meus*. Qui aurũ explorare uolũt, & cuius nam ualoris sit scire, lapide quodã illud tangũt. post octo natalis dies Christus. R. N. gladio lapideo tactus fuit, quo circumcisus est, & ita exploratus est uerũ eẽ hoĩem, post octo resurrectionis dies. *Diole esto discipulo otro toque tocãdole*, obstinationis suæ lapide, & q̃ius carnẽ tetigit, uerũtamẽ Deũ esse cognouit: Et quoniã nos talẽ credimus & fatemur, nihil iã reliquũ est, nisi ut prõpte ei pareamus, ut suam nobis gratiam concedat, qua acquiritur gloria, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen. Simile. Luc. 1. C

IN EODEM FESTO S. Thomæ Apostoli.

Concio Quarta.

D

Thomas autẽ unus de duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cũ eis, quando uenit Iesus, &c. Ioan. 20.



CVm Dñs discipulis suis post gloriosissimã ei⁹ Resurrectionẽ pp ruit, ut eos cõsolaretur: D. Dhomas nõ erat cũ illis, negotio fortasse aliquo occupatus. Quam ob cãm, neque

Dom-

A dominum cum cæteris uidit, & mox in tantæ infidelitatis miseriam lapsus est. Plurima damna hominibus euenire solent ex huiusmodi negotijs temporalib. De quo-
Mat. 22 dam refertur, qui ad nuptias ire recusauit ut iret ad negotiationem suam, quo magna Christianorum pars significatur, quæ si condemnatur, est quia nimis secularib. negotijs occupatur. Ideo D. Paulus discipulo suo Timotheo, aiebat. Labora sicut bonus miles Christi Iesu, nemo militans
2. Ti. 2. Deo implicat se negotijs sæcularibus, ut ei placeat cui se probauit. Hinc intelligetis causam cur una ex præcipuis appari-
B tionibus qua dominus discipulos suos maxime post Resurrectionem consolatus est, qua dedit eis Spiritum sanctum, episcopos eos consecrauit, & alia præterea singularia contulit beneficia, fuit cum ianuis clausis domi se continerent, ut doceret, quod qui a mundi strepitu remoti in secreto aliquo loco Deo uacant, hi particularia a Deo beneficia accipiunt. In uitis sanctorum patrum de uenerabili illo Abbate Arsenio legitur, quod cum a Deo magno cum affectu peteret, domine quid faciam? cælestem uocem audiuit dicentem, fuge, tace, & quiesce. i. fuge hominum conuersationes, silentium serua, & ne cures secularibus negocijs per-
C turbari. Ex tribus inimicis quos habemus, mundus tantum non deserit fugientes caro & diabolus etiam confugientes persequuntur, & ideo qui mundum fugit liber ab eius insidijs remanet, & quiete uiuere potest. Et ut intelligatis quantum noceat inquietudo, aud te quid dicat Pro-
Hie. 14. pheta Hieremias. Hæc dicit dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes suos, & non quieuit, & domino non placuit, nunc recordabitur iniquitatū eorū, & uisitabit peccata eorum, & dixit dominus ad me, Noli orare pro populo isto in bonū,
D cum ieiunauerint, non exaudiam preces eorum, & si obtulerint holocaustomata &
Cant. 3. uictimas nō suscipiam. Magnum ne uidetur malum inquietudo, quæ Deum ad tantam indignationem prouocat? Ait sponsa, surgam & circuibo ciuitatē, per uicos, & plateas quæram quem diligit anima mea, quæsiui illum, & non inueni, inuenerunt me uigiles, qui custodiunt ciuitatem. Nū quem diligit anima mea uidistis? nihil ab ijs de eo scire potuit, imo percuserunt me (inquit) vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum custodes murorum. Quod A
si sponsa per plateas ciuitatis & uicos errans, sponsum suum inuenire non potuit, Cant. 5.
sed vulnerata, percussa, & nuda redijt, qd' tibi accidet, o homo inquiete & dissolute, qui per urbē uagaris? non ut spōsum inuenias, sed ut otiosus deambules, ut spectes, ut desideres, ut in sexcentas uanitates effundaris? Qualem domum te rediturum existimas? magnū fuit illud manus Moy- Exod. 4
sis mysterium, quam cum leprosam in sinum misisset, protulit instar niuis. Quo significatur quod optimum ad cuiranda mala remedium est clausura, qua animę lepra curatur. Ideo D. Paulus ait. Roga- B
mus uos fratres ut operam detis, ut quie- 1. Th. 4.
ti sitis, & ut uestrum negotium agatis. Et & ca. 5.
postea dixerat. Rogamus autem uos fra- 2. Th. 3.
tres, corripite inquietos. Et in secunda quā ad eosdem scripsit epistola. Denunciamus (inquit) uobis fratres in nomine dñi nostri Iesu Christi, vt subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionem quam acceperunt a nobis. Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos, quoniam nō inquieti fuimus inter uos. O Deus quanti detrimenti esse debet inquietuddo, qnquidem toties iubet Apostolus ut inquietos fugiant & corripiant, & quietudinem quam in se & in socijs uiderant imitentur. Qui C
igitur hæc audiens non studebit posthac præceptum illud cęleste seruare, fuge, tace, & quiesce? Felix ille qui herieij industria utitur, qui cum uenatores & canes sētit ore & pedibus contractis in globi formam conuoluitur, & ita cum nihil canes præter aculeos inueniant delusi remanent eodem modo qui sese ad intimam cordis, sui partem contrahunt, dæmones facile superant, qui ita eos munitos inueniunt, ut nocere non possint.

Reuersus D. Thomas audiuit, quid nā cæteri discipuli uidissent, sed plus peccauit respondens, quam peccauerat discedens, Et ut magis proprie loquar, & uerius, ita respondit, quia ita discesserat. *Nisi uidero* (inquit) *manib. eius fixurā clauorum, &c. non credam*. Credite fratres plurimum de Deo, & de mundo sciri nō posse, nam qui plus de mundo, minus de Deo sciunt, & econtra. Ex quo sequitur, quod homine sū qui sancta exercitia intermittens, ut mundanis rebus implicetur, non solum in

A virtute non progrediuntur, sed retrocedunt. Nam si citharœdus biduum citharam pulsare cessans, mox manum impeditam sibi habere quodammodo uidetur, & ad munus suum tardiorem, & idem in cæteris omnibus artibus contingit, quanto magis hoc in spirituali musica continget, quæ magnam assiduitatem & exercitationem requirit? Discedit Apostolus a cætero rũ societate, q. de Iesu Christo & eius mysterijs agebãt, quisnam eius dissensionis finis esse poterat preter hũc? Nisi uidero, nõ credã. Quid Arabs, qd infidelis dicere potuisset, qui nullũ tot miraculorũ, quæ dñs fecerat vidisset, & eorum authoritatis & sanctitatis qui hoc asserebant, nullã cognitionem habuisset. Optime hic manifestatur quod dixit propheta Baruch; Disce ubi sit prudentia, ubi sit intellectus, ut scias simul ubi sit lumen oculorum, & pax. Et addit statim qui nam sint ij, qui non inueniunt eam, & ex ijs ait esse filios Agar, qui exquisierunt prudentiam, quę de terra est, negociatores terrę & Theman. Vbi significatur quod homines terræ negocijs dediti rebus diuinis idonei non sunt, sed facile in errores labũtur. Nam quemadmodum naturalis hominis cognitio ut homo est, paulatim ætate perficitur, ita ut cum iam vir perfectus est, perfectior etiã sit naturalis rerũ cognitio, ita hominis (ut Christianus est) cognitio paulatim perficitur. Quę quidem similitudo D. Pauli est, dicentis, cum essem paruulus loquebar ut paruulus, sapiebam ut paruulus, loquebar ut paruulus, quando autem factus sum uir, & eua cuaui quæ erant paruuli; Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. ubi fatetur D. Paulus, q in hac uita homines sanctis exercitationibus in Dei cognitione proficiunt, donec in cælum ascendant, ut unusquisque cognoscet Deum sicut & cognitus est. Quæ uerba non significant, q Deũ ita quisque cognoscet, ut a Deo cognitus est, ut D. Augustinus declarat, sed quod cognitio certa erit & clara. Per oculorum aspectũ, dominus equum suum cognoscit & equus cognoscit dominum, sed præstat domini cognitio equi cognitioni, ita Deus cognoscit ut Deus & homo cognoscit ut homo. Quare hęc Dei cognitio diuinorũ mysteriorũ, spiritualibus exercitijs conseruatur & augetur, si autem ea hõ intermittit, & terræ se negocijs immiscet, remanet quodammodo tanquam bestia, ita ut facillime huiusmodi deliramenta dicere possit, qualia hic discipulus dixit his uerbis. ***Nisi uidero &c. & mittam manum meum in latus eius non credam.*** Videte audaciã, nescis, o Thoma cuius latus illud sit, & quanta reuerentia dignum? Ita ne manus illuc immittere vis? Credite fratres nullos esse homines audaciores, neq; q minori cum timore & reuerentia res sacras tractent, quam homines peccatores, qui iustorum habent circunstantias. Nam qui valde mali sunt, & publice mali res diuinas tangere non audent, & magno cum timores eas tractant, boni eodem modo, illi uero qui non sunt adeo mali quamuis in peccato sint, quia Apostoli sibi esse & Ecclesiastici uidentur ad res diuinas irreuerenter accedunt. Malus Ecclesiasticus quia sanctũ statum sibi habere uidetur, minus quam cæteri res sacras ueneratur. O impudentiam diabolicam. D. Hieronymus in quadam epistola de seipso ait cum iratus fuero, aut me nocturnum phantasma deluserit, basilicas martyrum intrare non audeo, ita animo & corpore contremisco. O Deus quanto uir iustus timore res sanctas reuerebatur tu uero infœlix sacrilege quanta cum impudentia ad diuina sacramenta accedis, non somnio & phantasmate delusus, sed actualibus immunditijs sordidus, equidẽ existimo unum hoc esse ex tuę reprobationis signis. Terrorẽ incutit timor, reuerentia & puritas illa, qua in ueteri lege iubebat Deus ad res templi accedi, quę nouæ legis mysteriorũ umbra tantum erant Deus iussit ut quoties Aaron summus sacerdos, & eius filij tabernaculum ingressuri essent, manus & pedes lauarent, ne interirent. Et in Leuitico dicit dñs Omnis homo, qui accesserit de stirpe vestra ad ea q consecrata sunt, & quæ obtulerint filij Israel dño, in quo immunditia est peribit coram domino O Deus maiestatis infinitæ, quot nunc dissimulas, nam si statim pereundum esset ijs omnibus, qui ad res sacras immundi accedũt, quot passim quotidie perirent? Sed væ illis si Dei patiẽtia abutuntur, seuerius. n. q iam illi punientur & ut melius rei huius grauitatem intelligatis, attendite quod legitur Sacerdotem Abimelech nunquã sacrum illum panem mensæ propositionis Dauid & socijs eius dare

Margin notes: Simile. B Baru. 5. C Simile. 1.Co. 16 D D. Aug. Simile. Hieron. B C D Exo. 30. Leui. 22. 1. Re. 21

A dare voluisse, donec certo sciret eos mundos esse, maximè a mulieribus. Qua de re
D.Hier. sup.Mat. Diuus Hieronymus hæc ait. Si panes propositionis ab ijs comedi nō poterant, qui vxores tetigerant, quanto magis panis, q de cælo descendit, non pōt ab ijs, qui coniugalibus paulo ante vacauere amplexib. violari atque contingi? non quod nuptias condemnemus, sed quod eo tempore (cū, s. sanctissimum Eucharistiæ Sacramētum recipere debemus) vacare carnalib. operibus non debemus. Quid vobis (obsecro) de sancti huius viri sententia videtur? plu-
B rimum verbum illud, violari, ponderari debet. Quamuis hanc D. Hieronymi sententiam secundum congruitatem, non secundum necessitatem intelligendam esse fateor, vnde talis suo iudicio est relinquēdus an eo die communicet, nec ne. Vt te-
D.Tho. 2.p.q.8. art.7.ad 3. net B Thom. Non parua animaduersione dignum est, quod non legitur in Sacro Euangelio cæteros Apostolos fratri suo Thomæ indignatos esse eo quod testimonium suum ab eo contemni viderent, nā charitas patiens est benigna est, non irrita-
1.Co.13. tur, ait D. Paulus, passio & propensio ho-
C minum virtuosorū esse solet, vt si in proximis suis peccatum aliquod vident, statim irascantur, quæ nō solum ira est, sed occulta ēt superbia & cæterorum contemptus, eo quod in eo se minime peccare videant. Quapropter huic morbo Dei serui plurima remedia quærunt, quibus vix eum curare possunt. Et īter cætera remedia illud est valde efficax, vt vnusquisq. se diligenter & sua spectet, vt cordis sui secreta scrutetur, in quo plurimos affectus, & cōplures miserias inueniet. Cogita vel eadem te peccata cōmisisse, vel alia similia, vel forte committes aliquando, ideo misereri potius quam indignari debes, nam si mor-
D tis amici misereris, quanto magis misere-
D.Aug. ri debes peccantis? Et ita D. August. ait, non sunt in te viscera charitatis, si plangis corpus, a quo recessit anima, & non plāgis animam a qua recessit Deus. Quamuis igitur Sancti Apostoli Thomæ duritiam, & infidelitatem viderent, non ideo indignabantur, sed pie & patienter monebant, quia ita dominus faciendum esse docuerat.

Simile. Si quis rem aliquam emendi desiderio tenetur, interponit rogatores, & pararios vt eam consequatur, quod si ita eam consequi non pōt, ipsemet venditorem conue- A nit, & pete (inquit) quodcunq; pretium, nā etsi quicquid habeo petas, domum sine ea redire nolo, ita & dominus, cum hanc huius discipuli animam possidere maxime optaret, rogatores prius quam plurimos, & pararios interposuit: cæteros scilicet discipulos & sanctas illas mulieribus persuadens, vt eum alloquerentur & pariter admonerent. Sed cum hoc satis non fuisset. *Venit Iesus ianuis clausis, & dixit Thomæ, affer manum tuam.* O Thoma, pete quicquid volueris, da mihi manum tuā, in hoc latus immitte, & inde quicqd volueris accipe, ea conditione, vt sine anima tua non B discedā. Bñdictum sit domine mi os tuū, quo pijssima hæc verba protulisti, q̄ quanti facias vel vnam tantum animam declarant. Si quis se demittit, vt vnum tantum Simile. minutū ex humo colligat, auarum ex hoc coniectes esse, & pecuniæ auidum, quid.n. diceris fecisset, si aureū vidisset, si se demisit ad minutum? Cum igitur Iesus Christus, Saluator mundi, se ita demiserit, & tāta vsus sit diligentia mali illius discipuli causa a quo traditus est, lauans ei pedes, & deosculans, in cibum se illi præbens, & potum. Qui hæc Iudæ causa fecerat, quid pro Diuo Thoma facturus erat? Nolite igitur C admirari tot eum, ac tanta præstare, quia est cupidissimus animarum.

Intrare autem voluit ianuis clausis, tūc scilicet, cum minus id cogitabant, vt doceret diuinæ suæ potentiæ & prouidētiæ nullam eē ianuam clausam. Si clamas inops & pauper sum, fame pereo, quid faciam? tace & confide, nam cum minus hoc cogitabis aderit dominus ianuis etiam clausis. Ita filij Israel noctu dormiebant, mane autem humum cibo plenam inueniebāt. Deiectus Sanctus Daniel in lacum Leo- Dan.14 num, quid faceret? vnde o vir Sanctissime, cum locus vndique clausus sit opē ex- D pectas? Sed diuinum auxilium etiā ianuis clausis sperandum est, ita missus est a diuina prouidentia Angelus qui Abacuch capillis abreptum eo portaret, vt cibo quem messorib. suis gestabat, Daniel is vires reficeret. Fugiebat David Saul & eo 1.Re.23 deuenit, vt dicat Sacra Scriptura, Saul & viri eius in modū coronæ cingebant Dauid & viros eius. Cumque in tanto periculo versaretur Dauid vt mortem iam expectaret, tūc cū minus cogitabat nuntius venit

ad

A ad Saul dicens, festina & veni, quoniam infuderunt se Philistijm super terram. Reuersus est ergo Saul desistens persequi Dauid. Videtis igit vt sæpe ianuis clausis insperatū Dei auxiliū adueniat, & ideo fratres nunquā diffidere debetis, quāuis confidentiæ virtus difficilis admodum est. Pauci.n.sunt, qui in periculo & necessitate positi in solo Dei auxilio spem habeant collocatam. Ascendit Loth de Segor & mansit in monte, duæ quoque filiæ eius cum eo, timuerat erat.n. manere ī Segor, & mā-

Gen. 19

sit in spelunca ipse & duæ filiæ eius. Quāuis elegisset sibi Loth Segor, vt ibi tutior
B esset, & promisisset ei angelus, tute ibi manere posse, timuit tamen, & plus in montis altitudine quam in angeli promissis cōfidit, vt videatis quam difficile sit plus in Dei promissis, quam in humanis auxilijs confidere. Nō igitur existimare debemus hanc virtutem nostris viribus acquiri posse, sed a Deo maximo cum affectu petendam esse.

Cum igitur intrasset Iesus ianuis clausis, vt discipuli huius necessitati succurreret, & sāctissima eius vulnera tetigisset clamare cœpit. *Dominus meus, & Deus meus.*
C Quid hoc est ò domine? a Magdalena, q̄ tantum te amat, tangi recusas, cui dixisti, noli me tāgere. Ab hoc verò incredulo & latus & manus contrectari, & palpari permittis? rñdeo, qd medicina seruata est infirmo, & vulnerū tact' vulnerato. Magda-

Ioan. 2.

lenæ iubet ne tangat, vt plus mereat. Thomæ iubet vt tangat, vt ab infirmitate sua curetur. O admirabilem vulnerum virtutem, & ò beatos illos qui eam semper noctu diuq; habent ob oculos, qui assidue sacris his canalibus os admotum habent, ex quib. cælestis dulcedo potatur. O fœlices columbas, quæ in his petræ foraminibus

Simile.

D idest Christo Crucifixo nidum suū, & habitationem efficiunt. O fœlices illos qui diuinam hāc prædam iaculari sciunt, quæ nunc ita quiescit, vt ictum expectare videatur. Duo sunt venationis genera, vnū cursus, cum scilicet, leporem tam diu currendo defatigamus, donec assequamur, aliud venationis genus est iaculi, cum, s. ferā dū stat, & quiescit iaculo confodimus. Antequam Deus homo fieret, cursu assequēdus erat, & plurimum quidē ijs curtēdū erat, qui eum assequi optabant. Quare pauci nisi canes optimi, & in cursu velocissimi essent, eum assequi poterant, sed postquā
A homo factus est, iaculi iam venatio est, ita se posuit, vt *à pie quedo* vnusquisq; iaculari possit. Videte quam *à pie quedo*, eum D. Thomas tetigerit. Nos etiam nunc eum in sanctissimo illo altaris sacramento, ita quiescentē habemus, vt sine vllo labore ad eum possimus accedere. Priscis temporib. tam pauci eum assequuti sunt, vt tempore Noe plures in terra iusti non essent, quam ipse & eius familia, tempore vero Abrahā fortasse non multo plures, nunc vero, ita se prædā apposuit, vt eam assequi plures possint, & quotidie assequātur. Eia igitur
B fratres amoris sagittis ex voluntatis vestræ arcu emissis cęlestem hanc prędam iaculamini, vt eam hic per gratiam capientes, ea perfruamur in gloria, ad quam nos perducat *Iesus* Mariæ filius. Amen.

IN DIE NATIVITATIS Domini.

Concio I.

C

Exiit edictum a Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis, &c. Luc. 2.

Hodierna festiuitas, & altissimum quod in ea celebrat mysterium, non tā lingua, quā cordis affectu celebranda est. A Deo enim petere debemus, vt cum tantum nobis beneficium largiri dignatus sit, eius cognitionem, & sensum denegare nolit, ne simus eius liberalitati ingrati, quid rota Deo dona accepisse proficiet, nisi ea nos accepisse intelligimus? nihil profecto, nisi vt tanquam ingrati merito accusari possimus.
D O diem fœlicissimum in quo Deus homo factus apparuit. Hunc diem vidit in spiritu Dauid, & lætitia plenus cum eam in se continere non posset, creaturas omnes innocare cępit, vt vna dominum, pro tam singulari beneficio laudarent. Et ita clamat Lætentur cæli, & exultet terra, cōmoueatur mare, & plenitudo eius, gaudebunt cāpi, & omnia, quę in eis sunt. Et ad quid erit, o sancte propheta, tam vniuersalis

A lis omnium, & immoderata lætitia? Respondet ipsemet, exultabunt a facie domini quia uenit, Et cum dixisset, cantate domino canticum nouum, causam addit, dicens, quia mirabilia fecit. Notum fecit dominus salutare suum, in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam, recordatus est misericordiæ suæ, & ueritatis suæ domui Israel. Per antonomasiam & singularitatem quandam hoc opus misericordiam Dei appellat, & ita hoc beneficium a Deo petierat his uerbis Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te. Quasi diceret ex illa misericordiarum

B tuarum, & innumerabilium gratiarum multitudine, mirifica, o pater misericordiarum, idest, exprime, contrahe. *Como por alquitara*, ex omnibus unam, quæ cæteras omnes excedat, miser cordiam unam, in qua omnes tuæ misericordiæ tanquam in epilogo inclusæ sint, quę erit hominem te fieri, ut pro homine patiaris. Hoc etiam opus Diuus Paulus per singularitatē quandam gratiam Dei uocauit dicēs, apparuit gratia Dei. Gratiam uocat, quia Deus hodie mundo gratiosus apparuit. Quod elegantissima illa similitud ne signficauit Dauid dicens, tanquam sponsus procedēs

C de thalamo suo. Sponsus ē thalamo lætus egreditur, animi lætitiam uultus hilaritate ostentans, alioquin si tristis esset existimarent omnes minime sibi placere sponsam. Vt igitur sanctus propheta denotaret maximum gaudium, quod sponsus Iesu Christus, cap. tex nuptijs & nouo matrimonio, quod initurd uin tatem, & humanitatem factum est, comparat eum sponso egredienti de thalamo, quia gratioso & hilari uultu egredi solet. Vocatur etiam Dei gratia absolute ut significetur fuisse hoc beneficium sola Dei gratia factum, quia in hominibus nullum esse po-

D tuit meritum, propter quod tanto munere digni essent. Pura Dei liberalitas fuit, & gratia, vt videns homo eius in nos amoris magnitudinem, suauissimis eius uinculis vinctus remaneret. Elephas nobilissimum est animal, ita ut cæteris omnibus animalib instinctu naturali præstet, & qui irrationalem eum esse ignoraret, existimare posset, aliquam in eo rationis scintillam inesse. Præstat etiam viribus, ita ut capi a uenatoribus sine hac cautela non possit. Nam cum bellua sit uasta, & grauis, quæ semel cadit surgere non potest,

A quia iuncturis caret, & ideo ut somnum noctu capiat non humi proijcitur, ut cætera animalia solent, sed stans, arbori alicui innititur. Obseruant igitur uenatores arbores quibus inniti solet Elephas, quas sera in trunco ita secant, ut partes paululum inter se cohærentes remaneant, & ita cum inniti arbori putat elephas, una cum arbore prosternitur, & cum surgere nulla ratione possit, accurrit tunc uenator tanquam doleat ob eius casum, & ei, qui belluam prostrauit irascatur. Et ita manibus & humeris subleuat, donec per se elephas

B stare possit. Qui cum tantum homini se debere videat, ob allatum auxilium eum tanquam agnus mansuetissimus sequitur, quasi nulla alia ratione gratias illi pro accepto beneficio persoluere possit. O magna belluæ gratitudo, o magna hominum confusio, qui a bestijs se in hac uirtute superari sinunt. Simili usus est Deus artificio, qui cum hominem prostratum videret eo quod uetitæ arbori inniti uoluisset, ita ut proprijs uiribus surgere nulla ratione posset, tantæ miseriæ compatiens, eum fortissimo amplexus amore a culpę lapsu subleuauit, ut homo tanquam

C animal gratum, tanto deuinctus beneficio eum sequatur, & amet. Sed, o immanitas, o crudelitas, non dicam, ferina, sed humana: quandoquidem bestię nos humanitate superant. Sequitur elephas benefactorem suum, homo stat, neque iam singulare beneficium agnoscit. Quid dicam, stat? immo fugit, & terga uertit. Precari igitur Deum debemus omnes fratres charissimi, ut mentes nostras illustret, & tanti benefic j cognitionem det, ex qua gratitudo consequatur, & amor, & ut gratitudo quoque nos ad huius beneficij considerationem incitet, non ab re erit de eo

D hic nonnulla afferre: quamuis ut uerum fatear, tot ac tanta vndique occurrunt mysteria, ut unde exordiri debeam prorsus ignorem.

Cum plurima uasa ex auro summo cum artificio elaborata, exponuntur uendēda, *En una tienda*, diligenter prius considerādum est, quod nam ex ijs omnibus eligi debeat, nam sæpe accidit, ut unumquodque per se ita emptorem alliciat, ut quod sibi optimum uideatur, & pulchrius statuere nesciat: ut emat omnia, pecunia quā habet,

Margin notes: Psal. 95. Psal. 97. Psal. 16. Tim. 2. Psal. 18. Simile. Simile.

A habet, non sufficit, ut unum eligat electio nō occurrit, & ita secum ipse sic loquitur. Si hoc emo, illud relinquere dolet, si illud emo, hoc sine dolore relinqui non potest, sed tandem unum uel plura ex ijs eligit quamuis cætera relinquere doleat Magn' Ephes. 3 ille mercator, de quo ait D. Paulus. Deus autem, qui diues est in misericordia plurima hodie uasa in Bethleem exponit, quorum unumquodq; per se adeo preciosum, adeo pulchrum tanti artificij est, ut quodnam eligere debeam prorsus ignorem.

Vnaquæque circūstantia, tot est plena mysterijs, unumquodq; mysterium tam suaue, tam gratum, tanto amore plenum, ut B de quo primum agere debeam dubitem. Si cęlū, lunam, & stellas intueor, noua luce fulgere uidentur, si aerem specto, Seraphinum ubiq; choros audio. Angelos huc illuc uolitantes uideo, & tāquam niuis globos, è cælo descendere, ut Deum suum è uirgine natum adorent. Si ad montes oculos cōuerto, pastores uideo munerib. oneratos festinanter descendere, ut primi omnium redemptorem suum uenerentur. Si Bethlehē specto omnibus totius orbis ciuitatibus nobiliorem, & ditiorem factam uideo. si stabulum cōtemplor, Salomonis C templo beatius iudico, si præsepe aspicio, obstupeo, animalium mēsam regis gloriæ thronum factam cōsiderans. Si oculos in nato infante defigo, hinc ab angelis adorari uideo, inde trementem frigore, & suis lachrymis madefactum animaduerto. Si matrem obseruo, quid dicam nescio, uirginem eam uidens & matrem, & matrē Dei in stabulo peperisse. O diuitiæ ineffabiles, o thesauri cælestes, o uasa pretiosissima ut omnia emam, pecuniam non habeo, hoc est de omnibus his mysterijs agere nō possum, sed quis posset? non angelorum linguæ, non omnium sæculorum tempora D sufficerent, diuino tamen inspirante fauore de his nonnulla dicere aggrediamur.

Ait igitur sanctum Euāgeliū, *Exijt edictum a Cæsare Augusto.* Permisit Deus, ut hic tirannus ita superbiret & edictū hoc ꝑ uniuersum orbem diuulgari iuberet, ut. s. occasio esset benedictissimæ uirgini proficiscendi Bethleem. Neque hoc mirum uideri debet, nam & diabolis quoque utitur Deus, tanquam prouidentiæ suæ ministris. Quare cum oratis & Deo seruire uelle dicitis, nolite indifferenter seruitium dicere, nam quamuis mali sitis seruire Deo A potestis, quare petere ab eo debetis, ut suā uobis gratiam largiri uelit, ut sic licet ei seruire possitis, eo seruitij genere, quod gratum illi sit, & uobis meritorium. Nam alioquin creaturæ omnes quamuis malæ sint, Deo seruiūt, & in hoc sensu accipienda sunt uerba illa Dauid. Quoniā oīa seruiunt tibi, ut hic Imperator quamuis tyrānus seruijt hac in re Deo, qui permisit ut hoc tempore, superbum hoc edictum ferret, ut huius itineris occasio esset, & ita eius filius maiori cum labore, & paupertate nasceretur. Mirum profecto est quot artificia Deus excogitet, ut seruis suis labores accumulet, ut maioris inde meriti sumatur occasio. Quā uere dixit D. Paulus: Omnia uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue uita, siue mors, siue præsentia, siue futura, & addere potuisset, siue Cęsar, siue Roma, omnia uestra sunt, uos autem Christi, idest, si mittit apostolos, si mittit infirmitates, si mittit persequutiones omnia fiunt, ut perfectiores sitis Iesu Christi imitatores. Idem significat illud Oseæ. Et erit in die illa, exaudiam (dicit dominus) & exaudiam cœlos, & illi exaudient terram, & terra exaudiet triticum, & uinum, & oleum, & hæc exaudiant Israel, & seminabo eam mihi in terram, & miserebor eius Attēdite ut omnia illius addicta seruitio sint, cui Deus benefacere uult. sed plurimum notandum est, ꝙ cum Dauid hoc ipsum peccatum commiserit, imo non itē graue, ut hoc Cæsaris Augusti, qui auaritiæ & lucri siti incensus tributum sibi ab omnibus solui iussit, nihilominos tamē peccatum Dauid statim peste punitum est. Augusti uero peccatum tunc impunitum remansit, ut grauius gehēnæ flammis puniretur. Vere igitur ait D. Paulus. Quos diligit Deus, corrigit, & flagellat omnem filium quem recipit. Iubebat Deus, homo, qui maledixerit Deo suo portabit peccatum suum, & qui blasphemauerit nomen domini morte moriatur, lapidibus opprimet eum omnis multitudo populi. Qua de re Origenes ait, res admirabilis est hæc, quod eū, qui tam graue peccatum committebat, ut est maledicere Deo suo, nō iuberet puniri, eum uero qui blasphemaret nomē domini, quod leuius peccatum esse poterat, lapidibus obrui uellet. Nimirum quia leuius peccatum hic punitur,

Margin notes (right): Psal. 118 · B · 1. Cor. 3 · Oseæ 2. · C · 3. Reg. 24. · Heb. 12 · D. · Leu. 24. · Origen. hom. 14. in Leu.

A punitur, ne in alia uita puniatur, grauioris uero peccati pœna in aliam uitā reseruatur. Et ideo melius fuit Dauid hic puniri, quam Cæsari impunitum remanere, ut post mortē pœnis puniretur æternis. Gratias igitur dilectissimi agite Deo, cū post peccatum in hac uita uos punit. Signum enim est nolle uos maiori punire supplicio. Et ita læto libētique animo subire labores, ut uobis pro purgatorio sint. Ait
1. ad Co rin. 5. D. Paulus de peccatore quodā q̄ grauissimum crimen commiserat. Ego quidem absens corpore præsens autem spiritu, iam iudicaui, & tradere huiusmodi hominem Sathanæ in interitū carnis. Cur hoc, ô sanB cte apostole? ipse statim declarat dicēs, ut spūs saluus sit in die domini nostri Iesu
2. Ma. 7 Christi. Hæc est mortis tpalis utilitas, hoc etiā Machabæorū unus intellexit, qui crudelissimo illi tyrāno Antiocho dixit. Nos propter nos ipsos hęc patimur peccātes in Deum nostrū, tu autē ne existimes tibi impune futurum, q̄ contra Deum pugnare tentaueris. O rem timendam, homines uidere peccatis oneratos prospere tā, & fœliciter ditissime uiuere Signum est reprobationis, ut ecōtra uitæ huius supplicia prędestinationis interdum sunt signa, & præcipue cū patienter ea ferri uidemus,
C & iis mores corrigi deprauatos. Per Hie-
Heb. 12 remiā dixit Deus. Dolore & flagello casti gaberis Hierusalem, ut ne abscedat anima mea abs te. O uerba amore plena, fœlices aures q̄ ea audire meruerūt. At ecōtra attēde uerborum rigorem D. Pauli. Quis
Hie. 64 enim filius quem nō corrigit pater? quod si extra disciplinam estis adulteri & non filii estis. Nolite igitur fratres post hac peccatorum fœlicitati, qua in hac uita perfruuntur, inuidere, miseratione enim potius quam inuidia digni sunt.

Ait præterea sanctū Euangeliū, *Hæc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cyrino*.
D Nunquā tyrannis superbię, & auaritiæ suæ ministri defuerunt, qui quod tyrānice & iniuste iubent, diligentissime pręstant.
2. Re, 22 Vix iusserat Dauid duci suo Ioab, ut ubi fortissimum esset prælium, Vriā collocaret, & ibi eū desereret, ut percussus interiret, cū statim iniqua iussa Ioab exequutus est. O uos infœlices, qui peccatis uestris nō contenti, iniustitiæ et alienæ instrumenta esse uultis, sed utrūque simul ęternis pœnis punietur, & iussores, & executores iidē flammis pœnas dabunt, & ita existimo, q̄ A quemadmodum potētes plurimos in hac uita comites, & sectatores hēre solent, ita & in alia uita plurimos habebunt pęnatū comites, qui maioris tormēti causa erunt. Quamobrem mature cauendum est, ne, scilicet, maiores iniqua impetēt, minores 1. Re. 22 uero si iniqua imperant non pareant, ut serui Saul fecisse dicuntur. Quibus cum rex ille crudelissimus imperasset, converti mini, & interficite sacerdotes domini, nā manus eorum Dauid est, noluerent extendere manus suas in sacerdotes domini: ita faciendum est, diuinæ uolūtati repugnare nō debet, ut hominum appetitui satisfiat.

Ascēdit autē & Ioseph cum Maria desponsata sibi uxore pregnāte. Cōsiderate B dilectissimi hoc sāctissimæ uirginis iter, ut discedit, ut proficiscitur, q̄d cogitet, qui sint itineris socii. Nam si Dauid tanta cum solennitate arcā domini reducebat, quot nam Angelorum choros cœlestem hanc Reginam comitatos esse existimatis? quonam gaudio, quanta cum reuerentia custodiam illam, in qua corpus Domini continebatur, uenerabantur? quam benedicta terra illa remanebat, quæ digna erat a sanctissimis illis pedibus calcari. O qui tunc domina mea ramis te & uestibus excipe- C re potuisset, ô qui meruisset itineris lapides, quacūq; transibas oculis tollere. O cælorum imperatrix quo nunc procul a patria proficisceris, cęterę mulieris prægnātes si ab sunt, ad patriam reddunt, neq; solum tātum domi suæ se continent, sed parentes uocant, & fratres, ut omnes partus tēpore adsint. Tu uero pręgnans à patria, a cognatis & affinibus procul discedis pedestris, pauper, unius tantum uiri munita-presidio. Quid hoc est? Si cum prudētissima uirgo prudentissima, quò progrederis sit, hoc facit, proculdubio diuino spiritu ducta facit, ut Dei filius humanatus ipse D met natalis sui die peregrinus esse inciperet. Cum igitur Bethlehē una cū uiro suo Ioseph peruenisset, cum gens ibi esset plurima, charitas uero exigua cū diuersoriū diu diligēter quæsiuisset, non inuenerunt. O munde, munde, iam Deum tuum reiicere incipis q̄ ad te tanto cū amore uenit. Non ita fecit Dauid cum hoc ipso in loco hoc ipsum mysteriū in umbra & figura p̄uidens, ante arcā testamenti saltauit Neq; 2. Re. 6 enim uerisimile est, grauissimum illū Regem

A gem tunc tanta cum lætitia saltasse, eam tantum ob causam, quia arca vrbem Bethlehem ingrederetur. Nam antea sæpius arcam uiderat, neq; ulla tātæ lętitię signa dederat: mysteriū igit fuit eo ꝙ intelligebat, illac sacratissimā uirginē esse aliquā do transituram, cuius uisceribus uerbum diuinum humanatum contineretur: & ita quasi arcæ illud iter in Bethlehem nouæ huius arcę typus, & figura esset, diuino spiritu inflāmatus, & uenturi Messię amore correptus, qui per has portas uirginali uētre inclusus in Bethlehem ingressurus erat, in eius uenerationem magna cū læ-

B titia, & hilaritate saltauit. Sed quid obsecro fecisset, si tunc cum sanctissima virgo ingressa est, adfuisset? Eia Christiani, erit e aliquis, qui paupe rem, & peregrinam uirginē domi suæ uelit excipere? O quam uere dici illud potest, uulpes foueas hñt, & uolucres cœli nidos, filius autem hominis non habet ubi reclinet caput suum. O

Luc. 8. cœlestis auis, quæ nido cares, neque auicula sacratissima mater tua locū habet, vbi te reclinare possit, cum ex eius purissimo uētre exibis. Cōstruite dilectissimi in cor-

Simile. dib. vestris nidum, ubi requiescere possit.

C Et quonā modo faciendus sit discite. b auibus, quæ interiores nidi partes, rebus mollioribus, & suauiorib. sternunt, ut sūt plumæ, fœnum, paleæ. Foris autem spinis cum, sentibus, & asperioribus rebus muniunt. Ita & uobis faciendum est. Sit in intimo cordis mansuetudo, benignitas, amor, modestia, & patiētiā, foris aūt cilicij & uestis asperitas, ieiunium abstinentia & disciplina. Et ita eritis aquam nidi, ut in uobis cælestis hæc auis nasci, & requiescere possit. Sed heu, heu, quot hoc lachrymis d plorādum esset. Omnia nostra externa mollia sunt, interna uero aspera, uestes lineæ & sericæ, cibi preciosi & delicati, corpus nitidum, mundum, omnibus delicijs

D affluens, in corde uero spinæ & sentes, auaritię, iracundię, cogitationes turpes, tot deniq; deprauati affectus, ut dominus, in eo quiescere nullo modo possit. Tollite, tollite fratres per reuerentiam huius pijssimi Iesu, qui in animis uestris nasciturus aduenit, tollite has spinas & impedimenta, qa diuinus hic dominus in humilibus tā-

Isai. 66. tum, & qetis habitare se ait. Et ita ubi nos legimus. Ad quem respiciam, nisi ad pauperculū, & contritum spiritu alu legūt, super quem requiescit spiritus meus, nisi super humilem & quietum. A

Cum igitur sanctissima uirgo locū in diuersorio non inueniret, & appropinquaret iam nox, magna cum patientia & spirituali gaudio ad porticum quēdam semidirutum, in quo erat pręsepium confugit. Nam cum ait D. Lucas, non erat ei locus in diuersorio, significat præsepium illud extra diuersorium fuisse. Nā si in eo fuisset, dixisset, reclinauit eum in pręsepio, qa nō erat alius locus in diuersorio. Secessit itaque in stabulo virgo sanctissima partus horā expectās, ꝙ tandē circa noctis mediā aduenit, hora illa tātopere desiderata, hora omnib. horis perfectior & nobilior. Sē- B
tire iā cæpit uirgo partū appropinquare, non doloribus, ut cæteræ mulieres, sed diuina quadam suauitate, & amore quodā interno, quo uiscera liquefieri sibi quodammodo uidebantur. Quisnam uirgo sanctissima explicare posset, quęnam scintillæ tunc ē corde exilibant? Quibus nam coloribus uirginalis facies decorabat? Sol ille iustitiæ qui ex te nasciturus erat, te quasi auroram candidissimis splendorib. illustrabat. Equidem existimo quod tenerrimum illud beatæ virginis corpus uehemētissimas illas impressiones ferre nullo C
modo potuisset, nisi ille ipse, qui eam illuminabat & incendebat diuinæ suis lucis radiis, miraculose interius eam sustentasset. Montes & petræ sicut certa fluxerūt a facie domini, & delicatissima virginis caro resistere potuisset, tot ac tantis repleta Psal. 96.
gaudijs? *Peperit filium suum unigenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio* O uitę reparator Christe, ô animarum amor suauissime quid de te dicā? attonitus hæreo, nec vnde exordiar scio. Vbi dñe imperatorum pompa? nihil præter miseriā & paupertatem uideo Vbi parietes regij cubiculi serico & auro uestiti? nihil nisi aranearum telas aspicio, Vbi D
lectus preciosus? nihil, nisi fœnum durissimis impositum lapidibus. Vbi caminus, ubi ignis? nihil, nisi gelu, & hyemem uideo, quo membra tua tenella torquentur O rex gloriæ, ut te sine gloria uideo. O cœlestium diuitiarum hæres, ô beatorū gloria, quonam mundum amore prosequeris, ut te ipsum ita oderis, & contempseris? quid nam ô domine non facies? quid non intentabis, quandoquidem sic

que

A que nascens cunam, neque moriens le-
DAns. ctum, neque viuens domum, neque mortuus sepulchrum habes: cur obsecro Deus meus non in meridie potius nasci voluisti? non enim defuisset, qui sanctissimę tuę matri rebus necessarijs succurreret. Cur noctu nasceris inexpectatus? qui tam bonũ opus facturus aduenit, cur fugit lucẽ? nam qui male agit odit lucem In omnib. scilicet, rebus esse aliquid uoluit laboris in
Ioan. 1. tempore & in loco.

Et reclinauit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio. Notate quod ait ei, significatur quod alijs erat locus, nõ ei. Quod vaticinium quodãmodo fuit eius, quod in mundo euenturum erat, nostra e-
B nim corda, tanquã publica diuersoria, omnia peccatorum genera recipiunt, soli Deo locus non est. O ingratitudo diabolica, ut creatura creatorem suum non agnoscat. Verba illa, reclinauit eum in præsepio, nostram superbiam, nostras delicias, & voluptates confundunt. Et ueram humilitatẽ, verum rerum humanarum contemptum docens. Ingressus Ionas Niniuem clamat. Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur. Rex vt Dei iram placet è regio throno surgit, & preciosas uestes deponẽs,
C induit saccum, & cinere caput aspergit, & omnes Regis exemplum imitati sunt. Clamabat Dei iustitia, pereat homo propter peccatum. Surgit cæli rex è throno regio, vt æterni patris iram placet, carnis nostræ saccum indutus in præsepio iacet. Cur o
2 Rc. 15 homines eum non imitamini. Cum Dauid iram Absalon nudis pedibus per montis latus aufugeret, sua deplorans peccata, & diuinæ iustitiæ flagellũ illud esse existimans, omnes etiam eum sequebantur deplorantes operto similiter capite. Dicite, obsecro dilectissimi, siquis ex eorum numero tunc equitare voluisset maxima
D cum lætitia & pompa, quis eum nõ appellasset insanum? si igitur angelorum rex se nõ propter propria peccata, vt Dauid, sed propter tua ita humiliauit, cur tu vilissime vermis ita superbis? eia fratres ad infantis Iesu vagitus excitamini. Satis iam, satis hucusque dormiuimus. Satis iam mũdo uiximus. Satis carni obtemperauimus, tempus iam est ut aliquid temporis magno huic Deo detur, qui nos ad eius amorem tot allicere voluit artificijs. Audite suis vos lachrymis vocantem. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda A
uestra. Si hodie eum præ frigore plorare auditis, & sanctissimã matrem filij nuditatem suspirantem, emillite uestra ista cor Psal. 77.
da tam dura, unusquisque & filij & matris uocibus respondeat, nolite obdurare corda uestra, ait Dauid. Petite ab eo ut ex tot lachrimis quas plorando effundit, unam saltem det, quæ non uestra tantum peccata, sed mundum vniuersum lauare poterit Induite uos sacco, regẽ uestrum vilissimis pannis inuolutum uidentes. *Et pannis eum inuoluit.* O quanta est uestiũ inter Christianos abusio, & quod inde peccata nascuntur. Cum quereretur Deus de po- B
pulo Hebræo, inter alia hæc ait In alis Iere. 2.
tuis inuentus est sanguis animarum pauperum & innocentium. Vbi in Hebręo est in ueste preciosa. Hebræi.n. uestibus utebãtur longis, quarum oræ, fimbrijs ornabantur, & fimbrias illas, & superfluitates, alas appellat Quasi dicat, tua ornamenta, tuæ superfluitates (quæ sunt alæ, quibus ad infernum volas) pauperum sanguine factæ sunt, vel quia a pauperibus sanguinem aufers, idest, pecuniam, qua alendi erant, uel quia tãtum in preciosas uestes insumis, vt pauperum necessitatibus mederi non pos C
sis. Hoc enim est sanguinem auferre pauperum, & illis quę debemus, non præstare & suppeditare. Hæc fuit illius diuitis epu- Luc. 16.
lonis condemnatio, cuius meminit Lucas. Nam inter cæteras causas hæc affertur quod induebatur purpura: & bysso Lazarum autem fame perire sinebat. Quod si hoc in Hebræis ita reprehendebatur, quanto magis in Christianis reprehendendum erit. quorum vita Iesu Christi imitatio esse debet? Prædixit Dauid eorum hominũ Psal, 84.
perfectionem & sanctitatem, qui in lege gratiæ uiuere debebant dicens. Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Iustitia ante eum ambulabit, & ponit in uia gressus suos. Tunc D
dedit dominus benignitatem, cum in stabulo homo factus apparuit. Quare ait D. Paulus, apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suã misericordiam. Ait præterea quod terra, quæ erat sterilis, idest, genus humanum data erat fructum uitæ æternæ Et iustitia quæ exultabat, tunc inceptura erat, ponere in uia gressus suos, & tanquam iam libera,

A bera & ab exilio reuersa per mundum uagari multorum iustorum exercitatione, q iuste uiuere incipient. Quæ quidem prophetia quamuis in pluribus iustis adimpleta est, qui in hac gratię lege fuerunt, & sũt, nihilominus tamen seuerissima nobis reprehensio est, in ea enim quales esse deberemus, & quãta cum iustitia uiuere admonemur. Quid igitur fiet si Hebręis propha niores sumus, & iustitiam longius quam ipsi eiecimus? quonam supplicio existimatis, tantam ingratitudinem esse puniendã?

Et reclinauit eũ in præsepio. Hoc diuina prouidentia factum est, ut doceret illum B uerũ animarum nostrarũ cibũ esse. Cætera oĩa, non cib. sed cibi somnium sunt. Quẽ Simile. admodũ q dormiens comedere se somniat varia & optima ciborum genera, & dũ in maiori delectatione versatur pulsari audit ianuã, & ieiunus excitatur è sõno, ita fratres nobis cõtingit, q ad hãc mundi mẽsã omni uoluptatũ genere refertã sedemus, & cum maior est edendi suauitas, pulsabit mors ianuã, & qui nunc dormimus, ieiuni excitabimur, famẽ passuri æternam. Et ita Psal. 58. dixit Dauid de malis Famẽ patiẽtur, ut canes. Est igit verus animarũ cib. Iesus Christus, Dei filius, qui replet in bonis desiderium tuũ. Nõ intelligũt hoc Deus meus miserabiles Adæ filij, qui cæci mũdi sectantur ineptias, tu dñe, qui uerus es doctor, eos hoc doce. Docebo (inquit ille) reclinẽt me in præsepio, & inde docebo. Imaginamini igitur, fratres a præsepio ita vos alloqui, vester ego cib. sum, ò homines nõ honor, nõ pecunia, non uoluptas, non ultio. Ego Ioan. 6. sum panis uiuus, qui de cælo descendi, & quia bestijs & iumentis similes facti estis, ideo me in præsepio pono, q bestiarũ est Simile. mẽsa. Rediens animal ab aratro defatigatum domũ ingreditur, & a nemine ductũ, recta se in præsepiũ cõfert, quasi dicat, hic D meus est cibus, mea fames satianda est, ita & tu homo bestiæ similis ad sanctũ illud præsepium accurre. Ipsa te animalia bruta, quæ ibi tanta cum ueneratione iacere inuenies, quid facere debeas docebunt. Qui pręsepij duritiem dedignatus non est cordis tui duritiem nõ dedignabitur. Qui bestiarum societatem nõ abhorruit, te et quis bestia sis non abhorrebit, sed è bestia hominẽ te rationalem efficiet. Qui stabulo nasci uoluit, te peccatorũ stabulum, & sterquilinium non rejciet, si te eum oftendisse pœnitebit. O animæ peccatrices, ut A uos his omnibus rebus animat, ut ad eum accedere audeatis. Accedite igitur per verã pænitentiam, & eum singulari amore amplectimi. Studete post hac in magna puritate viuere, memores fratres vos esse Iesu Christi, & eiusdem naturę socios, quã in vobis ipsis fœdare peccatis scelus esset im- Esa. 9. pudentissimum. Huius naturę violatorib. minatur Deus per Esaiam dicens. Omnis uiolenta prędatio cum tumultu, & uestimentum mixtum sanguine erit in combustionẽ & cib. ignis. Et huius vltionis cãm assignans, addit, paruulus enim natus est B nobis, & filius datus est nobis. O uerba seuerissima: væ illis in quos hæc iustitia exercenda est. Sententia hæc est, studeat unusquisq. carnem suam puram, & mundã conseruare, quãdoquidem verbum caro factũ est. Secus.n. sciat, q eum æternus ignis ex- Ioan 1. pectat, quo non solũ eius anima, verum ẽt eius caro comburetur in ęternum in eius iniurię pœnam, quã sanctissimę carni uerbo diuino unitę facit. Vestimẽtũ mixtum sanguine est caro peccatorum sordib. tędata, quæ animæ uestis est: violenta vero prædatio cum tumultu est anima tentationũ impetu superata Quisquis igit uel in anima prauis desiderijs victus est, vel in carne C malis operibus sordidus, sciat ignis cibum futurum esse. Quis igitur post hac eam in seipso naturam violare, & fœdare audebit quã vnigenitus Dei filius suę naturę vniendo sublimauit? Deus eam supra choros angelorũ collocauit, tu vero eam bestijs similem facis? sit sit post hac saltem unusquisque purus, quandoquidem Deus hominis amore se fecit hominem, & ita in hac puritate viuẽtibus suam vobis gratiam Deus largietur, qua acquiritur gloria ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

IN EODEM DIE D
Natiuitatis Domini.
Concio II.

Exijt edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur uniuersus orbis, &c. Luc. 2.

SCire vos æquum est, dilectissimi, quod omnium festiuitatum dies omnia diuina

A uina officia, omnes Ecclesiæ sanctæ ceremoniæ, ideo institutæ sunt, ut harũ rerum memoria & exercitatione in diuinæ bonitatis contemplatione occupemur: & ex ea in diuini amoris cognitionẽ deueniam, quo incensi, eius amplitudinem & magnificentiam laudemus. Supremi illi spiritus, qui corpore carent, non egent rebus corporeis & visibilibus, ut per eas Dei amore incendantur, & eum assidue laudent, ut faciunt. Nos vero, qui corpore constamus, & anima huiusmodi festiuitates tanto cũ apparatu celebramus, vt ex rebus corporalib. ad spirituales excitemur cogitationes,
B & inde ad laudes Deo & hymnos magna cum lętitia decantandos incitemur. Et ita
Psal.75. ait Dauid. Cogitatio hominis cõfitebitur tibi & reliquiæ cogitationum diem festũ agent tibi. Quia diuinorum beneficiorũ consideratio, ita fidelium animas diuino accendit amore, ut uix se cõtinere possint: quin eorum datorem laudent. Vt ipsemet
Ps.144. Dauid exaggerat dicens: confiteantur tibi domine omnia opera tua, & sancti tui benedicant tibi. Vbi significat, quod ipsamet Dei opera Deum laudant, & homines monent, ut Deo suo benedicant. Hæ sunt piæ reliquiæ, quæ in anima remanent, ad-
C mirationis, gratitudinis, & amoris affectus, quib. reliquijs festum Deo agitur. Post autem ita festos dies celebrare illius domini donum est, qui mysteria, quæ in his diebus celebrantur, operari potuit. Solus ille, qui tanta in nos beneficia contulit, eorum quoque piũ affectum dare potest:
1.Cor.2 ut affirmat D. Paulus dicens: Nos autem, non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est ut sciamus, quæ a Deo data sunt nobis. Quia ex eodem fonte beneficia, & eorũ cognitio manat. Hoc donum sanctus Dauid a Deo acceperat, qui hunc diem in spiritu contemplans, lætitia
D plenus clamabat, omnes inuitans, ut una secum laudes Deo & hymnos pro tanto beneficio canerent dicens. Cãtate domino canticum nouum, quia mirabilia fecit.
Psal.97. Notum fecit omnibus salutare suum. Canticum nouum postulat, non vetus. Superbia canticum uetus & antiquum est quod Lucifer in cęlo canere cœpit. Inuidia, cãti-
Gene.4. cũ uetus est, qđ initio mũdi cecinit Cain,
Gene.6. Luxuria, canticũ uetus est, q̃ ipso ferè mũdi primordio, oĩs caro corruperat uiã suã: cantate igitur canticum nouum. Concor-

dia & amor proximorum, cãticum nouum A est, humiditas, mundi contemptus, & castitas, cantica noua sunt. Tum quia animam renouant. tum q̃ homines eã canere non solebant. Ideo dixit dominus, mandatum nouum do vobis. Neque solum linguã Ioan.13. propheta sanctus Deũ nos laudare uoluit, uerũ et ait, omnes gẽtes plaudite manibus iubilate Deo in uoce exultationis Plaudite man b. Eleemosynis s. pauperũ inopiæ Psal.46. succurrendo: plaudite manibus, corpora uestra castigãdo, ne caro & sensus rationi repugnet. Et ita posterior pars, iubilate Deo in uoce exultationis priorẽ declarat. Quia iubilum est cordis gaudium quod. B dam, qđ explicari non põt. Et ideo plaudite manibus, vt explicari aliqua ratione possit. Eodẽ modo fratres interiorem animi lętitiam, quam in hac festiuitate unusquisq; uerum percipiet, nõ solum lingua, uerum etiam manibus, idest, bonorum operum exercitatione declarare debet. Et quamuis uerum sit, hos omnes spirituales affectus dona esse spiritus sancti: nobis tamen aliquid faciendum est, ut ea impetremus, nõ solum precibus a diuino spiritu ea postulando, uerum etiam contemplatione & cõsideratione ea assidue ruminãdo. Et ut facilius hoc fiat sæpe de ijs agere & loqui de C bemus. Verum mysteria adeo sublimia sunt, ut obmutescat lingua, & intellectus tam humanus quã angelicus obstupeat.

Quare D. Paulus ait, Manifestè magnũ 1.ad Ti. est pietatis sacramentum, quod manifesta 2. tum est in carne. Quod, ut exaggeraret D. Ioannes, priusquam diceret, uerbum caro factum est, diuini huius uerbi magnitudinem retulit dicẽs. In principio erat uerbũ, Ioan. 1. idest, in æternitate erat uerbum, quod est æterna quædam Dei notitia, uel in principio erat uerbum, idest, in patre ab æterno erat filius. Et uerbũ erat apud Deum. Vbi diuinarum personarum distinctio denota D tur, quia uerbum apud seipsum esse nõ potest, ergo si æternaliter erat, apud patrem æternaliter erat, & erat distinctio inter eũ, & patrem. Et cum dixisset hoc uerbum illustrissimi esse & antiquissimi generis, quia ut quis bonus sit, satis nõ est, genitũ esse è bonis parentib. nisi ipse per se bonus sit, ideo addit statim, & Deus erat uerbum. Quasi diceret: nõ solum filius boni patris est, sed Deus est ut pater, bonus ut, ipsemet pater, infinitus, & oĩpotens ut pater. Lau-

A des eius prosequens ait. Omnia per ipsum facta sunt. Et tandem cum plurimas diuini huius verbi excellentias narrasset, concludit, *Et verbum caro factum est.* Nō ait, uerbum factum est homo, sed caro, ut maiorem denotaret humiliationē. Quid magis infimum carne? quid sublimius verbo? in rebus spiritualibus quantumcunq; vultis ascendite, ab Angelis ad Archangelos, ab Archangelis ad thronos, vsque ad Seraphines, quos quamuis præstantissimæ sint naturæ, infinitè tamen uerbum excedit. In rebus temporalibus quantumcunque vultis descendite, nihil infirmius,
B nihil corruptibilius inuenietis carne. Hæc altitudo se ad hanc humilitatem nostra causa demisit. Homo spiritu & corpore constat, quo ad spiritum, creaturis omnibus spiritualibus minor est, quo ad corpus omnibus creaturis corporalibus aliquo modo minor est, quoad spiritum Angelos habet superiores, quo ad corpus ipsas etiam plantas aliquo modo superiores habet, quæ vitam habent uegetatiuam puræ potentiæ, & nullum animal est pluribus miserijs subiectum, quam corpus humanum. Nihilominus tamen Deus humanam naturam accipere dignatus
C est. Quod vt significaret D. Paulus dixit,
Hebr.2. Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ. Non ait assumpsit, sed apprehendit, quia quod currendo assequimur, apprehendere dicimur, & quia Deus infinito amoris cursu currens, hominem, qui ab eo infinita perfectionis distantia fugiebat, assequutus est, ideo ait, *apprehendit semen Abrahæ.*

Concludens D. Ioannes ait, & uidimus gloriā eius, gloriam quasi unigeniti a patre. Vbi illud, quasi, non diminutionem,
Heb.13 sed identitatem significat. Vt cum Diuus Paulus de prælatis dixit, ipsi enim peruigi-
D lant, quasi rationem pro animabus reddituri. Vbi illud, quasi non denotat diminutionem, sed quod uerè rationem reddituri
Simile. sunt. Quemadmodum, cum rex urbem aliquam magnam cū pompa ingreditur, interrogat quis, quomodo ingressus est? respondet alter, quasi rex. Ita hoc loco, vidimus gloriam eius, significat, vidimus pompam, qua hunc mundum ingressus est. Quæ nam prophetarum pompa per quinq; annorum millia antequam nasceretur præcessit? quanta angelorum multitudo eum nascentem adorat, reges à A
remotissimis orbis terrarum partibus adueniunt. Noua in cœlo stella emicat, Simeon & Anna prophetizant. Hæc gloria fuit quasi unigeniti a patre. Veruntamen ineffabilis fuit Dei humiliatio, humanam carnem accipere, quod exinanire D. Paul⁹ Philip.2
appellat dicens Qui cum in forma Dei esset, nō rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in forma Dei, id est, cum esset essentia Deus. Notate autē plurimum verbum illud, semetipsum exinaniuit. Nam si angelum, aut Seraphinem humiliasset, ut Seraphim simul & homo fuis- B
set, & natus in præsepio esset (quod vt theologi affirmant fieri potuisset) tantam nobis admirationem non pareret: Sed ut semetipsum ita Deus humiliare, & exinanire uoluerit, hoc est quod stuporem parit. Addit, formam serui accipiens. Ita seruus fact⁹ est, ut statim nobis seruire inceperit. Quis seruus est, q̄ quamuis seruus nascatur, ante decimum aut duodecimum annum seruiat? sed tu o clementissime Iesu vix natus, nobis seruire uoluisti, nec duodecimū ætatis annum expectasti. O meus seruus, o meus frater, o meus magister, o meus Redemptor, quid essem, quid scirem C
sine te? Arabs essem, rusticus essem, tu me illuminasti, tu me virtutes omnes docuisti. Quæ cum ita sint, non ideo tamen ob mysteriorū altitudinem silendum omnino est: sed nulla, dicere æquum erit, quæ animo & cogitatione uolutare possitis.

Ait igitur S. Euāgelium. *Exijt edictū a Cæsare Augusto* Nasci tunc uoluit cū uniuersus orbis tyrannica lege describebatur & se quoque legi, non necessitate, sed uolūtate subiecit, ut nos ab æterna liberaret captiuitate. Vt ait D. Paulus, ubi uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suum; Gala.4.
factum ex muliere, factum sub lege ut eos D
qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Cum ait factū ex muliere, puritatē & uirginitatem, qua cōceptus est denotat. Quod etiam, multo ante significauerat Deus per prophetam Oseā dicens, ero quasi ros, & Israel germi- Ose.14.
nabit sicut lilium. Israel uocat sanctissimā uirginē matrē suam, quia fuit totus Israel quasi flos. Quemadmodū eos, q̄ ciuitatis gubernationi præsunt, appellare solem⁹ *La ciudad* q̄ suté *La flor y la nata de la ciudad.*

Hæc

A Hæc (inquit) uirgo Israelitica pariet: ut parit lilium rorem. Vidistis ne lilium rore perfusum, cuius guttis tanquam precio
Simile. sis margaritis decoratur. ita ut neque ma defiat lilium neque colorem candoremq; suum amittat. Flāte uero aura decidit ros & lilium ita siceum reliquit acsi nunquā rorem habuisset. Eodem modo Dei filius in purissimis matris suæ uisceribus erat, tan quā ros & gemma orientalis. Sanctissima uero Virgo tāquam rosa uel lilium, quæ cælestem lilium rorem habens, non ideo tamē uirginitatis suæ florem, & candorem amisit, tempore autem a diuina prouiden
B tia constituto cęlestis Spiritus sancti aura spirauit, quæ sua uirtute & operatione rorem e lilio deiecit, cum nimirum filium suum unigenitum peperit remanens tanquam lilium excusso rore, tam integra, tā
Simile. pura, acsi nunquam peperisset. Certissimū est plurimum differre lucem, quam Sol generat, & eam quam generat ignis, illa enim a Sole manat fine rei ullius corruptione, ab igne uero egredi nō potest, nisi illud unde exit, corrumpat Christus Dei filius, ut D. Ioannes ait. Erat lux uera, quæ
Ioan. 1. illuminat omnem hominem. Genita hæc lux fuit quo ad naturam humanam, Solis
C qui est Spiritus sanctus operatione, & uirtute, & ideo eadem uirtute e purissima matre, fine ulla corruptione egressa est. Nos uero cum ignis concupiscentiæ uirtute generati simus cum ad huius uitæ lucē egredimur, tanquam lux ignis egredimur matres nostras unde egredimur corrumpendo. Hanc igitur integritatem declarat D. Paulus dicens. Factum ex muliere.

Ait præterea, & factum sub lege, ut eos
Simile. qui sub lege erant, redimeret. Quemadmodum si Princeps aliquis nobilissimus pauperis alicuius qui uinctus carcere detine-
D retur, libertatem peteret, & ut eam facilius impetraret, una cum eo in carcere uiuere uellet, neque inde exire donec illi liber traderetur, dicens, Serui afferte huc cibum, nunquam hinc discedam, quin mecum vna hūc uinctum extraham, ita Dei filius legi se & tributo subiecit, ut nos a legis, & tributi infernalis subiectione liberaret.

Hinc intelligetis magnum quoddā sacræ
Gen. 49. scripturæ misterium, quæ de mundi salu-
Psalm. 9 te loquens sæpe eam non mundi, sed Dei salutem appellat. Et ita dixit Iacob. Salutare tuum expectabo dñe. Et Dauid. Exultabo in salutari tuo, & salutare tuum da- A nobis. Et Isaias; Viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Et Simeō. Viderūt Isai. 52. oculi mei salutare tuum. Et Dauid. Vt li- Luc 1. berentur dilecti tui, saluum fac dexteram Psal. 52. tuam, id est, filium tuum. Nunquam finem dicendi facerem, si omnes scripturę locos hoc probantes referre uellem, Mysterium autem cur nostra salus, Dei salus uocetur est, quia Dei filius se legi subiecit, & miseriarum nostrarum carcere inclusit, ut se- Simile. ipsum ab ijs quo ad corpus redimens, nos una etiam quo ad animā redimeret, & ita eius salus & redemptio nostra est.

Ait præterea D. Paulus, ut adoptionem filiorū reciperemus. i. hæc oīa fecit, ut nos adoptaret. Nā si qs spurios hēt, iam scitis eos hæredes iure esse non posse, neq; etiam B sacros ordines recipere, remedium autē ne legitimi fiāt, est, si pater mulierē e qua eos suscepit, uxorem ducat. Oēs hoīes añ mundi redemptionem erant spurij propter culpā, & ideo neq; gloriæ hæreditatē recipere poterant, neq; sacros ordines, i. inter sacros illos Angelorum ordines, & choros admitti. Quare ut legitimi fierent, Deus se tanq̄ matrimonio cum humana natura coniunxit, & ita legitimi facti gratię, quam nobis ut homo meruit, cælestis hæreditatis capaces, & sacrorū ordinū facti sumus. Et ideo ait, ut adoptionem filiorum recipere- C mus. Et eandē ob cām (ut diximus) se legi & nostris pœnis subiecit, ut in sacro Euangelio patet. Nō solū. n. describi se, & tributū, ut cæteri soluere uoluit, sed in maxima paupertate nasci, ut his carnis suæ sacratissimæ pœnis, plurima carnis nostrę onera, & molestiæ tollerētur. Mirabiliter hoc singulare beneficium multo ante sanctus Isa. 40. Isai. pdixerat, qui cū tēporalē uerbi diuini incarnationē, & natiuitatem retulisset, dicens. Consolamini, consolamini popule meus, dicit Deus noster, loquimini ad cor D Hierusalem, & aduocate eam, quoniam completa est malitia eius, dimissa est iniquitas illius, suscepit de manu Domini duplicia pro peccatis suis. Et paulo post. Et reuelabitur gloria dñi, & uidebit oīs caro pariter, q os domini loquutum est. Quibus uerbis conceptionis & ortus mysterium inclusit. Addidit statim. Vox dicētis Clama, quasi diceret Spiritus sanctus Isaiæ. Cur propheta hęc præuidens taces? cur tam singulare beneficium cognoscens

A illud publicare cessas? quomodo non rumpuntur præ gaudio uiscera? quomodo hoc iam toties non repetis, ut fauces arescant, & labia? Clama, clama, noli esse ingratus. Et dixi, quid clamabo? id est, quomodo rem tã ineffabilem clamabo? qua lingua? q̃b. uerbis? qua exaggeratione sublimi de hoc mysterio loquar? Clama, ut potes, & dic, omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius quasi flos agri, exsiccatum est fœnũ, & cecidit flos, quia spiritus dñi sufflauit in eo, Et hoc declarans, ait, uere fœnum est popu-
B lus, exsiccatũ est fœnum, & cecidit flos, & uerbum dñi manet in æternum. Quid clarius? fœnum est populus, fœnum est caro, uerbum caro factum est, & exsiccatum est fœnum, quia spiritus domini insufflauit in eo. Exsiccata est caro, quia Deus spiritum suum sparsit super omnẽ carnẽ, & ita eius
Gene. 6. flos exaruit, homo proter peccatum in carnem mutatus erat (ut dixit Deus.) Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Hanc carnem Deus assumpsit, ut
Ioan. 1. omnis hõ mutaretur in spiritum. Et ita D. Ioannes antequam diceret, uerbum caro factum est, ut utilitatem, quæ inde consequuta est, declararet, dixit. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Nõ statim eos filios Dei effecit, sed potestatẽ dedit, ut, si uellẽt
C fieri eiu fauore possent. Et ut filiorũ Dei naturam intelligeremus, addidit statim, Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt, id est, qui non peccato, non sanguine, non humana persuasione ducuntur, sed eorũ cura, & studium est appetitus omnes & delectationes, quę a carne, & sanguine manant reijcere. Carnem aũt humana siccam, & aridam remansisse uerbi diuini incarnationis uirtute experiẽtia patet. Dicite. n. obsecro, dilectissimi, ante
D quam uerbum humanam carnem assumeret, quales nã homines natura generabat? Priscis temporib. quot castos extitisse legimus? uix duos aut tres, s. Heliam, & discipulum eius Eliseum. Et hos etiam an casti fuerint, ignoramus, sed tantum uxores eos habuisse non legimus. Cęteri quam uis sancti uxorem duxerunt. Nunc uero a filio Dei carne recepta, & tot pœnis afflicta, quot nam uirginum chori, quanta ser uorũ Dei multitudo, q̃ puros se, & immaculatos sine matrimonio conseruant. Nã forte non est hoc aridam esse carnem, & fœnum exsiccatum? Quamobrem initio A
huius prophetiæ, ubi nos legimus. Com Cant. 5.
pleta est malitia eius, alij non incongrue, militia, legũt. Militabat enim caro nostra diuina gratia destituta aduersus legem spiritus, & ita prosternebatur quotidie. Sed Iesu Christi uirtute carnis uires diminutæ sunt, & additæ spiritui, cuius uictoriæ causam fuisse declarat, eo quod Deus, homo factus sit dicens. Et uidebit omnis caro quod os domini loquutum est. Quæ uerba referens Diuus Ioannes Baptista, retulit secundum septuaginta interpretum translationem dicens. Et uidebit om B
nis caro salutare Dei. Vtraq; tñ translatio eandem rem significat, quamuis hæc po- Luc. 3.
sterior clarius hoc, quod dicimus, significare uideatur. O pijssime Iesu, o Angelorum gloria, quas tibi gratias pro tam immenso beneficio agemus? quibus te laudibus efferent homines, quos tua gratia quasi in aliam naturam commutasti? grauissimum carnis pondus recipere non recusasti, ut nostram efficeres leuiorem. Nam quamuis caro tua sanctissima culpę onera non habuit, pœnas tamen omnes, quæ culpa carent, recepit. Considerate, si Deus nunc ali C
cui Angelorum imperaret, ut humanam carnem indueret carnis molestias & affectus experiretur quam molestum illi esset huic parere imperio: Quid si iuberet, ut ea sæuissima tormenta mortem & crucem, & cætera omnia pateretur, quæ Dei filius nostra causa passus est?

Et factũ est, cũ essent ibi, impleti sũt dies ut pareret, & peperit filium suum primogenitum. Vocat primogenitũ, quia neq; antea, neque postea alium peperit. Nam in sacra Scriptura ille uocatur primogenitus, qui primum natus est, quamuis nullus postea D
nascatur. Primus non quia sequatur alius, sed quia nullus præcessit. Vt patet ex illo Numerorum, ubi ait dominus. Quicquid primum erumpit e uulua cunctæ carnis, Nu. 18.
quam offerunt domino, siue ex hominibus, siue de pecoribus fuerit, tui iuris erit, ita (duntaxat) ut pro hominis primogenito, pretium accipias. Vbi definit Deus quid sit primogenitus, dicens. Quicquid Exo. 12.
primum erumpit e uulua. Cum Deus omnes primogenitos occidi iussit, dicitur, Neque erat domus in qua non iaceret defũctus Num forte unaquæque domus plures habebat filios minime, Imo plurimæ unũ tan-

A tantum habebant, & tamen primogenitũ vocar,& ut primogenitus occisus est.

Et pannis eum inuoluit. O humana sup bia quomodo hæc audiens non confundetis? iacet rerum oĩum creator Deus, homo factus,pãnis vilibus inuolutus, homo uero uilissimus terræ vermis, maria nauigat,terras pererrat, vt ꝑtiosis uestibus induatur,& noua quotidie eorum genera ex

Iob.40. cogitat. In libro Iob dicitur: Si habes brachiũ sicut Deus,& uoce simili tonas,circũda tibi decorẽ,& in sublime erigere,& esto gloriosus,& speciosis induere uestibus. vbi denotat pretiosas uestes Deo, non peccato

B ri conuenire. Q͞d si Deus cum Deus sit uilibus tñ induitur uestibus, quanto magis tu,qui peccator es, hæc ornamenta depo-

Exo.33. nere,& cinere & cilicio tegi deberes? Postquam Hebræi uitulum illum aureum adorauerãt,iussit Deus Moysi,ut iuberet illis: iam nunc depone ornatum tuum,ut seiã, quid faciam tibi. Et ait textus sacratus statim Deposuerunt ergo filij Israel ornatum suum. Et hoc fecerũt,vt Deum placarent, nam ornamenta ad uanitatem potius, & prophanitatem,quam ad pœnitentiam pro uocant. Et ita quia Dei filius nascebatur, vt peccatorum nostrorum pœnitentiam

C faceret,& æterni Patris iram placaret,ideò se pœnitentiæ uestibus induit. Tu verò infœlix homo peccatis plenus, cum te humiliare deberes,ita te ornas, ut templi po-

Haba. 2 tius imago uidearis & idolum,quã homo. Propheta Habacuc dixit. Ecce iste coopertus est auro, & argento, & omnis spiritus nõ est in visceribus eius. Quod uerissimè de ijs, qui pretiosis uestibus ornati incedunt,dici põt. Nam quo maiora hẽnt ornamenta,minorem hẽnt spiritum Dei, & ita tanquam statuæ sunt & idola.

Et reclinauit eum in ꝑsepio. O admirabilis Dei humilitas,sed admirabilior aliquo

D modo hominum superbia, qui post tantę humilitatis exemplũ ita superbiunt. Magnam parit admirationem, uidere Deum ipsum usq. ad puluerem demissum,in pręsepio reclinatum,ante asini pedes, inter bouis cornua. Sed plus aliquo modo admirationis parere debet, dum uidemus puluerem, & terram supra cœlum extollere se uelle superbia, tantæ humilitatis habens exemplũ. Dixit Angelus ad Iacob. Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum,

Gen.32 sed Israel,quoniam si contra Deum fortis fuisti,quanto magis contra homines præualebis? Hoc ipsum argumentum de Christi Redemptoris nostri humilitate fieri potest. Quia si cõtra æterni patris iram fortis fuit, ita ut eam placare potuerit, cõtra homines magis præualebit. Quomodo igitur humanam superbiam superare non potuit? Cur tam superbi remanent homines, ac si nunquam Dei filius se humiliasset, vt ijs humilitatis ꝑberet exẽplum? O corda lapidea, quin ipsis etiam lapidibus duriora,quæ tales ictus non sentiunt. Quintus Curtius refert, quod cum Alexander Persiam debellabat,tanta niuis copia decidit, ut milites pedestres incedere non audereut, quod cum videret Alexander, ex equo descendit, & per niuem pedestris incedere cæpit, quem statim familiares & domestici sequuti sunt, mox duces, & tãdem oĩs exercitus. O homines regem vestrum humi iacentem uidetis, cur eum non sequimini? præsepium, stabulum, pãni, nuditas, frigus, humilitas, omnia clamabant illud Lucæ: Si qs non renunciauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Cum uocasset Dauid ab exercitu seruum suum Vriam, cùm ea quæ ad bellum pertinebant, interrogasset, dormire eum iussit domi suæ, & quiescere, noluit optimus miles proficisci in domũ suã, sed dormiuit ante portam domus Regiæ. Cumq; interrogaretur a Dauid cur hoc fecisset, respondit, arca Dei & Israel habitant in papilionibus & ego ingred.ar domum meã, vt comedam,& bibam? Per salutem tuam non faciam rem hanc. Vtinam hoc ipsum Christiani dicerẽt: Dei filius humanatus, et sanctissima Virgo eius mater in stabulo habitãt, igo vero comedam domi meæ, bibam, dormiam, delitijs omnibus affluã? nullo modo hoc faciam. Sed heu, heu, contrariũ omnino hodie fit, ita, ut huiusmodi festiuitates non aliam ob causam instituta uideantur, quã ut uoluptatibus, uanis prophanisq; rebus uacemus, nihil de mysterijs, quæ celebrãtur cogitantes præter paucos quosdã, q Spiritu sancto pleni festos dies (ut decet) celebrare sciunt. Cùm Ioseph fratres suos agnouit, non potuit se ultra cohibere multis coram adstãtibus: vñ præcepit, ut egrederentur cuncti foras, et nullus interesset alienus agnitioni mutuæ. Et cũ egressi essent Ægyptij leuauit uocem suam cum fletu, quam audierunt

Right margin notes: A; Quint. Curtius lib. 5.; B; Luc. 14.; 2. Re. 11; C; D; Gen. 45


A Ægyptij, dicẽs: Ego sum Ioseph frater uester, nolite pauere. Hæc omnia uerba, quibus sanctus Ioseph fratres suos consolabatur, quamuis Ægyptij, qui foris stabant, eorum sonum audirent, soli tamen fratres intelligebant magna sua cũ uoluptate, & gaudio Idem prorsus hodie accidit in his enim festiuitatibus sanctissimus Ioseph Iesus Christus, se ueris suis fratribus manifestat, qui intus cum eo loquuntur in amoris cubiculo, ubi eos suauissimis uerbis deosculatur & amplectit. At vero Ægyptij, qui sunt peccatores extra manẽt, non audiunt nisi uoces & uerborum sonum, nihil
B nisi externa intelligũt. Natiuitas est, festus est dies, edamus, bibamus, lętemur vna cũ amicis nostris, ornemus corpora nostra vestib. notos & familiares nostros visitemus, his rebus exterioribus suas festiuitates celebrant, tanquã Ægyptij sonum tantum uerborum audiunt, interiorem autem sensum non intelligunt, quid, scilicet, festus dies, quid Natiuitas, & eius celebratio significet. O dulcissime Ioseph, ò dulcissime Iesu, ò suauissime filiorum Adæ amator, ò uere & fidelissime hominum frater, rogamus te ob tuam clementiam, ut te nobis interius manifestes, ut intelligamus, quæ
C nam sit festiuitatum medulla, neque uocibus tantum & uerbis, ut Ægyptij contenti simus, ut ea puritate, sanctitate, & gratitudine uiuamus, quã tempus, & tot beneficia requirunt. Et vt intelligatis fratres, q̃d
Isa. 26. à nobis hoc tempus requirat, notate quod ait Isaias de eo loquens, in die illa cantabitur canticum istud. Aperite portas, & ingredietur gens iusta, custodiens ueritatem siue vt alij uerterunt, seruans pactum: quibus uerbis significat sanctus Propheta, q̃ portę (quas Dauid sibi aperiri postulabat) dicens: Aperite mihi portas iustitiæ, & ingressus in eas confitebor domino, clausæ
Ps. 117. erant, & uemente filio Dei apertæ fuerunt, quibus gens iusta ingressura erat: & gen-
D tem iustã Christianos appellat. Propheta Daniel etiam prædixit in aduentu huius dulcissimi domini peccatum eijciendum
Dan. 9. esse, dicens: Et finem accipiat peccatum, & adducatur iustitia sempiterna. Et certè has prophetias benè considerando, & eas cũ nostrorũ tẽporũ corruptis morib. conferendo, equidem existimo antiquis prophetias fuisse, nobis aũt maximæ ignominiæ causam esse: His nanque rebus, non quales sumus, sed quales esse debemus, de A claratur, cum tot beneficia, & tale exemplũ a Iesu Christo, Dei filio acceperimus. Isa. 11.
Isaias etiam prædixit nullos hoc tempore & 36.
lupos, nullos ursos, siue leones, aut serpentes futuros esse, sed omnes agnorum mansuetudinem imitaturos esse. Quæ prophetiæ non dubito quin in principio Ecclesiæ præcipue impletæ fuerint. Nũc autem ꝓh dolor, quibus nam verbis id dicã, ignoro. Dic tu domine meus his hominibus, ut tantorum criminum grauitatem intelligant. O quot leones tyranni, quot lupi uoraces, quot canes detractores, quot ursi turpes, quotq; uenenosi serpentes, malitiæ, & B
inuidiæ ueneno sunt hodie in sancta Dei Ecclesia. Quod aũt Gentiles sicut bestiæ uiuant, mirũ nõ est, at Christianos tali lege, & præceptore mutatos esse in bestias hoc admirationem parit Obsecro, igitur uos dilectissimi ut tẽpus & legem, in qua uiuitis, spectetis, nouo.n. spiritu & amore uiuendum nunc est, ut gratia hic ornati p̃uenîatis tandem ad gloriam, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

IN EODEM DIE Natiuitatis Domini.

C

Concio III.

Reclinauit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio. &c. Luc. 2.



Quatuor ob causas olim homines de Deo conquerebãtur. Primum quod ea, qua uoluissent facilitate eum inuenire non poterãt. Et Psal. 41.
ita Dauid ait. Fuerunt mi- D
hi lachrymæ meę panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus? Plorabat die ac nocte, eo q̃d hoĩbus indicare non potuisset, q̃d digito D. Ioannes Ioan. 1.
Baptista indicauit, dicẽs Ecce Agnus Dei. Itaque Dauid lachrymæ hoc petebant, ut Deus homo factus se se hominibus manifestaret. Secũdo q̃rebantur. Deum manus habere graues, & ijs uerberare & punire Iob 13.
grauiter. Ideo Iob dicebat. Manum tuam Exo. 20.
longè fac à me. Tertio querebãtur seuere

cum

A eum & aspere loqui. Et ita dicebant Hebræi ad Moysen. Loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur. Quarto querebantur. quod quamuis molliter & suauiter loqueretur, sedebat tñ in throno quodam tantæ maiestatis, vt eum alloqui non auderent. Ita eum vidit Isaias, ut ipsemet refert, dicens. Vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, Seraphim stabant, & clamabant alter ad alterum dicentes; Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius. Hodiernum igitur Euangeliū refert Angelum quendam è cælo delapsū, nuntiasse pastoribus gaudium magnū dicentem. Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. Quasi diceret, nulla est iam querelæ causa, nam si querebamini quod inueniri non posset, nunc inuenietis, si querebamini uerba eius esse aspera, nune inuenietis infantem, infans, & mutus, qui infinitum est æterni patris uerbum, & lachrymis & vagitu suauiter & amanter loquitur, si querebamini eo quod manus haberet graues, nunc inuenietis infantem pannis inuolutum, vilibus pānis uinctas habet manus. Et ita sancto Melchiadæ loquutus est Christus Redemptor noster dicens. Scis, quod eum natus sum, pānis inuolui uolui, & fasceis, quia qui uinctus est, neq; se defendere, neq; alios offendere potest, & si bona illi sua eripere volunt resistere non pōt. Et ideo uinciri volui, ut denotarem quod si quis cælestes thesauros, quos mecum attuli eripere uoluerit, non impediam. Et præterea nō ostēderem me non ideo in hunc mundū venisse, ut offenderem easdē ob causas moriens clauis in cruce configi uolui. O magnę sua uitatis nuntium quis hæc audiens non audebit accedere, ut eius uitæ & mortus merita dum uinctis manibus & brachijs detinetur, eripiat. Si querebamini I sublimi throno sedere, nunc inuenietis positum in præsepio: pro throno iam hēt lapides duros, & gelidos. Si Seraphinum multitudine circundatum eum Isaias vidit, hoc brutis animalibus circundatum inuenietis. Illic omnis terra erat sua gloria plena, hic uero omnis sua gloria plena est terra. Magnam igitur lætitiæ causam habemus. Cum natus est Noe, pater eius Lamech dixit. Ille consolabitur nos ab operibus, & laborib. manuum nostrarum in terra, cui maledixit dñs. Plurimas horum verborum rōnes doctores afferunt, omnium optima videtur esse D. Hieronymi, & hæc est, Magnum an te Noe arandi, & seminandi terram fuisse laborem, quia lignis quibusdam terram arabant, & quia Noe iugo & animalibus arare primus homines docuit, ideo eius pater quod futurū erat prædicens dixit. Iste consolabitur nos ab operib. & laborib. manuum nostrarum. Sed quanto æquius est, ut in ortu huius diuini Noe lætemur, qui nos tanto labore liberauit, & edocuit quonammodo gloriæ fructum percipere facile possimus, tollens prius ipse proprijs humeris crucis aratrū, & Enangelicæ legis iugū, & dicens omnib. tollite iugū meum super vos, & discite a me, & inuenietis requiem animabus vestris? Cū peperit Sara, quæ diu sterilis antea fuerat dixit. Risum fecit mihi dñs, i. magnam mihi lætitiæ causam præbuit: Quicunq; audierit corridebit mihi. Et ita filio nomen Isaac imposuerunt, quod risū & lætitiā significat. At quāto uerius dicere hodie sanctissima uirgo potuisset, risum fecit mihi dñs quicūq; audierit, corridebit mihi. Omnes nos huius lætitiæ participes esfecit, cum hic ortus in nostram utilitatē sit, & ita angelo iubet, ut felices hos nuntios nobis afferat. De hac lætitia agit his uerbis, lætabitur deserta, & inuia, exultabit solitudo, & florebit quasi liliū, quare hoc? quia gloria Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron. i. quia terra, quæ erat quasi desertum inuia, arida, sterilis, & inculta, spinis & sentibus plena, nunc a Deo filio culta, fœcunda remanebit, uirtutum referta florib. & æternæ uitæ fructibus. Nō bene hanc fertilitatem percipimus, quia non profunde consideramus diuinorum sacramentorum excellentiam, quæ in ecclesia sunt, quæ quidem antea Synagoga erat arida & sterilis, in qua non manabant perennes hi gratiæ & sanctificationis fontes. Notate autem q̄ ait angelus, Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo. Quod verbum intelligi potest de vniuerso mundo, quia quantum ex Deo est, omnibus hoc dedit Et ita Ecclesi. Ipse creauit illam in Spiritu sancto, & uidit & dinumerauit, & mensus est, & effudit illam super omnia opera sua, & super omnē carnem, secundum datum suum, & præbet illam diligentib. se. Vbi loquitur de ad

Margin notes: Esa. 6. — C — D — A — Hieron. — B — Mat. 11 — Gen. 21 — C — Isa. 35. — D — Eccle. 1.

A mirabili æternæ sapientiæ incarnatione,q quidem sapientia,id est,uerbum creata nõ fuit,sed genita: Sed humanitas creata dicitur,q̃a anima,quæ est præcipua pars creata fuit,& quantum ad humanitatem vniã uerbo intelligitur hic,ipso creauit illam,& quamuis opera ad extra indiuisa per oẽs tres sanctissimæ Trinitatis personas fiunt, alia tamen uni,alia alteri tribuuntur pso næ. Opera autem gratiæ, & misericordiæ spiritui sancto tribuuntur,& ideo ait spiritu sancto. Ait præterea. Et vidit,& dinumerauit,& mensus est,idest,Rei quam dabat pretium & ualorem optime sciens; effudit illam super omnem carnem. Liberalissimus est Deus,ita ut nihil sibi ipsi reseruare posse uideatur,quandoquidem vnum tã tum filium,quẽ habebat,nobis dedit. Res parui pretij eum damus,clausis oculis dare solemus,res uerq magni valoris diligenter prius inspicimus,metimur,& dinumeramus. Ita Deus cum res temporales dat tanquam qui res viles, & parui pretij det, eas quodammodo clausis oculis dare uidetur,at eum filium suum dedit uidit & dinumerauit, & dimensus est,& postea effudit super omnem carnem. O Deus æterne,cur hoc beneficium tanta,cum diligẽtia prius inspicis,dinumeras,& metiris? Auari hæc solet esse conditio, qui quod dat prius inspicere magna cum auiditate solet,imo sæpe etiam cum quod dat manu tenet quasi liberalitatis suæ pæniteat manum retrahit eo quod plurimum sibi dare uideatur. Tu vero dñe qui liberalissimus es,cur hoc facis? hoc significat ineffabile & infinitum fuisse donum. Et præterea, qui exactam alicuius rei rationem petituri sunt eã prius quã dent, dinumerãt,& metiuntur. Vultis igitur scire quam exactã unigeniti filij sui rõnem a nobis Deus sit repetiturus? hoc colligere potestis q eum antequam nobis daret uidit,dinumerauit,& mensus est. O dulcissima, timenda uerba, dulcissima q̃a singulare hoc beneficium significant, timenda quia vna denotant quam exactam eius rationem simus reddituri,beneficium fuit secundum datum illius,idest, Dei donum est datore dignumq,quamuis pro uno quoq; hominum nouum mundũ crearet, ut creare põt,multo minus esset Deo quã alicui vestrum vnum tantum minutũ dare. At uero unigenitum filium suum dare donum est infinitũ, qualis ipse est, & ideo

ratio quam repeteterit exactissima, qua A propter nolite quæso fratres permittere ut magnum hoc bonum in maximũ malum uobis mutetur, oẽs ex eo utilitatem percipiant,quia omnibus datum est. Hoc enim significat,effudit illam super omnia D Bern. opera sua,& super omnẽ carnem. Ex quo ser.23. inferri potest,quod D. Bernar ait sermone 12.in Cantica,super illa verba B. Paul. 1. Corin.7.factus est nobis sapientia,& iustitia,& sanctificatio,& redemptio,nimirum q angeli boni redempti fuerũt per Iesum Christum,Redemptorem mundi, qui eos a lapsu præseruauit, & hoc significãt uerba Apoc. Qui occisus est ab origine mũdi Apoc.5. quia tunc eius mors angelis proficere cœpit. Quare vt significaret q filij Dei aduentus alijs etiam preter homines utilis erat, B ait,effudit illam super omnia opera sua,& super omnem carnem. Idem iam probari videtur uerbis illis ad Hebræos. Decebat e. Heb. 2. nim eum in quo omnia, & per quem omnia,auctorem esse salutis eorum. Sed notate q quãuis omnib.natus sit,pastoribus tñ patticulari quadam ratione dixit angelus natus est uobis hodie Saluator,ut significaret,quod quamuis omnib.natus sit,non tñ omnib.profuit,sed vobis,idest,humilibus pauperibus,& simplicibus pastoribus, nõ diuitibus superbis,auaris,ociosis, carnali- C bus.Ita Malachias.Orietur sol iustitiæ uo Mala.4. bis timentibus nomẽ suum. Oritur mane sol omnibus,sed siquis in cauerna aliqua & spelunca occultatur, neque prodire in lucem vult,quid ei prodest sol? qui solis luce frui vult necesse est,vt vmbræ terga uertat.De rebus humanis dicitur. Transierũt omnia,tãquam vmbra,huic igitur umbræ terga per contemptum uertere debet qui diuini solis luce frui uoluerit,hoc etiam pdixit sanctus Isaias dicẽs:Saluatoris nostri Isa.61. nomine contritis corde misit me, ut darẽ eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro D luctu,pallium laudis pro spiritu mœroris. Da nobis o pijssime Iesu hæc omnia,& ut ea efficaciori petamus desiderio. quam filios sibi dari postulabat Rachel cum cõiugi suo dicebat. Da mihi liberos, alioquin Gen.30 moriot,da nobis dñe cõtritionem,da spiritum pænitentiæ, da nobis lachrymas p peccata propria, & aliena, vt sanctissimus tuus aduentus nobis prosit. Notare aũt q nõ dixit natus est hac nocte,sed hodie nullam temporis rationem habẽs,sed rei quæ:

tante

A tātæ lætitiæ fuit, vt tempus in quo facta
est non nox, sed dies sit appellandum. Ita
quatuor illi leprosi quāuis noctu Assyrio
rum castra cibis & opibus plena inuenis-
sent, tamen dixerūt, hæc dies boni nuntij
2.Re.23 est. Lætam noctem vocarunt diem.

An præterea angelus quod hoc fuit in
ciuitate Dauid. O mira Dei liberalitas, q
Nu. 17. plus datet, quā pollicetur solet. Iussit Deus
vt vnaquæque tribus virgam acciperet &
eum cuius virga floruisset sacerdotē futu-
rum esse dixit, accepit Aaron virgam suā,
quæ non solum floruit, sed folia ded. r, &
fructus, dedit enim amygdalas, plus igit
B dedit Deus quam promiserat, petit a Deo
Dauid: ostende nobis domine misericor-
diam tuam, salutare tuum da nobis, quod
ei Deus promittit, sed nō solum hoc dat,
sed vult etiam ut ex suo genere & in sua ci
uitate nascatur, & hoc significasse aiunt,
desiderium illud, quo tenebatur potandi
4.Re.7. aquam ex cisterna Bethlehem, nam cum
ciuitas Bethlehem à Philistæis oppugnare
tur, dixit Dauid. Oh quis mihi daret potū
aquæ de cisterna q̄ est in Bethlehem iuxta
portam. Irruperunt ergo tres fortes castra
Philistinorum, & hauserunt aquam de ci-
C sterna Bethlehem, & attulerūt ad Dauid.
At ille noluit bibere. Res pfecto admira-
tione digna. Quomodo ò sācte Rex vt ti
bi aquam tantopere optatam afferāt mor
tis periculo se exponūt, tu uero eam bibe-
re recusas? dicere potuisset Dauid, nō hāc
ego aquam suspiro & opto, sed aquam il-
lā cisternę, quæ est in Bethlehem iuxta por
tā. Tu ò sanctissima virgo gratiæ & mise-
ricordiæ mater tu es cisterna portæ Beth-
lehē, iuxta portam Bethlehem Dei filium
humanatū perpensti, quæ aqua est salura-
ris ad cordium nostrorum sitim extinguē
dam, hæc erat aqua, quam desiderabat Da
D uid, aqua quæ in cęlesti illa cisterna requie
uit, aqua enim pluuia aspera est, & insua-
uis, at cum in cisterna resedit, & requieuit
grata fit & suauis, ita & Deus ante incar-
nationem asperum se & terribilem homi-
nibus ostendebat, sed postea quam huma-
nam carnem assumpsit, & in purissimis
Mariæ uiscerib. per nouem menses requie
uit tāquam aqua in cisterna mollis, & sua
uis factus est. O aqua uitę quę sicut pluuia
in uellus descendisti, & sicut stillicidia stil
lantia super terram, irriga domine, corda
nostra, & appetituum nostrorum sitim
extingue, ne posthac humanarum uolu- A
ptatum aquas potare uelimus, sed si eas
diabolus aliquando offerret deijciamus,
ut Dauid aquam illam, quam illi obtule-
runt, diffudit.

Et hoc uobis signū, inuenietis infantē pānis inuolutum, & positū in præsepio. O ad-
mirabile Dei artificiū, ò solitudo, ò pauper
tas, ò humilitas. Artificia hęc fuerunt, ut
ad se ipsum corda nostra attraheret, nam
cum regem aliquē magna cum pompa &
multitudine, ut fieri solet aspicimus, in-
tuentium oculi in uarias & diuersas res di-
stracti regem ipsum ea attentione aspice-
re non possunt, ac si solum sine illa pom-
pa intuerentur. Et ideo altissimus Dei fi- B
lius pauper & solus in stabulo nasci uo-
luit, ut hominum oculi distrahi non pos-
sint, sed in eo solo defixi hæreāt. Nihilomi
nus tamen negligentiæ aliquo modo ma
ter eius sanctissima argui posse uidetur,
aut certe pia ut matrem decebat, non
fuisset quādoquidem infantem suum uix
natum statim in duro præsepio reclina-
uit. O misericordiæ & pietatis mater, si
lectulum tibi tua denegabat paupertas,
sinus saltem tuus lectulus esse potuisset ip
so præsepio mollior & ad tenella mēbra
fouenda & calefacienda aptior. Sed respō- C
deo, quod in huiusmodi rebus id semper
pijssima mater præstitit, quod filii uolun-
tatem esse sciebat, quia eum non ut ipsa,
sed ut ille uellet et illi inspiraret alebat
et una fuit ex maioribus sanctissimæ vir-
ginis angustiis, eum scilicet, quem tā mol Simile.
liter amabat, tā aspere educare. Sed tamē
regebantur hæc duo corda sicuti cælestes
orbes in suo motu, nam secundum Astro
logos quamuis inferius cœlum contra, ac
superius regit et mouet inferius, ita quam
uis sāctissima uirgo, ut piissima mater na
turaliter optabat infantem Iesum molli-
ter et delicate nutrire, ab eo tamen qui
suus erat dominus regi se et moueri sine D
bat, et eius uoluntatem propriæ antepo-
nebat. Præterea reclinauit eum in præ-
sepio, ut eum genib. flexis humiliter ado-
raret, et pro tot beneficiis, quæ mundo fa-
cturus erat gratias ageret, ab eo et peteret
ut alias sibi manus, alia ubera crearet, ut
eū tāgere digne posset. Nam quēadmodū
eū cōcepit se appellauit ancillā ita cum tā
gebat et alebat se existimabat indignā.
Heu, heu, patres sacerdotes hinc discite
qua

A qua nam veneratione uerbum incarnatū sanctissimę hostię accidentibus contectū, vestris manibus contractare, & in sacro altaris præsepio collocatum adorare de beatis. Sed ualde miror ô angele beatissi-
D.Aug. me(D. August. ait)cur hoc gaudium hominibus tam infimi generis,ut sunt pastores annuncias? an nescis bonum male collocatum ualorem suum amittere? Iustitiæ uirga quæ ut quiete quisque uiuat facit, & secure quod suum est possideat,in hominis tamen manu posita infimi imperiti & timidi dignitatem suam,& æstimationem amittit, quiuis enim ei parere recusat, &
B eius iussa contemnit. Præterea magni pretij & ualoris res est fides, quę tamē in corde sine operibus ualorem suum amittit, quia sine operibus mortua est. Prælatiæ quoque quæ sūt lucis throni si eas statuæ quædam & idola occupant,authoritatem suam amittunt. Cur igitur ô angele benedicte non hæc potius nunciabas aulæ regiæ,aut ciuitatis Hierusalem senatui, aut pontificum & pharisæorū collegio? ô homo(ait angelus)ne admireris me hęc non nunciasse regi, qui tyrannis est & crudelis. Rex autem crudelis tantæ pietatis nuncio indignus est. Qui urbis gubernationi
C præsunt auari sunt, & omnes quæ sua sūt quærunt, & ideo tantæ liberalitatis nūcio indigni. Principes & pharisæi ambitiosi sunt qui amāt primos recubitus in cœnis,
Mat.24 & primas cathedras in Synagogis,& ideo tantæ humilitatis nuncio indigni, quare pauperes & humiles pastores elegi. Mundi etiam diuitibus & delicatis hæc nō nūciaui, quia plurimas horas in se ornando consumunt,sed ijs quos uestes nihil remorantur cum uestiti dormiant, neque molles lectuli,quia humi iacent,qui statim certiores facti ad Bethlehem festini accurrere possint. Homines uult Deus expeditos, ut se illis communicet. Agricolæ arbores
D fructiferas in trunco syluestri facile inserunt,si est inter eas aliqua affinitas. *Como si son de pepita o de espino*, & ita cū pauper tas euangelica & pastoralis asperitas affines inter se sint, ideo eam angelus huic inseruit. At econtra mollis lectulus,uestes pretiosæ,plurimum a præsepio differunt, & ideo alterum alteri inseri magna cū difficultate potest. O diuites mundani quam diuersa est uestra uiuendi ratio ab ea quā
Isai.55. Dei filius homo factus elegit. Per Isaiam uocat ad se Deus omnes dicens, omnes sitiētes uenite ad aquas,& singulariter paulo post pauperes uocat dicens, & qui non habetis argētum properate,idest,cum aurum & argentum uos non oneret,& impediat,properate,quia diuites quamuis Christum sequātur, ita properare non possunt Gen.33
eo quod onerati sint diuitiarum pondere. Dixit Iacob ad fratrē suum Esau,nosti domine mi quod paruulos habeam teneros & oues,et boues fœtas mecum, quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur una die cuncti greges: præcedat dominus meus ante seruum suū,& ego sequar pau- B
latim uestigia eius, sicut uidero paruulos meos posse. Idem nūc dicunt diuites,quibus cum personæ dignitas seruanda sit & magna cum pompa & seruorum turba incedendum, ideo fratrem suum maiorem Iesum Christū,qui festinat & currit se qui non possunt Hanc ob causam sancti Apostoli & alii eius imitatores relictis omnib. quæ habebant nudi,& expediti, eius sequi uestigia uoluerūt. Et ita D. uus Petrus omnium nomine dixit. Ecce nos reliquimus, Mat.19
omnia et sequuti sumus te. En igitur ratio cur angelus hoc gaudium pastoribus nunciauerit dicens. Ecce annuncio uobis, at- C
tentionē ab iis requirens, vult enim Deus sua beneficia attente considerari, ut debitæ pro iis gratiæ habeantur.

Cū hæc dixisset angelus. *Subito facta est,cū eo multitudo militiæ cælestis exercitus,laudātiū Deū,& dicētiū,gloria in altissimis Deo,&c.* Quæ omnia,fælices illi pastores magna cū uoluptate spectabāt Nascente sole omnia matutinis auiū cantib. resonāt,ut cælestes cantus imitari quodāmodo uideantur,hoc est,*parece un traslado del cielo* Sed eos non audiunt molles & delicati homines, qui nunquā nascentem Solem uident Sed in lectulo usque ad meridiem sopiti iacent. Rustici tātum pastores,& huius generis homines, qui mane D
surgunt, horum cantuum suauitatem recipiunt. Ita etiā diuino hoc sole Iesu Christo nascente,cœli aues,idest angeli per aerem uolitantes suauissime decantant,gloria in excelsis Deo, quos tamen cātus carnales,& uoluptuarii homines,qui in peccatis suis iacent sospites,nō audiunt,sed pauperes tantum pastores, qui erant uigilantes,& custodiētes uigilias noctis super gregem suum. Sed ô angeli beati cur cantitis

quia

A quia Deus homo factus est, si angelus fieret æqua fuisset canendi causa, sed nusquã angelos apprehendit, sed semen Abrahæ. Vilior fieri natura uestra uidetur hominẽ esse aliquem nobis omnibus nobiliorem hominem, qui angelorum omnium caput sit & hominum. O admirabilis beatorum spirituum charitas, in hoc cantu fœlicissimus illorum status declararur, in quẽ nulla cadere potest inuidia, quia si charitas (ut
1. Co. 13 ait D. Paulus) in hac uita non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, quanto magis hæc habebit perfectissima ange
B lorum charitas? Si charitatem dilectissimi haberemus, nulla ob proximorum fœlicitatem torqueremur inuidia: imo ex ea ac si propria esset, magnã perciperemus lætitiã, & una proprias Deo gratias ageremus. Ita nos amãt angeli, ut gloriam nostram ac si propria esset celebrent, & cum uires nostras ad gratias pro tãto beneficio agẽdas non sufficere intelligant, uicẽ nostram sumunt pro nobis, altissimã Dei maiestatem glorificantes. Notandũ præterea plurimum est, quod cum cœlestis regina cum rege regum in stabuli angulo lateat, mit
Simile. tit Deus angelos qui eam suis uocibus &
C cantibus manifestent, quia omnis, qui se humiliat exaltabitur. Cum noctu musicã aliquam suauem auditis a longe, statim amatores eos esse infertis, & amantem procul dubio ibi esse aliquem, quandoquidẽ media nocte nemo ita caneret, ni siquis ex propinquo audiret. Eodem modo quandoquidem media nocte canunt angeli circa tabernacula pastorum, & canentes uolant, donec supra stabulum Bethlehem sistunt, proculdubio amans aliquis ibi esse debet, & profecto ita est, amans est, qui ibi hodie nascitur, & ut nasceretur amor effecit, qui media nocte illi a cœlesti angelorũ
D choro cani uult, quam omnium maxime adamauit, suæ, scilicet, sanctissimę & purissimę matri. Cantores, ait Euangelium milites esse cælestis exercitus. Mira quidem res: nam magnum profecto bellum esset, si põtificis motu proprio, religiosi omnes diuinis officiis & ministeriis prætermissis arma sumere, & stipendia mereri ut milites iuberẽtur, et ẽ cõtra, si milites nocturnas excubias deserentes uagari per urbem canentes uideretis, pacis hoc esse signum diceretis, & bello iam finẽ esse impositum.

Cum igitur militiæ cœlestis exercitus hodie canant, gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus, certum signum est, in A cælo, et in terra pacem esse, quandoquidẽ angeli qui crudeles huc usque hominum uindices fuerant, pacem publice nunciãt. Hucusq; neq; cum Deo, neq; cũ angelis, neque nobiscum pacem habebamus, quia in animis nostris bellum etiam inerat & discordia, at nunc ubique pax.

Sed attendite, quod ait, *in terra pax hominibus bone uoluntatis.* Et ita cũ dixisset Esa. 57. Deus per Esaiã creaui pacẽ ei, q longe est, et qui prope, addidit ulterius, impii autem quasi mare feruens, quod quiescere non B potest. Et paulo post, non est pax impiis, Et Apocalipsis. Neq; habent requiem die Apo. 14 ac nocte, qui adorauerunt bestiam, idest, appetitus suos belluinos. Ideo studete fratres bonam uoluntatem habere, ut cœlesti hac pace perfrui possitis, amet uoluntas bonum, nam quemadmodum chamæleon illius rei colorem assumit, q̃ illi obiicitur, ita ẽt talis erit uoluntas, qualis ex res quã amat, et ideo a te ipso aliquo mõ bonitas tua dependet. Et hac de causa cũ dixisset Deus, quodcunq; fecerat esse bo- Gene. 1. num, de homine nihil dixit, quia ut dicitur reliquit eum in manu consilii sui, ut Eccl. 15 C nimirum eius fauore bonitatem acquireret. Et quia uoluntas fons est boni, et mali, ideo angeli bonam nobis uoluntatem optant, ut res omnes in nobis ipsis bonæ sint. Et ita in Græco originali Diui Lucæ est, in terra pax, in hominibus bona uolũtas, quasi eam nobis optarent et precarentur. Cum hæc audissent pastores, loquebãtur ad inuicem dicentes. *Transeamus usq; ad Bethlehẽ.* Ita faciendum est, ut ad bonũ inuicem nos hortemur. *Et uenerunt festinantes.* Ita quærendus est Deus, festinanter et diligenter, ut monet etiam Esaias, si Esa. 21. quæritis, quærite, conuertimini et uenite, D quasi lente, et negligenter quærere, non sit quærere, et ideo ait, si quæritis quærite, Simile. idest, si quęritis, diligenter quærite. Si nautæ in portu cum tempus est nauigationi opportunum, aliud expectant opportunius, tunc cum minus id cogitant mutatur uentus et nauigationis tempus elabitur, et ita putrescit nauis et oĩa pereũt. O quot perierunt, et nunc gehennæ flammis comburuntur, quia temporis opportunitate uti noluerunt, falsa quadam imagina-

A ginatione maiorem in posterum opportunitatem fore. Non ita fecerunt pastores isti, sed statim uenerunt festinantes. Humanas res lente & remisse fieri parum refert, quæ ad Dei seruitium pertinent remisse & negligenter fieri sine magno periculo non possunt. Cum Salomon propriam domum ædificauit, duplo maius tẽpus insũpsit quã in tẽpli ædificatione insumpserat.

3. Reg. 6

Et inuenerunt Mariã & Ioseph & infantẽ positũ in præsepio. Angelus, inuenietis infantem, dixerat. Sed præter infantem Mariam & Ioseph inueniũt, quia (vt diximus) diuinæ liberalitatis est plusquã promittit

B largiri. Primum ait, inuenerunt Mariam. O magnum mysterium, Iesum quærunt, & Mariam prius inueniunt. O sancta uirgo Maria, tu es iter ad Iesum, tuus fauor, tua intercessio iter illis es, q̃ Iesum & eius gratiã inuenire uolũt. *Videntes autẽ cognouerunt de uerbo quod dictũ erat illis de puero hoc.* Quid hoc est? dixerat illis angelus mysteriũ, & nõ bene illud pceperũt donec puerũ uiderunt. Scitote.n. fratres, q̃d quamuis angeli vobis prædicent, nunq̃ tñ ea, quę dicuntur exactè intelligetis, donec doctrinam opus & exercitatio consequatur, quia virtutum exercitatione intellectus clarior

Sap. 1.

C fit, & volũtas in amore uirtutis feruentior. Ideo dicitur, sentite de Deo in bonitate, & simplicitate cordis q̃rite illum, apparet.n. eis qui fidẽ habent in illũ, & iustitia simplicis dirigit viã eius. Videtis quam parcè hic Spiritus sanctus cognitionẽ declaret, quæ virtutis exercitatione acquiritur, & qũo paulatim ad maiora iter aperiatur, *Et reuersi pastores glorificãtes, & laudãtes Deũ.* Ita & nos facere ęquũ est, qñquidem singularis huius bñficij cognitionẽ accepimus, nunquã nec die, nec nocte, diuinam liberalitatem laudare & glorificare cessemus, vt his sanctis exercitijs hic mereamur gratiã,

D & postea gloriam. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

IN EODEM DIE Natiuitatis Domini. Concio IIII.

In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, &c. Io. 1.

Diuus Hieronymus Nepotiani sacerdotis epitaphium his fere uerbis exordit, Magnas materias parua ingenia sustinere non possunt, & cum eas tractare nituntur in medio itinere oneris depressa magnitudine cadunt, & quo maior res est quam explicandam suscipiunt, eo magis obruuntur, eo quod uerbis rerum magnitudinem æquare non possunt. Si hæc ait vir tantę eloquentiæ & sanctitatis de vnius sacerdotis laudibus dicturus, quid mihi dicendum esset, qui unam ex maioribus materijs magis gloriosã, magis admirabilem tractandam suscepi? qui nam spiritus, quæ eloquentia, quæ uires sufficerent ad tot & tam alta mysteria explicanda quæ tantum humana excedunt ingenia? Antequam

B Sancti Euangelij verba declarare incipiã, monere uos dilectissimi uolo, q̃d hodierna die cum ad sermonem audiendum conuenistis, existimetis, ad alicuius principis mensam conuenisse, in qua varia & diuersa sint ciborum genera, quorum alij alijs stomachis & palatis cõueniant. Et mos est Hispaniæ, *que siruen con plato cubierto a los señores de Sylua y con plato descubierto a los que non lo son*, ita in hodierno sermone fier, aliqua.n. tractabimus. *Con plato cubierto*, vt illustrissimis seruiamus ingenijs, nã in hoc sacro Euangelio res aliquæ cõtinentur adeo sublimes, ut cum demitti non possint ad omnium captum, apponi de-

C bent (vt dixi, *A plato cubierto*) splendidioribus & acutioribus ingenijs. Alia sunt clariora quæ dabuntur, *A plato descubierto*, ijs, qui ingenium nõ habent adeo illustre. Primum quod notandum occurrit, est tanquam rem notam, & receptam a Diuo Ioanne prætermitti Deum esse, sed statim docet quomodo admirabilis hic Deus habet filium. Adeo a philosophis vnum esse Deum receptum erat, vt Athenienses Protagoram magno supplicio affecerint, qui librum quendam scribens initio hanc q̃onem posuit, an Deus sit. Hanc enim ob

D causam Athenis eiecerunt in exilium tanquam hominem, qui de eo dubitaret, q̃d certissimum haberetur. Librum item cõburi iusserunt. Sanctissimę tamen Trinitatis mysterium philosophi assequi non potuerunt. Si perfectissimam aliquam imaginem prudentis uiri oculis obiiciunt, facile ex ea conijcere potest pictoris præstantiam, sed albus ne esset, an niger, si magnę staturæ esset, an non, hoc ex imagine scire non potest, ita philosophi mundi imaginem

Simile.

A nem contemplantes, eius artificium,& ordinem singularem, creaturarum diuersitatem & perfectionem cognoscere ex his rebus potuerunt infinitæ esse scientiæ, infinitæ potentiæ,& bonitatis, harum rerum authorem & opificem& alias Dei proprietates vt est patrem esse & filium habere sibi æqualem,assequi non potuerũt. Et hoc
Rom.8 est quod D. Paulus ait. Quod notum est Dei,manifestum est in illis, idest,per creaturarum excellentiam in tantum manifestatum esse illis, quod notum de Deo est, & cognoscibile vt est eius bonitas, eius sa-
B pientia,& eius potentia. De hoc igitur qđ philosophi assequi non potuerũt, & Sanctæ Ecclesiæ diuina fuit reuelatione manifestatum, agit hoc loco gloriosus Euange-
D. Aug. lib.6.de Trinit. lista dicens. *In principio erat verbum.* Verbum secundum Diuum Augus. idem est, quod filius, quia verbum proprie significat conceptum determinatum, seu notitiã. Nam verbum exterius quod ore profertur nõ appellatur verbum, nisi quia interiorem manifestat notitiam, quam pater essentiam suam contemplando & intelligendo producit filium Dei, & diuinum verbum appellant. Verbum vocatur quia
C est notitia totius essentiæ patris declaratiua. Vocatur filius quia genitus est cum vita & ex patre viuente,& cum similitudine in omni essentiali,quia fili⁹ est imago patris,& est imago bonitatis illius. Nos nõ sic imagines Dei sumus,sed ad imaginem Dei creati, quia non omnis Dei perfectio in nobis declaratur. Spiritus Sanctus etiã imago patris est, quia in ipso etiam tota patris perfectio declaratur, non tamen filius appellatur quia ita procedit vt illi nõ conueniat, imaginem esse vt filio, nam quod per voluntatem procedit est amor qui non præsentat tanquam imago obiectum quod amamus. Notitia quam ali-
D cuius hominis habeo in eius absentia instar speculi & imaginis mihi est, amor vero quo illum amo speculum mihi esse nõ potest,quia si notitia illa & figura quam illius hominis habeo obliuione deleretur, quamuis oculis eum viderem non tamen propter amorem cognoscerẽ, quia amor illius imago non est,sed si notitia permaneret, per illam eum videns agnoscerem. Discedit puer aliquis decem annorũ è parentum suorum domo quem parentes vehementer amant, abest per quadraginta annorum spatium quo tempore nunquã A eum parentes vident, notitia quidẽ amittitur,sed non amor, reuertitur tandem filius senex & canus, amant eum parentes & tamen non agnoscunt, quia amor non est imago rem amatam repræsentans, eo quod voluntas non efficiat speculum, vt intellectus. Ex quo patet Spiritui Sancto, eo quod sit amor patris esse imaginẽ non conuenire, sed quia tantus & talis amor sit,scilicet,infinitus,verbum autẽ est imago patris, quia notitia & non solum quia talis & tanta notitia,s.infinita. Et ideo quamuis Spiritus Sanctus est imago pa- B tris,non tamen filius vocatur,quia imaginem esse non conuenit ei ex modo procedendi,vt diximus, cum non per intellectũ sed per voluntatem procedat. Solum igitur verbum est filius, & hoc verbum erat in principio,idest in æternitate coæternus patri, & cũ filius sit patris, æternus vt pater,eiusdem essentiæ cum patre, distinctus tamen est a patre, cum a patre genitus sit, pater autem seipsum generare non possit. Et ideo addidit. *Et verbum erat apud Deum.* In quo denotauit verbi, & patris distinctionem,sed quamuis distinctum sit a C patre eũ eiusdẽ sit essentię cũ pr̃e, Deus est a patre, & iõ addit. *Et Deus erat verbum.*

Et vt huius verbi omnipotentiã declararet, quæ eadem est cum omnipotentia patris,ait,omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso vita erat, quia rerum omnium creatarum ideæ tam naturaliter & æternè in verbo sunt vt in patre. Hæc vltima verba D.Ambrosius & D. Aug. diuerse declarant. Nam D. August. super hunc locum ait, post verbum illud factum est interpũgendum esse hoc modo, quod factum est, idest,totum quod factum est, in ipso vita erat, omnia antequam fierent esse in eius mente habebant. D. vero Amb. super Psalmos declarans hæc ipsa verba ait. Post verbum in ipso, interpungendũ esse ita vt sit sensus. Omne quod factum est in ipso,scilicet,verbo,vita erat, vbi sanctissimæ incarnationis mysteriũ indicatur. Pro quo notandum est, ꝙ quamuis verbum factũ non fuit, sed æternaliter genitum, tamen in verbo facta fuerunt anima, caro labores lachrymæ,mors. Hæc omnia, in verbo facta fuerunt, & hoc omne vita erat, quia in verbo erat. Nam quamuis hoc omne

D.Aug. D. Ambro.
D
D. Am. sup. psal.

A ne finitum esset, infinitæ tamen personæ ratione, infiniti erat valoris. Et ita vel vna tantum lachryma quæ facta est in ipso, erat vita sufficiens ad totius mundi redemptionem,& hinc admirabilem illũ loquen
2.Co.8. di modum intelligetis D. Pauli, qui ait scitis.n.gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est cũ esset diues, vt illius inopia vos diuites essetis. Quis vnquã sua ignorantia doctos alios effecit? quis fortes sua infirmitate? quis liberales sua auaritia? natura ipsa docet quod a bono bonũ, a malo malũ pro-
1.Co.1. cedit, a paupertate pauper, a diuitijs diues
B efficitur, & alibi ait de eodem, qui factus est nobis sapientia, iustitia, sanctificatio,& redemptio, id est, eius sapientia in nos deriuata sapientes nos effecit per suam prædicationem. Eius autẽ iustitia nos iustos fecit, quia illa nostram nobis iustificationẽ meruit, & tandem per eius redemptionem redempti sumus. Videtis igitur vt dicat gloriosus Apostolus quod Christi Redemptoris nostri diuitię nobis communicatę, nos diuites effecerunt. At paupertas bonorum temporalium priuationem dicit, quomodo igitur nos eius paupertate, & inopia diuites fecit? dico eius paupertate spirituales nobis meruisse diuitias, quia
C quod factũ est in ipso, vita erat, & sic paupertas quæ facta est ĩ ipso, vita erat nobis. Præterea eius paupertas diuites nos facit, quia exemplum nobis fuit vt pauperes facti spirituales diuitias acquireremus.

Hoc itaque altissimũ verbum, per qđ omnia facta sunt, quod est vita & lux hominum, caro factum est. Est verbum mentale, verbum vocale, & verbum scriptum; verbum mentale non potest videri, quoniam in mente remanet, verbum vocale quamuis non videtur, auditur tamen, verbum autem scriptum potest videri. Filius Dei verbum mentale est, in patris mente
D absconditum, vbi haud quisquam mortalium illud viderat, & hoc verbum mentale, factum est verbum vocale, qđ per prophetas loquutum est, qui illum audiebãt, non tamen videbant. Adueniente autem tempore vniuersalis misericordiæ factum est verbum scriptum vt illud videre & audire possemus, scriptum autem in purissi-
Esa. 8. mis Mariæ virginis visceribus. Esaiæ dixit Deus. Sume tibi librũ grandem, & scribe in eo stylo hominis velociter. Quod autem scribi in eo iussit, vt ĩ textu patet, fuit A
admirabile verbi diuini ĩcarnationis mysterium. Quæ admirabilis scriptura fuit in libro grandi stylo hominis scripta, stylo hominis est trib. digitis & calamo scribere. Hoc autem diuinum mysterium tribus Sanctissimę Trinitatis personis scriptum est, & Sanctissimæ virginis lingua, tanquam calamo cum dixit, ecce ancilla domini. Grandis liber fuit venter eius purissimus, quia in eo magnum hoc verbum scriptum est, verbum scilicet diuinum, qđ ibi caro factum est, vt sic scriptũ illud videre & audire in eius doctrina & prædicatione possemus. Hoc significat, verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Luc. 1. B

Quasi dicat impressum est in nobis, & hinc intelligetis metaphoram illam, qua vtitur sponsus dicens, pone me vt signaculum supra cor tuum, idest, imprime me in corde tuo vt sigillum in cera imprimitur, nam quia propter peccatum imago quam Deus in anima posuit deformata est, ideo sigillo opus fuit, vt denuo formaretur, & ideo Dei filius hominem se fecit, vt suam imaginem in cordib. nostris tanquam sigillo quodam imprimeret, & vt cordium nostrorum ceram liquefaciat & cæterarum rerum omnium imagines deleat, calorem secum amoris adduxit. Cant. 1. Simile. C

Verbum igitur diuinum homo factũ sigillum est. *Que tiene vazios y llenos. Los llenos*, eius gratia sunt, eius sapientia, eius fortitudo & cæterę omnes virtutes, *Los vazios* sunt eius paupertas, eius humilitas, eius dolores, & quemadmodum cũ sigillũ in cera molli imprimitur, *La cera se mete por los vazios del sello, y los llenos del sello, entran por la cera.* Ita cum Christus se in nobis imprimit, ille suã nobis gratiã, sapiẽtiã, fortitudinẽ, & amorem communicat, quia hæc omnia se in animas nostras infundunt. Nos vero in eius paupertatem, in eius dolores, in sanctissima eius vulnera debemus intrare, ibi perpetua consideratione hærentes. Verbum igitur diuinũ vt melius nos in huiusmodi rebus imprimere possemus, nasci voluit tanta paupertate & solitudine in stabulo. Nam si diuitis alicuius domum intratis, in varias res animus, & oculi distrahuntur. Preciosa vestis, argentum mire elaboratum, imagines artificiose depictæ, hæc & alia multa ita ad se oculos attrahunt, vt vix earum rerũ Simile. D

domi-

A dominum intueantur. Hanc ob causam Dei fili⁹ ita nasci uoluit, ut nihil præter ipsum intueri possimus, nihil in stabulo est quod distrahere oculos possit, nulla uestis nullum argentum, nõ picturæ, non serui, solus ipse cum matre iacet, qui nõ uerbis, sed operib. quæ plus mouent ita uos allo qui uidetur. Vide o homo amorẽ quo in mundum homo factus aduenio, pone pone me ut signaculum supra cor tuũ. Hunc
Cant. 2. amorem spõsa significauit. Ecce iste uenit saliens in montib⁹, transiliens colles, idest ecce uenit transiens per ea omnia quę illum pedire illum aut detinere posse uidebantur.
B Quasi diceret, ueniet ueniet procul dubio, quamuis montes & colles transiliẽdi sint, qui quidem peccata sunt maiora & minora, quæ nos ab eo diuidebant, quem admodum montes & colles regiones alte ram ab altera diuidunt. Et cum tanto ueniendi desiderio teneretur, ambitus & circuitus euitauit, sed recta p montes & colles trãsiliens, uenit, & ita statim capreæ & hinnulo comparauit dicens, similis est dilectus meus capreę hinnuloq; ceruarum. Mox magis hunc amorem declarat dicẽs. En ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, prospiciens per cancel
C los. Metaphoram elegantissime desumpsit ab eo qui uirginem aliquam amat, & sibi sponsam optet, cuius amor uehementissimus facit, ut eius domum circumeat & hac illac prospiciat per ianuas, per fenestras, & cancellos an amatam suam uidere possit, eam alloqui, & suum illi amorem exaggerate.

Elegantissime igitur hic filij Dei amor significatur, quo naturam humanam amauit, quia hic amor dicitur fecisse, ut ille a cælesti monte ad hanc lachrymarum uallem descenderet, & cum Deus esset inuisibilis, poneret se post parietem humanita
D tis nostræ uisibilis, prospiciẽs per corpora hum oculorum fenestras, & audiens per aurium humanarum cancellos & per cæteros omnes sensus miserias nostras & necessitates expetiens. Itaq; tanquam amans post humanitatis parietem stabat, inde animas nostras prospiciebat, inde eas alloquebatur, & in amorem sui diuinis operibus attrahebat, unicuique animarum dicens, pone me ut signaculum supra cor tuum, pone me ut amoris tui signum & scopum, quandoquidem ego te ut amoris mei signum posui. Hoc enim significat A quod in eodem capitulo paulo ante dixerat spõsa, ordinauit in me charitatẽ, quasi dicat, amorem omnem quem sponsus in uarias res a se creatas dispersum habebat, in me unam collegit, in me ordinauit charitatem idest, *toda la corriente de su amor*, in me unam spõsus immisit. O immensa Dei bonitas, quanti facis rem uilissimam & terræ uermiculum, ut dicaris tuam omnem charitatem in eum ordinate. Hunc Gene. 2. amorem mystice primus ille parens significauit cum dixit ad mulierem, hoc nunc os de ossib. meis, quam ob rem relinquet homo patrem suum, & matrẽ, & adhærebit uxori suę. Res scitu digna est, cur nam B hæc uerba de homine potius, quã de muliere dicantur, cum tamen plus illi conueniat, quæ cum infirmior sit & plena miserijs, quibus uix sine uiro mederi potest, uerius dicere posset, propter hũc relinquet mulier patrem & matrẽ & adhærebit uiro suo. Hoc profecto non caret mysterio. Pro quo notate, qđ hæc uerba D. Paulus Christo Redemptori nostro tribuit, nam cum dixisset, propter hanc relinquet homo patrem, & matrẽ suam, addidit st. tim Ephe. 5 sacramentum hoc magnum est. Ego autẽ dico in Christo & in Ecclesia. Quibus uer C bis declarat amorem quo Christus Ecclesiam suam amat. Et quia plus Christus Ecclesiam suam amat, quam ab ea amatur, ideo hæc uerba quæ altissimum hũc amorem mystice exprimunt, de uiro, non de muliere dicuntur.

Hæc igitur o homo, infans Iesus e præsepio loquitur, his blãditijs te ad sui amorem allicit. Si puerũ formosum, nudum, pauperem, & plorantem uidemus, qs est, qui se moueri non sentiat, & ad eius amorem attrahi? hoc mouit Pharaonis filiam Exod. 2 ut puerum Moysen tantopere amaret & in filium sibi adoptaret, cum nulla inter- D cederet affinitas, imo quisnam esset ignoraret. Benedictum sit o domine nomen tuum in secula, qui hæc artificia excogitasti ut quamuis nulla alia esset causa, hæc sufficeret, ut pietate saltem moti te amaremus, neque solum in præsepio iacens nos ad amorẽ allicit, sed tot tantisq; uirtutib. nos erudit, ut cum dixisset D. Paulus. Apparuit gratia Dei, & saluatoris nostri oĩb. ad Ti. 2 hominibus, addidit statim, erudiens nos. Tunc apparuit gratia & salus mundi cum apparuit

A apparuit Dei filius in præsepio natus, quia antea non erat in mundo, qui nos saluaret, & statim apparuit erudiens nos. Rex profecto mira, quod Euangelistę fecisse referunt Christum redemptorem nostrum, triginta annos natum cum prædicare & docere cœpit, hoc D. Paul' ait, statim facere cœpisse cum apparuit in mundo, & ita profecto fuit quia in præsepio nō loquēs, sed plorans nos erudijt, ibi impleri cœpta

Psal. 67. est celebris illa prophetia Dauid, Benedictus dominus die quotidie, & quare benedicendus est quotidie? Prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum.

B Dicitur Deus salutarium nostrorum, quia quot nobis peccata ignoscit, tot nobis cōcedit salutes. Et addit. Deus noster Deus saluos faciendi, & domini, domini exitus mortis. Solus ipse magnum hoc opus facere potuit, vt est saluos facere hominem, & morti exitum dare. Quod a pręsepio usq; ad crucem docuit, uocat prosperum iter ad cœli, scilicet patriam.

Contemplare igitur hō diuinū tuum magistrum, qui in præsepij cathedra positus est erudiens nos, sed quid docet? vt abnegantes impietatem, & secularia desideria sobrie, pie, & iuste viuamus in hoc secu

C lo. O admirabilis doctrina, o admirabilis docendi modus, ponderate uerbum illud

Oecu. abnegantes, quod vt ponderat Oecumenius significat magnam separationem, nō solum a peccatis, sed etiam a desiderijs, & ab his omnibus rebus, quæ nobiscum in cœlum ascendere non possunt. Impietas ē omne illud, quod diuino amori repugnat & impedit piam Iesu Christi sequelā. Sæcularia desideria sunt, libertas, abundantia, diuitiæ, vltiones, honores, &c. Sobrie viuamus in uestitu, in cibo, in somno, in uerbis: cogitate Dei filio cœli & terræ Domino in præsepio omnia defuisse, & uobis

D omnia superesse vultis, & nihil omnino deesse? Sobrie uiuere uobiscum debetis, iuste cum proximis sine murmurationibus & iniurijs, pie cum Deo oratione, meditatione, & contemplatione. Omnes enim Christianę reipublicę miserias ex hoc fonte manere existimo, ex orationis, s. & contemplationis defectu, nam quis est qui si profunde cōsideraret, quod Deus mereretur, quod illi ob tāta beneficia debeat quæ sit pœnarum, quæ præmij & gloriæ magnitudo non incitaretur ad bonum? Ideo D. Paul. discipulum suum Timotheum ad A

monebat dicens. Exercete ipsum ad pietatē: nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est, pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens uitæ q̄ nunc est & futurę, & statim addidit, fidelis sermo & omni acceptatione dignus. O fidelissimus nuntius, Dei nomine nobis nuntiatur quod pietate & spiritus eleuatione Dei amore incensi possumus, si uolumus, beati esse in hac uita incipere, spiritualib' uoluptatib. perfruentes. Fidelis sermo (inquit D. Paulus) & recipi dignus amoris visceribus. Recipite igitur fratres & in cœlesti hac doctrina proficite, expectantes beatam spem, & aduētum gloriæ magni Dei qui nunc puer apparuit. Eum tunc magnum Deum in magna gloriæ maiestate uidebimus, nūc igitur accedere debetis & sanctas has electiones audire, eas operib. discendo, vt eas diuinus magister operib. docet. Venator antequam carnem accipitri uorandam præbeat, prius eam mandit & molliorem reddit, ut eā facilius vorare possit, quod si adhuc mansa & mollis in faucibus tamē hæret, flatu ipso, & spiritu venator propellit inferius, ita cœlestis hic magister, quia paupertas, humilitas pœnitētia, & cæterę virtutes duræ nobis uidebantur & difficiles, eas prius mandere & molliores reddere uoluit i seipso exercēs. Cui.n. paupertas, nuditas, et humilitas dura videbitur, si hæc oīa in vnigenito Dei filio cōtemplatur? quod si tamen hæc vorare non possumus, humiliter ab hoc ipso domino precemur dicētes. O Christe paupertatis, humilitatis, & pœnitētiæ amator, obsecro te per infinita æ tuæ clementiæ viscera, ut diuini tui fauoris, & gratię flatus spires, ut hęc facile & suauiter vorare possim. Hunc docendi modum magno cū affectu petebat Dauid dicens; domine ad te cōfugi, doce me facere voluntatem tuam. Non ignorabat Dauid quęnam esset Dei uoluntas, cum eam illi Deus in lege declarasset, & tamen eo loco petit ut eā facere se doceat. Nō satis mihi ē ut Abrahā obedientiam Isaac patientiā doceat, sed ex te tantum discere uolo, q uerus es magister. Quasi diceret. Si uis De' meus me humilem esse, prius humilē te uolo uidere & in præsepio reclinatū, ut me flagellare discā: uolo prius te flagellatū uidere, ut me uiuū carcere includā: uolo te prius carceratum & cru-

Margin notes (right): i. Tim. 4 (beside "A"); B; Simile.; C; D; Ps. 142.

A & cruci affixũ uidere. Et profectò hæc omnia illum docuit, q̃nquidam tanto tẽpore ante hæc illi reuelauit, & ita dixit loquens cum patre æterno. In ueritate tua humiliasti me, id est, in filio tuo docuisti, me hu-
Ps. 118. miliare, sed q̃d erit fratres si post hanc doctrinã acceptam imperiti ut antea remanebimus, superbi, auari, carnales, acsi Christus nunquam humilis & pauper fuisset? O nos infælices, qui non intelligimus ad quamnam dignitatem elati simus, tunc
Simile. cũ Deus nostram carnẽ assumpsit. Si rustica aliqua Regi nuberet, nõne æquũ esset, ut in verbis, in vestibus, in incessu, in cibo,
B & in omnibus rebus non status diuersitatem ostenderet? Ita etiam æquum est ut natura nostra, quæ cum Deo quodam quasi matrimonio cõiuncta est, carnis operibus renũciet, & se spiritualibus dedat. verum dicere possumus illud Hieremiæ. Quã uilis
Hier. 2. facta es iterans uias tuas, per easdem uias ambulamus, p quas olim ante Christi aduentum homines ambulauerunt. Nullum fere in nobis apparet uestigium, ex quo ortũ esse Christum, conijci possit, ubi nã pax quam nobis tantopere commendauit? vbi paupertas spiritus? ubi mundi contemptus ubi cordis humilitas? nam si Deus homo
C factus nõ esset, & Christiani non essemus, minus profectò harum uirtutum non haberemus. Facti sumus quasi in principio cum non dominareris nostri, dixit sanctus
Isa. 63. Isaias. Ita uiuimus, ac si Dei cognitionem
Deu. 29 non haberemus. Querebatur Moyses dicens. Vos uidistis uniuersa quę fecit Dominus coram uobis signa illa portentaq́; ingentia, & non dedit uobis Dñs cor intelligens, & oculos uidentes usque in præsentẽ diem. O Deus maiestatis infinitæ quanto æquius potes nũc de Christiano populo q̃ri, cuius causa maiora signa fecisti & tamẽ multi nondum ea intellexerunt, nonne scitis dilectissimi, q̃ sancta Ecclesia huiusmo
D di festiuitates celebrat, ut in memoriam nobis reuocet mysteria, quæ his diebus nostra causa operatus est Deus? & ita ea æstimemus, & pro ijs gratias agamus, ac si eo ipso die iterum ea operaretur.


Quod si hoc ita est, spectet se vnusquisque & cõsideret quot horas in huius sanctissimæ festiuitatis consideratione insumpserit, & ita qualis nã sit intelliget ô gens
Isa. 5. ingrata, quã uere illud Isaiæ uobis dicere possũ, væ, q consurgitis mane ad ebrietatẽ sectandũ, & potandũ vsq; ad vesperã, ut uino æstuetis, cithara, & lyra, & tympanũ in conuiuijs uestris, & opus Dñi non respicitis. Væ vobis qui voluptatibus dediti hoc opus quod nunc celebramus non aduertitis, quod singulari quadam ratione opus Dñi uocatur, q̃d est in hac festiuitate magis obliuioni traditum, quam ineffabile opus, q̃d in ea factum est? ludis, saltationibus, comessationibus, delectationibus, tota dies insumitur, & neque una tantũ hora huius mysterij considerationi relinquitur. Vere igitur opus dñi nõ respicitis, pudeat uos dilectissimi tãtæ ingratitudinis, & memento re quod Angeli ipsi ut hoĩum festi-
B uitatem celebrarent, corpora phantastica à cœlo delapsi assumpserunt, laudes illi & hymnos decantantes q uerum corpus assumpsit. Quid igitur hoĩes facere æquum erit, cũm Deus non Angelus fiat, sed homo? Celebremus hũc diẽ amore & spiritus puritate, accedamus omnes & mentis excessu eum in presepio adoremus, qui puri sunt puritate Angelica accedãt & eum adorent una cũ Angelis, qui puri sunt, & casti cũ virginibus accedãt, quia purissima mater & eius custos ambo sunt casti, pauperes pastoribus se misceant, peccatores be-
C stijs se socient. Ideo inter bestias natus est, & in stabulo patẽti sine ianua, ut nulli aditus intercluderetur. Accede peccator humiliter, & si oculis non potes, corde saltem lachrymare, noli esse timidus, nã vt peccata mundaret aduenit. Erit fons patens domui Dauid & habitantibus Hierusalem in ablutionẽ peccatoris, & mẽstruatæ, ait Za-
Zac. 13. charias. Videte quã patens sit diuinus hic fons, cũ quẽadmodũ dixi, locus in quo natus est ianuam non habeat. Lachrymæ Ioseph metum fratribus abstulerunt, qui eũ
Gen. 45. tanta cũ inhumanitate uendiderant, (nam vt dicit in Genesi, ipsemet eleuauit uocem suã cũ fletu, & dixit, Ego sũ Ioseph frater
D vester, quẽ uendidistis, nolite pauere.) O sanctissime Ioseph Iesu Christe, Dñi fili, qui in præsepio plorans clamas, Ego sum frater uester, quẽ uili ptio uendidistis, nolite pauere, meæ lachrymæ securos uos faciunt, et peccata vestrã si vultis abluant. Quis igit timidus erit? Quis hæc audiens non cõsideret accedere his considerationibus his diebus uos occupare deberetis, nõ prophanis lasciuisq; rebus, et si lætamini fiat hoc, vt ait propheta Isaias, Lætabun-
Isa. 9.

A tur coram te sicut qui lætantur in messe, sicut exultant uictores capta præda, quando diuidunt spolia. Qui lætantur, & non coram Deo, lætitiæ suæ frænum non impo nunt, & inordinatæ lætãtur, iusti verò qui ita lætãtur ut semper coram Deo adstare existimẽt immoderatam lætitiam frenãt, quia videri se à Deo sciunt, uel ut melius dicam, nullam ob rem lætantur quæ non sit Dei seruitium, & hoc significat lętabundur coram te, & quia scripta lex erat nox humida, ideo messes & fructus ad maturitatem peruenire non poterant, sed iam uenit legis gratiæ dies & Sol iustitiæ Christus
B apparuit qui hominum corda amoris sui radijs feriens, eorum fructus, & opera matura, & perfecta reddit. Lętari igitur debemus sicut lætantur in messe, & sicut exultant uictores capta pda q̃ diuidunt spolia, quandoquidem tantum diuini fauoris auxilium aduersus hostes hodierna die acqui rimus, ut quasi iam certa victoria sit, lætari debeamus, vt hic gratia victores glorię spolia tandem consequamur: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

IN FESTO SANCTI Stephani protomartyris.
C

Concio Prima.

Dicebat Iesus turbis Iudæorum, Ecce ego mitto ad uos Prophetas, &c. Matth. 23.



Gene. 3. Vm peccasset Adam uocauit eum Deus vna cum muliere, & serpente & cum oẽs conuenissent dixit serpenti. Inimicitias ponam inter te & mulierẽ, & semen
D tuum & semẽ illius. Vbi translatio Chaldaica clarius sic ait: Inimicitias ponã inter filiũ tuũ & filiũ eius, & ipse, s. filius eius cõteret caput tuum. Quasi diceret, mulier & vir tecũ amicitia cõiũcti sunt, qũquidem tibi potius q̃ mihi obtẽperare uoluerunt; sed hãc amicitiã dissoluã, & inimicitias po nã inter filios tuos & filios mulieris. Qui nã sunt filij serpẽtis, idest, dæmonis? Peccatores, p̄sciti, & reprobati a Deo, hi sunt semen diaboli, & ita dixit dñs huius generis A hominibus. Vos ex patre diabolo estis, Ioan. 8. sti autem, & prædestinati sunt filij mulieris, sed dices, cur peccatores non appellantur filij mulieris? nonne ex muliere, ut cæteri nati sunt? Ita est, sed sciendum est, in eodem loco dixisse Deum mulieri tanquã in peccati sui pœnam, multiplicabo conceptus tuos. Ex quo colligunt aliqui, inter D. Euc. quos est D. Eucherius, & Hugo, quod in incomẽ. statu innocentiæ non peperissent mulie in Gen. tes, nisi filios prædestinatos & iustos, & si et Hug. nunc mali inter bonos nascuntur, hoc est pœna peccati, ergo causa cur peccatores nascantur fuit serpens, quia ad peccatum B prouocauit, & ita merito mali serpentis, idest, diaboli semen vocantur. Itaq. si Eua nõ peccasset, Cain q̃ peccator fuit, non periisset. Hinc D. Ioãnes ait. Nõ sicut Cain qui ex maligno erat & occidit fratrẽ suum. Vbi sanctus Apostolus significare videtur Cain propter peccatum natum esse qui ex maligno erat. Inter hos igitur filios serpentis, qui sunt peccatores & reprobati, & inter filios mulieris, qui sunt prædestinati et iusti, magna semper fuit inimicitia, et ita in primis Euæ filijs maledictio ista adimpleri cœpit, vt sacra scriptura refert, cum Simile. Cain fratrẽ suũ Abel occidit. Durat hæc C maledictio et hodie, et vsque ad vniuersalẽ mundi finem duratura est, ut mali bonos persequantur ob maiorẽ malorum condẽnationem, et maiorem iustorum coronã. Faber qui ex ferro opus suum confici non posse nouit, nisi illud prius plurimis ictibus contũdat et molliat, prius forcipe firmum illud et stabile super incudem tenere conatur, vt postea ictus mallei recipere tutius possit et in opus quodcunque facilius formari. Ita supremus ille artifex Deus, cũ q̃d necessariũ sit iustis intelligat, ab iniqs & malis affligi, et tanquam mallei ictibus contundi, prius eos amoris sui forcipe te- D naciter apprehendit, tum eos verberat, à malis iniuria et damno affici permittens. Rom. 8. O q̃ tenaciter et firmiter D. Paulus, et cæteri eorũ tẽporum sancti hærebãt. Et ideò clamat. Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an gladius? certus sum. n. quia neq; mors, neque uita, neq; Angeli, neq. principatus, neq; creatura alia poterit nos separare a charitate Dei. O q̃ tenax, ò q̃ firmus forceps est amor, vt animam semel apprehensam tenet ne per impa-

A impatientiam saliat, cum persequutionum ictibus tunditur, quia quemadmodum ferrum si forcipe apprehensum non est ad vnumquemque ictum resilit & cadit, ita homo nisi diuino amore hæreat apprehensus, ad vnumquemque persequutionis ictū resilit impatienter, & cadit. Optimus etiā forceps, vt homo patienter ictus perferat, solet esse spes, quamobrem dicebat D. Paulus Confugimus ad tenendam propositā spem quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem usq; ad interiora velaminis. Quibus uerbis significat spem nobis ualde necessariam esse

B donec intremus in sancta sanctorū gloriæ vbi nullum erit fidei velum, claram enim Dei visionem, interiora velaminis vocat. Eo usq. semper tundi & formari debemus, vt perfectionem illam assequi tandem possimus, quam Deus nos habere vult, ad quā plurimum malorum persequutio confert,

Psalm. 9 quia ut ait Dauid. Dū superbit impius, incenditur pauper, idest, superborum persequutionibus iustus amore incenditur. Et ideo dilectissimi cum uos mali affligunt, cogitate ad martyrium vobis esse adiumē to, cū vos contēnunt, humilitatis uobis occationem præbere, cum vos reprehendūt, cogitate vestros esse parentes & magistros

C & ita tanquam apes, *sacareys miel de la retama*, persequutionum amarities in gloriç suauitatem mutabitur, & qui euertere uos cogitabat scala uobis erit ad perfectionem

Hæc cum intelligerent iusti, aduersitates omnes singularia Dei beneficia esse existimabāt Hinc sanctus Ezechiel de seipso loquens dixit. Cum essem in medio captiuorum, cū captiuus ut cæteri Hebręi eēt, non dixit, cum essem captiuus, primū qa non criminis alicuius causa ut cęteri captiuus erat, sed ut cæteros captiuos consolaretur. Deinde ex captiuitate illa percipiebat

Ezec. 1.

D vtilitatem, & ea tanquam instrumento vtebatus ad perfectionem Alij uocātur captiui, quibus inutilis est, & infructuosa captiuitas, qui ex corporis seruitute, spiritus libertatem colligere nesciunt. Permittit ērgo Deus, ut mali bonos persequantur, ne humanas res ament. Qui iter faciunt per loca fontibus & syluis, plana hinc quietis occasionem sumunt, quod si arida & deserta sunt loca, nullibi consistunt, sed ulterius progrediuntur, ita homines in humanis delicijs & uoluptatibus quiescere so-

Simile.

lent, & ideo Deus iustorum iter aridū esse vult, & asperū, ne ulla re retardari possint Ita Hebræos in Aegypto permisit affligi, vt promissionis terrā vehementius expeterent, & quamuis Iacob iustus esset, dū tamen lætum & hilarem vultum a Laban sibi ostendi uidit, nunquam ab idolatris illis discedere uoluisse, legitur. Præterea affligi vult Deus iustos, vt cęlestis quies uideatur transacto iam labore suauior, ut Hebræis labore itineris defatigatis, aqua illa q̄ è petra manauit adeo suauis uisa est ut mel esse existimarent, ut ait Chrys. Anteq̄ Deus Abrahæ quietē daret, per quot itinera & peregrinationes duxit? Antequam Iacob diuitijs Laban perfrueretur, quot annis, illi seruiuit? antequam Ioseph in Aegypto princeps esset, quot pertulit? antequam Dauid regni pace frueretur. quot passus est infortunia? antequam Hebræi promissionis terram ingrederentur, quot per deserti itinera labores pertulerunt? quib. omnib. rebus significauit Deus, plurimum referre per labores ad quietem transire, ut pluris æstimetur & suauior uideatur.

Deu. 16

B

Hoc igitur posito, permitti a Deo, scilicet, ut mali bonos utilitatis suæ causa persequantur, sequitur quod quāuis Deus intelligebat bonorū consilia & exēplum, malis nullius futurum esse utilitatis, nihilominus tamen eos mittit, vt eos uenia & misericordia inuitet ad maiorem causæ suæ iustificationem, & maiorem iustorum coronam. Et ita ait. *Ecco ego mitto ad uos prophetas & sapientes.* Cum ait mitto, mittēdi q̄dā consuetudinem significat, semper enim mittit, & mittet hoīes sanctos, & iustos, nā quemadmodum non omnia poma simul producuntur, sed alia alijs suo q; ęque tempore maturata succedunt, ita non omnes sancti vno eodemque tempore uixerunt, sed alij alijs succedunt, quia suprema illa sapientia quæ omnia magna æquitate metit & diuidit, noluit uno quidem tempore mundum sanctis esse refertum, alio autem omnes esse malos, in hos quidem poma omnia effundere, illis vero nihil præter folia remanere. Hos uero sanctos tanta charitate & amore incensos mittit in animarum remedium, ita ut de se & suis socijs dicat D Paulus. Facti sumus paruuli in medio uestrum, tanq̄ si nutrix foueat filios suos. Ita desiderantes uos cupide uolebamus tradere uobis, non solum Euan-

C

D

1. Th. 2

A gelium Dei, sed etiam animas nostras, quoniam charissimi nobis facti estis, memores enim facti estis fratres laboris nostri, & fatigationis nocte & die operátes, ne quẽ uestrum grauaremus prædicauimus in uobis Euãgeliũ Dei. Vos testes estis, & Deus quam sancte & iuste, & sine querela uobis qui credidistis adfuimus. Ponderate quæso fratres vnumquodque verbum, sunt enim omnia ponderatione digna, & per ea intelligitur quantum sit Dei beneficium huiusmodi ministros mitti ab eo tanto salutis
B nostræ desiderio flagrantes. Benedicta sit talis maiestas, quæ ita peccatorum miseretur, & eorum remedio tantopere optat, & curat, quæ nam mater, obtecto, pro filij
1. Th. 3 sui salute ita desudauit, ut laborasse se refert hoc loco sanctus Apostolus in proximorum suorum utilitatem? & in eiusdem epistola, ita se eorum bonis gaudere ait, ac si propria essent vita dicens. Itaque nũc viuimus si vos statis in domino. Cum autem Corinthiorum aliquis peccasse intellexisset, ita eorum peccata deplorabat, ut
C in secunda quam ad eos scribit, epistola dicat. Ex multa tribulatione & angustia cor
2. Co. 2 dis scripsi vobis per multas lachrymas, nõ vt contristemini, sed ut sciatis, quam charitatem habeam abundantius in uobis Si ita nunc Dei offensiones sentiremus, tot ac tantæ sunt, vt in lachrymarum pelago perpetuo nataremus. Qui a Deo ad hoc munus mittuntur, tanta cum sanctitate, & æquitate illud exercere optant, ut idẽ Apostolus dicat. Et ego fratres in timore & tremore multo fui apud vos. Qui timor, ut
Theop. Theophylactus declarat, nihil aliud erat, q̃ quod metueret, ne diuinæ prædicationis munus ex sua parte impediret. Quod exaggerat dicens. In timore, & tremore multo fui, quasi tantus esset animæ timor, ut corpus ipsum tremeret, ne scilicet, homines culpam in eo aliquam animaduerterent, &
D ita hoc singulari exemplo Euangelicæ legis facilitatem & suauitatem ostendebat.
Philo. Philo ait Dei legem mortuam esse & uiuam, mortuam esse eam quæ tantum intelligitur, uiuam eam esse quæ exercetur. Mortua appellatur non ab effectu, sed per comparationem, quia quemadmodum homo mortuus plusquam viuus deterret, ut experientia patet, plures enim magnæ fortitudinis & audaciæ uidebitis qui decem homines viuos & armatos non timent, & cum uno tantum mortuo soli remanere non audent, statim enim timore illis arriguntur capilli, & toto corpore contremiscunt Ita & lex cum tantum intelligitur, est quasi mortua quia deterret. Iubet.n. a vitijs vos abstinere, & in rebus exerceri carni & sensui contrarijs. Viua vero hæc lex, & exercitata, non solum a uiris adultæ iã ætatis, sed a pueris ipsis & senibus maxima cum suauitate, & facilitate obseruat. Tunc non deterret, sed animat peccatorem, qui horum commotus exemplo. si isti (inquit) B
qui homines sunt hæc præstare possunt, cur non ipse quoque pręstabo? Itaque Dei nuncij non solum verbis, sed etiã operib. nos ad uirtutem inuitant, & hoc illud est quod sponsus laudat in sponsa, dicens. Dẽtes tui sicut greges tonsarum, quæ ascendе- Cant. 4
runt de lauacro, omnes gemellis fœtibus & sterilis non est in eis. Comparatio hæc, o quam impropria uidetur? quid enim simile inter oues tonsas, & dentes? melius dixisset Dentes tui æquales, & candidi, tanquam alabastrum, comparationem tamen dico esse singularissimam, & Spiritu sancto, qui eam apposuit dignam, dẽtes enim Ecclesiæ sunt ministri Ecclesiastici. Dẽtes sunt candidi, firmi, & quamuis e carne nascantur, carnem tamen, & pellem non habent, nihil intra se ferre possunt, sed statim, si quid hæsit cibi dentiscalpio expellendum est, eorum munus est mandere, & cibum conficere in omnes corporis partes distribuendum. Hæc omnia in Ecclesiasticis esse debent, candidiores enim esse cæteris omnibus debent castitatis & pudicitiæ candore, fortiores non ense & clypeo ut milites, sed heroica quadam animi fortitudine ad aduersitates tolerandas, & tẽtationibus resistẽdũ. Carne regi nõ dẽnt, sed omni carnali amore carere debent, ita ut illis vere dici possit illud Pauli. Vos aũt in carne non estis, sed in spiritu. Pelle etiam tegi non debent, idest humanos fauores ambire, imo ipsi cæteris fauere debent. Nihil externum intra se ferre debent, sed quicquid diuisionis, aut scandali causa esse potest, statim diuino amore tanquam dentiscalpio tollere debent. Mandere etiam debẽt, & cibũ cĩbus mystici Ecclesiæ corporis membris cõficere, quia eorũ munus est omnib. cælestis doctrinæ alimẽta suppeditare. Hi igitur dentes esse debent tanquam oues tonsæ, & omni temporali utilitate.

C D Rom. 8

A tate denudati ex humanis ac tm̃ accipientes quę vitę conseruationi necessaria sunt. Hæ oues sunt quæ è sancti baptismi lauacro ascēderunt, quia cæteri Christiani maiorē habere perfectionem non tenentur ea quam in baptismo promiserunt. Ipsi uero q̃ ascēderunt de lauacro, pfectiores esse debent, quia præstantiorē, & perfectiorem vitæ statum elegerunt, & ita æquum est, ut maiori spiritu, & feruore a cōmuni uirtute ad maiorem ascēdant. Omnes gemellis fętib quia & verbis, & exemplo docere debēt. & sterilis nō est in eis, quia nullus debet esse ecclesiasticus, q̃ Christianæ B reipublicæ nō prosit, sed heu dolor, o Ecclesia sancta, multos nūc habes denres nō naturales, sed factitios, idest, *posti??os*. Quot. n. sunt Ecclesiastici quos ad eā dignitatē Deus non elegit, sed ipsimet in ea se superbia, & ambitione posuerunt, non sunt ex ijs, de quibus ait dominus Ecce ego mitto ad uos prophetas, & sapientes. Non. n. missi sunt, sed ipsimet propria uoluntate uenerūt Factitij dentes ad speciē tantum inseruntur, & ut uerba facilius exprimātur, cibo uero inutiles sunt, & ita cū cibus sumendus est tolluntur, & supra mensam collocantur. O Ecclesiastici quot C uestrum dentes estis ad speciem tātum utiles, & ad uerborum sonitum. Cū uero ad bonorum operum mensam ueniendū est inutiles estis. Obsecro uos patres mei per Christi crucifixi uiscera, ut quātum in uobis est diligenter. Christiani populi salutē

Iudit. 8. attendatis. Videte quid sancta Iudith populi sui sacerdotibus dixerit. Et nunc fratres quoniam uos qui estis presbyteri in populo Dei, & ex uobis pendet anima illorum ad eloquium uestrum corda eorū erigite. Quod cum ita sit studete omniū corda ad Dei amorē, & seruitium erigere.

Ait igitur Christus Redemptor noster D Hebręis; *Ecce ego mitto ad uos Prophetas, & Sapiētes, & Scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, &c. ut ueniat super uos oīs sanguis iustus qui effusus est super terram.* Quasi dicat. Tāto & tā graui supplicio ob istam crudelitatem, & ingratitudinem puniendi estis, acsi Dei ira semper repressa, & retenta fuisset, neque unquam maiores uestros, iustorum sanguinis effusores punisset, sed supplicium omne in caput uestrum effundendum conseruasset. O minas horribiles, quibus docet dominus, quod ij, qui in alijs diuinæ iræ suppli A cia ob aliqua crimina viderunt, neque ideo se corrigunt, sed eadem, & ipsi crimina committunt, maioribus supplicijs digni sunt, quam priores illi fuerunt. Punierat grauissime Deus præteritis tēporibus populum Israeliticum, ut refert propheta Hieremias, dicens Factum est uerbum domini ad me, & loquutus sum ad uos de Hier. 25 nocte consurgens, & loquens & non audistis, & misit dominus ad uos omnes seruos suos prophetas consurgens diluculò, mittensque, & non audistis, neque inclinastis aures uestras, ut audiretis, cum dicerē, reuertimini unusquisque a uia sua ma B la, & a pessimis cogitationibus uestris, & non audistis, dicit dn̄s, ut me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuum uestrarum in malū uestrum. Desumit hic dn̄s metaphorā a patrefamilias, qui magna cura, & diligētia mane surgit matutinum tibi somnum, qui suauissimus esse solet detrahēs, ut operarios in uineam suā mature mittat. Quo infinita Dei prouidētia denotatur, & cura qua operarios in ecclesiam suā mittit, qui eā cęlesti doctrina, & sanctis admonitionib. excolēt, nihil tñ tanta Dei diligentia ingratæ illi Hebræorū genti profuit Quare ait, & nō audistis C me in malū uestru, ꝓpterea hæc dicit dn̄s exercituū, ꝓ eo qđ nō audistis uerba mea, ecce ego mittā, & assumā uniuersas cognationes Aquilonis, & Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum, & adducā eos sup terrā istā, & sup habitatores eius. Seruum suum uocat dn̄s Nabuchodonosor idololatram, quia ei instrumentum in seruijs quo Iudæam oēm seuerissime punijt. Quod quidē supplicium, & alia prætera plurima nō ignorabāt illi quib. hoc loco Christus, Redemptor noster minabatur, & quia eorū exēplo discere noluerūt, sed eos malitia superabāt tot crudelitatis D genera in Dei seruos, & nūntios exercentes, ideo maiori dignos ait esse supplicio. Quo autē supplicio puniēdi erāt, ipsemet paulo inferius declarat, dicens Ecce relinquetur domus uestra deserta O suppliciū seuerissimum, quod a nobis utinam diuina maiestas auertat. Attendite q̃ deserta, & destituta sit domus Israel cæca, dura, obstinata, in sua infidelitate relicta. Magnis olim supplicijs affecta e?, ut illud de quo paulo ante dicebamus p Nabuchodono-

A for & illud alterũ, de quo Isaias ait, ubi cũ dixisset væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis dereliquerunt dñm, blaspdemauerũt sanctũ Israel, abalienati sunt retrorsum, sup quo percutiã uos ultra addẽtes præuaricationẽ, subdit statim tanquã tanti sceleris pœnã, & derelinquetur filia Siõ, ut umbra culum in uinea, & sicut tugurium in cucumerario, sicut ciuitas quæ uastatur.

Isa. 5. Aliud etiam supplicium horribile idẽ Isaias refert, ubi cum maxima illius gẽtis peccata narrasset, ait. Propter hoc sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calos flam-B mę exurit, sic radix eorum quasi fauilla erit, & germen eorum ut puluis ascendet: linguam hoc loco igni tribuit, quia flammas ex se iacit quasi linguas: & præterea, ut significaret, quod eadẽ uelocitate qua lingua in ore mouetur, eos deuorare debebat. Radicis nomine patres significantur, germinis autẽ nomine filij, quare patres ait, Dei irę non magis resistere poterunt quam arista igni, filij autem quamuis iuuenes & formosi, tanquam puluis erunt, quem uentus magna facilitate dispergit. Hæc omnia supplicia quãuis magna fuerint, minora tamen sunt hoc, de quo hoc C loco dñs agit dicens. Relinquetur domus uestra deserta, quia eos propter eorũ peccata in summum pertinacissimæ infidelitatis malum prolabi permisit. Equidem nescio dilectissimi, cur hæc audientes nullum animo cõcipiamus timorem, ne nos Deus ut illos deserat, & paulatim ptiosissimum fidei thesaurum amittamus, ut nostris quoq; temporibus tot regna amisisse

1. Ti. 4. uidemus, ut prædixerat D. Paulus. Nouissimis tẽporibus (inquit) discedent a fide, cauteriatam habentes conscientiam: metaphora est a cauterijs desumpta, quibus seruos emptos inurunt, & quibusdam si-D gnis notant, ut serui esse dignoscãtur. Ita quoque diabolus seruis suis cauterium, & signum quoddam imponit, quandam scilicet conscientiæ deprauationem, duritiẽ, & obstinationem. Ex qua impudentia, & dissolutio nascitur, qua publice se Satanæ seruos ostendũt, & ex hoc quod cauteriatas habeant conscientias, plurimi paulatim ad infidelitatem dilabuntur: & hoc significat, discedẽt a fide cauteriatam habentes conscientiam. Eia igitur dilectissimi, adest ne hic quisquam, qui hanc in se deprauationem, & peccandi impudẽtiam A sentiat? o quot adesse timeo. Quid igitur expectatis, an ut Deus vos deserat, & vt in aliquem infidelitatis errorem incidatis? An ut mors adueniat improuisa, & æternis gehennę ignibus uos dedat comburẽdos? cogitate qd' quis magna diuina misericordia, qua uos Deus expectat, in maiorem iustitiæ pœnam uestra culpa mutabit. Qua de re sic ait D. Paulus. Si Deus volẽs Rom. 9. ostendere iram, & notam facere potentiã suam, sustinuit in multa patiẽtia uasa iræ apta in interitũ, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, quę præparauit in gloriam, ex quibus uerbis aperte colligitur, quãuis ex se misericordia sit peccatorum pęnam differri, magnum tamẽ esse interdum iræ argumentũ, & ideo ait, volens Deus ostendere irã suam sustinuit in multa patientia uasa iræ. In eodem sensu declarat D. Aug. ea uerba Psalmi, Exacerbauit dñm peccator, secundum multitudinem irę suæ non quęret. Itaque qui plurimorum peccatorum conscij a Deo uos diutissime expectari uidetis, & tñ non ideo uos emẽdatis, timete ne ista Dei misericordia in maiorem iram mutetur. D Aug. sup ps. 9

Antequam dominus seuerissimã hanc pronunciaret sententiam, *Ecce relinquetur domus uestra deserta*, eorũ duritiẽ & obstinationẽ declarauit his uerbis, *Hierusalẽ, Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties uolui cõgregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti.* C O ineffabilẽ Dei clementiã, quidnã uobis fratres de horũ uerborũ suauitate vr: Cõparat se immensus Deus gallinæ, quæ tñ in pullis nutriendis, & fouendis laborat, quos alarũ tegit præsidio, ut a milui tueatur iniurijs, & tñ homines in tanta suorũ affectuum cæcitate uersantur, ut ex tanta clementia nullã fere vtilitatem percipiãt. D His verbis respondet dñs cuidam hominum querelæ: nam cum dicat Diuus Paulus. Nõ est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mũdi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Conqueri homines potuisse uidentur iniquum esse, hostes a Deo dari adeo fortes, & potentes tam prudentes & sapientes hominibus, qui tam infirmi & ignari sunt. Iniquum tamẽ non Ephe. 6

est

A est ob magnum quod Deus nobis suppeditat auxilium, si eo uti volumus.

Cum Dauid in campum cum Gigante
1. Re. 17 pugnaturus descendit, impar videbatur pugna, & ita dixit Saul. Non uales resistere Philisthæo isti, neque pugnare aduersus eum, quia puer es, hic autem uir bellator est ab adolescētia sua. Quid nam puer Dauid uideretur coram uasto illo Gigante, molis cuiusdam, & turris instar? Humano iudicio, impar uidebatur pugna, at reuera non erat, nam ipsemet Dauid Giganti dixit. Tu uenis ad me cum gladio, & hasta, &
B clypeo, ego autem uenio ad te in nomine Domini exercituum, & dabit te dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum a te, ut sciat omnis terra, quia est dominus Deus in Israel, & quia non in gladio, neque in hasta saluat Dominus. Et ita qui ex se erat infirmior diuino muni-
4. Re. 6. tus auxilio victoriam consequutus est. Misit Rex Syriæ exercitum suum, ut Elisēū ad se captum adduceret, & cum eum undique iam septum tenerent, seruus eius Giezi timere, & plorare cœpit dicens, heu, heu,
C heu domine mi, quid faciemus? At ille respōdit Noli timere, plures enim nobiscum sunt, quam cum illis. Et orans propheta ad Deum, ut aperiret oculos pueri ut uideret, aperuit dominus oculos eius & uidit, quia ecce mons plenus equorum & curruum igneorum in circuitu Elisei. Quis nam dixisset hominem senem, infirmum, & solum regis Syrię copias superaturum esse? Verum tot fuerunt Dei auxilia, & tanta per currus illos igneos significata, ut il
D lis non solum regis Syrię, sed uniuersi orbis exercitus uincere potuisset. Ad hanc
Apo. 20 rem facit etiam illud Apocalypsis, ubi uidisse se Diuus Ioannes ait. Angelum descendentem de cœlo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua, & apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus & Sathanas, & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum Quibus uerbis significatur, potestas quam Christus redemptor noster habebit in æternū in potestates infernales. Nam per mille annos quod est tempus finitum infinitum significatur. O beatos illos qui ad has alas confugiunt, & hoc se præsidio muniunt, quia quamuis ex se infirmi sint dęmones autem potentissimi, hoc tamen freti auxilio victores existent

Contemplamini, obsecro, dilectissimi diuinum hunc redemptorem, tanquam gallinam alis in cruce expansis, uos uero tanquam pullos a rapacissimis auibus inferni septos, esse considerate, quæ ut uos unguibus deprædentur, huc illuc circumuolant, Properate, properate, & ad hoc diuinum præsidium, quam primū accurrite. O Christe supreme mundi reparator, animarum amor suauissime, qui gallinæ te tanta cum clementia, & humilitate comparasti. Aperi, quęsumus, cælestes alas, & tua nos defende tutela, ita ut dęmones communes hostes damnum nobis inferre non possint. Huius auxilij certitudinem significauit Diuus Stephanus cum dixit se vidisse cælos apertos, & Iesum stantem a dextris virtutis Dei. Quod si petitis cur gloriosissimo huic martyri potius quam cęteris admirabilis hæc visio ostensa est? Respondeo, quod ut ait Diuus Paulus, oportet accedentem ad Deum credere, quia est, & inquirentibus eum remunerator est, quod non solum necessarium est credere Deum esse bonum, uerum etiam seruorum suorum optimum remuneratorem. Et quia in hac Ecclesia Diuus Stephanus martyrum omnium primus fuit, cæterorum quasi signifer, ut alios, qui eum sequerentur, uehementius incitaret, ostendit ei Deus in hac uita præmium, quod in alia daturus est ijs, qui uitam, & sanguinem eius amore effundunt. Gaudeamus igitur omnes, quandoquidem pręstantissimum aduocatum e terra in cœlum hodie misimus, qui quanam ratione amicorum in gloria poterit obliuisci, qui inter lapides non est oblitus inimicorum? O admirabilem martyris charitatem, lapidum oblitus, qui innocentissimum caput vulnerabant, & animarum memor eorum, qui eos iaciebant, plus spiritualia proximorum uulnera, quam corporis sui ictus sentiebat. A

Act. 7.

Heb. 11

Quare pro seipso stans rogauit dicens Domine Iesu ace pe spiritum meum. Pro iis uero qui eum lapidabāt genibus flexis & clamās rogauit. Positis autem genibus clamauit uoce magna dicens Domine ne statuas illis hoc peccatum efficacius & vehementius orauit, ut illud quod difficilius uidebatur impetraret. Nō frustra orauit: quia D. Pauli conuersionem impetrauit. Vtinam idem nunc impetret iis, qui

A in peccato duri, & obstinati uersant. Hoc a gloriosissimo hoc martyre petendum, & sperandum est. Nam ut a Diuo Rocho pestis auersionem, a Diua Lucia oculorum conseruationem petimus: ita a Diuo Stephano, ut cordis molliciem a Deo impetret petere debemus, quia corda nostra e duro lapide in mollem carnem mutentur, quod ab eius intercessione sperare possimus, non solum admirabilis Diui Pauli conuersio facit, uerum etiam magnum quoddam miraculum quod D. August. refert. Nam cum paganus quidam morti iam proxi-
B mus esset, eius filia, quæ Christiana erat, & generei ut antequam moreretur Christianus fieret suadebant, cumque nihil preces, nihil prodessent lachrymæ, gener flores quosdam ex D. Stephani altari desumptos ad caput morientis posuit, qui mane experge factus, clamare cœpit, ut Episcopum ad se quam primum adduceret, qui tunc cum D. Aug. erat, & cum statim accurrisset, baptismum, quod magnis precibus postulabat pagano concessit. Qui peccata sua pluribus cum lachrymis confessus est, & ex eo
C tempore donec animam exhalauit, semper ea D. Stephani uerba in ore habuit, dñe Iesu accipe spiritum meum. Cum tamen hęc D. Stephanum dixisse a nullo accepisset. Quod si hoc gloriosus hic martyr pagano sua intercessione impetrauit, & eum æternæ damnationis, quæ iam imminebat, periculo liberauit, quid deuotis suis fidelibus non impetrabit? Petamus igitur ab eo fratres, ut cordis nobis molliciem impetret, ut ea ueram agamus pęnitentiam, qua acquiritur gratia, & postea gloria. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

D. Au li 2. de ciu. Dei.

D
IN EODEM FESTO S. Stephani protomartyris.

Concio Secunda.

Dicebat Iesus turbis Iudęorum, & principibus sacerdotum, ecce ego mitto ad uos Prophetas, & sapientes, & scribas, &c. Matth. 23.

EX maioribus diuinæ liberalitatis beneficijs unum est, mittere uiros iustos diuino spiritu, & sapiētia plenos, ut peccatoribus medeantur, ut affirmat D. Paulus dicens. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios uero Euangelistas, alios autem pastores & doctores ad cōsummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Ponderate uerba illa, ad consummationem sanctorum, quæ dupliciter intelligi possunt. Vel mittere huiusmodi ministros, ut in muneris sui, & ministerij functione opera sanctissima, & cōsummata operentur in ædificationem Ecclesiæ, uel tantam illis uirtutem tribuisse Deum, uel instrumemta sint operis adeo sublimis ut est peccatores sanctos consummatos & perfectos efficere. Et profecto si huius beneficij magnitudinem intelligeremus nunquam gratias Deo agendi finem faceremus, cum dona omnia, & gratiæ quas in suos ministros diuisit, omnes ad utilitatem nostram sint. Et ne existimaremus hos ministros tot Spiritus sancti donis ornatos missos tantum a Deo esse nascentis Ecclesiæ initio, addidit S. Apostolus, donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Significans quod nunquam sancti Dei ministri deficient usque ad uniuersalem omnium resurrectionem. Et hoc etiam significat pręsens uerbum, quod dominus hoc loco usus est dicens. *Ecce ego mitto ad uos.* Semper mitto & mittam usque ad consummationem sęculi. Ex quo infertur quanta ueneratione digni sint Ecclesiæ sanctę ministri, cum eos Deus salutis nr̃æ causa mittat. Nam si regum nuntios, & legatos tantopere æstimamus, & ueneramur, ut ipsas etiam quas afferunt literas capiti nostro uenerationis causa imponamus, quidnam cum cælestis regis nuntiis faciendum erit? & ut uideatis Dei nuntios & legatos esse, audite quid D. Paulus dicat. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum & posuit in nobis uerbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimus, tanquam Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. O uerba consolatione & suauitate plena, uilissimæ terræ uermis potentissimus cæli rex legatos mittit. Vide quanti te faciat. Quis nã hoc considerans diuino se amore inflammari non

A Ephe. 4.
B
C
D
1. Co. 5.

A sentiet? ô ipsismet lapidibus duriores, q hoc nō sentistis. Notate vt dicat Sanctus Apostolus, in Christo posuisse patrē opus reconciliationis, nulla mundi meritorum habita ratione, qui tantum beneficiū non merebatur. In nobis autem posuit (inquit) verbum reconciliationis, non ipsam recō ciliationem. Pro Christo ergo legatione fungimur, eius nomine vos ad reconciliationem, & veniam inuitamus: neque solum inuitamus sed obsecramus pro Christo. O summa Dei clemētia, qui ab homine tot læsus iniurijs, non ideo tamen vindicem Angelū mittit, qui eas seuerissimè B vlciscatur, sed legatos mittit qui eum venia & reconciliatione obsecrent. Obsecramus pro Christo vtinam huius verbi vim perciperemus, nā re vera significat, quod cum euangelij minister vos ex hoc loco obsecrat, & hortat ipsemet Christus vos ad misericordiam & amicitiam hortatur, & obsecrat. Obsecramus pro Christo recō ciliamini Deo. Eia homines, quot vobis legatos magnus hic rex mittat: videtis, q d igitur respondetis? væ vobis si tantum beneficium contemnatis. Date, obsecro, fratres in cordibus vestris tale responsū, quale huiusmodi legatio petit: secus. n. magnam legatis iniuriam fieri scitote, & regi, qui eos mittit maiorem. C

Gala. 4. Videte si iniuriam, & ignominiam existimabat Diuus Paulus nihil sua legatione, & prædicatione prodesse, qui ait, vellē modo esse apud vos, & mutarem vocem, quoniam confundor in vobis. Mutarem vocem inquit, idest, iam non tanta mansuetudine prædicarē, sed seuerè vos reprehenderem, quia pudet nihil vobis mea prædicatione profuisse. Et econtra cùm pro- Phil. 4. desse se intelligebat suam hanc esse coronam dicebat, vt cum ait, fratres mei dilectissimi, & desideratissimi, gaudium meū, & corona mea, sic state in domino cha- D rissimi, modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus enim propè est. Gloriæ coronam Philippensium in virtute progressum existimabat. O quam paucas huius generis coronas hodie nos Sancti Euangelij prædicatores sperare possumus. O quam verè dicere, confundor in vobis, quandoquidem sudores, & labores nostros parum omnino spiritualiter proficere videmus. O Domine mi Iesu Christe, num hi sudores mei, hæ voces iustitiā coram te aliquando clamabunt horū hominum, qui me audiunt, & toties audierunt vltricem? Quam nam Deo rationem fratres tot meorum laborum reddetis? satis iam satis duricies, & pertinacia sit, qua hucusq; surdos vos meis vocibus præbuistis, dedite iam vos, & vinci aliquando sinite, nolite permittere, vt mea omnis cura & studiū quo vos per tot annos ad bonū incitaui maioris vobis pœnę causa sit. Per Esaiam minatur Deus proteruis quibusdam dicens, væ Ariel, Ariel ciuitas, quā Esa. 29. expugnauit Dauid, additus est annus ad annum, solemnitates euolutæ sunt, & circumuallabo Ariel, & erit tristis & mœrēs. B Et cum labores plurimos corporales retulisset, quibus ciuitatem illam volebat affligere, eo quod plurimi anni, & solemnitates plurimæ transactæ essent, quib. eos, ad se conuerterent, monuerat, & nihil profuisset, addit statim aliud supplicium, quod (inquit) erit sicut somnium visionis nocturnæ, si cum superioribus comparetur. Hoc autem supplicium paulo post declarat his verbis. Quoniam miscuit vobis dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros. Et statim metaphoram declarat dicens. Prophetas & principes vestros, C qui vident visiones operiet, ne scilicet, quæ vobis conueniunt, & vtilia sunt prævidere possunt, & ita in vestræ obstinationis, & præuaricationis pœnam cæci, & sine duce remanebitis. Hæc omnia cum ciuitate Hierusalem propheta loquebatur, quam Ariel vocat, quod Leonē significat, vel quia fortissima erat, vel quia dura, & Dei præceptis rebellis. Sed quam verè eadem verba de plurimis Christianorum ciuitatibus, & de plurimis hominib. priuatim dici possunt, væ tibi respublica, vę tibi anima, ciuitas, quam tanto labore verus Dauid Iesus Christus, & tanta sanguinis effusione expugnauit. Additus est an- D nus ad annum, solemnitates, & quadragesimæ euolutæ sunt, & tu semper in peccatis obdurescis, væ tibi, quia non solum te Deus corporalibus, sed spiritualibus etiam puniet supplicijs, quorum vnum erit, oculos tibi claudere, qui sunt sapientes, & prædicatores, ne quæ tibi conueniunt dicere possint. Vel certè tam frigide, & sine vllo spiritu, & deuotionis affectu dicant, vt nihil plus prosint, quā si nō dicerent. Per hanc metaphorā oculorum

quam

A quam Deus hoc loco posuit & ex loco in quo eos natura collocauit declarat nobis Dominus quantæ vtilitatis sint sapientes, & illis sublimiorem & priorem in Christiana Repub. locum deberi in qua oculorum munere funguntur. Oculi.n. res nobis ostendunt, antequam ad eas accedamus, vt scilicet, eas, vel sequamur, vel fugiamus. Et hac de causa non in pedib. sed in eminẽti loco eos natura posuit, vt decebat, vt scilicet, vtilia prospicerent, & noxia euitarent. Ita, & sapientib. qui reipublicæ ocu-
B li sunt, locus debetur sublimior, vt inde, q̃d reipublicæ corpori vtile sit, q̃d noxiũ prospicere possint. Per eundem prophetã Esaiã declarauit Deus ex grauissimis supplicijs quibus populum suum punire solet, vnum esse, non solum oculos illi claudere, sed etiã prorsus auferre: & ita Esaias ait, ecce dominator dominus exercituum auferet ab Hierusalem, & ab Iuda iudicẽ, & prophetam, & senem, & honorabilem vultu, & consiliarium, & dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabunt eis, & corruet populus. O seuerissimũ sup-
C plicium, quod vtinã fratres a nobis Deus auertat, nam si his temporibus cum tanta hominum copia sit, qui sapientia, virtute, vsu, & prudentia præstant, & nos ad virtutem doctrina incitãt, & exemplo, & nihilominus tamen nulla fere vitę, & morum correctio est, si hæc deficerent auxilia, q̃d obsecro nisi reipublicæ euersio expectari posset? Ponderate potissimum verba illa, auferet senem, principem, & dabit pueros principes eorum. Ex quo manifeste apparet Dei esse suppliciũ prædicatores, prælatos, & principes senes deficere, & hæc munera adolescentibus sine vsu, & experien-
D tia, & quod peius est sine virtute demandari. Cicero plures respublicas adolescentiũ temeritate euersas esse affirmat, & senum prudentia restauratas, & hanc ob causam supremum Romanorum consilium senatum appellatum fuisse ait, eo quod ex senibus constaret, quos rerum vsus, & experientia prudentes efficit. Ideo enim Aristoteles adolescentes ait esse imprudentes, quia rerum experientia carent. Et Iulius Frontinus duces ait, senes esse debere, vt prudenter gubernent, milites vero iuuenes, vt fortiter pugnent. Stobæus quoque, Solonis fuisse legem apud Athenienses refert, vt nullus adolescens ad aliq̃d consi-

Esa. 3.

Cicero de senec.

Arist. 6. Eth. 8. c.

Iul. Frõ. li. 4. c. 1.

Strob. sermo. 1.

lij genus quamuis sapientissimus esset, ad- A mitteret: Sed quid gentilium exempla refero? Nonne Diuum Ioann Baptistam, & quod plus est Christum Redemptorem nostrũm, nunquam nisi triginta annos natos prædicare voluisse legimus? cur igitur nos ante hos annos prędicandi, aut confitendi munus exercere audebimus? ab eo certe abstinendum esse monet Diuus Anselmus, D. Cyprianus. & Diuus Thomas. Ex his etiam verbis: *Ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes*, colligitur sacrorum ministeriorum munera nõ sponte nostra suscipi debere, sed prælatorum expectandum esse imperium, & tunc cum aut illi imperabũt, vel certè electi ab ijs fuerimus, qui eligendi potestatem habent, charitas est ea Dei amore recipere, & propriam interdum quietem vniuersali animarum saluti postponere, res est magni meriti. In libro Iudicũ legitur, quod quia oliua olei sui pinguedinem, ficus fructus sui dulcedinem, vitis vinum suum deserere noluerũt, vt arborum regnum acciperent, eo res deuenit vt rhãnus, i. (*çarza*) fuerit arborum regina constituta. Quo significatur: quod quia nonnulli ne quietem suã, & spiritualia exercitia deserant, publica munera recusant, ideo sæpe homines indigni eligũtur, qui nocent potius quam prosint.

D. Anse. i C. Luc. 1. c. D. Cyp. de ieiu. tẽt. Chri sosto. D. Th. 3. p. q. 39. ar. 2.

B Iudi. 9.

Hucusque de magno Dei beneficio diximus, quo homines afficit, cùm ad eos ministros mittit, & sapientia, & sanctitate præstantes. Reliquum nũc est, vt de homi- C num ingratitudine dicamus, qui non solum ex ijs nullam capiunt vtilitatem, sed eos etiam ad extremum, vsque spiritum persequuntur, vt significat hoc loco Dominus dicens: *Et ex illis occidetis*. Ex tãta crudelitate, quam illi in Dei seruos exercuerunt horum sanctitas, & virtus inferri potest, quam tantæ crudelitatis obiectũ Deus esse permisit. Cum homini infirmo, & imbecilli vena inciditur, monet medicus, vt parum sanguinis detrahatur, periculum enim est ne vires omnino deficiãt. Labores & persecutiones nihil aliud sunt, D quam sanguinis detractio, & iõ eas Deus ex subiecti qualitate metitur: Quare cum Sanctus Iob patientiæ, & fortitudinis viribus polleret, ideo ille ipse, qui sanguinem illi Dei permissione, detrahere debebat, q̃ fuit Sathanas, dixit, extende paululum manum tuam & tange cuncta, quæ possidet.

Et

A Et profectò omnia, illa infortunia, quæ alios debilitassent, Iob nullo erant detrimēto. Diuum quoque Ioannem Baptistam, q̃ vir erat perfectissimus, mūdi monarchia, & Messiæ honore oblato Deus tentari permisit. Abrahæ fidem arduo illo facto, ut est proprij filij sacrificium tentauit. Sāctissimam virginem Mariam magno doloris ictu vulnerauit, cum morti suæ adesset, & tot in se ipso tormenta proprijs oculis spe-

1. Cor. 10 ctare voluit. Et hoc illud est, quod D. Paulus ait. Fidelis autem Deus est, qui non patitur uos tētari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum,

B ut possitis sustinere. Ex quo etiam infertur quam imbecilles in uirtute simus, qui si tātillum sanguinis nobis exigua aliqua persequutione, aut tentatione detrahitur, statim deficimus. O miseros Adæ filios. Quid nam esset si accensos ignes, pręparatas cruces, imminentes capiti gladios viderēmus? Quod si quis uestrum petet quonā modo hæc D. Pauli uerba intelligēda sint, non patietur uos tentari supra id quod po-

Exod. 3 testis, respondeo uerbis illis Exodi ubi dicitur, ardebat rubus, & non cōburebatur. Quomodo hoc esse poterat, si ille uerus erat ignis & rubus cōbustibilis? fieri hoc

C modò potuit, uel Deus rubi uires auxit, aut ignis uires depressit, ut rubi resistentia minores essent. Idem etiam in tentationibus fit, uel auget Deus iustorum uires, ut eas perferre possint, uel tentationum vires diminuit & iustorum viribus æquat. Quo igitur hominum malitia deuenire poterat? quid præstare iniquius quam Dei seruos & ipsummet dominum occidere, & ipsismet medicis, uitam quam ab ijs debebant accipere auferre, & theriacam in uenenum conuertere? Hoc unum est ex maioribus malis quæ sibi ipsis mali inferre possunt, scilicet, iustos persequi, & muros,

D qui eos tuebantur, euertere.

Cum autem ait. *Vt ueniat super uos omnis sanguis iustus.* Significat meritas aliquando pœnas daturos, qui quidem loquēdi modus Hebræis est familiaris, quo etiā usi sunt illi, q̃ dixerūt Pilato sanguis eius super nos & super filios nostros. Et dixit

Mat. 27 Dauid Amalechitæ, qui mortem Saul illi

2. Re. 1. nuntiauerat, sanguis tuus sit super caput tuum, idest, pœna tibi ob sanguinis effusionem debita ueniat supra te. Ait igitur. *Vt ueniat super uos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram.* Eo quod maiorum suorum peccatis seuere a diuina iustitia punitis nullum timorem animo conceperant, sed eadem, imo maiori licentia, & libertate peccabant. Ex quo supremi iudices iustitiam colligere possumus, qui non solum beneficiorum ingratitudinem, uerum etiam duritiem cordis, & obstinationem punit, cum nihil aliorum mouemur supplicijs. Et ita cum Daniel regi Balthasar declarauit quid manus illa in pariete scriberet, supplicium scilicet, quod de eo diuina iustitia sumptura erat, inter cęteras querelas, quas Dei nomine eo loco affert, una est, quia patris sui Nabuchodonosor supplicio nihil profecerat, quē Deus eius superbia tāquam belluam tandiu per syluas errare permiserat, & ideo ait, tu quoque filius eius Balthasar nō humiliasti cor tuum, cū scires hæc omnia, sed aduersum dominatorem cœli eleuatus es? ideirco missus est articulus manus, qui scripsit hoc, quod exaratum est. A B Dan. 5.

Ait autem dn̄s, *A sanguine Abel iusti, usq; ad sanguinē Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templū & altare.* Vbi aperte declaratur quomodo Deus iustorū causam propriam efficiat. Nūquam Abel de fratre suo Cain questus est, & ita dominus non dixit ad Cain, frater tuus clamat ad me, sed uox sanguinis fratris tui clamat ad me, ut dixit etiam Habacuc, lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iuncturas ædificiorum est, respondebit. Vbi non dixit eos quibus lapides, & ligna per vim erant ablata clamare, sed ipsimet lapides & ligna. Quod si has uoces audit Deus, quanto magis eorum voces audiet, qui iniuria afficiuntur? De Zacharia aperte legitur eum morere ur hæc dixisse, videat dominus & requirat. Et ut intelligatis crudelitatē, qua hic Zacharias occisus est, sciendum est, quod in libro quarto Regum legitur, Athaliam crudelissimam, & impijssimam Ochoziæ matrem mortuo filio omnes regios filios, & nepotes occidi iussisse. Solus Ioas adhuc infans una cum nutrice liber euasit, quē Ioiada summus sacerdos, & regis mortui gener secreto in templo ali iussit, & tandem cum opportunum tempus uisum est, eum populi consensu regem creauit, & Athalia iuxta regis palatiū interfecta est. Mortuo Ioiadā, rex & principes omnes idololatræ esse cęperunt, Gene. 4. C Hab. 2. 2. Pa. 24 D 4. Reg. 11.

A perunt, quos cum Zacharias filius Ioiadæ sacerdos, & ipse diuino spiritu motus reprehenderet, regis iussu a populo eo ipso in loco lapidatus est, ubi eius pater ipsum
2. Pa. 24 tegē ab Athaliæ uiolentia & furore defen derat. Quare eo in loco sancta scriptura ait; Non est recordatus Ioas rex misericordiæ, quam fecerat Ioiada pater illius secū, sed interfecit filium eius. Quod scelus diuina iustitia non modo æterno alterius uitæ supplicio, sed hic quoq; punire uoluit. Nam vt eo in loco refertur cum euolutus esset annus, surrexerunt contra eum serui sui, & occiderunt in lectulo suo in ultio-
B nem sanguinis Zachariæ. Credite dilectissimi plurima a Deo flagella immitti ob huiusmodi uiolentias, quæ iustis fieri solent. Hoc intellexerunt filij Iacob cum dixerunt, merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. Quibus dixit
Gen. 42 Ruben, nunquid nō dixi uobis, nolite peccare in puerum, & nō audistis me? nūc sanguis eius exquiritur. Et quamuis interdū propter occulta diuinæ suæ prouidentiæ iudicia simulat tunc cum homines minus id cogitant pœnas repetit. Peccatum illud
1. Re. 12 crudelitatis, quod Amalechitæ quadringētis annis antea commiserāt, iussit Deus
C a Saule puniri. O magnā hominum stultitiam, qui quod præsens non vident supplicium nunquam uenturum esse existimant. Ita infœlix illa Babylonia existimabat, quæ dicebat in corde suo sedeo regina, & uidua non sum, & luctum non vi-
Apo. 18 deo. De qua statim ibi dicitur, ideo in una die uenient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur, quia fortis est Deus qui iudicabit illam. Et qui eam uidebunt dicent, væ, væ, ciuitas illa magna Babylon quoniam una hora uenit iudicium tuum. Hoc si cogitares o infœlix peccator, cum peccare vis, non te ita temere præci-
D pitares, ut facis. Qui in diuersorio sedet læ
Simile. tus & hilaris comedens & bibens, quamtumcunq; libuerit, quamuis nihil de sumptibus cogitet, quicquid tamē insumitur, diuersorij dominus, diligenter notat, neq; eum discedere sinet, nisi prius uel minimū quadrantem persoluat. Ita quamuis tempus nobis a Deo ad pœnitentiam datum in lasciuias, in ludos, & alia sexcenta scelera insumatis, non ideo tamen Deum uestrum obliuisci existimetis, sed diligenter omnia spectat, & notat, & omniū suo tem

pore rationem exiget. Et ita ait Dauid. Im A
perfectum meum viderunt oculi tui, & in Psal. 38
libro tuo omnes scribētur. Quamobrem qui iniuria aliqua affecti sunt, ignoscant quam primum, neque ulcisci se studeant; quia si qui eos iniuria affecerunt, & iniustitiæ suæ pœnitentiam non fecerint, cum minus cogitabunt, Deus vlciscetur. Quia ait, Deu. 32
mea est ultio, & ego retribuam eis in tempore, ut labatur pes eorum, iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora, iudicabit dominus populum suum.

Amen dico uobis, uenient hæc omnia super generationem istam. Hoc factū esse manifestissime patet, cū iam per mille & qn- B
gentos & octoginta annos Hebræorum gens infidelitatis & crudelitatis suæ pœnas dent, qua dominum & eius seruos tot tormentorum generibus necauerunt. Dixit Hier. 25
illis Deus pœnam idololatriæ, seruient omnes gentes istæ Regi Babylonis septuaginta annis. Et seruitus illa pœna idololatriæ fuisse dicitur Regis Manasses. Et uerum 4. Re. 21
est Deum peccata alia alijs grauius punire, non aliam ob causam, nisi quia grauiora sunt, peccatum illud idololatriæ, septuaginta annorum seruitute puniuit. Hoc autem tot annorum seruitute, tot flagellis, tot iniurijs, tot ignominijs punit. Sequitur C
igitur hoc idololatriæ peccato maius sine ulla comparatione fuisse. At nullum inueniri potest grauius idololatria, nisi Deum occidere, ex quo quamuis nullum aliud esset argumentum, satis aperte conuinci Iudæi possunt, hominem illum quem occiderunt uerum fuisse Deum. Sed plurimū hoc loco notandum est, quod non ait dominus quia me occidetis, uenient hæc omnia super generationem istam, sed *quia occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt.* Et qui ad te mittentur. In quo ineffabilis Dei bonitas apparet, qui proprias iniurias obliuisci videtur, eas uero q̄ ami- D
cis suis fiunt vlciscitur. Ita eos æstimat & amat, & damna quæ illis inferuntur propria existimat, & ut talia punit. Quamob rem dixit Moyses, armate ex uobis uiros Nu. 31
ad pugnā, q ultionē dñi expetere possint de Madianitis. Vltionem domini uocat, vt intelligatis Deo uos iniuriam facere, cum proximos uestros læditis, & tunc maxime cum eos ad peccandum prouocatis, ut fecerant Madianitæ. Iam uero mecum viri dilectissimi considerate quanta cum

com-

A commiseratione pijssimus Iesus de supplicio Hierusalem loquatur, quã his uerbis pietate plenus appellat, Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas.

Quoties uolui congregare filios tuos, quẽ admodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? O clementiã in finitã, ò sũmum amorem, ò pietatem Dei immensã, qui se gallinæ comparat, nam inter cętera omnia animalia gallina magnum amoris & pietatis affectum erga pullos suos ostẽdit, ita ut cum ijs se tanquam infirmam

Cant. 4. faciat, & uocem mutet, & colorem quasi se in illorũ infirmitate commutet, ò Christe uere hominum amator, qui tanquam

B gallina infirmitates nostras & dolores suscepisti, & cum esses (ut dixit sponsa candi

Mat. 11 dus & rubicundus, electus ex millibus, faciem tuã pallidam reddidisti. Et ita mutatus & fœdatus cruci affixus es, ex qua pullos tuos piis uocibus uocas dicens. Venite ad me oẽs qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiã uos. Eia igi Christiani, huc tãquam pulli accurrite, & ad sanctissimas gallinę huius alas confugite, si eius miseri cordia & fauore ꝓtegi uultis. Nolite eius uoces contemnere cogitantes quidnam illis comminatus sit, qui eius protectionẽ

C recipere noluerũt. Ecce (inquit.) Relinquetur uobis domus uestra deserta. Hęc est diuinæ protectionis contẽptorum pœna, cuius magnitudinem, Deum magno cum affectu rogate ut uobis declaret, ne post hac timore saltem deterriti hac in re peccetis. Hac gallinæ comparatione docet di

Eccle. 4. uinus magister, quam suaues, quam mansueti & pii prælati & domini esse debeant erga subditos, & inferiores, scilicet, tanquam gallina erga pullos suos non Leo esse debẽt, ut monet Spiritus sanctus dicẽs. Noli esse sicut leo in domo tua, euertens

D domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi. Neque ut Taurus, qui hunc

Gene. 9. arripit, illum dimittit, & quot potest cornibus uulnerat. Noe & filijs suis dixit Deus, terror uester ac tremor sit super cuncta animalia terræ, idest, rigore & timore cum bestiis utendum est, ut uobis obtemperent. Homines uero rationis par-

Mat. 20. ticipes amore regendi sunt. Et discipulis suis dixit dominus, scitis, quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt potestatem exercent inter eos, non ita erit inter uos: Gentiles tyrannos esse & crudeles nihil mirum est, A at uero Christianos mansuetissimi agni Iesu Christi sectatores, illum in mansuetudine ut in cæteris omnibus uirtutibus imitari debent. Vitæ uestræ perfectio sub ditorum flagellum sit, & eos modestia uestra refrænet. Hoc gloriosus Apostolus Diuus Petrus præclare docet. Pa- 1. Pet. 5. scite (inquit) qui in uobis est gregem Dei, prouidentes, non coactè, sed spontanee secundum Deum, nec turpis lucri gratia, sed uoluntarie, neq; ut dominantes in cleris, sed forma facta gregis ex animo. & non apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam. O verba diuina, & digna quæ in prælato- B rum & principum cordibus imprimantur. Non coactè (inqt) sed forma facti gregis, nec ut dominantes. Quod si faciem ve Moyses cornutam habetis, uelo eam obtendite, hoc est, si naturaliter iracũdus es, seuerus & grauis, uim aliquo modo naturæ facias, & humanior fias, hoc.n. est uelare faciẽ, nõ subditos cornibus deterreas, ita ut ad te suis necessitatibus accedere non audeant. Isaiam Deum sibi dixisse re Isa. 22. ferr, uade ad Sobnam pręposituum templi, & dices ad eũ. Quid tu hic, aut quasi quis hic quia excidisti tibi hic, sepulchrum, ex cidisti in excelsu memoriale diligenter in C petra tabernaculum tibi. Ecce dominus asportari te faciet sicut asportatur gallus gallinaceus, quasi pilam mittet te in terram latam, & spaciosam, ibi morieris, & uocabo seruum meum Eliachim, et induam illum tunica tua, & potestatem tuam in manu eius, &c. O male prælate (ait Deus) qui magnum tibi sepulchrum, idest, magnam domum ædificasti, ita ut recte appellari possis (*Capon en caponera.*) Asportabit te Deus uedẽdũ in Babyloniam tanquam gallum galli D naceum, & alium tibi successorem dabit, qui pater sit, tu enim tyrannus es, non pater. Videtis fratres supplicium, quo hominis huius crudelitatem Deus puniuit, qui cum prælatus esset, prius pater nõ erat, Et ideo patres mei & domini alieno exemplo discite, ne uos Deus in hac, et in alia vita puniat. Sed animaduertere uos æquum est, quod etiam patris & prælati muneri maxime conuenit cum subditorum dissolutio & duricies postulat, rigore & seueritate uti, cuius enim prælati potentia & modestia


A modestia ad subditi proterui, & inobediẽtis mores emendandos sufficiat? Aristoteles ait, quod actus actuorum sunt in patiente disposito, hinc uidemus plurimos prælatos benignos, & mansuetos subditorum immodestia asperos factos esse & seueros. Quis Moyses (de quo dicitur, erat Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra) quis (inquam) eum tot hominũ seuerissimum fecit homicidam, nisi subditorum malitia? Quis eius successorẽ Iosue a patre & duce Dei exercitus terribilem fecit interfectorem nisi subditorũ inobedientia? Quis mansuetudinem Dauid, qui dicebat, memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius, in tantum rigorem mutauit, ut mortis tempore, cũ iam animam Deo esset redditurus, testamentum humano sanguine infecerit, iubens Ioab & Semei occidi, nisi subditorum malitia? Quis tandem agnum illum mãsuetissimum Iesum Christum Dei filium in leonẽ iratum mutauit, cum vendentes illos & ementes ẽ tẽplo eiecit, nisi subditorum malitia? Quapropter qui subditi sumus, quãtum in nobis est, curare debemus ne nostra immodestia prælatorum modestia abutamur, sed tanquam pulli mansueti & mites eorum exemplo & uirtute nos quasi quibusdam alis protegamus, & ita tam prælati quam subditi plurimum in uirtute proficiemus. Et hic gratiam consequemur, qua acquiritur gloria. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Ar. 2. de anima. Nu. 12. Exo. 32. Iosue. 7. B 3. Re. 2. Mat. 21 C

IN FESTO SANCTI Ioannis Euangelistæ.

Concio I.

Dixit Iesus Petro sequere me, conuersus Petrus uidit illum discipulum, quem diligebat Iesus, &c. Ioan. 21.



EX plurib & magnis miseriis quę inter homines sunt, vna est quod cum se ad aliquam dignitatem ascendisse uidẽt statim eorum qui inferiores remanent, obliuiscuntur, cum cõtrarium omnino faciendum esset, quia cum Deus aliquem ad nobiliorem statum excitat æquum est, ut ille cogitet, nõ sua tantum causa hoc fieri, sed ut ijs, qui in paupertate remanent, opem ferat. Sciebat Deus famem, quæ futura erat in terra Chanaam, quare misit antea Iosephum in Ægyptũ, & eum ad eam quam sæpe audiuistis dignitatem, extulit. Qua de cã? Ipsemet dixit, pro salute uestra misit me Deus ante uos in Ægyptum. Et paulo inferius, præmisit me Deus ut reseruemini super terram, & escas ad uiuẽdum habere possitis. Prȩuidet Deus, quãtæ afflictiõis Hebręis causa futura erat malitia Amã, & ideo diuina sua prouidentia fecit, ut Esther Regi Assuero placeret, & in legitimã uxorẽ ab eo reciperetur Cur? vt. s. ad regiam dignitatẽ exaltata afflictis mederetur. Ita ad eã scripsit Mardochæus his verbis. Ne putes quod animam tuam tantum liberes, quia in domo regis es, si. n. nunc silueris per aliam occasionem liberabuntur Iudęi, & tu, & domus patris tui peribitis. Et q sno uit verum idcirco ad regnũ veneris, & in tali tpe parareris? Cum plures pueri hortum aliquẽ ingrediuntur qui inter eos corporis agilitate præstat, in arborem ascẽdit ut poma decerpat, æquum ne esset, ut ille qui ascendit cęterorũ qui ad arboris radicẽ expectãt obliuisceretur, & sibi tãtũ poma colligeret? O magna iniquitas, & inhumanitas, hoĩes in magno aliquo & opulẽto statu positi, cęterorũ, q in magna uersẽtur necessitate obliuiscãtur, & ipsi soli opulentia illa abundantia frui uelint. Montiũ nix Solis percussa radiis & eius liquefacta calore, ad ualles & ima loca descẽdit, & eas irrigans fertiliora reddit, qđ si non liquesceit, signũ est Solis reflexione nõ calefieri, sed frigore congelatam obdurasse. O diuites & potentes huius sæculi, credite, q si ad ualles. i. pauperes liquefacti non descenditis, uestra illis bona communicãtes, signum est non obscurum, corda uestra diuini amoris radiis calefacta non esse, sed peccatorum frigore gelasse. Hoc est argumentũ efficacissimũ Diui Ioãnis cum ait: In hoc cognouimus charitatẽ Dei, quon ã ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus nostris animas ponere. Sed quomodo animam pro eo quis ponet, cui neque ea, quæ illi superest pecunia succurrit? Et ideo paulo inferius addit,

A Gen. 45. Esther. 4 B Simile. C Simile. D 1. Ioan

dit,

A dit, qui habuerit substantiā huius mundi, & uiderit fratrem suum necesse habere, clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? quomodo diues, qui clausa sic habet viscera perspicuo hoc argumento non contremiscit?

Ex hoc sancti Euangelij initio, Diui Petri magnanimitas apparet, qui in suprema illa dignitate positus, & Christi uicarius
Ioan. 21 factus, non ideo tamen amici sui Diui Ioannis obliuiscitur, imo dominum interrogat dicens. *Hic autem quid?* Quasi diceret, domine, cum mihi munus hoc dederis eminentissimum, tuo huic dilecto
B quid dabis? Non ignoro tamen alios aliter sentire, quod nimirum cum dominus interrogauit Petrum, diligis me plus his? Respondit, etiam dñe, tu scis quia amo te, Cui dominus. Pasce agnos meos. Quibus verbis ei summi Pontificatus dignitatem tradidit, in qua nullum admittere socium Diuus Petrus uoluit, sed amorem, quē ad eam necessarius erat se habere constantissime profitebatur. Quare tunc non dixit, hic autem quid? At verò cum dixi dominus sequere me, scilicet per mortem, tunc interrogauit, domine, hic aūt quid? Num tuus hic dilectus te quoque per mor
C tem sequetur? Ex quo videtur in labore socios uoluisse, non in dignitate. Sed hoc reuera de Diuo Petro mihi persuadere nō possum, qui diuino amore & charitate incensus erat Commune tamen hominū peccatum esse fateor, qui malorum socios habere solatium esse existimant, bonorum
Can. 3. uero socios ferre non possunt. At non ita Sponsa illa sanctissima, quæ cum ad tantam dignitatem peruenisset, ut à Rege in cellaria sua introducta esset, quod erat cordis intimum, & cū dixisset, Dilectus meus mihi, & ego illi, mutuum significās amorem, socias mox inuitat, ut secum vna spō-
D so, & dilecto suo perfruantur dicens. Egredimini filiæ Siō, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua. Sed cur benedicta sponsa sponsum tuum tanta cum liberalitate ostendis? an non times ut cęteræ mulieres eius pulchritudine captæ eius amorem expectant? Terrenæ, & rusticæ cogitationes istæ sunt. At meus sponsus diuinus est, & cælestis, non terrenus, qui ut una amet cæteras odisse debeat. Omnes cælestis hic sponsus amat, neque ob unius amorem alias minus amat. Omnes summe diligit, & tamen ego non ideo minus dilecta sum, & ita omnes eum amare uolo, omnes eius pulcritudinem uidere. Egredimini egredimini, & videte Regem Salomonem, omnes eum amate. Quanto magis quis amat Deum, tāto magis ab omnibus eum amari vult. Hæc est iustorum consuetudo, ut omnes prosperitatum participes, aduersitatum uero expertes esse velint. Immo ne cæteri labores ferant, eos ipsi suscipiunt, & perferunt, & ita suis uestibus aliorum corpora contegentes, ipsi nudi remanent, vt pauperum fami succurrant, suum sibi cibum detrahunt, ut peregrinus itineris la- B
bore defatigatus in molli lectulo requiescat, ipsi humi iacent. Sunt enim, ut ait Ro. 12.
Diuus Paulus, Necessitatibus sanctorum cōmunicantes, hospitalitatem sectantes, & 1. Co. 4.
tandē, vt idē Apostolus dixit, vsq; in hanc horam esurimus, & sitimus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus. Vel ut alij uetterunt, incertis uagamur sedibus, propriam domum non habemus. Hæc omnia libentissime perferebāt, ut proximos suos laboribus liberarent æternis.

Denotat præterea hęc Diui Petri interrogatio. *Domine hic autem quid?* Curiositatē quandam qua homines aliena curare C
solent. Nam cū a Christo Redemptore nostro, Diuus Petrus uocaretur, conuersus discipulum quem diligebat Iesus, respexit, & quid illi faciendum erat interrogauit. Hoc ipsum, qui a Deo vocantur præstare solent. Vixisti omnes uitæ tuę annos in peccatorum cœno, uocauit te Deus ad pœnitentiam, & uix te triduo in uirtute exercitasti, & omnes tuæ curæ & cogitationes sunt de illis agere, quos a tergo te reliquisse putas. Cur ille non idem quoq; faciet? Cur non hanc sibi uiuendi rationē eligetq; d illi misero fiet? Stulte, & inepte quid ad te? *Tu me sequere*, ait dominus. Quis te in hac re iudicem fecit, nonne D.
ad me hominum cura pertinet? Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Domino Ro. 14.
suo stat aut cadit. Stabit autem. Potens est enim Deus statuere, ait Diuus Paulus, proeo potius Deū orare, & obsecrare debes, & si res postulat frater ne corrigere debes, de uita aūt, & moribus eius sollicitus Psal. 39.
ne sis Hoc deplorabat Dauid dicens: Et lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum. Quibus verbis non se cœcū esse neque

A neque oculorum lumẽ amisisse significat, sed oculorum suorum lumine aliena non propria spectare,& sui ipsius cognitionem amisisse. Magnum profecto malum est, vt ea cognitione, quam Deus nobis dedit, ut nos ipsos cognosceremus dedit, in aliorũ peccatis cognoscendis vtamur. Hinc enim virtutem se amisisse fatetur Dauid dicens, dereliquit me uirtus mea, & lumen oculorum meorum non est mecum. particula enim illa(&)denotat causam. Quasi diceret, quia lumen,&c. Sed plurimum hoc loco notandum est, quod cum de seipso D. Ioan. Euangelista loquitur, non ait simpliciter, uidit illum discipulum, qui uocabatur

B Ioannes, sed magno uerborũ ambitu vsus est dicẽs, *uidit alium discipulum quẽ diligebat Iesus, q & recubuit in cœna super pectus eius*. Iactãtia alicui uideri posset, hęc de se ipso referre, & maior humilitas fuisse ea tacere,& alteri euangelistę dicenda relinquere. Sed tñ nulla hic potest esse iactãtiæ suspicio. Primo quia nõ seruitia hic refert quæ Christo redẽptori nostro fecerat, sed beneficia, quæ ab eo acceperat tanquam gratus & memor. Secundo quia licet seruitia referret, ea iustus beneficia esse reputat. Sanctissimum uero exercitium est, diuina beneficia, semp habere ob oculos, de

C ijs sæpe loqui & agere, ita.n. diuinus amor in nobis solet excitari. Iubebat Deus, ignis in altari semper ardebit, quem nutriret sacerdos subiiciens ligna mane p singulos dies. Ignis est iste perpetuo, qui nunquam deficiet in altari. Qui significauit unum ex præcipuis exercitiis, quibus Dei seruus occupari debet, ut amoris ignis in cordis sui altari perpetuus sit, est ligna quotidie subiicere, quæ sunt accepta beneficia singulis diebus, imo etiam singulis horis & momentis in memoriam reuocare, & ex abundantia cordis os loquitur, nam ex beneficiorum memoria,& cordis gratitudine, oris nascitur pronunciatio. O quam diuersa uita nostra esset ab ea quã uiuimus, si hęc assidue cogitaremus. Nã non solum amoris ignis in nobis accẽderetur, uerum etiam ex hac gratitudine prõptitudo quædam nasceretur in Diuinæ legis executione. Hanc ob causam cum Deus Hebræo populo legem dare uoluit initio legis hęc uerba posuit: ego sum dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti de domo seruitutis, et hoc posito statim præcepta subiicit dicens. Nõ habebis Deos alienos,&c. Prius in memoriam reuocat collata beneficia, ut intelligant, quãta cum diligentia legem illam seruare debeant, quia quem accepta beneficia non mouent, quid mouebit?

Leuit. 6.

D

A

Hanc etiam ob causam iussit ut Mãna, quo eos per tot annos aluerat, una cum legis tabulis in arca seruarent, ut illius beneficii memoria intelligerent homines, quanta cum cura legis essent præcepta seruanda. Ideo enim Manna, et Legem id est beneficium, et id quod iubebat, una eẽ uoluit. Magnas gratitudinis laudes in sacra Scriptura inuenietis, et ex præcipuis una ea esse uidetur clauem quandam esse Diuinæ misericordiæ, quam si consequi uultis omnium beneficiorum, quæ ab eo accepistis grati estote, idest, omnium quę cunque habetis, et cõseruationis illorum. Quod optime notauit Dauid dicens. Nisi dominus ædificauerit domum, in uanum laborauerunt qui ædificant eam. ędificare domum in sacra Scriptura est, domum dare una cum uxore, familia, diuitiis, ut in Deuteronomio, sic fiet homini qui non ædificat domum fratris sui, et de obstetricibus, quæ timuerũt Deum dicitur, quod ædificauit eis Deus domos. Ita hoc loco, nisi dominus ædificauerit domum significat, si Deus non daret nobis domum, vxorem, filios, et cætera bona omnia, quæ possidemus nihil horum haberemus. Et nisi dominus custodierit ciuitatem frustra vigilat qui custodit eam, idest, nõ solum dat nobis bona, sed etiam conseruat,& nisi ea ipse conseruaret statim periret. Deo igitur pro omnibus gratias agite, et hac gratitudinis claue Dei cor aperietis, ut maiora ẽr beneficia cõferat. Hoc faciebat Dauid, q. ait. Ego autem semper sperabo, et adijciã super omnem laudem tuam, idest, semper noua sperabo beneficia, quia ob uetera tibi gratiam habeo. O quantum in hac gratitudinis uirtute antiqui illi patres floruerunt, qui non solum, si quid a Deo accepissent, sed si quid eis ab illo pmissum esset gratus se ostendebant. Et ita cum dixisset dominus Abrahæ: Semini tuo dabo terrã hanc. Statim subdit sacra Scriptura. Qui ædificauit ibi altare domino, ut scilicet, gratias pro accepta promissione ageret, Nunc uero quam ingrati sumus, non tantum ob pmissiones, sed ob ipsa etiam accepta

Exo. 16

B

Ps. 126.

Deut. 25

C

Exod. 1

Psalm. 5

D

Gen. 12

A cepta munera & beneficia. Et ita quæ prodesse uobis deberent nostra culpa maioris sunt detrimenti causa. Capilli (quibus Absalon nihil habebat pulchrius) mortis ei causa fuerunt, nam eo quod ijs abusus erat ideo diuina iustitia eos ipsos mortis suæ esse uoluit instrumentum. Ita etiam accidere solet, ut id quod pulchrius, & præstantius est inter naturæ bona, ingenium, scilicet, scientia, generis nobilitas, corporis pulchritudo, & uires, quæ omnia Dei beneficia sunt, eo quod ijs sæpe abutamur, temporalis nostræ destructionis, & æternę condemnationis instrumenta sint. Ideo Diuus B Paulus, cum monuisset homines, ut pluribus se uirtutibus ornare studerent, ait. Super omnia autem hæc charitatem habete, Colo. 3. quod est uinculum perfectionis, idest, perfectissimum, & pax Christi exultet in cordibus uestris, in qua & uocati estis in uno corpore, & grati estote. Hæc tria eos super omnia habere iubet.

Hanc ob causam gloriosus Euangelista in diuinis beneficijs recensendis nimius aliquo modo, si dici potest, esse uidetur. Sed C dicet aliquis, optima quidē impositæ arrogantiæ excusatio hæc, quam attulisti uidetur esse, sed quę inurbanitatis afferri poterit excusatio, qua usus est, cū supra pectus Domini in cœna recubuit? ut priuilegium D. Ioanni Baptistæ concessum fuit, ut sanctissimum Iesu Christi caput in baptismo tangeret, & tamen de eo dicitur, non audebat tangere sanctum Dei uerticem, sed cū clamore & tremore dicebat. Sanctifica me Saluator, nam ego a te debeo baptizari, & Mat. 14 tandem tangere illius caput uoluit, non tā priuilegio, quam ut obedientia singularis esset. Concessum etiam est sanctæ illi peccatrici Magdalenæ, ut diuini illius medici pedes tangeret, qui peccata curabat, & suo utens priuilegio, a tergo magna cum hu- D militate accessit, ut sanctissimos illos pedes lachrymis rigaret, & capillis suis detergeret Diuo Thomæ iussit dominus sacra sua uulnera tangere, ut quæ in eo erant in fidelitatis uulnera curarentur. Tremens S. Apostolus obtemperauit, & statim eius diuinitatem confessus est, dicens. Dominus meus, & Deus meus O rem admiratione dignam, eo quod cæteris, ut singulare priuilegium concessum est, & quo cæteri tanto cum timore & ueneratione utuntur, sāctus hic discipulus tanta cum audacia, & nulla humano iudicio ueneratione usus est, super pectue illud sanctissimum in cœna recumbēs. Sed respondeo dilectissimi diuinitatis urbanitates ab humanis diuersissimas esse. Immodestum & inurbanū dictum illud uidetur Dauid. Propter nomē Psal. 30. tuum deduces me. Quis enim regi dicere auderet, domine deduc me obsecro, illuc.n. proficisci uolo, impudens & inciuilis, non ne satis tibi est, ut Rex seruum suum mittat qui te ducat, sed ipsummet Regem, ducem tibi postulas. At quanto maior impudentia erit hoc a Deo peteret? Nonne An B gelum aliquem qui se deduceret petere potuisset? Et tamen nulla hæc fuit impudentia, quia ut dixi, spirituales urbanitates a mundanis diuersæ sunt. Humanæ urbanitatis præcepta sunt, ut serui se dominis suis seruire offerant, & si domini ipsi seruire uoluerint, ut serui hoc non permittant. At vero aliud spiritualis urbanitas iubet, non enim Deo seruire debes. nisi tantum in ijs rebus quę Deus imperabit, & si Deus ipse seruire uoluerit, eius seruitium recipere magna cum synceritate debes. Scriba quidam ad Christum Redemptorem nostrū C accessisse dicitur, dicens. Magister, sequar te quocunque ieris, & dicit ei Iesus. Vul- Matt. 8. pes foueas habent, & uolucres cæli nidos, filius autem hominis non habet ubi reclinet caput suum. De alio autem refert Diuus Lucas, cui quamuis non accederet, dixit dñs, sequere me. Ille autem dixit, domine permitte mihi primū ire, & sepelire patrem meum. Neque tamen eum, dominus ire permisit dicens Sine ut mortui sepeliāt mortuos suos Quid hoc est? eum qui sponte accedens, cum se sequuturum esse asserit dimittit, & eū qui se excusat, inuitat? Qua Luc. 9. in re significatur plurimos Deo seruire uelle in eo statu & officio, ad quod eos ipse nō D uocat, neque in eo eorum seruitium recipe re uult. O quot religiosam aut clericalem Rom. 8 uitam elegerunt, non tam Dei spiritu, quā propria uoluntate impulsi, qui quidem si uxorem duxissent, & filios procreassent, boni in eo statu fuissent, & tamen mali ecclesia tici sunt.

Alij qui ad religionis statum idonei essent, matrimonium malunt nulla ad illud Dei inspiratione uocati, & ita pessimi in eo statu sunt. Vnū ex pcipuis Xpianæ Reipublicæ dānis, unde plurima nascūtur hoc esse existimo, neque me falli puto, nimirū quia

A Res autem est ponderatione digna, q̄d cum sanctus hic Apostolus magnis a Deo priuilegijs ornatus esset, solius tamē amoris hoc loco mentionem facit. Dicere potuisset, conuersus Petrus vidit illum discipulum, qui Patriarcha fuit omnium quotquot fuerunt maximus, quem Christus Dei filius in ecclesia sua tanquam præcipuum eius reformatorem, post cæterorum omnium Apostolorum mortem superstitem diu reliquia, quia ut D. Hieronymus asserit, sexaginta octo aunos post domini Ascensionem uixit, & semper regula fuit & norma ad errores omnes, q̄ tunc in Dei ecclesia excitabantur, corrigendos. Dicere etiam potuisset, vidit illum discipulum, q̄ in gratiæ lege Princeps prophetarum fuit: B quia vt idem D. Hieronymus ait; Apocalypsis habet tot sacramenta, quot uerba, parum dixi, pro merito voluminis minor est omnis laus. Dicere etiam potuisset, uidit illum discipulum, qui matrem habuit omnium, quæ in mundo fuerunt præstantissimam. Nam D. Ioan. Baptistæ ortus ex matre Elisabeth in templo nuntiatus ab Angelo fuit, tūc cum pater eius Zacharias Deo offerebat incensum. Huius uero dilecti discipuli ortus singularis ex beatissima Virgine, tunc nuntiatus fuit, cū magnus ille Sacerdos Iesus Christus in ara crucis, non incensum, sed proprium sanguinem in peccatorū sacrificium ęterno Patri offerebat. Quare verbis illis quæ Redemptor C noster dixit, Mulier ecce filius tuus, magnam sanctissima Virgo dignitatem accepit, quæ spiritualis nomi huius filij mater facta est, & in eius persona omnium fidelium, & singulare dilecti huius discipuli beneficium fuit, qui talis matris filius factus est & singulari rōne ipsiusmet Saluatoris Iesu Christi frater, qui quidē titulus omnes humanos titulos nobilitate & præstātia excedit. Dicere etiam potuisset, vidit illum discipulum, qui cæteros omnes martyres superauit, eo quod amoris martyr fuit, qui una cum matre sibi a Saluatore data iuxta crucem martyrio affectus fuit, D moriens non in seipso, sed in amato fratre suo Iesu, vt plus quodammodo ipse moreretur. D. Laurentius sæuissimè combustus fuit, D. Bartholomæus pelle exutus, D. Petrus decapitatus, & cætera omnis Martyrum multitudo de morte gloriosissime triumphans, cum Diuo Paulo decātabat.

D. Hier.

D. Hie. i epist. ad Pauli.

Absorpta est mors in uictoria, ubi ē mors A uictoria tua? Quia ex sanctissima diuini Saluatoris morte fortitudinem ipsi, & uirtutem percipiebant, ut læti tormenta perferre possent. Sed tu o gloriosissime Martyr, dū in eo quem tantopere amabas, moriebaris, nullum inueniebas solatium, non mori mors tibi erat, nā moriebatis, quod mori non posses in quo uiuebas moriente. Itaq; ex fonte illo vade in cæteros martyres gaudium & solatiū ad sua martyria perferenda manabat, inde dolor tuus & mœror oriebatur in tuo. Qua in re notate quæso mysterium ponderatione dignum, B nempe quod passionis domini tempore, solus D. Petrus, & D. Ioannes cum eo remanserunt. Et quidem D. Petro sceleris ministri toties molesti fuerunt, interrogantes. Tu ex illis es, nam & loquela tua manifestum te facit. Qua interrogatione turbatus, se illius esse discipulum negauit Diuus vero Ioannes in palatio, & in prætorio ad fuit cum eum accusabant, cum flagellabāt, cum spinis coronabant, cum eius faciem conspuebant, iuxta crucem stetit cū eum crucifigebant, plorare eum, suspirare, & magistri sui mortem dolere uidebant, & C tamen eorum nullus interrogat, cur ploras. Nemo accusat, neque ait, suus iste erat discipulus, amicus & fautor, eum ita eius mortem deploret, & eo magis, quia eius cu ræ matrem suam commendat. Dico admirabile hoc fuisse amoris priuilegium, ut amati sui Iesu tormentis & morti adesset, & ut ē passionis suæ calice nullo repugnante biberet. Diuina hoc prouidentia statutum fuisse, vt nemo hanc ei gloriosissimi martyrij palmam impediret.

Mat. 26

D Harum rerum omnium sanctus Apostolus mentionē hoc loco facere potuisset, tā oēs silentio prętermittit, & tantum Iesu Christi dilectiōn se fuisse ꝑfiretur, dicens. *Vidit illum discipulū quem diligebat Iesus.* Quo in loco occurrit illud Salomonis, cū ait. Sunt iusti atq; sapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen nescit homo vtrum amore, an odio dignus sit. Sed omnia in futurum seruantur incerta, eo quod vniuersa æque eueniant iusto & impio, i. quanuis uerum sit iustos in hac uita, reperiri & sanctos, ipsi tamen an a Deo amentur, ignorant, quia hæc externa, infortunia .s. & labores tam iustis, quam iniustis eueniunt. Quomodo igitur diuinus hic Apo

 stolus

A stolus omni dubitatione remota a Iesu redemptore nostro amari se cõstãter asseuerat? O te Diue Ioannes beatum, qui in huius uitæ exilio esse de tua salute securius meruisti, & tanti tituli dignitate nobilitari. Si in seraphicos illos cæli spiritus diuini amoris igne flagrãtes cadere posset inuidia, plus hunc tibi titulum quam cætera omnia creata inuiderent, ut eorum aliquis Dei dilectus posset singulari ratione vocari, nam re uera hic titulus titulos oẽs excedit, & ideo unigenito Dei filio datus fuit, de quo Pater æternus in transfiguratione & in baptismo dixit. Hic est filius
B meus dilectus, & hoc eodem titulo sanctũ
Mat. 17 hunc discipulum honorare uoluit. Nã cæteri oẽs tituli sine hoc nihil ferè sunt, & hic per se solus instar est omniũ, imo oẽs unus superat. O Deus maiestatis infinitæ, si hoc per tuam clementiam doceres eos, qui humanos titulos tanti faciunt. O quantum optarem, ut hoc diligenter considerarent. (*Los Guzmantes, los Manriques, los Mendozas*) Et cæteri huius mũdi gigãtes, sæpe qñ Apostolatus quod tanti æstimabat D. Paulus, vt scribẽs ad Romanos dicat; Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus segregatus in Euangelium Dei. Sed (inquã) Apostoli, Euangelistæ, & Prophetę munus
C sine diuino amore inutile est, quid obsecro generis nobilitas? quid corporis pulchritudo? quid diuitiæ & cætera omnia, quæ homines tanti faciunt, prodesse poterunt, nisi Dei adsit amor? O filij Adam, ut quid diligitis vanitatem & quæritis men-
Psalm. 4 dacium? Cur id quod tam uile est tanti ęstimatis, id uero quod tanti est momenti, ut est diuinus amor contemnitis? Illuminet uos Deus, vt vanitates istas post hac nihil faciatis, & diuinum amorem seriò & diligenter habere studeatis, cum ei qui tãtum amauit, tantus amor debeatur. Hi uestri tituli esse debent, hoc palam & publicè pro
D fiteri debetis amantes & amatos Dei esse qualis fuit hic gloriosus Apostolus, cui dilectus suus non solum in uita, sed etiam in morte, magnum quo eum prosequebatur amorem ostendit, quam a cæterorum Apostolorum morte diuersam esse uoluit. Nam cum iam plenus dierum esset, & mortis aduentare diem prędiceret & suos discipulos & vniuersum Ephesi populum in Ecclesiam conuocauit, quo cum omnes conuenissent suum aperiri sepulchrum iussit, & in illud ingressus, non tanq̃ moriturus,
A sed tanquam ad lętum aliquod iter discessurus populum est suauissime & deuotissime alloquutus monens, ut eam quam ipsis prædicauerat fidem, præstantissime retinerent. Prælatis diligenter obtemperarent, mutuum inter se amorem, mutuam pacem, & concordiam conseruarent, & tandem, vt humana omnia contemnerent cælestia & diuina quærerent. Quę cum dixisset, & populus rei nouitatem admiraretur, quidnam sibi uellet ignarus ecce de coelo dilapsa lux, sepulchrum, in quo Sanctus iacebat contexit, quæ cum paulo post uiden- B
tibus omnibus euanuisset, nihil in sepulchro inuentum est, præter Manna quod è sepulchro tanquam arena, è fonte manabat, & ita diutissime perseuerauit. De sancto Apostolo quid factum sit, ignoratur. Pie creditur sanctissimum eius corpus vna cum anima in cœlestem gloriam fuisse D. Aug.
translatum. Ita D. August. affirmat, & non nullis probat argumentis. Ita & D. Tho. D. Tho.
affirmat, uerba illa domini declarans, sic eum volo manere. Quod nostra interest illud est, ut hunc Dei dilectum omnes patronum nobis & aduocatum habeamus in cęlo, eius puritatem & sanctitatem imitantes, ut posteaquam gratia hic uixerimus ꝑ frui mereamur gloria: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius Amen. C

IN FESTO SANCTI Ioannis Euangelistæ.

Concio I.

Dixit Iesus Petro sequere me, conuersus Petrus uidit illum discipulum, quem diligebat Iesus, &c. Ioan. 21. D

POstea quam Christus R. N. D. Petrum ouium suarum pastorem creauit, ut ei significaret moriendum illi esse earum causa, ut ipse mortuus fuerat, dixit illi, ut se per crucis iter sequeretur. Quasi diceret, non ideo te mearum ouium pastorem feci, ut te otio & delicijs tradas lactis, & lanæ beneficio fruens, sed ut eas exemplo & doctrina pascas, & tãdẽ ꝑ eas mea imitatione

A tione moriaris. Sed peto si omnes Apostoli per hoc mortis iter Christum Redemptorem nostrum sequuti sunt, cur tantum Diuo Petro dixit: Sequere me? Nã si hoc dixisse putas ob mortis genus, eo qđ cruci figendus erat, ut ipse, falleris, quia Diuus Andreas quoque, & Diuus Simon crucifixi sunt, ergo non solus ipse p crucis iter magistrum suum sequutus est. Respõdeo igitur, hoc illi tãtum dixisse eo quod omnium prælatus esset, significans, quod si is qui cæteris præest, primus omnium cœlestem hunc ducem sequitur, facile etiam
B cum cęteri sequentur. Hoc unusquisque potissimum curare debet, ut nõ seipsum, sed omnium uirtutum exemplem Iesum Christum sequatur. Quid enim querelæ
Isa. 65. illæ Isaię significant, cum ait? Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in uia non bona post cogitationes suas, hoc enim est quod homines in infernum præcipites agit, malorũ affectuum iter sequi. Sunt Adæ filij adeo inclinati ad id, qđ appetitus postulat exequendum, ut nisi id quod optant consequatur, nulla alia re acquiescant. Quem
Simile. admodum puer, qui si pro gladio suspirat & plorat, quæcunque illi des, contemnit,
C neque ideo clamare & plorare cesset, ideo ait eo loco dominus, q graditur in uia non bona post cogitationes suas. Vę illi, qui per hoc iter incedit, & proprium appetitũ sequitur, qui tanquam coruus ei oculum eruit, a quo alebatur. Primũ igitur fratres quod faciendum est, ut Saluatorem nostrũ sequamur, est appetitus nostri uiã deserere, & idola ista quæ hucusq; sequuti sumus, utrumque enim sequi non possumus, ut sanctus ille senex Mathathias dixit. Qui cum ut Idola adorare uel-
1 Machabæ. 2. let, persuaderetur, magnæ uoce dixit. Et si omnes gentes Regi Antiocho obediũt, ut discedat unusquisq; a seruiture legis, ego & filii mei, & fratres mei obediemus legi
D patrum nostrorũ, ppitius sit nobis Deus non est nobis utile relinquere legem & iustitias Dei ut eamus altera uia. Vtinam Deus spiritũ nobis & efficaciã daret, ut ita appetitui nostro, & cæteris omnibus rebus quæ nos a Iesu Christi filij Dei uia reuocare volũt, respõdere possemus. Sed, o cælestis Dux, o infinitæ uirtutis Deus ecq; sinam te domine seq; poterit? Quomodo formica & uermis, & qui tanto carnis pondere opprimitur, eũ sequi poterit, q exultauit vt Gigas ad currẽdam uiam; Sed cõfide, nam qui te vt eum sequaris, inuitat, vires etiam vt hoc præstare possis suppeditabit, hic. n. est ille qui dat lapso virtutem, et ijs, qui non sunt fortitudinem, & robur multiplicat. Huc facit exaggeratio Isa. 40.
illa D. Pauli, quam notare nos vellem (ait Ephes. 3
enim:) Flecto genua mea ad Patrẽ domini nostri Iesu Christi, a quo oĩs paternitas in cœlo & in terra nominatur, idest, ex quo & beatæ mentes quæ in cælo sunt, & homines qui in terra viuunt suam ducunt originem, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, idest, gratiæ suę, quæ eius gloriam maxime declarat, virtutem corroborari per spiritum eius in interiori hominę B
Christum hab tare, per fidem in cordib. uestris, in charitate radicati & fundati, q ita confirmati, & corroborati essent, cœlestem hunc gigantem magna cum suauitate sequerentur. Pueri accẽsis facib. præire
solent, ut dominis suis præluceant, præcedere etiam alij serui solent, ut turbam re- Simile.
moueant, & quod iter impedire possit, tollant. O ineffabilis Dei bonitas, ac si domini nos essemus unigenitus Dei filius pire uoluit, cælesti sua doctrina prælucens, ut
fatetur Dauid, dicens: Lucerna pedibus Psal. 118.
meis uerbum tuũ, & lumen semitis meis, uiam ẽt planã & facilem reddit, oĩa nobis
impedimenta tollens. Ita ipsemet p Isaiã Isaiæ. 3.
pmiserat, ubi de filij Dei aduẽtu loquens, C
ait: Et erit ibi semita, & uia sancta uocabitur, nõ transibit, p eã pollutus, & hæc erit uobis directa uia, ita ut stulti nõ errent p eam, non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet p eã. Hæc uia Euangelica lex est, per quã non transibit pollutus, id est, sen-
sualis & carnalis. Dicere autẽ ita ut stulti 1. Cor. 4.
nõ errent per eã, exaggeratio est, ut huius uiæ rectitudo & facilitas significet, & q uã facilis & suauis sit gratiæ lex ijs, qui per eam uolũt magna intentionis sanctitate, & puritate incedere. Dici etiam põt, quod D
illi stulti, de quibus ait D Paul. Nos stulti pp Christum, non errant per eã. Semitam autem uocat, quia pauci ambulant p eã, & quia ita angusta est, ut triumphales currus, mulos & equos oneratos, idest, mundi superbos & auaros capere non possit. Ait etiam: Non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eam, significans Redemptorem nostrum qĩa impedimẽta sustulisse, q

A cæli iter in ueteri lege impedire uidebantur, & omnia pacis & securitatis plena reliquisse. Quis igitur est adeo piger & timidus, qui per hanc uitam adeo securã & suauem ad summum illud bonum, vt est cælestis gloriæ þmiũ contendere recuset? O infælices illos, qui tãta opportunitate uti nolint. Nemo se imbecillitate excuset, quia coram Deo inutilis erit excusatio, nihil est, cur dicat ouis suum se pastorem sequi non posse, nam si uiæ labore defatigabitur, aut claudicabit, ipse suis gestabit humeris. O clementissime pastor Iesu Chri-
B ste, benedictum sit os tuum & tua lingua,
Luc. 15. qua suauissima illa uerba dixisti, scilicet, quod inueniens pastor ouẽ amissam imponit in humeros suos gaudens. O beatã ouem, quæ talem meruit habere pastorem. Sed peto domine, nõne dixit Diuus Petrus, suo & sociorum suorum nomine:
Mat. 19 Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, cur igitur rursus nũc illi dixisti, sequere me, si iam te ille sequutus est? Nimirũ, quia quamuis plurimum quis me sequutus sit, semper tamen superest, in quo me sequi possit. Et ita scriptum est; Cum
Eccl. 18 consumauerit homo, tunc incipiet: Quia
C semper iustus existimare debet tũc incipere, neque sistere debet, donec uitæ cursus conficiatur; secus enim parum incepisse proficiet. Effundit arbor magnam florum copiam, cum autem fructus afferendi tempus est, sterilis est & infœcũda. Alia, cum tener est fructus, statim arescit. Altera, cum
Simile. fructus maturus iam est, decidit, Idem omnino hominibus accidit: aliqui enim nihil dant præter flores, alij quidem fructus, sed teneri adhuc & immaturi arescunt, alij tandem iam ætate maturi
3. Re. 11 & senes deficiunt: ut Salomon de quo dicitur: Cum iam esset senex, deprauatũ est
D cor eius ꝑ mulieres, ut sequeretur Deos
Apoc. 3. alienos. Ideo dicitur: Ecce ueniet cito, tene qđ habes, ut nemo accipiat coronam tuam. Quasi dicat cum breuis uita sit, donec ad meram perueniãs noli quiescere.

Dixit præterea Diuo Petro: *Sequere me.* Quia huc usq; eũ sicco pede sine ulla sanguinis effusione sequutus erat, post hac uero eũ se sequi uult eius causa i cruce moriendo. *Conuersus Petrus uidit illũ discipulũ, quẽ diligebat Iesus sequẽtẽ.* Quid hoc est o Iesu Christe dilecte? non te sed Diuũ Petrũ dominus uocauit, quo uadis? quẽ sequeris? Iesum Christum, mundi Saluatorem, & Diuum Petrum summum mundi Pontificem sequor, quos enim meliores duces habere possum, quam Dei filiũ, & eius in terris uicariũ? Recte ait. Idem & nobis dilectissimi faciendum est, summi Pontificis obedientiam amplectamur, sanctorum Cõciliorum authoritatem sequamur, quæ eius cõfirmauit authoritas, & ita nulla in re errare poterimus. Ideo .n. tanta hominum multitudo errauit, quia per hanc uiam incedere noluit: Sed plurimum notandum est, pro eorũ uerborum declaratione. Vidit illũ discipulum quem B diligebat Iesus, amorẽ inter cætera nomina, hæc quatuor ĩ sacra Scriptura habere. Vocatur vulnus, & ita ait spõsus: Vulnerasti cor meũ, soror mea spõsa. Quasi dicat, Cant. 4. in amorẽ me tuũ attraxisti. Vocatur autẽ vulnus, quia queadmodũ q sagitta aliqua vulneratus est, quiescere non põt, quãuis lectulus in quo iacet mollis sit, ita qui diuini amoris sagitta vulneratus est, quiescere in creaturis non potest, quãuis suaues sint & delectabiles. Hac sagitta uulneratus erat Dauid, cum dixit. Quemadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquarũ, ita desi- Ps. 14. derat anima mea ad te Deus. Sitiuit ani- C ma mea ad Deum fontem uiuum, quando ueniam & apparebo ante faciem Dei? De ceruo dicitur, quod cum sagitta uulneratus est, in frigido aliquo fonte mergi desiderat, Et quãuis riuuli occurrant lucidi & clari, tñ donec fontem ipsum inueniat, nũquam quiescit. Creaturę oẽs quamuis pulchritudine præstent, nihil tñ aliud sunt, q̃ infinitæ bonitatis riuuli, q̃ Deus est. Anima autem diuino amorem vulnerata ĩ his creaturis, tanquã ceruus in riuo mergi recusat, & donec ad diuinum fontem perueniat, nunquam quiescere potent. Et ideo aiebat Dauid. Sitiuit anima mea ad Deũ D fontem uiuũ, quemadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquarum. Sed qđ de uobis dicam dilectissimi quos uiuum fontem relinquere, & riuulos cõsectari uideo, nisi signum esse, & argumentũ ceruos uos uulneratos non esse, neq; adhuc diuini amoris vulnus habere? Vocatur etiam diuinus amor liquefactio. Et ita dixit sponsa. Anima mea liquefacta est, ut dilectus loqu- Cant. 5. tus est. Quod liquefit ita dissoluitur, ut nihil in eo integrum remaneat. Nam cum ædificium euertitur integræ eius partes

A res remanent: si euellitur arbor, integra remanet; si frangitur, remanet truncus & rami, si secatur, remanet radix, si mola tunditur frumentum, remanet furfur. At eius quod liquefit nihil integrum remanet, & res liquefacta quocumque uis dilapsa diffundetur, hoc est (*feculea*.) Hic est diuini amoris effectus, quo anima ita liquefit, ut nihil in ea integrum, nihil durum remaneat, & quocumque Deus vult, diffluit tam per honorem, quam per ignominiam, tam per salutem, quam per infirmitatem;
B tam per diuitias, quam per paupertatem, per omnia diffluit, per omnia diffunditur, iustus nulla in re diuinæ uoluntati repugnans. Ita te Diue Paule, diuinus amor liquefecerat, ut diceris. In nullo confundar
Phili. 1. sed in omni fiducia sicut semper & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per uitam, siue per mortem. mihi enim uiuere Christus est, & mori lucrum. Quanta hic fratres deplorandi caula esset, si duritiem nostram considere mus, quanta .n. cū difficultatē & repugnantia, quo Deus ducit fluimus. Ponderate obsecro ea D. Pauli uerba, ut intelligatis parum omnino diuino amore tactos uos esse, quandoque dem tanta adhuc in cordibus uestris duri-
C ties remanet. Vocatur etiam amor mors.
Cant. 8. Fortis sicut mors dilectio. Nā quemad.modum mors intimam hanc corporis & animæ unionem dissoluit, animam rapiens, & a corpore diuidens, ita diuinus amor animam rapis, & ad cælestem contemplationē excitat eam humanis, & terrenis rebus hærentem ui quadam suauissima euellens. Quare si plurimum terrena amatis intelligite nondum uos hoc suauissimo mortis genere mortuos esse. Vocatur etiam amor languor quidam, & defectio, hoc est [*desmayo*.] Et ita dixit sponsa. Dicite dilecto
D meo, quia amore langueo. Autor quidam
Cant. 2. languorem uocari dixit amorem, eo q; intellectus nunquam perfecte intelligere & cognoscere illud possit, quod amat uoluntas, ita ut non solum uires corporales, uerum etiā spirituales langueāt & deficiant. Voluntas enim plus amando, quam intellectus intelligendo ascendit, quia uoluntas res etiam diuinas amat, quas intellectus intelligere in hac uita non potest. Itaq; ut uoluntas perfectionem suam assequatur necesse est, ut ea amat, quæ assequi intellectus non pōt, & si eas, quæ intelligi pos-

sunt amat, ut sunt corporalia, uilescit, quia A cum uoluntas in eas res, quas amat transformetur, si amat terrena, terrena fit. Hinc uerba illa domini intelligetis. Non Gene. 6 permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Quomodo dominein homine, nonne post peccatum anima remanet spiritualis, cur ais carnem esse? Nimirum, quia cum anima in rem amatam transformetur, si amat carnem, caro fit, & ita quan uis sit spiritus, caro uocatur. Verum quam uis uerum sit uoluntatem eo ascendere, vt ea, quæ intellectus intelligere non potest, amet, non ideo tamen uocatur amor lan- B guor, & uirium defectio, quia hic non de actibus intellectus, sed de uolūtatis amore agimus. Et huius ratio petitur, cur in sacra Scriptura languor, & defectio uocetur. Et inter alias causa, quæ afferuntur illa est, quia amoris præceptum, præceptum quoddam est, quod perfecte in hac uita seruari non potest, ut D. Augustinus affirmat sup ea uerba Lucæ. Diliges dominum Deum Luc. 10. tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, ex omni mente tua. Et inter alias causas, quas ibi affert una est, quia cum amor Dei, & amor C sui inter se contraria sint (Amor enim Dei ordinat omnia in Deum, amor vero sui, siue cupiditas omnia ordinat ad se) hinc necessario consequitur, in nobis regnum suum charitatem obtinere non posse, nisi perfecte moriatur cupiditas. Cupiditas autem in hanc uita minui quidē potest, extingui autem non potest, quandiu ergo aliqua ratione uiuit cupiditas, nondum in nobis perfecte regnat charitas. Quēadmodum enim ut ligni m admotum igni uertatur in ignē necesse est, omnem eius humiditatem & frigiditatem expelli (quan- D diu enim humiditatis in eo aliquid residet nondum perfecte ignis est) ita plane cum charitas & cupiditas inter se contraria sint necesse est, ut tota cupiditas ab anima expellatur, ut in ea charitas plene dominetur, quod in hac uita fieri non potest. Alia etiā ratio uniuersalior cur amor languor & defectio vocetur, etiam in omnib. beatis qui Deo in cælo perfruuntur, hæc est, q a Deū amare non possunt, ut amari dignus est. Dicitur enim. Ecce Libanus non sufficiet Isa. 44. ad comburēdum, & animalia eius nō sufficient in holocaustum. Quod idem dici potest de omnib. beatis mētib. sicut enim

A neque animalia cuncta, neque ligna Libani, neque cæterorum omnium montium dignum Deo sacrificium offerre possunt, ita neque omnium creaturarum mentes debitum amoris holocaustum eidem offere sufficient, quia immensa Dei pulchritudo & bonitas digna est amari infinite. Ex hoc languore, & ex hac uirium in amore defectione, eo quod Deum amare beati non possunt, ut amari dignus est magnā animo lætitiam percipiunt, cum se ab infinito illo amoris pelago superari uideant.

B Et hac lætitia illud Psalmi dicere possunt, Defecit cor meum Deus cordis mei. Itaq;
Psal. 72. comprehendi Deum & amari ut dignus est, nisi a seipso non posse magna est beatorum gloria, secus enim neque ille infinitus esset, neque illi beati. Ideo dixit dominus, Dicturum se esse seruo illi, qui accepta talenta negotiatus erit: Intra in gaudium domini tui, ubi denotatur beatos omnes a gaudio illo cælesti, & diuina bonitate & amore plus superari, quam exiguus piscis ab uniuerso Oceano superaretur, cum in eius profundo natat immersus.
Mat. 25

C Cum igitur uerum sit amorem vulnus esse liquefactionem, languorem, & mortem, quomodo hæc omnia in Deum cadere possunt? & si in Deum nō cadunt, amor etiam creaturarum in eum cadere non posse videtur. Cur igitur ait sanctū Euangelium. Vidit illum discipulum quem diligebat Iesus? Huic dubitationi uerbis illis Isaiæ respondebo. Non enim cogitationes meę cogitationes uestræ, neque uiæ uestrę, uiæ meę, dicit dominus, quia sicut exaltantur cęli a terra, sic exaltatæ sunt uiæ meæ
Isa. 55.

D a uijs uestris, & cogitationes meę a cogitationibus uestris. Vbi docet nos de Deo nō ita nos sentire debere, ut de nobis ipsis sētimus. Magnus Dionysius. Diuinus (inqt) amor non permisit ipsum esse sine genere, idest, coegit quodammodo (si ita dici potest) ut omnes creaturas crearet, & se illi communicaret, & amor (idem ait) uia est per quam Deus ad rationales creaturas descendit. Et D. Augu. ait, quod amore uenit Deus in mundum, & amore homo factus est. Via etiam per quam nos ad Deū ascendimus, amor est. Ait igitur ut cœlum a terra differt, ita uias suas a nostris, idest, amorem suum a nostro differre. Inter cætera, quibus cęlum a terra differt illud est, quod cælum ut ait Arist. Non recipit peregrinas impressiones. Terra enim nūc frigida est, nūc calida, modo humida, modo sicca, & assidue mutatur, at cælum has mutationes non recipit, ita Dei cogitationes mutabiles ut nostræ non sunt, sed ęternę & immutabiles Amor noster, quia mutari pōt recte mors & vulnus, recte languor & liquefactio appellari pōt. At Dei amor qui infinitus est, & immutabilis, peregrinas impressiones non recipit. Humanus amor hominem a se ipso rapit, & eum in re amata ponit, at diuinus amor non Deū
Ma. Dio ny. li. de diui. no mini. c. 4.
D. Aug.
A ristot.

B a se ipso ad rem amatam, sed ecōtra hominem a se ipso ad Deum trahit & rapit. Hinc alia oritur difficultas. Cū amor Dei infinitus & immutabilis sit, quō discipulus iste a Deo singulariter dilectus esse dici posset, nam in rem immutabilem, & quæ una semper est, neque alia esse potest: ut est Deus, quomodo hæc amoris singularitas & differentia amoris cadere potest ita ut hunc plus illo diligat? Respondet Magister Senten. ex D Aug. hanc amoris singularitatem non esse ex parte diuinæ essentiæ, in quam nulla nouitas cadere potest, cum immutabilis sit. Etenim ait D. Aug. Absit, ut dicamus qđ temporaliter Deus aliquē diligat, quasi noua dilectione, quæ in ipso antea non erat, apud quem, neque præterita transierunt, & futura iam facta
Magist. sen. in 3. d. 31.
D. Au. li 4. de ciuit. Dei.

C sunt. Prouenit igitur hæc differentia ex donorum & gratiarum diuersitate, quas diuina eius gratia in creaturas distribuit, ita ut illum plus amare dicatur, cui plures gratias elargitur, & ex hoc infertur D. Ioannes singulariter a Deo amatus fuisse, quia singularia illa dona communicauit. In ultima illa cæna discipulos suos magnis gratijs & beneficijs remunerauit, ob id quod una cum eo passi fuerant, & ita dixit. Vos autē estis qui mansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono uobis, sicut dis-

D posuit mihi Pater meus regnū, ut edatis & bibatis supra mensam meam in regno meo & sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel. Verum inter cæteros oēs D Ioannem socium sibi elegerat, ut in maioribus sanctissimæ suę passionis, & mortis laboribus socius illi esset & comes. Et cū æquū sit, ut q damni est socius lucri etiam socius sit, cum laborum suorū eum socium fecisset, uolens omnia eū uidere, ut omnia doleret, & ut uulnera, quæ cælestis agnus corpore recipiebat, corde dilectus

A ctus discipulus reciperet, æquum erat, vt eum ad lucri etiam societatem admitteret. Et inter cætera, quę gloriosissima eius morte lucratus est, fuit sanctissimi sui nominis exaltatio, vt affirmat D. Paulus dicens: Factus obediens, vsque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod, & Deus exaltauit illũ, & donauit illi nomen, quod est super omne nomẽ. Ita vt verè dicere posset illud Ecclesiastici: In omni populo, & in omni gente primatum habui. In rebus enim naturalibus in vnoquoque genere vna inuenitur, quæ sit metrum & B mẽsura cæterarum omnium rerum illius generis, eo quod omnium præstantissima sit, & primatũ quodammodo habeat inter eas, ita vt quot sint rerum genera, tot sint primatus. Inter planetas Sol primatum habet, inter metalla, aurum, inter gẽmas, carbunculus, inter arbores, palma, inter flores, rosa, inter aues, aquila, inter animalia, leo, inter pisces, cete. In rebus gratiæ non ita est, sed maioris concordiæ, & conformitatis causa voluit Deus, vt solus Christus vnigenitus solus filius inter omnes C status, & ordines Sanctorum primatũ haberet. Et ita inter Angelos vocatur: Magni cõsilij Angelus. Inter Patriarchas maximus omnium est, quia est pater futuri sęculi. Prophetarum etiã primus est, & ita de eo dicebant omnes: propheta magnus surrexit in nobis. Apostolus fuit in mundum a patre missus Apostolorum oĩum princeps, & caput. Euangelista fuit cęteris omnibus præstantior, quia non in libris, sed in fidelium cordibus Euangelium scripsit. Martyrum ẽt Rex fuit, quia in eius passione omnes causæ insunt, quæ in cęteris omnibus martyribus sparsæ inueniuntur. Alij enim passi sunt, propter iustitiã, D vt Abel, alij propter Dei legem, vt Machabæi, alij eo, quod vitia seuere repræhenderent, vt Ieremias, Isaias, & D. Ioann. Baptista: Alij propter fidem, vt D. Stephanus, & cæteri omnes Apostoli, quæ omnes causę in sanctissima Saluatoris nostri passione fuerunt, inter castos etiam castissim⁹ fuit, & corpore, & anima, neq solũ castus fuit, sed vt dixit Diua Agnes, eius amor cæteros facit castos, & a Diuo Vrbano appellatus est seminator casti consilii.

Phil. 2.

Ecc. 25.

Luc. 7.

Gen. 4.

2. Mac. 7.

Harum igitur rerum omnium socium suum dilectissimum D. Ioann. participem fecit. Primum, vt quemadmodum ille nomen habuit super omne nomen, ita hic A singulari hoc nomine appellaretur, scilicet, Iesu Christi dilectus. Admirationem parit inter duodecim homines, quos Dominus ad munus Apostolatus elegit, vnũ D. Ioannem ita cæteros superasse, vt proprium Ioannis nomen amitteret, & domini dilectus appellaretur, titulo adeò sublimi, vt hominum intellectum attonitum stupore reddat. Præterea primatus etiam participem fecit, quem supra omnes sanctorum status habet, nam supra angelos primatum illi quendam dedit, quia illud eos docuit, quod assequi per se non poterant, illud scilicet, de quo Isaias ait, his ver-B bis. Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestib de Bosra? Quæ verba aliis doctorũ expositionib. omissis D Hieron. ait esse minorum Angelorum, qui a maioribus in admirabili domini ascensione petunt, quis est iste, &c. Et D. Dionysius ait, hanc interrogationem esse omnium beatorum spirituum plus informari cupientium de incarnatione Christi. Edom sumi tur ibi tanquam nomen appellatiuum, & significat rubicundum. Bosra significat munitionem, aut septum, quare interroga C bant quis est iste, qui venit rubicundus ob carnẽ pretiosissimã, qua vestit⁹ erat, & vulnera illa rubicunda, quæ sanctificato suo corpore exceperat, & tanta septus multitudine propter animas, quas secum è limbo ducebat, ergo interrogatis, ò angeli gloriosi, quisnã iste sit? D. Ioannes vobis fidet. Verbũ caro factũ est. Neq. hoc mirũ videri dẽt, quia D. etiã Chrys. affirmat angelos plurima Christi, R. Nos. mysteria a D. Ioan. & Ecclesia didicisse, quod verbis illis D. Pauli cõfirmat, vt innotescat principatibus, & potestatib. in cælestibus per ecclesiam multiformis sapientia Dei, quã fecit in Christo Iesu dño nostro. D. Greg. Nicen ait, & Theophylactus ẽt refert, φ multiformis scientia Dei significat, Deũ ad vnum eundemq. finẽ consequẽdũ plurima, & diuersa habere media. Sapientia est fines assequi p naturalia media, & illis cõuenietia, vt si morbo aliquo laboras sapientia est te curare, & pristinã valetudinem tibi restituere, qui quidẽ finis est medici applicãdo remedia saluti cõueniẽtia, sed maior sapientia est, si medicus hunc morbum curaret rebus omnino cõtrarijs: ita venit Deus in mundũ, & cũ celesti doctri-

Isa. 93.

D. Hie.

D. Dionysi.

D. Chr.

Ephe. 3.

D. Gre. Nicen. Theop.

A ctrinam docere vellet, duodecim magistros elegit. Media huic fini conuenientia hæc esse videbantur, homines eligere ingenio, doctrina, & linguarũ cognitione præstantes. Sed humana hæc fuisset sapiẽtia, quæ fines suos assequi nescit, nisi per media naturalia, & communia. At Dei sapiẽtia diuersa est, est enim multiformis, & medijs sæpè fini assequendo contrarijs vtit: & ita, quia illi cæterorum omnium magistri futuri erant, ideò rudes, ignaros, & omni humana scientia destitutos elegit, vt diuinæ sapiẽtiæ magnitudo intelligatur, & hãc multiformem sapientiam innotuisse

B ait D. Paul. Angelis per Ecclesiæ Sãctæ ꝑdicationẽ, & doctrinã. Ait igitur D. Chrysost. si ab Ecclesia principatus, & potestates, plurima redemptionis mysteria didicerũt, vt eo loco D. Pau. affirmat, ꝑcipuus Ecclesiæ magister fuit gloriosus Euãgelista Ioannes, igitur ille est hoĩum, & angelorum magister, ò admirabilis prærogatiua, & excellentia. Neq; tamen existimetis hanc angelorum iniuriam esse, nã in Regis domo plurima regni secreta reg s filij ignorant, quæ secretarius, & legatus optimè nouit. Incarnationis mysteria Archangelus Gabriel tanquam legatus sciuit, &

C sciuit D. Ioannes, vt secretarius, neque mirum est eorum mysteriorum aliqua angelos ignorasse, quamuis filij Dei sint. Primatum etiam inter prophetas D. Ioan. habuit, nam cęteri prophetæ, vt fuit Isaias & Ezechiel Deum viderunt sedentem super solium excelsum, & eleuatum. At D. Ioan. cum eo sedit, & supra sacrum pectus recubuit. Cum rex ob aliquam sibi illatam iniuriam iratus est, nemo quamuis familiaris sit, & domesticus eum alloqui audet, imo neque oculos eo præsente tollere. Dixerat Christus cęli rex, magna cum animi tristitia discipulis suis, vnus ex vobis me traditurus est, cogitate quam tristes, quã

D perturbati essent audientes inter eos esse eum, qui diuinum magistrum traditurus erat, oculos tollere non audebant, sed demisso capite pudore suffusi, timore pallidi deplorabant. Hoc tempore cum Ecclesiæ Sanctæ columnæ nutabant, amatus discipulus singularis amoris priuilegio vtebatur supra pectus amantis recumbens. O te D. Ioannes beatum, qui nullo vnquam tẽpore exclusus a rege fuisti, sed tunc cum tristis ita esset ad domesticã eius familia-

ritatẽ admittebaris. Magna profectò res A fuit, prophetas Deum vidisse sedentem, sed maior cum eo sedisse, & in eius pectore suauissimè tali tempore conquieuisse. Primatum quoque habuit inter Euangelistas, & ita in admirabili illa Ezechielis visione quatuor animalium, quæ alas habebant, & volabant, ait propheta. Facies Aquilæ desup ipsorũ quatuor. Per hęc quatuor animalia sancti omnes doctores, quatuor Euãgelistas significari affirmant, & per alas eorum contemplationem, & spiritus eleuationem. Aquilam autem desuper ipsorum quatuor volare ait. Ex quo infertur super seipsam volasse. Hæc Aquila D. Ioannes est, qui adeò sublimis volauit, vt seipsum, & omnem humanũ intellectum superauit. Cęteri Euãgelistæ vix se supra humanum excitauerũt, quia quicquid scripserunt, omne ferè de Christi humanitate fuit, at vero D. Ioannes Sanctissimæ Trinitatis mysteria euoluit. Cum autem dicitur animalia illa habuisse alas, significatur non naturales fuisse, sed factitias. Leo enim bos, & homo naturales nõ habent, quia mirum humanitati de qua illi scripserunt si debetur contemplatio, est non ex se, sed quia diuinitati vnita est, & ita alæ nõ sunt naturales, sed apposititiæ, hoc est, (*postizas*) eo quod contemplatio, quæ est spiritus quędã in Deum eleuatio, propriè Deo debetur. Aquilæ autẽ alæ naturales sunt, quia de diuinitate tractant, cuius ꝓpria est cõtemplatio. Inter martyres quoque primatum habuit, quia quater martyrium passus est. Primum in sanctissima magistri sui passione: Secundo cum veneni vas potauit. Tertio cum in insulam Pathmos relegatus fuit. Quarto cum in feruentis olei doliũ iniectus est. Quod si oleum quamuis feruens eum comburere non potuit, Dei fuit auxilium, qui cũ oleo concurrere voluit, vt in eo illud operaretur, imo tanquam piscis in eo tanta cũ voluptate natabat, ac si aqua esset temperatissima, quamuis vir sãctus frixum ibi se remansurum esse existimauit, vt D. Laurentium prunis impositum, sed noluit dominus cum oleo frixum comedere. (*Sino guisa do en el escauecho de la dulce oracion y contemplacion de tantos años.*) Quod si quisquã dicere audebit, ꝙ cum D. Ioann. nullam i suo martyrio læsionem senserit, ideo martyrij corouam amisit, necessariò etiam

Ezech. 1

B

G

D

A etiam illi dicẽdum erit nullum fuisse Dei beneficium eum illæsum conseruasse, sed potius damnum & fraudem eo, quod cum martyrij gloria & corona, quam tantopere optabat priuarit: quod falsissimum esset. Et præterea probatur hoc, quia dominus illi & fratri suo æqualiter dixit: calicẽ quidem meum bibetis. Hunc igitur Iesu Christi dilectum omnes aduocatum & intercessorem nostrum habere studeamus, vt gratiam nobis impetret, qua acquiritur gloria. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

B

IN EODEM FESTO S. Ioannis Euangelistæ.

Concio Tertia.

Dixit Iesus Petro, sequere me. Cõuersus Petrus uidit illum discipulũ quem diligebat Iesus, &c. Luc. 21.

C CVm Christus Redemptor noster discipulis suis post gloriosissimam suam resurrectionem apparuisset, ecclesiam suam D. Petro cõmendauit dicens: pasce oues meas. Et ut illi declararet, quod nam illi præmium in hac uita daturus esset, addidit statim: Amẽ
Ioan. 21. dico tibi, cum esses iunior cingebas te, & ambulabas ubi uolebas, cum autem senueris extendes manus tuas, & alius cinget te, & ducet te quo tu non uis. Hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset Deum. Quasi diceret, pastoralis huius muneris præmium erit mortem
D mea causa patienter ferre. Ex quo infertur patientiam in perferendis laboribus aliorum bonorum operum præmium esse, & ẽ contra, impatientiam aliorum peccatorum pœnam esse. Agẽs D. Ambros. de
D. Ambros. glориosis martyribus D. Geruasio, & Prothasio, ait, Apparuisse illi D. Paulũ in somnijs, & dixisse isti sunt, qui monita mea secuti sunt, respuentes prædia & diuitias, sequuti sunt domini nostri Iesu Christi pia uestigia in urbe hac, & per decem annos in Dei seruitio perduråtes ad hæc pertingere meruerũt, ut Christi martyres fierent, id est, locupletissimi testes, quos Deus A adducit ad fidei suæ confirmationem. Ex quo inferri potest si plurimi sancti Martyres non fuerũt, hoc ideo fortasse permisisse Deum eo quod hac corona digni minime fuerint. Notate autem quod ut D. Ioãnes ait, Diuus Petrus patiẽter mortem tolerãdo clarificaturus erat Deum, quia magno sibi honori Deus esse existimat, vt homo ad eum amoris gradum perueniat, vt vitam ipsam eius amore profundere suauissimum putet, & ut se pius dominus declararet, cum hoc dixisset, dicit ei, *sequere me*, Cum autem D. Petrus intelligeret beneficij magnitudinem eum de D. Ioanne B interrogauit, quem etiam sequentem vidit. *Domine hic autem quid*, idest, si me qui te negaui tanto afficis beneficio, huc quem tantopere amas, qui tecum usq; ad sepulturam tanta cum fidelitate perseuerauit, quo nam beneficio & præmio remunerabis? Qua in re significat D. Petrus, eos qui a Deo plus amantur maioribus tribulationibus affligi solere, & hæc esse maiora amoris iudicia. Et ita dixit Dauid potũ Psal. 69. dabis nobis in lachrymis in mensura. Mẽsura autem erit, ut amatus, & domesticus plus tribuletur Cum Moyses fœdus inter Exo. 24 Deum, & populum ferijt, uniuersum popu C lum sanguine aspersit, quo facto, reliquũ sanguinem fudit super altare. Qua in re significatum est, quod fœdera & amicitiæ inter Deũ, & homines, sanguine fieri debent, neque solum Christi R. nostri sanguine, sed proprios etiam uniuscuiusq; labores, & tribulationes patienter tolerando, uerũ hæc differẽtia est inter homines vulgares & perfectos, qui Dei altaria appellari digni sunt, quod illis aspergi tantum sanguinis satis est, hi uero non aspergi tantũ, sed profundi sanguine debent, & quodammodo mergi, idest, ad plurimos labores perferendos debent esse parati. D

Cum autem de se ipso gloriosus Euangelista loquitur, magna quæ a diuino acceperat beneficia tanquam grauatus appo nit dicens: *Vidit discipulum illum, quem diligebat Iesus*. Ita faciebat Dauid qui ait: Ps. 65. venite, & audite, & narrabo nobis, omnes, qui timetis Deũ, quanta fecit animæ meæ. Hæc fuit sanctorum omnium consuetudo, passim Dei beneficiorum mentionem facere. Cum Iacob fratrẽ suum in itinere Gen. 35 alloquutus est, petijt ab eo Esau, Quid sibi uolunt

A tina, quæ nullo artificio molliora fieri uideo. Diligentiores posthac, hac in re dilectissimi esse oro, & obtestor uos per Iesu Christi charitatem, ob oculos semper habentes ineffabilia, quæ a Deo accepistis beneficia, ut ex tot horis, quas die ac nocte in tot ineptias insumitis, una saltem huic considerationi relinquatur.

Primū beneficium, cuius gloriosus hic euangelista mentionē facit, est amor, quo eum dñs amauit, quia hic est cæterorum bonorum fons: Nam ipse quoque Plato
Plato. in Socratis conuiuio in oratione Aristophanica amorem uocauit diuinum potēs
B singulare & unicum mundi beneficium, quia Deus non amat, ut homines amare solent, his præsertim temporibus, qui uerbis tantum amant, Deus autem, opere, & ueritate amat. Quin inter homines etiam quamuis frigide & lente ament, si accidit, ut Rex aliquē ex domesticis suis amet ille statim fit alter quasi Rex, & regni Regisq; possessor, nam Regiam sibi uoluntatem acquirenti & Rex, & regnū, & omnia in amati utilitatem uertuntur. At quanto maiora Dei dilecto, quem Deus uere amat, ex hoc amore bona proueniunt? Hinc miraculorū illis prouenit operatio. Nā, eo q̃ Dei amici sunt rerum natura illis obtem-
C perat. Hinc ēt D. Ioānes tā singularib. a domino ornatus est beneficiis, quia. s. eū inter cæteros singulari quodā amore prose-
Ephe.4 quebatur. D. Paulus docet cælestem hunc Regē domus suæ munera, & officia in uarios homines distribuisse. Ait. n. Ipse dedit quosdam Apostolos, quosdam aūt prophetas, alios uero Euangelistas, alios autē pastores, & doctores. Suum unicuiq; munus dedit, quia singula singulos sufficientissime honorare poterant. D. Petrus Apostolus fuit non Euangelista, D. Marcus Euangelista non Apostolus, D. Laurentius martyr fuit, nō doctor. D. Augustinus doctor
D fuit non martyr. At D. Ioannem ita Dei filius amauit, ut officia, & dignitates, quas inter cæteros sanctos distribuit, omnes in eo uno collocarit, quem Apostolum, Euāgelistam, Prophetam, Doctorem, Confessorem fecit, & Martyrem. Tunc scilicet cum iuxta crucem stans ab eo qui moriebatur occidebatur, & amor erat tortor, & non mori erat mors.

Martyr præterea fuit, cum in feruentis olei dolium eiectus est. Quod si tūc combustus non est, hoc accidit, quia satis Deo fuit promptissima sancti martyris uoluntas, opere quantum in eo erat, adimpleta. Quod si dicitis mortuus ibi non est, ergo martyr non fuit. Peto, dicere ne auderetis Deum miracula facere in sanctorum suorum detrimentum? Minime profecto: magnus enim est error: igitur, si miraculum illud non in eius detrimentum, sed utilitatem potius factum est, & sine miraculo martyr fuisset, sequitur eum miraculo etiam fuisse, & quoad conueniens erat coronam illi non eripere, quam uehementissimus hic amoris actus merebat. Quod si omnia beneficia, quæ a Deo uir ille sanctissimus accepit silentio prætereunda essent, illud certe nullo modo sileri potest, in quo maiorem illi amorem ostendisse uideatur. Cum esset Patriarcha Iacob morti proximus, ut singularem amorem, quo filium suum Ioseph prosequebatur ostēderet, dixit. En ego morior, & erit Deus uobiscum reducetq; uos ad terram patrum uestrorum, do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. Ita Patriarcharum Pater Iesus Christus morti proximus cum animam in cruce patri iam redditurus esset, ut singularem amorem, quo suū hunc discipulū prosequebatur, ostēderet: dedit ei partem illam, i. matrem suam sanctissimā, quē crucis, & passionis gladio & arcu p̄seruauit, ne a diabolo tangeretur dicens. Ecce mater tua. Benedictus & glorificatus sit talis Deus, ô dñe quāto honore amicos tuos afficis: fœlices illi, qui tuo se seruitio dedicant. (*Aque lo hizo Comendador mayor, della mas rica y preciosa encomienda que jamas uino en el mūdo.*) Cuius saltim possessionē accepit, q a ex illa hora accepit eā discipulus in suā Merito dicitur bonū esse adstare seruū iuxta dñi morientis lectulū, cum testamentum facit, quia si eū amat, aliquid ei legare solet, quo locuples fiat. Iacebat Dei filius in duro illo crucis lectulo, & testamētum suū condēs, in quo spiritū patri legabat, discipuli sui qui iuxta crucem stabat memor, eius rei quam post animam suā plus cæteris omnibus amabat, idest, sanctissimæ uirginis matris suę eum fecit hæredem. Mercator, qui per mare nauigat urgētes tempestate omnibus in mare proiectis arculam tantum sibi aliquam pretiosis refertam gemmis

Margin notes (right column): A; B; Gen.48.; C; Ioan.19; D; Simi.

A mis seruat: ita Dei filius in sæuissimæ passionis suæ tempestate omnia quæ habebat proiecerat. Iam auulsi erant c pilli, corpus uulneri bus lacerum, sanguis effusus, uenustaris suæ flos amissus, sanctissimi or s mutata figura, solum areula illa preciosissima cælestibus referta thesauris remáserat, mater, scilicet, eius sanctissima, & hanc discipulo illi, quem plus amabar, commendauit dicens, Ecce mater mea. Quam quietam præbendam Summus Pontifex Christus D. Ioanni dedit, & ò quam laboriosá D. Petro reliquit. Oés homines res unitas potius quam sparsas habere cupiunt, ut si B quis mille aureos habet in area, eos aliqua una simul habere mallet quam centum Hispali, centum Toleti, centum Salmanticę, & in diuersa loca diuisos. Ex quo patet inter cæteras differentias, quæ inter Dei & mundi seruos intersunt, vnam hác esse, quod qui mundo seruiunt res habent diuisas & separatas. Hic enim honorem ibi opes quærũt, hic uoluptatem, ibi scientiam. Et ita ut ait D. Paulus. Solicitus est, quæ sunt mũdi, q diuisus est. At uero qui Deo seruit omnia in uno Deo habet coniuncta, in eo enim honorem, in eo uoluptatem, in eo quietem, in eo tandem quicquid optat inuenit. Hae de causa D. Petri præbendam laboriosam dixi, quia per varias mundi partes diuisa erat, at uero ea, quam D. Ioanni dedit, in una tantum persona quæ erat virgo sanctissima continebatur. O singulare beneficium. O sublimis dignitas, ò fælix pastor, qui talem ouẽ curæ suæ commissam habere meruit. Nã vt Diuus Ambrosius affirmat, hic Sãctus Apostolus beatissimæ virgini sanctissimũ sacramentũ ministrabat: hic illi diuinum missæ mysterium celebrabat, hic randem omnium, quæ illi necessaria erant suppeditabat, sacerdotis munere fungebatur, & filii. Nam una quoque alius erat, cum dixerit ei dñs, ecce mater tua, & matri suæ, ecce filius tuus. Quibus verbis nonnulli & quautũ pie dixerũt, Dñm sanctissimæ virginis filium naturalẽ D. Ioannem fecisse & quemadmodum sacramentali uerba panem in carnem, & uinum in sanguinem domini possunt diuina uirture conuertere, ita ea uerba Diuum Ioannem naturalẽ Dei matris filiũ efficere potuisset, Quæ tamen opinio nulla innixa fundamento erronea est. Verum ramẽ est verba illa singularem filii dignitatem sanctissimæ virginis Diuo Ioanni inter cæteros sanctos dare potuisse, quia si reges hoc solo uerbo pronunciato (*Sed duque*) priuatum aliquẽ equitẽ aut ducẽ efficere possunt, qd faciet Dei uerbum? qui uocat ea, quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt? ut ait Diuus Paulus. His igitur verbis Diui Ioannis, & sanctissimę virginis animas tanto amoris uinculo copulauit, ac si reuera ille filius, illa mater esset. Quonam gaudio affici Diuum Ioannem existimamus quoties filiũ se ab ea uocari audiebat? quot nam Deo gratias ageret, qui talem sibi matrem dedisset? Quam uere dicere poterat illud Sapientię Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Nam si una tãtum gloriosissimæ huius reginæ uisitatio causa fuit, ut D. Ioãnes Baptista matris adhuc utero inclusus tanta gratia impleretur, quid faceret in altero Ioanne tot annorum familiaritas. Nõ hoc dico, ut de D. Ioannis Baptistæ, & Euangelistæ sanctitate dissensiones excitem, qui quidem inter se eodem modo se habere uidentur. (*Comedos puertas que se iuintan de tal manera:*) ut q̃ ex una parte alteri supponitur ex alia super imponatur, ita etiam in nõnullis reb. gloriosus Baptista, sanctum excedit Euangelistam, in aliis uero exceditur.

Inter cæteras autem causas, qua sancti afferre solent, cur dominus huic discipulo matris suæ curam commiserit, una est, eo q castus esset, & purus. Nullibi enim melius ignis quam in igne, aqua in aqua, aer in aere conseruatur, ita nullibi virginitas est, quã in virginitare securior. Er q̃uis purissima hæc virgo virginiratis suæ custode non indigebat, nostri tamẽ exempli causa uoluit eam dominus casto huic discipulo commendare, ut doceret nos si puros nos & castos conseruare volumus, D cum castis & puris cõseruandum esse. Magnum in musica prodigium illud esse uidetur, quod si duæ citharę eodem sint uocis sono temperatæ, si unius chordam tangis alia alterius citharæ chorda eiusdem toni & consonantiæ tremit, quiescentibus aliis. Cuius quidem secreti causam nullus (credo) est, qui assequatur. Idem certe in uirtutum musica & concentu contingere experientia probat, quia castus castum, humilis humilem, deuotus deuotum plurimum mouere solet, uidet iustus alium oran-

Marginalia: A; B; C; D; 2.Co.7.; D. Am. lib. 5. in Exameron. c. 8.; Rom. 4; Sap. 7.; Luc. 1.; Simile.

A orantem, & magna spiritus vehementia suspirantem audit: statim commotum simili affectu animum sentit diuini amoris suauitate diffluere. Videt audit eundem malus aliquis nihil mouetur, sed potius de illius virtute detrahens, vides (inquit) hypocritam, quam bene sanctitatem simulat? En igitur vnius chordę tactus in alia eodem tono temperata (quæ quidem duo illa sunt iustorum corda eiusdem virtutis temperamento a Spiritu sancto tēperata) admirabilem hunc causet effectum. Pretiosa res est dilectissimi castitas, & in hominibus maioris omnino meriti, quam in
B Angelis, & ideo Angelis uirginitatis non datur aureola, ut hominibus, quam Deus per Esaiam pollicetur dicens. Et non dicat
Esa. 56. Eunuchus, ecce ego lignum aridum.i.non dicat castus, inutilis ego sum, quia hæc dicit dñs, Eunuchis qui custodierint Sabbatha mea, & tenuerint fœdus meum, & elegerint, quæ ego volui, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum nominatum, & nomen melius à filijs & filiabus idest, dabo eis singularem quandam gloriam inter cæteros sanctos Quod quidem de Eunuchis illis intelligitur, qui se tales fecerunt propter regnum cœlorum.
C Et notandum est quod non solum ait
Mat. 19 Eunuchis, sed addidit etiam, qui custodierint Sabbatha mea, &c. Quo significat solam castitatem non sufficere, nisi cum alijs etiam virtutibus coniungatur. Ideo di-
Can. 4. xit sponsus. Vulnerasti cor meum Soror mea sponsa in vno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui. In oculis honestas virginis cognoscitur, crines autem humiles sūt cogitationes, et hoc est, quod Deus plurimum amat, virginitas scilicet, cum humilitate coniuncta. Plurimi enim casti sunt, qui hanc ipsam ob causam ita superbiunt, vt ferri non possint. Ideo ait Diuus
D. Am. Ambrosius, virginitatis bonū, quā magnū
D video, tantum ei ne pereat furem superbiam pertimesco. Quare ait Dominus, si tenuerint fœdus meum, et elegerint quæ ego elegi. Itaque cum res sit adeo pretiosa virginitas, æquum est, vt eam plurimi æstimemus, et eā omni diligentia custodire curemus. Et inter cætera quæ ad hoc plurimum confert est, ut dixi castorū conuersatio Qua de causa talē dominus matri suæ custodē dedit, ut scilicet, hoc nos
Simile. doceret exemplo, illa enim, quæ gratiæ cō firmatione impeccabilis erat, nullo virginitatis egebat custode. Lignū viride ignē magna cum difficultate concipit, at si aridæ assulæ hoc est, (*Astillas*) apponantur, facile, vel exigua quaque scintilla incenduntur, et ita paulatim ligna quāuis humida sint accendunt. Huiusmodi est damnum, quod praua mali hominis, uel mulieris cōuersatio afferre solet. Nam cum mali, assulæ quædam sint aridę omni uirtutis humore destitutæ. minima quaque leuissimæ occasionis scintilla concupiscentiæ carnalis ignem concipiunt. Mox vero bonos etiā quamuis Dei gratia et virtute virides sint, Eccle. 7.
eodem igne accendunt. Ideo Eccles. Lustraui (inquit) animo meo, et inueni amariorem morte mulierem quæ laqueus venatorum est, et sagena cor eius, vincula sunt manus illius. O Deus quibus nam verbis prauæ mulieris periculum exaggerari poterat, quam non solum Diaboli laqueum vocat, uerum etiam (*Red barredera*) quis manibus, oculis, corde, et omnib. suis partibus, capit et irretit. Ideo subdit, qui placet Deo effugiet illam, qui autem peccator est, capietur ab illa. Attendite differentiam, quam inter bonos et malos Spiritus sanctus hoc loco facit. Quod boni, periculi magnitudinem intelligentes malam conuersationem fugiunt, mali autem capi se sinunt, vt deteriores fiant.

Hunc ergo discipulum quem diligebat Iesus. *Cum uidisset Petrus dicit Iesu, Domine hic autem quid?* Tanquam ille, qui ouium dñi pastor futurus erat, earū curam gerit. Hoc D. Paulus alios monet, Spiritus sancti dona referens, eorū vnū esse ait qui præest in solicitudine Qua in re significat hoc donum esse, a diuina liberalitate petendum Tunc autem Dei pastores vere se esse de ouium salute solicitos ostendent, si cū ipso met Deo de his rebus agent quæ ad rectam earum gubernationem pertinent, et in oratione quidnam illis agendum sit, deliberabunt. Hoc D. Petrus hoc loco præstare cæpit, et hanc vnam esse causam existimo inter cæteras, cur Spiritus Ro. 12.
sanctus voluerit, vt cum referenda hic esset hæc D. Petri interrogatio, vna quoque referretur Diui Ioannis excellentia, vt significaret, eum quoque qui tantopere a Christo Redemptore nostro diligebatur, nihilominus tamen ouem Diui Petri fuisse, cuius Diuus Petrus tanquam pastor curam

A ram habebat. Quamuis de eius morte nihil curæ Diuo Petro esse dñs voluit, sed eam sibi seruauit, quia reuera hæc cura ad eum qui præest, non pertinet, sed Deus tantum statuere id debebat, quonam martyrij genere vnumquenque discipulorum glorificaturus esset. Ideo non dixit Diuo Petro, quid tibi cum eo? sed hoc, quid ad te, scilicet, an sit moriturus Ioannes, nec ne. Ex quo infertur diabolicam esse superbiam, si qui putant eò, quis ad magnum perfectionis, seu contemplationis gradum ascendit, ideò nullius voluntati subiectum esse debere, imò ad maiorem perfectioné ascendere est, vt plus in humilitate subie-B ctione & obedientia descendat, & hoc est ex certioribus veræ perfectionis argumentis. Diuus Paulus vas electionis, qui Euangelium Iesu Christi filij Dei reuelatione Galat. 1 acceperat de seipso ait. Quod post diuinã reuelationem acceptam uenit Hierosolymam uidere Petrum, & mansit apud eum diebus quindecim, non quia in eo quod ei dominus reuelauerat error aliquis esse poterat, sed ut Diuum Petrum tanquam vniuersalem Ecclesiæ pastoré debito honore & veneratione agnosceret. Amate igitur dilectissimi obedientiam, & ita uos quoq; amabit ille, qui pro nobis factus est obe-C diens vsque ad mortem.

Dicit ei Iesus, sic eum uolo manere donec ueniam, quid ad te? Quibus uerbis significauit dñs quod postea factũ est, scilicet, post gloriosissima omnium Apostolorum martyria ipsum remansurum diu esse (*Como registro uieio de la sancta Yglesia*) neque tortorum manibus moriturũ, & ita eum à feruentis olei dolio, in quod eum Domitianus immiserat, seruauit innoxiũ.

2. Re. 21 Redeunti Dauid ex pugna periculosissima dixerunt sui, non egredieris amplius nobiscum in prælium, ne extinguas lucem Israel: ita etiam dominus uoluit, ut D Diuus Ioannes qui Ecclesiæ lux erat nunquam posteà in tortorum & tyrannorum prælium egrederetur, ne scilicet extingueretur. Et quemadmodũ mundi initio primi illi patres diutissimè viuebant, ut plurimos filios carnales generarent, ita nascentis Ecclesiæ initio æquum erat ut sanctorum Apostolorum aliquis diu viueret, ut plurimos spirituales filios generare pos-Sap. 10 set. In libro Sapientiæ dicitur de Sãcto Patriarcha Iacob, custodiuit illum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum, & certa A men forte dedit illi, vt uinceret. Ita sanctũ hũc Apostolum ne eum tortores, & tormenta necarẽt dominus custodiuit. Verũtamen plurima martyrij genera non ei defuerunt, inter quæ non nimium illud fuit tot annos inter tot idolatras uiuere, quib. tunc vniuersus orbis refertus erat. Si Hieremias aiebat, quis det me in solitudinem Hier. 9. diuersorum uiatorum, ut fugiam populũ meum, qui omnes adulteri sunt, quid nam D. Ioannes sentiret, qui quo magis amabat Deum, eo etiam maiorem ex his rebus percipiebat dolorem. Martyrij etiam genus fuit a dilecti sui Iesu CHRISTI B præsentia per sexagintaocto annos abesse: tot enim vixisse post sanctissimam eius mortem ex Ecclesiasticis cõstat historijs. Si Dauid dicebat, heu mihi quia incolatus Ps. 119. meus prolongatus est, quanto æquius hoc ille dicere poterat, qui suauissima dominiconuersatione frui tanta cum voluptate solebat? O quam certum est argumentum Deũ a nobis perfecte non amari, eo quod nullum aut certè exiguum absentiæ dolorem sentientes, contenti hoc uitæ exilio Arist. 2. viuimus. Nam cum dicat Arist. uirtutum, Eth c. 5. & habituũ animæ proprium esse promptè & 6. & suauiter operationes suas exercere, secus C autem habitus & virtutis nomen non meretur, quodammodo ab eo perfecte Deum amari dicemus, qui hos eius amoris in se ipso non sentit effectus. Qui cũ de Deo loquitur, aut cogitat nullum eum uidendi desiderium excitari in animo sentit, magnũ hoc esse existimare debet indicium perfectum in se Dei amorem non esse, quia perfecte Dei amantes exilij dilatione martyrij genus esse putant. Curate igitur dilectissimi Dei infinitam bonitatem serio & perfecte amare, & statim amorem mortis desiderium consequetur, uitam autem martyrij genus quoddam & patientię materiam Dei amore perferendam esse existi-D mabitis gloriosissimi huius Apostoli imitatione, qui nonagesimum nonum annũ agens ex hac mortali uita ad immortalem transmigrauit. Quid de eius sanctissimo corpore factum sit nescitur, sed cum Deus Apostolorum & sanctorum omnium corpora in terra magna cum ueneratione seruare voluerit, credi pie potest, sanctissimum huius Apostoli corpus in cœlum transferre voluisse. Quid quidem eius puritati

A titati debebatur, ut scilicet, neq; post mortem corruptioni esset obnoxius, qui in uita nulla fuerat corruptione fœdatus. Et ita corpus, & anima simul cœlesti gloria fruerentur, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

IN EODEM FESTO S. Ioannis Euangelistæ.

Concio Quarta.

B *Dixit Iesus Petro, sequere me. Cōuersus Petrus uidit illum discipulū quem diligebat Iesus, &c. Luc. 21.*

Famosa inter alias quæstio fuit a ueteribus Philosophis agitata, an fieri Deum & hominē amor esse posset. Et Arist. quidem nullum esse posse asseruit, quia ad uerum amorem hæc tria requiruntur. Aequalitas beneuolentia, & familiaritas, quæ inter Deum & hominem esse non posse ait Arist. Non. n. (inquit) esse inter hæc duo æqualitas potest: quia Deus infinitus est, C homo uero finitus. Non beneuolentia: quia beneuolentia est amico bene optare & agere, at Deo quis benefacere poterit qui summum est bonum, & omnia possidet bona? Nō familiaritas, quia homo in hac infima terræ regione uiuens, Deum neque uidet, neque audit, qui in sublimi illa cæli parte uersatur. His de causis uisū est Aristoteli nullum inter Deum, & hominem amorē esse posse. Neque mirum uideri debet hoc dixisse Aristotelem, quia ignorauit Deum aliquando humanam assumpturum esse naturam, nam si hoc non ignorasset, nunquam inter Deum & ho-D minē amorem esse posse negasset. Recte dixit Arist tres in amore conditiones requiri ut perfectus sit, sed male has inter Deum & hominē esse posse negauit. Eas enim omnes, ut nos Christiana docet fides Deus seruauit. Nā quia amor, uel est inter æquales, uel æqualitatē facit, ut D. Hier. ait. Ideo se Deus, ut se æquaret hominibus hoīnē fecit. Et ita summa ueritas dixit, Sic Deus dilexit mundū, ut filiū suum unigenitum daret. Et D. Paul. propter nimiam charitatem qua dilexit nos A Deus, cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos in Christo Iesu. Hoc etiam mystice significauit Dauid dicens, hunc humiliat, & hūc exaltat, quia calix in manu domini uini meri, idest, quia Deus calicē habebat uino puro refertum, quo pura eius & immensa charitas significatur, quæ calix & uinum merum uocatur, ad charitatis, & amoris nostri differentiam, qui uinum est propriæ utilitatis, & alterū imperfectionum aquæ immixtum. Deum enim amamus, ut nos in cęlesti gloria beatos faciat, & ne perpetuæ gehennæ flammis condemnet, imo eius amorem cum B humanarum quoque rerum amoribus miscemus. At uero Deus puro nos amore amat, nulla utilitatis mixtione, quia nullius rei indiget. Omnia præter illum re alia qua necessario egent. Reges quidē nobilibus qui illis seruiāt, egent, nobiles rustICIS, & cultoribus qui terram excolant, terra plantis, & herbis quæ eam exornent, plātæ aqua quæ eas fertiles reddat, aqua aere, qui eam exsiccet, aer igne qui eum purificet; ignis cœlis quibus conseruatur; cœli Angelis a quibus mouentur, Angeli Deo qui eorum gloria est, Deus autē nullo indiget & nihil omnino ei deest. Hoc C ipsemet Deus explicauit cū dixit: plenus sū. Quid est plenus sum, nisi pfectus sum, & nulla re extra meipsum indigeo? Et hoc ita uerum est, ut quāuis omnes maris arenæ, omnia arborum folia, omnes cæli stellæ linguæ essent, quæ Deum perpetuo laudarent, nihil illi augeretur gloriæ, & si illi omnibus quæ excogitari possunt iniurijs maledicerent, nulla tamen illi fieret ignominia, quæ ipsum affligeret. Et adeo si nos amat, hoc non est, eo quod aliquam ex nostra salute utilitatem percipiat, sed tantū ob eius infinitam bonitatem, quia, sicut Deus quicquid intelligit, propter seipsum intelligit, ita quicquid amat propter D seipsum amat: & si alia minori bonitate ad amādū moueri posset uilior diuina uoluntas & abiectior remaneret. Merito igitur diuinus amor calix uini meri appellari potest, cuius causa ait Dauid, hunc humiliat & hunc exaltat. Humiliauit diuinitatem ad infimum nostræ humanitatis, exaltauit humanitatem nostrā ad summam diuinitatis sublimitatem. Et ita humiliata diuinitate & exaltata humanitate facta est inter

Arist. 8. Ethic.

D. Hier.

Ioā. 3.

Ephes. 2

Psal. 74.

Esa. 30.

A humanitatem & diuinitatem æqualitas.
Aequalitatem d co personæ, quia duæ naturæ diuina & humana æqualiter sunt (vt
ita dicã) personalizatæ, substantificatæ,
& suppositæ a diuina Christi Redẽptoris
nostri persona, & ita dicimus amorem inter Deum & hominem ęqualitatẽ fecisse.

Seruauit pterea Deus, ut amicus fidelis beneuolentiã, quæ est bene amicis suis
optare & facere, & ita dixit D. Paulus de
2. Ti. 2. Deo loquẽs, omnes homines uult saluos
fieri, & ad agnitionẽ ueritatis uenire. Et
hoc duob. modis cognoscitur primo, q̃a
Deus sufficiens dat auxilium omnibus, ut
B saluari possint. Nam si quis filium suum
Salmanticam mittit, ut literis operã det,
Simile. & ibi quotãnis omnia necessaria suppeditat, merito dicere possumus huuc hominem optare, ut filius suus doctus euadat,
eo quod omnia, quæ ad hoc requiruntur
auxilia libentissime præbeat. Ita etiã uere
dicere possumus Deum optare oẽs saluos fieri, qñquidem omnibus quæ ad hoc
necessaria sunt suppeditauit, oẽs enim intellectus, & rationis naturalis luce ornauit, quam si ducem sequerentur homines
condemnari nullo modo possent: quia
Deus eos sua diuina prouidentia ad fidei,
C & legis gratiæ cognitionẽ adduceret, uel
Euangelij pręd catione, uel admirabili aliqua reuelatione. Quod si nunc in sua infidelitate perseuerant hoc Deus permittit
in peccatorum pœnam, quæ contra rationem & naturalẽ legem committunt. Secundo hoc cognosci põt, q̃a uidemus Deũ
se tam uili pretio hominibus dare. Nam
cum quis magnum alicui rei pretium cõ-
Simile. stituit, signum est non magno eius rei uẽdendæ desiderio teneri. Quod si paruo
pretio ad rem aliquam pretiosam emẽdã
emptores allicit, tunc quam primũ eam
uendere optat. Ita cum Deus cęlestem glo
D riam, tam uili pretio det, signũ est optare
Scot. in ut eam oẽs emãt. Potuisset (ut ait Scot.)
4. di. 15. maius illi pretium constituere cibum, po
q. 1. sub li tũ, uerba, uestes, & alia plurima tali lege
tera D. perscribẽs, ut q secus faceret statim mortalis peccati pœnæ reus esset, possetq; nos
ad tot quot in lege ueteri fuerunt præce-
Burg. li. pta obligare, quæ (ut ait Burgẽsis) tot fue
3. scruti- re, quot dies in anno, & Galielmus Pari-
nij dist. siẽsis, & Galatinus multo plura esse affir
18. c. 9. mãt. f. 6. 3. Et tamen uoluit legem nobis
Rom. 8. ita facilẽ dare, ut dicat D. Paulus. Qui diligit proximum, legem impleuit. Et profe A
cto res est adeo sublimis, & præstans Dei Guli. li.
æterna fruitio, ut quamuis mille annos de fid. &
nobis uiuendum esset, & iuberet Deus, ut legibus.
quisque nudis pedibus per spinas, & sen- Gal. lib.
tes incederet, in syluis uiueret, herbarum 11. de ar
radices pasceret, aquã biberet, hybernas canis ca
niues, & æstiuos soles nudus perferret, hæc tholicæ
omnia læto, & libenti animo ferenda es- fidei, c. 4
sent, ut tanti boni præmium consequeremur. Attendite igitur infinitam Dei bonitatem, qui cum hæc iubere potuisset, idem
tamen præmium legi suauissimæ qualis
est Euangelica proposuit. Tertia quoque
amoris cõditio, quæ ẽ familiaritas a Deo B
seruata est: nam ante quam homo fieret
suauissimam illam sententiam hominibus reuelauit, quæ eius nomine dicit. De-
liciæ meæ esse cum filijs hominum; O bo- Proue. 8
nitatẽ Dei ineffabilem, quisnam hoc cogitasset, ut infinitæ gloriæ dominus terræ
uermium cõuersatione tantopere delectaretur, ut quo cum illis conuersari posset, &
è cœlo in terrã descendere uellet, & homo
fieri, ut eos redimeret, & in cœlum adduceret, ubi suauissima eius, & ęterna conuersatione fruerentur? Videtis igitur Deũ exactissime amoris conditiones seruare, q̃ si
inter homines parum amoris inuenitur, C
hoc est, quia has conditiones seruare nolunt; primam enim quæ æqualitas est con
seruant, qui Deo meliores esse uolunt. Vide pater quid dicas: impossibile enim uidetur q̃s Deo melior esse uelit. Sed ne temere a me, hoc dici puteris hoc manifestissima ratione probabo: peto. n. frater
quonam modo cœli gloriam assequi uelles? uellem (inquies) quietã uiuere uitam,
opib. abundare, seruos habere quam plurimos, quicquid uolo nullo repugnante
præstare, tũ uero mori, & ita cœlestẽ gloriam consequi. O Christe uitæ reparator,
& animarum amor suauissime, dic obse- D
cro domine, in cęlũ intrasti? Audite quid
respõdeat dicẽs. O stulti, & tardi corde ad
credendum, nesciebatis, quia oportebat Luc. 24
Christum pati, & ita intrare in gloriam
suam? Ita igitur, o dñe meliores te homines esse uolunt, qñquidem cum per passionem, & mortem in gloriam tuã intrare
uolueris, eam illi delicijs, & uoluptatibus
consequi putant. En igitur fratres, ut aperte probarũ est nolle uos primam amoris
cõditionem seruare, q̃ est æqualitas. De

hoc

A hoc conqueritur Deus per Regium Psal- Psal.6. tem, dicens. Veruntamen pretium meum cogitauerunt repellere, cucurrit in siti. Omnis hominum cura est pretium quo Dei filius gloriam emit reijcere Pretium autem eius est, fames, paupertas, ignominia, & mors, quæ omnia homines magna cum cura & solicitudine fugiunt. Hac de causa maria nauigant vsque ad Indos; hac de causa orbem ambiunt vniuersum, ut paupertatem fugiant, hoc die cogitāt, hoc nocte somniant, pretium meum cogitauerunt repellere. Ego vero (ait Dominus) cucurri in siti, idest, tanto desiderio tenebar, B & siti sanctissimum meum corpus glorificandi, ut per omnes labores mira velocitate, cucurrerim, & ad trigesimum tertium ætatis annum perueniens, quod est uitæ nostrę dimidium, iam metam quæ est crux contigeram, in dimidio annorum meorū cucurri, ita pius Iesus in laboribus properauit, nos uero in uoluptatibus properamus, & ita æqualitatem non seruamus. Beneuolentiam quoque minime seruamus, quę est bene optare amato, quia omnes, qui mortaliter peccant, male aliquo modo C Deo optant. O rem horrendam, sed uerissimam esse probabo. Nam cum mortaliter peccas, nōne uelles aliquo modo, Deum tuum ignorare peccatum? at hoc ipsum est male Deo optare, quia uelles eum infinitam sapientiam non habere. Quod si ais, nunquam te hoc optasse, saltem cum mortaliter peccas impunitus uelles ab eius manibus euadere, ac hoc est etiam male Deo optare, quia nolles eum esse omnipotentem. Quod si neque hoc te cogitasse dicas, saltem uelles Deum scelera tua dissi- D mulare, at hoc etiam est male Deo optare, quia optas non esse infinite bonum, nam impossibile est malum dissimulare, & infinite bonum esse. Quod si hoc quoque te cogitasse negas, saltem tibi fatendum est te optare, ut Deus peccata tua minori afficiat supplicio quam digna sunt. At hoc est optare quantum ex te est quamuis indirecte, ut infinite iustus non sit, quia diuina iustitia quantum est ex se postulat, ut pęna sit culpæ æqualis. Quod si Deus nunc pænitentibus parcens debitam pænā remittit hoc est, propter infinita Christi redemptoris nostri merita. Videris igitur, quod aliquo modo mortaliter peccando Deo male optatis, & his bonis eum carere, quæ idē cum sua essentia sunt. Neque etiam beneuolentiam seruamus ei dando quæ debemus scilicet, honorem, reuerentiam, & timorem, & ita per Prophetam Malachiam conqueritur dicēs; Filius honorat patrem & seruus dominum suum. Si ergo pater ego sum, ubi est honor meus? Et si ego dominus sum ubi est honor meus; ait dominus exercituum. O terribilis Adæ filiorum abominatio, qui ita patrem & dominum sum contemnunt. Num timere illum & reuereri nos dicemus, in cuius conspectu ea peccata patrare impudentissime audemus quæ coram infimi generis homine patrare pudor non sineret? Dic obsecro, o infelix homo nonne eas quas quotidie committis turpitudines, certo sciens per fidem Deum tibi plusquam tu ipse tibi adesse, corā alio quouis quamuis vilissimus esset committere non puderet? Igitur minus Deum quam huiusmodi hominem reueteris. Hac de causa peccatum suum Dauid exaggerat, dicens. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, quasi diceret, coram iudice, qui omnia spectat peccare ausus sum. Ita etiam dominus hominum peccata sæpissime in sacra scriptura exaggerat dicēs. Et faciebatis malum in oculis mei, & ego sum, iudex & testis, dicit dominus, & ego sum, & ego uidit, ait dominus. De conuersatione autem uere dicere possumus nullam nos cum Deo habere. Videns adhuc D. Pau. conuersationem suam in cælis esse dicebat, quia quamuis corpore in terra esset, spiritu tamen uersabatur in cælis No stra uero omnis conuersatio in terra est, quasi animalia bruta essemus, & cum Deus dicat delicias eius esse cum filijs hominum, nihil grauius, nihil molestius est, quam cū Deo conuersari, o maxima Adæ filiorum ingratitudo, quę omnem exaggerationem excedit.

Audiuistis fratres tres ueri amoris conditiones, quas uellem uos diligentissime seruare, ut gloriosus Euangelista D. Ioannes qui uerus Iesu Xpi amans, & amatus fuit. Nam primo ęqualitatem seruauit, & cum Dei uoluntate mitam quandam consensionem & conformitatem, & hanc fuisse causā existimo cur in suprema illa passionis nocte gladio, ut D. Petrus Christū Redemptorem nostrum, defendere uoluerit, ut scilicet, se eius uoluntati cōformaret nō ignarus tamen eius laborum futurū se esse

Mala. 1

Psal. 50.

Hier. 18

Philip. 3

A participem, & ita eum nunquam deserere voluit. Inter arbores quæ tunc cum iam creuerunt, & illas quæ adhuc teneræ transponuntur hæc differentia est, q̃ illæ minimo quoque vento euelluntur, hæ uero radices agunt altiores, ita ut facile euelli nō possint, ita etiam sancti discipuli Domini, quos iam grandiores elegerat, & in suo amore & doctrina transposuerat, minimæ sunt tribulationis aura diuulsi, & relicto eo omnes fugerunt. At uero D. Ioannes q̃ tener fuit, in tenera ætate transpositus, ita
B in amore firmis hærebat radicibus, ut quāuis initio cū cæteris fugerit, ab ipso tamen amore reuocatus, eum ad extremum vsq; spiritum, imo ad sepulchrum usque comitatus sit. Beneuolentiam quoque seruauit quandoquidem per 68. annorum spatium totlabores pro amati sui honore pertulit. Conuersatio autem adeo intima fuit, ut supra amati sui pectus in cœna recumbens dormierit.

Pro quo notandum est quod quamuis ineffabilis sit suauitas qua anima in Christi Redemptoris nostri, humanitatis cōtēplatione perfunditur, tunc præcipue cum e am non solum tanquam uerbo unitā cō
C templatur, uerum etiam tanquā diuinæ naturæ conditionum participem admirabili quadam deformitate factam quantū creatura diuinæ naturæ particeps fieri potest (nam per illā unionem quasi ferrum in diuinitatis fornace incedebatur, & ut D. Dionysius ait, in naturalibus nostris supra naturā erat.) Quanuis inquā huius contemplationis ineffabilis suauitas sit, tū vltima animæ quies (etiam in hac uita) in diuinitatis contemplatione consistit. Suauis quidem est humanitatis contemplatio quę ut non in seipsa, sed in Deo subsistit, ita eos qui eam contemplantur ad res diuinas ex
D tollit, suauior tū est diuinitatis contemplatio. In omnibus quidē Redemptor noster pulchritudine præstat; de quo Dauid dixit. Speciosus forma pre filijs hominū. diffusa est gratia in labijs tuis, ubi Paraphrasis Chaldaica habet expressius, pulchritudo tua Rex Messia maior est quam filiorum hominum, sed tamen plus diuinę pulchritudinis consideratio animam consolatur, quam in humanitatem positam contemplatur. Hæc dixit non animaduertens fortasse ea, quę D. Paulus ait. Non enim audeo loqui aliquid eorum quæ per me non

Dieny. in epi. 4 ad Caiū incipit, quęris quidem.

Psal. 44.

Ro. 14.

effecit Christus. Nam cum fere nullam harum rerum experientiam habeam, de ijs loqui audacia uidebitur. Sed fortasse alicui eorum qui me audiunt proderunt, cui Deus diuina sua solet reuelare mysteria. A

Hoc igitur posito tantopere Dei filius suum discipulum amauit, & tantam cum eo familiaritatem habuit, ut ei altissima mysteria reuelarit. Origines ait; o Beate Paule raptus es (ut tu ipse asseris) vsque ad tertium cælum, & audiuisti uerba quę non licet homini loqui, Ioannes autem intimus ueritatis inspector, ultra omne cœlum cælorum, hoc est in causam omnium ascendēs audiuit vnum verbum, per quod facta sunt omnia, & licuit illud uerbum loqui quantum potest hominibus prædicari, & ita ipsemet fatetur dicens quod fuit ab initio quod audiuimus, quod uidimus oculis nostris, quod perspeximus de uerbo uitæ (& uita manifestata est, uidimus, & testamur, & annuntiamus uobis uitam æternam, quæ erat apud patrem, & apparuit nobis) quod uidimus, & audiuimus annuntiamus uobis. Videtis quoties ijsdem uerbis idem sæpius repetat, ut uidea tur a mysterijs illis reuelatis neque oculis. neque ore, neque corde potuisse recedere? Idem etiam significare illis uerbis uoluisse uidetur. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: & uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre. Quo in loco Diuus Augustinus ait, Super omnem naturam, & conseruorum claritatem Euangelista mentem erigens, ad ipsum uerticem bonorum nos perduxit, cum ait, vidimus gloriam eius, &c. Itaque non solum Redemptor noster dilectum suum Ioannem in transfiguratione, in horto, in cruce, in vita, & in morte socium esse uoluit, uerum etiam ut sanctissima cæna altissimis contemplationibus frueretur voluit, vt aiebat sponsa ad sponsum. Indica mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie. Ita forte in ultima illa cæna uidere sanctus hic Apostolus optabat quo modo diuinus pastor beatissimos illos spiritus in cęlesti gloria pascat, & cū hoc corporis oculis uidere minime posset, permisit ei dn̄s, ut supra pectus suum sacratissimum recumberet, vt in corporali cœna æternam illam beatorum cęnam diuina reuelatione uideret cibum & illum diuinum, quo beatos pascit cōtemplaretur. O brachia

Origen. B

Ioan. 1. Cano. C

D. Aug. sup. Ioā.

Cant. 1. D

A brachia sanctissima, quæ illum amplexa estis, si me quoque una amplecteremini, q securus suauissimo hoc deuinctus amplexu hærerem. O diuinum calorem qui ex Redēptoris nostri corde exibat, amati sui animam incendens, quem, vt aliquo modo refrigeraret, uerisimile est aliquas
Simile. lachrymarum guttas a sacris Redemptoris oculis in iacētis discipuli uultum decidisse, ad maius ipsius solatiū. Cogitate hominem ardentissima siti laborantem, qui si suauissimum aliquē fontē reperit quantum aquæ, & quanta cum suauitate bibit, qui uero diutissima fame laborauit, si
B mensa illi omni ciborū genere apponatur instructa quantum, & quanta cum uoracitate comedit. Si pauperi permitteretur, ut in arcam nummorum plenam manus immitteret, quantum nummorum colligeret. Gulosus in officina aliqua positus fructibus, saccaro, & melle conditis, & huiusmodi gullæ irritamentis referta, quanta cum ingluuie uoracitatis appetitui satisfaceret. O animarum fons suauissime, in quo iusti, & bibere, & mergi cupiunt. O lautissima mensa, ô thesaurus immensus, ô delicatissimorum ciborum officina. Huc sancti huius disci puli spiritus ingressus est, quas nam diuitias, quam uolupta-
C tem inde, percipisse existimamus? Merito de eo Eusebius Amissenus dixit, sicut uas
Euseb. Emis. plenum oleo mixtionem alterius liquoris respuit, ita in eum nihil sæcularis maculæ, introire potuit, in quo plenitudo sanctificationis regnabat. Vos quoq; dilectissimi una cum eo supra hoc sanctissimum pectus curate recumbere, hic enim uera quies inuenitur, cætera autem omnia labor potius sūt, & dolor. Omnes homines quietem natura, & optant, & quærunt, sed non omnes, ubi uera quies sit intell gunt, & ideo plures eum quem optant finē non
D assequuntur. Dulce, omnibus dulce uidetur, sed non omnibus idem dulce gratum est, sed aliud alijs, nonnulli.n. mel comedere non possunt, saccarum autem comedunt. Alij qui rudiores sunt, mel quidē libentissime comedunt saccarum aūt gustare non possunt. Alij malunt (*Arrope*) Alij neque hoc uolunt, sed si uinum dulce est gratissimi uidetur esse saporis. Quod si uniuscuiusque sententiam petas, quod gustui suo gratum uidetur illud laudabit, cætera uero uituperabit, & tñ nihil de saccari perfectione eius uituperatione detra-
A hitur, non.n. saccarum illius palati culpa minus perfectum est. In quietis electione idem accidit & uoluptatis: aliqui.n. in uenatione, alii in ludo suam ponunt uoluptatem, alij hæc contemnunt, & nihil cum turpib. & lasciuis amorib. comparari posse affirmāt, alii diuitias, honores, & dignitates malunt, at D. Paulus ait: Si quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum pp Christum detrimenta, propter quem omnia arbitror, ut stercora. In Christo tantū Phil. 4.
uera quies uera est uoluptas, quādis aliud deprauato malorum iudicio uideatur, hic tantum quietus sibi, & securus propheta B
Dauid uidebatur, et ideo aiebat, in pace Psalm. 4
in idipsum dormiam, & requiescam, quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me, idest, quia tu domine dedisti mihi, ut spem meam, omnem amorem, curam, & cogitationē omnē in te unum cōstituerem, ideo in te secure dormio, et requiesco. Hic dilectissimi in hoc sacro pectore requiescite, ideo brachia pius Iesus expandit, ut oēs recipere, & amplecti possit, quemadmodū per Isaiam promiserat Isai. 66.
dicēs. Ad ubera portabimini, & super genua blandietur vobis, quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor uos. O C
verba suauissima, & amore plena. O corda lapidea q tanto amore liquefacta non diffluūt, hoc in ueteri lege promissum, nunc in gratiæ lege præstatur. O cæcitas, ô error diabolicus, q̄runt homines principum familiaritatē & amorē, & hoc summā esse putāt felicitatē. Dei uero amorem nihil faciunt, imo eum ad iram suis scelerib. prouocant. Conqueritur Deus per Oseam di- Ose. 12.
cens Chanā in manu eius statera dolosa. O q uere hoc dici potest de singulis peccatorib. quorū quilq; uere est Chanāā, i. cōmutatus, nā cum homo esset rōne pditus, se in belluam cōmutauit, statera aūt D
quæ eius est uolūtas, dolosa est, quia in ea Barabbas, & Iesus Christus positi, pluris latro, q Redemptor æstimatur, pluris homi num amor quam Dei. Huc enam facere possunt uerba illa psalmi, quæ paulo ante Psal. 61.
citauimus, ueruntamen pretium meum cogitauerunt repellere, i. cum essem (inquit dominus) infiniti ualor.s & pretii, homines tamen mundi uoluptates maluerunt, minoris me qua res terræ uilissimas æstimando. O summā rationalis creaturę in-

A ingratitudinem, quam quibusnam supplicijs puniendam esse existimatis? Resipisci te obsecro dilectissimi, & si erga Deum ingratos nos aliquando ostendistis, lachrymis & pœnitentia cum eo uos reconciliare studete, & in eo uno posthac ueram quietem inuenri existimate.

Cum dixisset Sanctus Euangelista discipulum illum a domino amatum fuisse, & supra pectus sanctissimum in cœna recubuisse, addit hunc etiam a domino petijsse, quis est qui tradet te? Quæ et magna est Diui Ioannis excellentia, & dignitas inter Redemptorem nostrum, & Diuum Pe-

B trum aduocatum quodammodo fuisse, quia cum scire Diuus Petrus optaret quisnam futurus esset proditor, Diuum Ioannem rogauit, ut hoc a domino peteret, itaque Ecclesiæ Princeps gloriosum hunc uirum sibi aduocatum elegit, & illi secreto

Ioan. 13. dominus dixit, ille est cui ego intinctum panem porrexero. Nihil enim dominus amato suo discipulo denegare uoluit. At quanto æquius erit, ut nos peccatores cũ nobis aduocatum faciamus in cælis? quid enim huius quem tantopere Deus amat intercessione non impetrabimus? Disponamus igitur uos uera pœnitentia, ut diuinã

C nobis gratiam impetrare possit, qua acquiritur gloria, Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

IN FESTO SANCTORUM Innocentium.

Concio I.

Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, &c. Matth. 2.

D IN hodierno Euangelio persequutio quædam refertur, quam Christus R. N. in infantia passus est. Neque tamen huius sanctissimi pueri labores, vt cæterorũ puerorum labores fuisse existimari debent, eius enim anima statim a suo conceptionis instanti omni illa sapientia predita fuit, quam postea e-

D. Basil. rat habitura, & ita D. Basilius libro de in-

Matt. 1. carnatione, verba illa declarans, quæ Angelus dixit sancto Ioseph. Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est, præ- A clare ponderat, cum Angelus ea dixit, non dum Christum natum esse, & tamen non ait, quod in ea conceptum est, sed quod in ea natum est. Ratio autem hæc fuit, quia statim, ac conceptus fuit uir fuit perfectus, & non ut cæteri quorum corpus certo tempore animatur, inde post aliquos annos rationis vsum habere incipiunt, at uero Christus Dei filius omnia simul habuit. Hinc D. Paulus ait: Ingrediens mun- Heb. 10

dũ dicit: Hostiã & oblationẽ noluisti, corpus autem aptasti mihi, holocaustomata & pro peccato non tibi placuerunt, dixi, ecce uenio. Ingressus est Redemptor no- B ster in mundũ sanctissimæ suæ incarnationis tempore, & tũc dixit æterno patri, scio pater, ueteris legis sacrificia te placare non posse, quare ipsemet te placaturus adnenio, ex quibus verbis manifestè conuincitur, in ipso conceptionis instanti rationis usum habuisse. Hinc etiam intelligetis quid nam passus sit infans Iesus Christus in purissimo matris uentre, & quantum pro illo ei debeamus. Cogitet enim vnusquisque uestrũ, quid nã sentiret, si ea qua nunc præditus ratione est matris suæ visceribus uideret inclusum, tot sordibus, & immunditijs plenus, quod quidem nobis molestũ C non fuit, quia iudicio & rationis vsu carebamus. Credite igitur Iesum Christũ corpore quidem infantem, sed rationis vsu virum iam sapientissimum carcere illo per nouem mensium spatiũ contineri uoluisse, neque tot respuisse sordes, quot in mulieris uentre, quamuis sancta & pura sit, inueniũtur, vt uos teterrimo gehennæ carcere liberaret. Hoc Ecclesia sancta exaggerat cũ eo loquens his uerbis, tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti virginis vterum Hoc igitur rationis vsu, & sapientia præditus iniurias oẽs, & persequutiones sibi puero ab inimicis illatas D magno animi dolore sensit, & æterno patri pp nos obtulit, quæ quidem cæteri pueri, quia ratione carent non sentiunt.

Ait igitur sanctũ Euangeliũ. *Apparuit Angelus Dñi in somnis Ioseph* Quæri hoc loco posset, cur Ioseph potius quam Mariæ apparuit? Respondebo domestica tñ negotia ad mulieres pertinere, externa uero ad viros, hoc autẽ domesticũ non erat, D. Paulus scribens ad Titum ait. Tu autẽ loquere quæ decent sanam doctrinam, & Tim. 2.

inter

A inter alia quæ eum docere iubet, hoc est, docere adolescentulas, vt filios suos diligant prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas uiris suis. Pōderate singula uerba, & præcipue illa, domus curam habentes, Hæc enim omnia maximè ad mulieres pertinent. Magna perturbatio est, & confusio, vt mulier foris necessaria curet, uir domui otiosus sedeat. In ve

Deu.22. teri lege præcipiebat Deus. Non induetur mulier veste virili, nec vir vtetur veste fœminea, abominabilis enim apud Deū est, qui facit hoc. Quo significatum est mulierem hominum negotijs minimè misceri debere, vt sunt emptiones, venditiones, cōtractus, lites, & alia huiusmodi; hoc enim est virilem vestem induere, Vir autem effæ

B minatus & mollis, qui negotia sua non curat, hic muliebri veste vti dicitur. Quod apud Deum abominabile est & odiosum, & quia iter facere, & peregrinari uiri negotium erat, ideo apparuit Angelus Ioseph. Ex hoc etiam inferri potest reuelationes, & huiusmodi alios spirituales fauores, nō

Simile. maiorem sanctitatem, sed maiorem necessitatem arguere. Non enim ideo Ioseph sāctior quam Maria, quia Ioseph Angelus apparuit. Plantæ quæ adhuc teneræ sunt sępius irrigari dēnt, non quia maioris sint ualoris, & pretij quam quæ grandiores iā

C sunt arbores, sed quia plus egent quæ alimento. Ita etiam Deus infirmos, & imbe-

Simile. cilles singularib. sæpe solet fauorib. alere, vt fortiores efficiat. Accipiter qui in uenatoris manu pascitur instinctum illum aues quas uolantes uidet insectandi paulatim amittit, ita & illi quos Deus spūali suauitate pascit, desiderium illud humanarum voluptatum paulatim noua & insilitata cœlestium rerum delectatione deponunt.

Apparuit igit Angelus in somnis Ioseph. Et ita apparuit, ut certissimus uir sanctus remanserit Dei nuntium esse verissimū & non nocturnum phantasma: nobis quidem, vt plurimum somnijs fides præstanda non est; Si tamen dum in peccato uersaris & a dæmonum multitudine rapi te ad inferni supplicia somnias, quamuis huic somnio fidem præstes non reprehendam, sed potius laudabo, fieri enim potest huius modi somnio nel'e Deum te deterrere, ut te in posterum corrigas, & ita dixit S. Iob. Si dixero consolabitur me lectulus meus,

Iob.40. terrebis me per somnia, & per visiones horrores concuties, quamobrem elegit suspen A dium anima mea. Idem tibi peccatori dicē dum est, cum in lectulo delectari putans & requiescere horribili aliquo somnio deterreris, monere me Deus hoc somnio vult & timore concutere quamobrem æquum est, vt anima mea suspendium, & crucem pænitentiæ eligat, ut hoc quod Deus forte minatur, euitet.

Verba Angeli hæc fuerūt. *Surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum, &c. Futurum est enim ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum.* Ex uerbis q̄ gloriosus hic Angelus dixit Sācto Ioseph B cum ex Aegypto redire iussit, infert plures sancti pueri Iesu mortem optasse dixit. n. *Vade in terram Israel: defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri.* Verūtamē id q̄ optabant præstare nō potuerunt ut Herodes qui potens erat. Liberet vos Deus a malitia quæ cum potentia coniungitur, quod enim scelus non audebit? Et hac de Esthe.7. causa cum regina Esther dixi Regi Assuero. Si inueni gratiam in oculis tuis o Rex dona mihi animam meam pro qua rogo, traditi enim sumus ego & populus meus, ut conteramur. Petijt ab ea Rex; quis est C iste, & cuius potentiæ ut hæc audeat facere? Respondit illa, hostis & inimicus noster pessimus iste est Aman. Inimicum suum ait esse Aman illum Regis domesti cum, illum diuitem, illum potentiam, hæc enim omnia significat, iste est Aman, & cum huiusmodi esset, pessimum quoque ait fuisse. Nam si pessimus sine potentia fuisset, tantum nocere non potuisset. Ideo etiam Propheta Isaias regi cuidam Israel dixit. Noli timere a duabus cau Isa.7. dis titionum fumigantium istorum, idest, D ne timeat hos duos titiones ex utraque parte ardentes, ita ut mann, neque hinc, neque inde apprehendi possint, quo duo Reges significantur, potentes & malitiosi. Ideo enim ait, a duabus caudis fumigare, idest, ex utraque parte ardere, ut significet quam difficile horum remedium sit, quia si quis potens est, & tamen ignorantia, aut infirmitate peccat, facile a malo reuocari potest. Est enim tanquam titio ex una tantum parte fumigans, quia ab altera potest apprehendi. Item si quis malitiosus est, & tamen potentia caret, remanet in eo aliqua pars quæ apprehendi potest, quod si potens est & malitiosus titio

A est ex utraque parte fumigans, uix manu, & remedium admittere posse uidetur. Ex quo colligitur magnum esse Dei beneficium homines interdum in praua sua desideria exequi non posse: nam quamuis Dauid Betsabee pulchritudine captus fuisset, adulterium tamen, & homicidium re ipsa non commisisset, nisi Rex fuisset. Et ideo paupertate contenti esse deberemus, quæ vitijs vires & alimenta non suppeditat. Plurimi æstimare deberent homines in eo se statu constitutos uidere, quem gloriæ Rex, & vnigenitus Dei filius nascens & uiuens elegit, imo ex eo etiam ecclesiæ suæ

B principes & magistros elegit, quos etiam pauperes esse voluit, & ita eos paupertatem humilitatem, & rerum humanarum contemptum docuit, non solum diuitijs eos renunciare iubens, verum etiam parentib.

Luc. 14. & ijs rebus omnibus quæ cælitus impedire possunt, dicens. Si quis uenit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, uxorem, & filios, & fratres, & sorores: adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Significans hoc vltimo verbo parum prodesse, omnia deserere, nisi seipsum quoque deserat. Amabilis præterea est paupertas ob beneficia, quæ Deus in

Psalm. 9 pauperes conferre solet, & ita ait Dauid. Oculi eius in pauperem respiciunt, ita vt

C defixos in paupere habere oculos Deus uideatur, vt ei bene faciat. & de paupere ait

Eccl. 21 Ecclesiasticus, deprecatio de ore pauperis vsque ad aures altissimi peruenit, quasi pauperum precib. nulla sit in cælo ianua clausa. Psaltes Regius Parasti in dulcedine tua pauperi Deus, idest versaris domine in infi

Psal. 67. nita gloriæ tuæ suauitate coronam paupersi præparans Sed his omnibus causis omissis quamuis nullam aliam nobis afferret vtilitatem, quam ad plurima mala impotentes nos reddere, hac tantum de causa plurimum nobis amanda esset, qui enim pauper est, quamuis ad malum inclinatus

D sit, eius tamen peccatum in desiderio terminatur. Diues autem, & male inclinatus, quę optat facilius obtinet, & citius ferè quam cogitat. Ideo Dauid, nihil sibi nocere diuitias, tanquam rem admiratione dignam narrabat, dicens. Ego autem mendicus sum, & pauper, dominus solicitus est mei. Quomodo hoc fieri potest regem esse & mendicum? Nimirum ita bona sua possidebat, ac si ea emendicata accepisset, nō enim eius animū opes inflabant super- A bia, nulli plus nocebat, quam si pauper & mēdicus esset, qui panē ostiatim mendicat & ideo inquit, dominus solicitus est mei. O beatos illos, qui ita suis utuntur diuitijs ita enim Deum obligare aliquo modo uidentur, ut rerum suarum soli citus sit.

Ex his etiam uerbis. *Defuncti sunt qui quærebant animam pueri*. In fer finē tādē habuisse pueri sanctissimi persecutores, & eūdem eos omnes habituros esse, qui eos in sua tyrannide imitātur Quomodo igitur peccare audent qui mortem tam certam, uitam tam incertam esse sciunt? scilicet, quia iudicium ita deprauatum habēt, B ut ex hac ipsa uitæ breuitate maioris mali, tiæ, & tyrannidis occasionem sumant, ita Sapi. 2. sapientiæ liber affirmat. Dixerunt impij cogitantes apud se non recte, exiguum & cum tædio est tempus uitæ nostræ, & transibit uita nostra tanquam uestigium nubis, umbræ enim transitus est tempus nostrū. Et quid hinc inferunt? Venite ergo fruamur bonis, quæ sunt, & utamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Coronemus nos rosis antequam marcescant, opprimamus pauperem iustum, & non parcamus uiduæ, neque veterano, neque reuereamur canos multi temporis, sit autē fortitudo nostra lex iustitiæ. O cæcos, ò miseros, quorum malitiæ, & tyrannidis funda- C mentum est breuitas vitæ. Aliud ex ea inferebat Rex Ezechias quem Isaias dixisse Isa. 38. refert, de mane usque ad uesperā finies me. Tanquam flos, scilicet, qui mane floreat, vesperi aūt arescat & decidat. Quid igitur inde sequitur, quod cum vita tam breuis sit, sicut pullus hirundinis sic clamabo, q adhuc in plumis cibum a matre clamoribi petit, ita ego miseriæ meæ & paupertatis cōscius, tanquam pullus in plumis clamabo ad Deum meum assidue, & opem ab eo petam. Meditabor ut columba, cuius cantus D est gemitus, & cogitatio omnis & cura est, accipitris vngues euitare, ita ego die ac nocte plorabo, & omnis mea cura erit cogitare quonam modo possim diaboli vngues effugere. Hoc vos dilectissimi perpetuo ob oculos habere vellem, hoc cogitare, hoc meditari, est enim remedium efficacissimū ad mala quam plurima euitanda.

Dici etiam hoc loco posset, eorum plurimos odium illud aduersus infantem Iesum, Herodis exemplo fortasse cōcepisse.

A Solet enim hoc passim contingere, ut inferiores prauo superiorum exemplo deprauentur. Quamobrem Regis Assueri sapientes eum de Regina Vasthi inobedientia agerent prudentissime dixerunt. Non solum regem læsit Regina Vasthi, sed & omnes populos, & principes, qui sunt in cunctis prouincijs regis Assueri. Egredietur sermo reginæ, ad omnes mulieres, ut contemnant uiros suos & dicāt rex Assuerus iussit ut regina Vasthi intraret ad eum, & illa noluit, atq; hoc exemplo omnes principum contingens persarum atq; Medorū paruipendent imperia maritorum. Quasi B diceret, hoc malum se intra domus parietes continere non poterit, sed tāquam pestis per uniuersum regnū latissime serpet. O huius sæculi potentes quam exactam rationem reddituri estis, non solū ob commissa peccata, uerum etiam de damno illato cum alios ad peccandum uestro exemplo prouocaueritis. Cū prægrandis aliquis lapis ex montis culmine auulsus per latera magno cum impetu ad ima rotatur, frāgit arbores, muros euertit, quicqd occurrit deturbat, & tandem magna solet damna inferre, quod si lapis exiguus est, non modo damnum, sed neq; strepitum edit.

Esther 1

Simile.

C Hæc eadem differentia est inter priuati & publici hominis peccatum, nam qui in aliqua dignitate constitutus est magno cum strepitu audit, quia diuulgatur: statim peccatum diuulgatum, admirationem, & scādalum parit, & tandem alios ad peccandum prouocat. Licere enim sibi cæteri existimant peccare, cum eos peccare uideant, quorum uitam, & mores, uitæ suæ, & morum regulam existimant.

Dicit ergo Angelus. *Surge & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptū.* Cū locus aliqs peste infectus est, optimū remedium fuga est, quare cum puerorum D pestis Herodis crudelitas futura esset, iubet Deus pueri custodi, ut fugiat. Fuge in Ægyptum, quia mors, qua eum Herodes necare uult, neque pueri nobilitati, neque prophetijs, quæ de eo scriptæ sunt, neque hominū necessitati conuenit. Inter agnos & hædos hæc inter cæteras differentia est, quod hædi, & gustui, & stomacho gratiores sunt adhuc paruuli, quam iam grandiores: hirci enim ætate fiunt, quorum caro dura est, & malæ concoctionis. Agni è contra cum paruuli sunt, deteriores sunt, quam iam arietes facti. Hæc eadem differentia inter pueros illos Bethlehem, & puerum Iesum esse uidebatur, illi enim hœdi erant tenelli, & Deo grati, & grandiores facti, hirci fortasse fuissent, ut eorum parentes, duri, & Dei obedientiæ repugnātes, & ideo mors, illi fuit in ea ætate utilior, nā de unoquoque illorum illud Sapientæ dici potest, raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Asparagi si teneri adhuc ante quam durescant comedūtur optimi sunt, postea enim spinis similes fiunt. At uero sanctissimus puer Iesus, qui agnus erat innocentissimus, si tunc mortuus esset, tantæ hominibus utilitati nō fuisset. Potuisset quidem nos circuncisionis sanguine redimere, uel ab Herode se occidi permittere, & statim in cælum reuerti. At dicere homines potuissent, quis nos cæli uiam ostēdet, aut quonam uirtutem, & perfectionem discere debemus? Quod nobis exemplum imitādū relinquit? Num Moyses balbus? Num Dauid adulter? Num Salomon idololatra? Num homines imperfectionū pleni? Ne igitur huius querelæ occasio esset, necesse fuit, ut Dei filius per plurimos annos, in mūdo moraretur, et suo nimirum exemplo, & doctrina uirtutes ad cœlestem gloriā consequendā necessarias doceret. O immensam Dei bonitatem, ô ineffabilem erga hominum genus charitatem, ô perpetuis laudib. celebrandam benignitatē. In hoc impletum est, quod optabat Dauid cū dicebat. Beatus homo quē tu erudieris domine, & de lege tua docueris eū.

Simile.

Simile.

Sap. 4.

Simile

B

C

Psal. 93

Ex quo patet utilitas, quæ ex hac Ægypti fuga consequuta est, qua filius Dei ad crucis mortē reseruatus est, sed væ illis, q hoc singulari beneficio abutuntur, maiori enim pœna afficientur, quam si Dei filius puer ab Herode occisus hominum magister non fuisset. Cum dixisset Isaias. Venite ascendamus ad montem dñi, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos uias suas, & ambulabimus in semitis eius, quia ex Sion exibit lex, & uerbum Dei de Hierusalē, & iudicabis gentes, & arguet populos multos, iterum postea repetit, domus Iacob uenite, & ambulemus in lumine Dei nostri. Quæ uerba omnia aperte de Christo Redemptore nostro, ad literā debent intelligi, & de eius lege, quæ exiit de Sion ibi enim Spiritus Sanctus Apostolos

D

Isa. 2.

A stolos confirmauit,& illustrauit, ut ea q̃ dominus docuerat intelligerent, & inde illi exierunt, ut illa cæteros docerent.
Exo.31 Lex enim Moysis nõ ē monte Sion exiit: sed de monte Sinai. Et præterea cũ Isaias illud scribebat, iam data erat Moysis lex, & ideo de ea verba illa intelligi non põt, & quia Hebræi admirabili hoc beneficio abusi sunt, ideo statim damna illis uentura prædicit cum Deo loquens his uerbis: proiecisti enim populum tuum domum Iacob, quia repleta sunt, ut olim. Et cum plurima eorum scelera narrasset concludit: ne ergo dimittas eis. Pœnam qua eos
B puniit uidetis hanc fuisse eos oppressos, contemptos, conculcatos, ubique reliquisse. O sancte Deus quam horribilis pœna.
Isai .4. Cum idem propheta Dei filii incarnationem,& ortum prædixit. Loquimini (inq̃t) ad cor Hierusalem, quia completa est malitia eius. Vbi septuaginta interpretes trãstulerunt, quia completa est humilitas eius, idest, eius ignominia, & oppressio. At quomodo postea quam Dei filius in mundum uenit, ita humiliati, & oppressi sunt? cur non impleta est Isaiæ prophetia? Nimirum q̃a Isaias ea loco a Deo in eos conferendum beneficium prædicabat: q̃
C si illis maioris ignominiæ causa fuit, hoc eorum culpa factum est, quia honorem a Deo oblatum contempserunt. Idem quoque nobis dilectissimi merito timendum est, quandoquidem parum in ea doctrina proficimus, quam diuinus magister triginta trium annorum spatio operibus,
Apoc.5 & uerbis edocuit. In Apocalypsi dicitur. quod illi qui uicerunt bestiam,& imaginẽ eius,(idest, iusti) aiebant quis non timebit te domine,& magnificabit nomen tuum, quia solus pius es? Quoniam omnes gentes uenient,& adorabunt in cõspectu tuo.
D O rem admirabilem. Dicunt iusti Deum esse timendum, quia pius est. Si dixissent, quia potens est, uindex, aut seuerus, merito timendus uideretur, at pietatẽ timoris esse causam, hoc admiratione dignus est. Et quare pius? Quoniam omnes gẽtes venient,& adorabunt in conspectu tuo. Notate obsecro causam, quam afferunt, cur nam Deus timendus sit, q̃a nimirum pius fuit erga gentiles eos ad fidẽ conuertens, relicta Hierusalem, quam tantopere amabat. Hoc fratres nobis maxime timẽdum est, unico domine, quia pius erga me fuisti,& liberalis ne mea ingratitudine irritatus me deseras, ut Hebræos deseruisti. Hoc timore nos incitare debemus, ut nobis accepta beneficia prosint.

Accipe puerum,& matrem eius. Erat una mater, quamuis enim aspectu formosa sit, Ægyptij autem lasciui, eam tamen ego custodiam, ut olim Saram cum illuc una cum Abraham descendit. Erat puer, quãuis n. Ægyptij Hebræorum pueros occidunt, ipse tamen eũ seruabo incolumen ut Moysen. Erat mater ut puerum alat, erat puer, ut matrem soletur. *Comencien a andar las estaciones hasta, el uiernes de la* B *Cruz.*) qua die limbi aïæ à damni pœna q̃ ibi habebat liberabuntur, plenaria illa sanctissimę passionis indulgentia. Hæc cum audisset sanctus Ioseph statim angeli iussis obtemperauit. Ex quo infertur magnam esse prudentiam interdum tyrãnorum persequutiones fugere, si hoc fiat, ut maior inde spiritualis utilitas consequatur. Docet etiam hac fuga dominus animæ persequutiones fugere, quæ sunt occasiones peccandi, & malorum hominum persuasiones & exemplum. Ne peccaret alter ille Ioseph impudicę mulieris aspe- Gen.39 ctum fugit relicto pallio, idem tibi fa- C ciendum est. quamuis enim in domo aliquo magno tuo cum lucro & utilitate uerseris, si tamen hoc peccandi periculo fit, fuge relicto pallio, præstat enim pallium quam animam amittere. Vehementer a Deo rogabat Dauid, uiam ini- Ps.118. quitatis amoue a me, non peccatum tantum dixit, amoue, sed peccati uiam, quæ est occasio, uia enim est occasio ad peccã dum adeo facilis, ut in ea homo positus Eccle.2. difficile se a lapsu liberet. Et si eam sponte Simile ingreditur iam lapsus est, & peccauit coram Deo, quia qui amat periculũ peribit in illo. Res lachrymis digna est, quod si D equus uel aliud animal flumẽ aliquod trãsiens in cœno inhæsit, si iterum illac transeundum sit, consistit & prius se fustib. contundi sinet,& cõfodi calcarib., quam ulterius progredi, locum in quo lapsus est agnoscens, homo autem bestiis ipsis stupidior, secundo, tertio,& quarto,& sæpius se in ea loca immittit, in quibus se peccasse nouit. Pudeat nos homines a bestiis hac in re superari, fugite animę persequationes fugere, peccati occasiones, quæ tanti momenti sunt.

Qui

A *Qui consurgens accepit puerum & matrem eius nocte, & secessit in Aegyptum.* Cõsiderare hoc loco potestis dilectissimi labores, quo sanctissima Dei mater in eo itinere pertulerit, immo per septem illos annos quibus cum filio, & sponso suo Ioseph in Ægypto summa cum paupertate vixit. & hac consideratione confundimini, quandoquidem optatis, & omni studio & diligentia conamini, ut nihil vobis in hac uita desit, sed omnia abundent. Sanctus Isaias de gratiæ lege loquens ait, lætabuntur corã te, sicut exultant victores capta præda. Præda appellatur quod ui apprehenditur, & quod etiam in montibus venamur, & syluis prædam uocamus, & ita solet dici, & verè ita est quod præda quo magis cursu agitata est, eo etiam meliotis solet esse saporis Præda nostra Deus est, & merito ita appellatur, quia vt dicitur per Matthæum, regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud, cuius rei figura uidetur fuisse Esau, cui Isaac iussit, sume arma tua, & pharetrã, & arcum, & egredere foras, cũq. venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, ut comedem et benedicat tibi anima mea antequam moriar. Diuus Augustinus lib. quæstionũ noui & ueteris testamenti ait, cogitandum non esse quod uir tantæ prudentiæ & sanctitatis ut erat Isaac, primogeniti sui benedictionem in venationis sorte posuisset, nisi aliquod in hoc mysterium includeretur. Venationis enim illius prœda, Dei filiũ significabat, quem qui apprehendit æterna benedictione dignus est. Hęc igitur prœda hodie cursu agitari cœpit, vt gustui gratior & suauior esset. Suauis est Christus in præsepio, suauis in sanctissimæ suæ matris sinu positus. Suauis à regibus adoratus, sed cũ Herodis crudelitatem Deus omnipotes existens in Ægyptum fugit, suauior est, ut scilicet, inimicorũ iræ cedendum nobis esse doceat, neq. eorum iniurias uindicandas, quamuis ad vltionem vires sufficiant. O cælestis præda, quæ ex tuæ inuisibilitatis syluis egressa, in hunc mundi campum descendisti, in quo ab inferni canib. tamdiu agitata & defatigata fuisti, ut tandem rabidis eorum morsibus laceratum in cruce sæuissima morte necarint, & omnia æquo & libenti animo passus es, ut nobis suauior fieres & vtilior. Meritò igitur dixit Esaias, lætabuntur coram te, sicut

Isa.69.

B

Mat.11

Gen.27

D.Aug.

C

D

exultant victores capta præda. Eia igitur fratres currite, currite, si cęlestem hãc prædam assequi vultis. Ex lapide enim & ferro est qui puero Iesu fugienti quiescet otiosus, voluit dominus hãc fugę persequutionem initio vitæ perferre, vt intelligas, quod cum in peccato mortuus gratiæ nasceris, & uiues, statim tibi persequutiones occurrent, & ideo te ad patientiam præpares, & ita ait Ecclesiasticus, fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tẽtationẽ. Nam si alia persequutionum genera molesta desinit hoc certè deesse non solet, uirtutum scilicet ipsa exercitatio quæ incipientibus solet esse difficilis. Et hæc una ex causis est cur in sacra Scriptura uestes appellantur in Prouerbiorum libro dicitur, fortitudo, & decor indumentum eius. Et paulo inferius, stragulatam uestem fecit sibi. Hæc charitas est, quæ uocatur uestis stragulata, quam vulgariter vocatis, (*Ropa de girones*) ita autem appellatur, quia nullus est, qui charitatem & amorem continue habeat actualiter in voluntate, nam saltem cũ dormit interpolatur. Sola Christi Redemptoris nostri charitas vocari potuit tunica inconsutilis desuper contexta per totum (ut vocata est a Ioanne uestis exterior) quia dormiens & vigilans, semper eius uoluntas Deum sine ulla interpolatione actualiter amabat. Virtutes igitur uestes appellari dico: quia quemadmodum uestes recenter factæ initio molestæ sunt corpori, ita uirtutes initio difficiles, & laboriosę uidentur. Cum primum thoracẽ uel aliquam aliã uestem induitis, uix eam ferre potestis, et alii uos et examinari dicitis. Adest sartor qui patienter biduum aut triduum hoc ferendum esse monet, tẽpori's enim inqt progressu [*Dara de si el paño y assentar se hã las costuras*] eodem modo ieiunia, disciplinæ, silentium, oratio, castitas, humilitas, vestes sunt quę initio uix ferri possunt. Procedente autem tempore earum exercitatione, habitus quidam fieri solent, quibus suauissimæ redduntur.

Cõsiderate etiam hoc loco doloris magnitudinem quem sanctissima uirgo percepisse credẽdum est, cum se inter tot idololatras uidebat, qui tot sceleribus eum, quem ipsa tantopere amabat Deum offendebant. Sanctus Dauid aiebat, uidi pręuaricantes & tabescebam, ut magnum quẽ ex

A

Eccle.2.

B

Pro.31.

Ioan.17

C

Simile.

D

Psal.18.

A ex peccatis aliorum capiebat dolorẽ exaggeraret, & antea dixerat, exitus aquarũ deduxerunt oculi mei, quia non custodierũt legem tuam. Nos verò tot diuinę legis pręuaricationes siccis oculis contemplamur. Quod argumentum est nullum, aut salem
D.Chr. exiguum in nobis Dei amorem esse, nam si ut Dauid eum amaremus, lachrymarum riuos ut ille ex oculis funderemus. Ponderat D Chrysostomus quanto cum dolore Sanctus Loth Sodomæ uiueret, in vitiorum illa sentina ubi homines ita sordidi erant, vt Angelos ipsos prophanare uoluerint. At quo magis sanctissima virgo Deũ
B amauit, tãto etiam maiorem capiebat animo dolorem ex diuinæ maiestatis offensionibus Quantum igitur per hos septem annos inter illos idololatras sensisse credendum est? O martyr incomparabilis per hanc peregrinationem, & per dolorem, quem in eo cepisti, humiliter te rogamus, vt à filio tuo fauorem nobis & auxilium impetres, ut dum in hac vita peregrinamur & in hac lachrymarum valle exulamus, diuinæ nobis gratiæ fauor adsit, cuius auxilio ad huius peregrinationis finem peruenire possimus, qui est gloria ad quam nos perducat idem Iesus. Amen.

C

IN EODEM FESTO SS.Innocentium.

Concio II.

Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, &c. Matth. 2.

Simile. PRudens & expertus hortulanus cum plantis quæ iuxta grãdiores arbores sitę sunt, vmbram nocere animaduer
D tit, alio transponere solet. Ita æternus pater ne tyrannidis, & crudelitatis Herodis vmbra teneræ illi plantæ noceret, quæ erat unigenitus suus filius, recenter homo factus & natus, ideo hodierna die eam in Ægyptum transponi iubet. O incomprehensibilia Dei iudicia, ille in cuius conspectu cœli potestates prosternuntur, hodie humanam potentiam fugit. Et ut maioris admirationis causa uobis sit, notate quod malos punire tanti honoris Deo est, quanti bonos remune A rare. Et hoc meo iudicio uerba illa significant quæ Moyses dixit Aaron, cum ignis Leu. 10. eius filios combussit Hoc est quod loquutus est dominus sanctificabor in ijs, qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor. Quasi diceret, cũ homines quamuis maxime propinqui mihi sint me religionis actibus non glorificabunt, ego me, eos puniendo, glorificabo, & gloriam quam mihi coram populo suis peccatis detrahent, eam mihi eorum pœna restituam. Quæ audiens Aaron tacuit. Et hac de causa in sacra Scriptura ciuitates, quas Deus euerti & bona q̃ uri Deus B iubebat anathemata appellantur, idest res dedicatæ, & separatæ cultui diuino, & in Hebræo, uox loco anathematis est, hęrem, idest, excisum quod proprium nomen est quo sacra Scriptura sacrificia uocat. Itaq; idem nomen sacrificijs imposuit, & ijs rebus in quibus diuini supplicij executio fit, quia quemadmodum in sacrificijs Dei bonitas declaratur, quæ tam facile peccata ignoscit, ita in supplicijs eadem bonitas manifestatur, quæ tantum peccata abhorret. Et ita hoc sacrificij quoddã genus est, quo quam bonus, & iustus sit Deus ostenditur, neque eo sacrificio eius iustitia & in- C tegritas minus laudata remanet quã alijs sacrificijs misericordia. Constat hoc manifeste ex Deuteron. ubi euerti iussit Deus Deu. 44. ciuitates, quæ idola adorarent, & mobilia bona in foro comburerentur his uerbis: Ita ut cõsumas omnia domino Deo tuo, & non adhærebit de illo anathemate quid quam in manu tua. Et qui in sacra Scriptura uersatus fuerit optimè intelliget priora illa uerba propria sacrificiorum esse, quę Deo offeruntur. Quę cũ ita sint cur Deus tyranni huius crudelitatem & scelus dissimulat, & cum viuum aliquo terræ hiatu deuorari iubere potuisset impunitum tũc D eum relinquit, & in Ægyptum fugere maluit? Hoc fecisse dico, ut patientiam & mãsuetudinem doceret, qua in hunc mundũ venit. Et hoc Esaias prædixerat dicens, ecce uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel, butyrum & Esa. 7. mel comedet, vt sciat reprobare malum & eligere bonum. Vbi particula illa, ut, non denotat causam, sed consequutionem effectus, idest, quia butyrum & mel comedet, ideo sequetur quod sciebat id, quod

plus

A plus conueniebat eligere. Et ouium lacte butyrum,& caseum: Butyrũ molle est,& suaue,caseum verò durũ, & aridum. Optimè igitur puer eligere sciuit butyrum comedens, & non caseum. Ouis natura humana est in qua duo sunt butyrum molle & suaue,quod est pars aliqua bona, & caseum durum,& aridũ,qđ est peccati corru
Ps. 118. ptio. Dei autem filius homo factus, butyrum elegit,idest,quicquid in humana natura bonũ erat sine vlla peccati corruptione,de qua dicitur, coagulatũ est sicut lac cor eorũ. Apis quæ pascitur inter lilia an
Ps. 110. gelorum est Deus, in quo est misericordię
B mel,& iustitiæ aculeus,& ita aiebat Dauid: Misericordiam, & iudicium cantabo tibi dñe,in hunc mundũ hæc cælestis apis dila psa,secum misericordiæ mel adduxit,non
Luc.9. supplicij aculeum, adeo,vt cũ eius discipuli dixissent eò quod eum Samaritani recipere noluissent: Dñe vis dicimus,vt ignis descendat de cœlo.& consumat illos? conuersus increpauerat illos dicẽs, nescit s cuius spiritus estis,filius hominis non venit animas perdere,sed saluare. Videtis itaq; mel & butyrũ comedisse, quia naturæ humanæ optimũ accepit, & illud cũ misericordia diuina vniuit, & homo fuit verus
C sine peccato, & Deus verè misericors sine iustitiæ rigore,quandoquidem in hac vita iustitia vti erga homines noluit. Discite dilectissimi ab eo,quomodo vos in tribulationibus gerere debeatis, eas patiẽter tolerando. Dici vulgo solet,amorẽ non nisi amore persolui, cum igitur Redemptoris nostri amor erga nos ad id culmen peruenerit,vt tot,& tanta cum patientia nostra causa passus sit,ideo vult, & hunc amorẽ alio amore tribulationum pleno persolua
Ps. 115. mus. Hinc Dauid cum dixisset,quid retribuam dño pro omnibus,quę retribuit mihi? statim sibi ipse respondet. Calicem sa
D lutaris accipiam, & nomen domini inuo
1.Re.17 cabo. Calicem salutis bibam, quod est labores patienter eius amore ferre. Versabatur Dauid post Goliæ victoriã in magna fœlicitate, omnium.n.in se amorem concitauerat,& ne ea felicitate superbiret Saulis persequutionem Deus excitari permisit, qua per tot annos afflictus est, & quia ex ea tantam vtilitatem percepit: ideò eo in loco calicem salutaris appellat. Hac ẽr de causa labor vocatur in Sacra Scriptura
D.Aug. tribulatio, quod nomen,vt D.Aug. ait,dicitur a tritura trituræ, & ita quemadmodum cùm messium tritura fit,frumentum mũdatum,& omni palea excussum remanet,ita vt eo impleri horrea possint, palea verò cõtrita remanet, vt bestiarũ sit esca, ita mali remanent in tribulatione triti, & impatientia fracti, vt bestijs infernalibus projciantur in escam,boni autem in omnib. imperfectionibus purgati remanent, vt in cælestibus horreis collocentur. Ideo Rom.5
aiebat Diuus Paulus,gloriamur in tribulationibus scientes, quod tribulatio patiẽtiam operatur,patientia autem probationem,probatio verò spem,spes autem non confundit. Quæ quædam quasi scala est, Simile.
qua in cælum ascenditur, & quemadmodum,qui tauri insequentis impetum fugit B
si scalam aliquam inuenit, quamuis difficilẽ habeat ascensum, facilis tamẽ, & suauis videtur, vt se imminenti periculo subtrahat, multò suauiores nobis labores, & tribulationes videri debent; quæ scala quædam sunt, vt inferni periculis erepti in cęlum possimus ascendere. Et eo magis quod soleat Deus tribulationibus diuina sæpe miscere solatia.

Cũ Deus dixit Abrahę,tolle filiũ tuum vnigenitum,quem diligis Isaac,& vade in terrã visionis, atq. offer eũ ibi in holocaustum,quantum ex eo sanctissimus senex dolorem caperet, vos ipsi cogitare,cum sibi filius sacrificandus esset, quem tantum C
optauerat,vt cum Deus illi promissionis ter Gen.15
rani pollicitus esset,quasi hoc non contẽtus dixerit: Domine Deus, quid dabis mihi,ego vadam absque liberis:quasi cætera omnia parui faceret,nisi filius sibi concederetur. Et tamen de eo Christus Red.N. Ioan. 8.
dixit: Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum, vidit, & gauisus est. Quam visionem illius sacrificij tempore fuisse Doctores affirmant, vt.s. hoc gaudium doloris, quẽ susceperat vim aliqua ratione mitigaret. O Dei bonitas ineffabilis. qui labores eius amore susceptos nõ æterna tantum corona, sed diuinis etiam D
consolationibus in hac vita remunerat. His omnibus de causis aiebat D.Paulus, gloriamur in tribulationibus. Iter facien- Simile.
ti hyberno tẽpore molestus solet esse ventus,qui vultũ in pottunẽ ferit, & ira se ab eo quantum põt, vel brachio, vel veste defendit,& a se rejcit. Aestiuo verò tpe cùm calore æstuat suauissimus est, quare cum

ore

A ore sinu,& toto corpore libentissimè excipit,ita etiam, qui in hac vita iter faciunt, in diuino amore frigidi,in vitijs,& sceleribus torpentes,tribulationis ventum ferre nō possunt. Si filiorū,vxoris,aut rei amissio,si infirmitas, si persequutio, si iniuria, aut alterius aduersitatis ventus ingruit, sexcenta videbitis artificia, quibus se tueri student: vultu,verbis,manibus, & toto corporis motu iram qua eum excipiunt, præseferunt, quæ omnia faciunt eo quod nullo diuini amoris calore sint prædìti,
D.Aug. quia vt ait Diuus Augustinus in quodam sermone,omnia sæua, & grauia facilia,&
B propè nulla facit amor,& ideo,qui diuino amore incensi sunt,tribulationem tanquā ventum frigidum excipiunt,& brachia,vt eā amplectantur expandunt. Hoc sponsę illa verba significant. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mi, inter vbera mea cōmorabitur. Mirrhæ arbor folia habet aspera,
Cant.1. & spinis plena, quare fasciculus Myrrhæ est Christus Redempt. noster, qui verbis, & operib. res docuit sensualitati asperas, at sponsa amore feruida hunc fasciculum libentissimè, & intimo cordis affectu recipit,& hoc est inter vbera mea commorabitur. O Christe sponse amabilissime: tu Myrrhæ verus fasciculus, quem in infan-
C tia persequuntur ad necem: quem flagellis contusum, spinis transfixum clauis confossum in cruce sæuissimo mortis genere occisum credimus. Fœlix anima illa, quæ ita te complectitur, & inter vbera sua per veri amoris affectum, & vitæ tuæ imitationem ponit: Ad tantum perfectionis culmē,& amoris gradum peruenit D. Paulus,vt non solum labores ipse, & tribulationes patienter susciperet,& ferret, sed & magnam ex aliorum iustorum tribulationibus lætitiam caperet. Et ita multa (inquit)mihi fiducia est apud vos,multa mi-
D hi gloriatio pro vobis. Et ex eo, qđ pluri-
2.Co.7. mum in eorum virtute,& charitate confideret sequebatur,quod mox subdit,repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione vestra. Ponderate obsecro verba illa repletus sum, & superabundo,ex quibus inferre potestis optime gloriosum Apostolum intellexisse magnam esse felicitatem tribulationes pro Christo pati, & ex ijs iustos magnam vtilitatem percipere.

Fuge in Aegyptum,& esto ibi,vsque dum dicam tibi. Nullum temporis terminum A præscribit,quod quidem singulare Dei artificium est,qui ignorare nos vult, quādiu tribulationes duraturæ sint, vt plus mereri patientia,& constantia possimus. Dicere uit iam diuina prouidentia annuam futuram esse persequutionem, & tamen hoc ateignorari vult, vt eā ita excipias, acsi per omnes vitæ tuæ annos duratura sit dicēs: eam læto,& libenti animo recipio, & plurimas Deo pro ea gratias ago: Tunc autē promptam, & sibi indicatam voluntatem Deus spectando plurimi faciet, quod te tot laborib. tam diu eius amore tolerandi tātacum animi alacritate obtuleris. Quod B si vnius tantum anni terminum futurum esse sciuisses, illud tantum Deo obtulisses neq; actus tāti meriti esset,vt prior. Quidnam vobis fratres de infinita Dei bonitate videtur, qui artificia excogitare videtur vt se ab hominib. falli quodammodo sinat? Ponderatione etiam hoc loco dignū est, Sanctum Ioseph nihil ab eo de exilij Prou.21 diuturnitate petijsse,non breuem peregrinationem esse rogasse, sed omnia Dei voluntati reliquisse. Vt intelligatis quā dedi ti diuinæ volūtati sint iusti, & ita quidam verba illa declarauit sicut diuisiones aqua C rum ita cor regis in manu domini, quocunque voluerit inclinauit illud. Cor regis, idest, cor iusti, quia quod Diuus Lu- D.Lu.10 cas ait,multi prophetę,& reges voluerunt Mat.13 videre,quæ vos videtis, Diuus Matthæus dixit Multi prophetæ,& iusti. Vbi significatur iustos esse reges. Iusti igitur voluntas est sicut diuisiones aquarum in manu domini. Sunt nonnulla,quæ terminantur, facilè proprio termino, & difficile alieno, propriam figuram optimè seruant, alienam verò difficile recipiunt, vt saxa, quæ si quadrata nascuntur difficile in aliā figuram mutantur. Alia propriā figuram non ita seruant, sed alienā facillimè recipiunt, D vt aqua quæ effusa spargitur,inclusa verò D.Aug. vasis figuram recipit, & ita Diuus Augu- su.Ge.1 stinus super illud Genesis spiritus domini ferebatur super aquas, ait aquarum nomine primam illam materiam intelligi, ex qua Deus res corporales eduxit, & ijs distinctas,& proprias formas dedit, aquam autem appellari, quia quemadmodum artifex nullam in aqua repugnantiam inuenit ad id ex ea,quod vult,faciendum,quia facile quamcunq; figuram recipit, ita etiā

mate-

A materia illa prima diuinæ uoluntati magna cum facilitate parebat. Hæc eadem inter iustos & peccatores differentia est: peccatorum enim corda saxea sunt,& dura, quia difficile figuram & formam,qua Deus ea formare vellet recipiunt: iustorũ autem corda sunt quemadmodum aqua in manu domini, qui nulla repugnãtia diuinæ uoluntati obtemperant: huiusmodi erat sanctus Ioseph An uero uos dilectissimi saxea, an aquea corda habeatis, hinc colligere potestis, ex repugnantia scilicet vel facilitate & promptitudine, in diuinæ uoluntatis iussis exequendis.

B *Futurum est enim, vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum.* Consuluerat infœlix hic tyrannus legis peritos & scribas,vbi Christus nasceretur. Sed peti ab eo posset,fidem ne ô res propheticæ præstas an non? Si non præstas cur eam petis: si præstas,qũo Dei decretum impedire posse cogitas? Nam si vera Micheæ prophetia(quã audisti) est, in Bethlehem eum nasciturũ, qui regeret populũ Israel, necessario adimplenda est. Sed in animo affectibus cæco ratio quærenda non est. Admirationem pariunt errores, in quos peccator precatu sui cæcitate prolabitur. Et ita de malorũ con

Mich.5.

C gregatione ait Isaias,dominus miscuit in medio eius spiritum uertiginis & errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo,sicut errat ebrius & uomens. Spiritus uertiginis est spiritus erroris & perturbationis, spiritus delirationis & insaniæ: nam si quis in gyrum sæpius rotatur, & circũ agitur, statim uertigine quadam correptus, quo loco sit,nescit. D.Hierony eo in loco spiritum peccati transtulit ex Hebræo,qui quidẽ est praua ad plurima peccata committẽda inclinatio, ex qua homo ita deprauatus remanet,ut nõ solum ipse in suis actionibus erret,sed etiam causa sit ut alij errẽt,

Isa.9.

D.Hier.

D sicut ebrij,ut eo loco ait. Errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo, ut errat ebrius. Quæ quidem magna exaggeratio est, hominem eo deuenire posse, ut nihil omnium bonum præstet:sed in omni opere erret. Et quoniam hoc grauissimũ Dei supplicium est,ideo sic,dominus miscuit, idest, Propter eius peccata ad hunc malitiæ gradum deuenire permisit. In hoc statu rex iste infœlicissimus uersabatur, quãdoquidem tanta huius prophetiæ luce illustratus nõ est: sed ex ea occasionem potius desumpsit:vt inauditam hanc exerceret sæuitiam. Cauete obsecro fratres,qui in peccato uersamini, ne paulatim in hunc deprauationis statum prolabamini. A

Qui consurgens, accepit puerum & matrem eius nocte, & secessit in Aegyptum. Profectionis tempus S. Euangelista apposuit,reditus vero tempus tacuit,neque noctu ne,an die fuerit dixit. Vt significaret quod cũ Deus a nobis discedit, hoc pro certo sæpe habere possumus ex fide quã credimus. Communiter enim cum mortaliter peccamus intelligimus nos peccare,& statim Deum a nobis discedere fide credimus. At vero Dei reditum per gratiam & iustificationem scire non possumus Quæ quidem res ualde timenda est dictu & auditu, pro certo habere peccatorem & cõstantissime credere, statim ac peccat mortaliter Deum ab eo discedere,& tamẽ audere peccare,& cũ bonum infinitum amittat,non magis hoc damnum sentire, quam si rem uilissimam amitteret:& hoc accidit eo qd damni grauitatem non consideret. Admirabili enim prouidẽtia rerum creator uniuersalis statuit, ut ijdem oculi, qui in corpore humano uisioni inseruiunt, lachrymis etiam inseruirent & fletui,ut significaret unum ex alio sequi. Nam qui damna spectare nouit,ut spectari digna fuit,ea ẽt deplorare,ut deplorari debent optime nouit,hinc est quod quia tu infœlix peccator non consideras,ideo neque ea deplores,eo enim die quo mortaliter peccasti, rides, & gaudes, ac si tibi pro perum aliquid contigisset. O detestanda cæcitas,o amẽtia abominanda. Præclare hoc Abdias propheta exaggerat d cens. Si fures introissent ad te,si latrones per noctem, quomodo conticuisses? Nonne furati essent sufficientia sibi? Si uindemiatores introissent ad te,nunquid saltem racemũ reliquissent tibi? quasi diceret. Clamares, & plorares quãuis latrones isti totam domum tuam,aut uineã non expilarent, sed plurima relinquerent. Cum autem peccatum Deũ tibi furatur, & tot merita & gratiæ gradus,quot in anima habes,expilat,uix tanti damni magnitudinem sentis? tunc rides? tunc gaudes? O te infœlicem,qui huc malitia deuenisti. B C

Abdi.1.

D

Tunc Herodes uidens quoniam illusus esset à Magis iratus est ualde,& mittens occidit oẽs pueros qui erant in Bethlehem & in omnib.finib.eius Iussit fortasse oẽs in forũ

Bethlehem

A Bethlehem conuenire, quasi regiæ suæ magnificentiæ maiestatem ostendere uellet. Quemadmodum mulier gemma aliqua amissa omnes domus sordes & purgamenta in unum locum colligi iubet, ut uideat an gemma inter sordes occultetur: ita etiã Herodes omnes hos pueros simul congregari iussit, existimans inter eos gemmam illam preciosissimam inuenire, quæ ex ezelo ut animas nostras decoraret, descendit. O puer Iesus (*que e res Ioyel*) in re enim ẽ gemma illa diuinitatis preciosissima, auro humanitatis inclusa. Hoc fratres animæ vestræ ornamẽtum esse debet, ut ita ornata æterni patris oculis placere possit. Cũ

Simile.

B igitur nutrices omnes & matres eum pueris conuenissent munus aliquod a regia liberalitate expectantes, ecce Herodis milites magno cum tumpetu egressi pueros matrũ hærentes amplexibus arripiũt, hos ense cõfodiunt, illos allidũt in parietes, hos membratim discer punt, illos transfigunt uerubus: & tandem omnium crudelissimã stragem edunt, uitæ datori uitam eripere existimantes. Video mihi uidere matres sparsis capillis, expansis brachijs, opẽ frustra implorare. Audire mihi uideor clamores & fletus. Nihil huic proderat dicere,

C puer heu non est, sed puella. Nihil alteri proderat, nudum pectus & caput imminẽti gladio offerre & preces addere, vt se priꝰ quam filium occiderent. Imò ut eos ex earum finibus euellant, huic manus, illi brachia, alijs ubera secant, alios in ipso sinu una cũ matre transfigunt. O crudelis Herodes, nũ te vltum existimas? derisum potius & illusum puta, puer enim cui vitam eripere uoluisti uiuit adhuc, mortuos uero, Martyres tua crudelitate fecisti. *D.Th.* quærit an pueri isti Martyres sint, & cõelu dit esse, ut D. Hilarius affirmat, & D. Hieron. Et ratio est q̃a ut perfectum sit martyrium requiritur mortem pro Iesu Christo pati, quod in his Innocentib. complectũ est, & ita fatetur & credit Sancta Ecclesia, q̃ singularissimæ apud oẽs debet esse authoritatis. Plurimos hodie hic tyrãnus hẽt imitatores, q̃ pauperes Innocentes p̃sequũtur & opprimũt. Quare Ecclesiastes magno cum animi dolore dicebat. Verti me ad alia, & uidi calumnias, quæ sub sole geruntur, & lachrymas Innocentium, & neminem consolantem, & vt qui hoc faeitis peccati uestri grauitatẽ intelligatis,

D.Th. 2. 2. q. 2. 124. ar. 4.

D

D. Hier. sup Matthæ.

D. Hier. in serm. innocentium.

Eccl. 4.

referam hoc loco maledictiones quasdã, A & deprecationes quib. sanctus Dauid, uel potius spiritus sanctus tyrannis & pauperum persequutoribus minatur. Prophetiæ enim potius sunt si p̃prie loqui uolumus, quam deprecationes. Earum una est Constitue super eũ peccatorẽ & diabolus stet à dextris eius. Vbi particula illa, & sign fiẽat, idest nam ea, quæ sequũtur priora uerba declarant. Diabolum stare a dextris alicuius & non cadere, dicitur cum uincit, ut alibi de iusto ẽ contra dicitur, cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis. Quia iustus tentationes omnes uincit & prosternit, tam eas, quæ a dextris. i. B prosperitatibus, delicijs, & uoluptatibus eius animum superbia extollere tẽtãt, quã eas quæ a sinistris. i. aduersitatibus & tribulationibus, impatientia & desperatione deprimere uellent. Quas omnes iustus p̃sternit & uincit, & hoc significat, cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis. Ait præterea, cum iudicatur exeat cõdemnatus, & oratio eius fiat in peccatum, idest, omnia illi mutentur in malũ. Et cũ plures alias addidisset maledictiones subdit In memoriam redeat iniquitas patrũ eius in conspectu domini, idest, sit eius vita adeo deprauata ut in ea omnia maiorũ C suorũ peccata renouẽtur. O Deus. Quod nam crimen infœlix iste commisit tot supplicijs dignũ? Eo in loco Spiritus sanctus declarat, & duo tanquam pœnarum causas potissimas affert, quorum unum est. Pro eo quod persequutus est hominem inopẽ & mendicum. Vt ex pœnarum grauitate peccati magnitudinem intelligatis. Tyrãni ẽt sunt & innocentium interfectores ili, q̃ cũ eorum necessitatib. mederi polsẽt, eos magno crudelitatis & inhumanitatis genere deserunt. Cum ageret Ieremias de illis qui mortui sunt, tũc, cum a Nabuchodonosor capta est urbs Hierusalem: D Melius (inquit) fuit occisis gladio, quam inter fectis fame, quoniam isti tacuerũt, cõsumpti a sterilitate terræ. Nam qui gladio occiduntur breui & uno tantũ mortis genere moriuntur: at uero qui fame necantur, plurima & diuturna mortis genera perferũt. Merito igitur dicere possumus maiorẽ esse aliquo mõ eorũ crudelitatẽ, qui innocẽtes fame absumi sinũt, cũ opẽ afferre possent, quã eorũ qui eos gladio occidunt. Melius fuit illis innocentib. gladio Herodis

Ps. 118.

Psal. 9.

Thre. 4.

A dis occisis, q̃ huius ciuitatis innocentibus interfectis fame. Sed maior his omnib. & sæuior illa uidetur esse tyrannis innocentes spiritualiter occidere, eos ad peccandum verbis & exemplo prouocando. Maior hęc est q̃ Herædis crudelitas, quia ille innocentes, Martyres reddidit, tu uero innocẽtes, Dęmones efficis. O Deus incõmutabilis, ò crudelitatis genus horribile, animam proximi sui perdere, ut in inferno sempiternis ignib. ardeat. Loquens Deus de Israelitis ait: Iratus est furor meus in eis, vsquequo
Ose.8. nõ poterunt mũdari. Quibus verbis ita se illis iratum esse significat, vt eos in suis peccatis perseuerare pmissurus esset, & antequam hoc diceret dixerat. Proiectus est vi-
B tulus Samariæ, indignationis suæ causam ait esse, eo, ꝙ in Samaria uitulum aureum adorassent. Sed cur Israel punire uis propter peccatũ Samariæ, q a (inquit) ex Israel & ipse est, artifex fecit illum, & non est Deus, quia scilicet, Israelitarum exemplo Samaritani aureum uitulum adorauerãt. Heu fratres non solum ob peccata nostra puniemur, verum etiam ob ea quæ proximi nostri malitiæ nostræ exemplo prouocati, commiserunt. At quanto magis si eos non solum exemplo, sed verbis ẽt importunis, & occasionibus prouocamus? O
C proditores fidei quam Deo debetis: Num creauit uos Deus, vt ab eius obedientia deficiẽtes alios ẽt sollicitetis, ut ad eum ostendendum una conspirent? Pudeat, pudeat tantæ crudelitatis, & eas quas deprædastis animas, antequam Dei ira debita uos pœna afficiat omni diligentia, & cura ad eius obedientiam reuocare studete.

Non prætermittam hoc loco habitatorum Bethlehẽ inhumanitatẽ, qui sanctissimam Virginem hyberno tempore nocte frigidissima in porticũ semidiruta iacere passi sunt, & cum postea a pastoribus, quæ uiderant, & audierant narrari publicè au-
D dirent, Reges autem a remotissima orbis terræ parte illuc stella duce uenisse, nunquam tñ eam Herodis timore recipere voluerunt. Et hac de causa permisit Deus, ut ille cuius timore peccauerunt, filiorũ suo-
Simile rum in tantæ crudelitatis pęnam crudelissimus tortor esset. Quod quamuis parentum pęna fuit, singulare tñ filiorum beneficium fuisse dicendum est. Nam si alicui ad Indos proficiscendum est, magnum illi beneficium fieret, si quis nauem illi daret, qua nauigare posset, & eo magis si eũ A
secure ei polliceri posset, illuc esse cito, & incolumem peruenturum. Nam si terrestri itinere illuc proficisceretur, plures illi p essent & maiores labores tolerãdi, & sero: aut nunquam eo perueniret. Ita etiam si pueri isti suis pedibus per humanæ uitæ terram iter fecissent, nunquam fortasse ad cœlestem illam patriam, aut saltẽ magna cum difficultate peruenissent. Ideo singulare beneficium fuit aditũ illis per sanguinis mare in Martyrij naui præbere, & ita breui ad tutum limbi portũ peruenerunt. Ne igitur uos Deus, ut horũ puerorum parentes puniat, p j estote & hospitalitatis Heb.13 B
amatores, ad quã nos D. Paulus hortatur dicens. Hospitalitatem nolite obliuisci, p hanc.n. placuerunt quidam Angelis hospitio receptis, ut Abraham, & Loth. Vos Gen.18. aũt dilectissimi pauperes hospitio recipientes non solum Angelos uos recipere existimate, sed Angelorum dominum qui in huius pietatis præmium suam hic uobis, gratiam dabit, & postea recipiet uos hospitio gloriæ. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen. & 19.

IN EODEM FESTO SS. Innocentium. C

Concio III.

Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens. Surge, & accipe puerum, &c. Matth. 2.

Loquens D. Paulus de Patriarcha Abraham, Fide (inquit) Heb.11 demoratus est in terra repromissionis tanquã in aliena, in casulis habitando cum Isaac, & Iacob cohæred. bus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem (.i. firmam & stabilẽ ciuitatẽ,) cuius artifex & conditor Deus. Hæc ciuitas adeo firma & secura est D
cæléstis illa Hierusalem: his enim uerbis Gen.14. significat D. Paulus Deum admirabili sua & 17. prouidentia uoluisse, ut quamuis Palæstinæ terram, Abrahæ & eius generationi promisisset, ut nihilominus tamen in ea tanquam peregrini & hospites, ipse & filius

A eius Isaac, & eius nepos Iacob habitarent,
ut inde intelligeretur, fidem tantam uim
in iustorum animis habere, ut se in eo
quod possident, eius quod optant, & spe-
rant amore, peregrinos existiment. Et ita
cum Rex Pharao peteret a Patriarcha Ia-
cob; quot sunt dies annorum uitæ tuæ?
Gen. 47. Respondit, dies peregrinationis uitæ meæ
centum triginta annorum parui & mali,
sed nõ peruenerunt usque ad dies patrum
meorum, quibus peregrinati sunt. Ex
quibus uerbis Diuus Paulus in eodem ca-
pitulo colligit, Sanctos illos Patriarchas
tanquam hospites, & peregrinos in hac vi
B ta fuisse. Quare (ait) iuxta fidem defun-
cti sunt omnes isti, non acceptis repro-
missionibus, sed à longe eas aspicientes &
salutantes & confiderantes, quia peregri-
ni & hospites sunt super terram. Qui n.
hæc dicunt, significant se patriam inqui-
rere. Ex quo concludit Sanctus Apostolus,
ideo non confunditur Deus uocari
Deus eorum, parauit enim illis ciuitatẽ.
Verè non confunditur Deus illorum Deũ
vocari, qui nihil aliud in hac uita à Deo
optabaut, quam illi obtemperare, & omni
cura & diligentia seruire. Ex quo inferri
potest confundi Deum, & tanquam igno-
miniosum sibi esse existimate malorum
C Deum appellari, qui hanc terram tãqnam
Psal. 38. suam possident. Ideo Dauid quamuis Rex
esset diues & potens ait, exaudi orationem
meam, auribus percipe obsecrationem
meam. Et quare hoc? quia aduena ego
sum & peregrinus, sicut omnes patres
mei. Et D. Ambrosius latronum differen-
D. Am. tiam notans, qui cum Christo Redempto
re nostro in cruce mortui sunt, ait, ma-
lum futuræ uitæ oblitum hanc petijsse di-
cendo. Si tu es Christus saluum te fac, &
nos, bonum uero uitæ huius oblitum aliã
petijsse dicendo, memento mei dum uene-
ris in Regnum tuum. Hæc eadem differen
D tia hodie est inter bonos & malos: Boni
enim tanquam peregrini de alia tantum
uita cogitant: mali uero illius obliti, huius
tantum rationem habent. Neque solum
sancti illi Patriarchæ peregrinos se existi-
mabant in ea terra, quæ promissa sibi erat
ante quam eam possiderent, verum etiam
postea iubebat Deus illis quibus eam de-
dit, nihil in ea proprium habere, sed tantũ
vsufructuarios esse. Ideò enim venditiones
Leu. 25. perpetuas fieri uetuit, sed retrouendendi

cõditione apposita, his verbis: Terra quo- A
que non uendetur in perpetuum, & cau-
sam huius rei afferens ait, quia mea est, &
uos aduenæ, & coloni mei estis. Quod si
Deus homines, quos temporalibus, & ter-
renis bonis remunerabat, in ijs tamen ad-
uenas eos esse nolebat, & nihil in hac pro-
prium habere, præter Deum (ideo enim
in eodẽ capitulo, & in alijs pluribus locis
ait; Ego dominus Deus uester.) Quid di-
cemus de hominib. Christianis, quos tunc
Deus se plus amare ostendit, cum eos bo-
nis temporalibus priuat? Quanto magis
aduenas eos esse vult, & animum a rebus
terrenis habere seiunctum? Sed heu dolor B
quam pauci huiusmodi sunt in Christiana
Republica, vt propria quisque negotia cu
tat? vel (vt melius dicam) ut nemo propriũ
negotiũ curat, Christianorum enim nego
tium est non habere hic manentem ciui-
tatem, sed futuram inquirere, ut Diuus Heb. 13
Paulus ait. In Genesi manifestè ostendi- Gene. 9.
tur differentia, quæ est inter præscitos, &
prædestinatos. In nono enim capite cum
benedixit Noe amato suo filio Iaphet (in
quit) Habitet Iaphet in habitaculis Sem.
Non dixit habitet in ædificijs Cam, quia
Cam nepotes, & descendentes tanquã ho-
mines terræ amatores ciuitates sibi & do- C
mos deliciarum, & delectationis causa ędi-
ficarunt, & ita pro certo habentur uerba Gen. 11.
illa Genesis, Venite faciamus nobis ciuita
tem & turrim, cuius culmen pertingat ad
cælũ, & celebremus nomen nostrum, ver-
ba fuisse Nemrod nepotis Cam. Quare
ut significaret S. Patriarcha iustos, qui ut
peregrini inquirunt ciuitatẽ permanentẽ,
magnis non egere ædificijs, sed paruis ta-
bernaculis esse contentos, ideo dixit: Ha-
bitet Iaphet in habitaculis Sem. Videtis
igitur ex eo tẽpore benedictos filios Noe
à maledictis dignosci cœpisse, eo quod illi in
tabernaculis tanquam peregrini habita-
rent, hi uero magnas sibi domos; & super D
bas turres ædificarent, nomen suum ędifi-
ciorum magnitudine immortale reddere
existimantes? O beatos iustos, qui nomen
sibi & famam alia ratione quærunt, &
quod in ædificia insumẽdum esset, in pau-
peres malũt insumere. Et ideo de vnoquo- Ps. 111.
que illorum aiebat Dauid, dispersit, dedit
pauperibus, iustitia eius manet in sæcu-
lum sæculi, cornu eius exaltabitur in glo-
ria. Et paulo antè dixerat: In memoria
æterna

A æterna erit iustus. Et una ex causis est, quia dispersit dedit pauperibus.

Vt igitur Dei filius peregrinos nos esse in hac vita doceret, ideo sanctissimam suã matrem uirginalis patris tempore, procul a patria in itinere & peregrinatione, non in magna aliqua domo, sed in stabulo parere voluit. Neq; hoc solum satis illi fuit, sed voluit etiam vitæ suæ initio in Aegypto peregrinari, Herodis persequutionem fugiendo, & ideo. *Apparuit Angelus in somnis Ioseph, dicēs. Surge & accipe puerū, &c.* Quam reuelationem fieri Deus uoluit sancto Ioseph in somnis, ut significaret

B Dei seruos in sanctæ contemplationis somno maxime illustrari. De hoc somno aiebat sponsa. Ego dormio, & cor meum

Cant. 5. vigilat. Et ideo gratus est hic animæ somnus Deo, vt iubeat vt nemo eam excitet, dicens. Adiuro vos filiæ Hierusalem ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa uelit. O quam æquum esset, ut hoc considerarent illi, qui suis importunis vocibus & clamoribus Dei seruos cælestis contemplationis somno sopitos excitant. Conuenientissimè rerum diuinarum contemplatio somnus appellatur, quia quemadmodum somno mali corporis humores, qui morborum solent esse causa, cōco-

C quuntur, ita etiam in spirituali hoc somno prauæ animæ inclinationes, quæ peccatorum sunt causa consumuntur. Et quemadmodum illi qui somnum non capiunt colore pallido, uiribus infirmis & membris

Simile. omnibus fracti esse solent, ita etiam homines hoc contemplationis somno destituti communiter perfecti uiri colorem & uires habere non uidentur; quia vnus ex præcipuis fontibus ex quibus Christianorum dissolutio & deprauatio manat, & tanta in tentationib. infirmitas, est somni huius spiritualis defectus. Hac de causa dilectissimi quia hoc ita esse intelligo in singulis meis

D concionibus hoc vobis persuadere contendo, ut ex tot horis quas in res inutiles insumitis, unam saltem huic somno detis, supra sanctissimum Iesu Christi pectus suauissime dormientes, neque hoc persuadere adhuc vobis potuisse existimo, & quoniam hæc Innocentium dies est, incitare uos ad hoc uolo innocentiæ desiderio, quę contemplatione acquiritur. Nam cum san-

Psal. 23. ctus Dauid interrogaret. Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Respondet. Innocens manib. A & mundo corde, qui non accepit in uano animam suam, nec iurauit in dolo proxi- D. Aug. mo suo. Ex quibus uerbis D. Augustinus colligit, in quatuor rebus innocentiam cō sistere, in operibus, in cogitationibus, & desiderijs, in verbis & in ijs omnibus exercitijs, propter quæ anima creata fuit. Ille manus hēt puras & innocentes, (ait D. Aug.) qui bene operatur. Ille est mundo corde, qui sanctis cogitationibus occupatur. Ex quibus bona nascuntur desideria, quod sponsa notauit, dicēs, Exultabimus & gaudebimus in te, memores uberum tuorum. Exultare, est corpore exilire, cum scilicet, B tantā animus concepit lætitiam, ut in corpus ēt ipsum erumpat. Quod clarius etiā patet ex Hebræo verbo s. Guil, quod lætitiam denotat uoce, plausu & totius corporis motu significatam, & huiusmodi lætitiam capiunt animæ memores uberū tuorum, siue vt alij uertunt, amorum tuorū. Ex quo patet diuinorū beneficiorū & amorum considerationem, ex qua tanquā ē radice spirituales consolationes nascuntur, C esse etiam Sanctorum desideriorum radicē quibus ad seruiendum beneficiorum autori incitamur. Hinc etiam opera sancta, & sācta uerba nascuntur. Et hoc significat non accipere in vanum animam suam, quia illud vanum dicitur, quod finem suum non assequitur. Finis propter quem Deus hominem creauit, fuit (ut D. Augu. ait) *Vt summum bonum intelligeret, intelligendo,* D. Aug. amaret, amando, possideret, possidendo frueretur. Quare qui per hos gradus non ascendit, ille in vanum accepit animā suā, quia finem propter quē creatus est frustratur. Et cum res ista sit magni momenti, postea quam docuit Dauid quid illi faciendū sit, qui in montem domini ascensurus est, D statim hortat homines uehemēter ut hoc præstent, dicēs Attollite portas principes uestras & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ. Principes inter creaturas corporales, sunt hoies, quorū causa cætera omnia creata sunt, quibus Deus dixit. Dominamini piscibus maris & uolatilib. Gene. 1. cæli, & vniuersis animantibus, quæ mouētur sup ter ā. Et inter oēs homines Principes sunt singulari quadam ratione Christiani, quibus D. Petrus dixit Vos autē genus electum, regale sacerdotiū, idest, gens 1. Pet. 2. estis electa, ut reges & sacerdotes inter cæ-

A teros homines eligi solent. Horum principum vnusquisque duas habet portas æternales, quæ aperiendæ sunt, ut in animam Rex gloriæ ingrediatur, una est intellect⁹, altera voluntas, æternales vocantur, nō solum quia immortales potentiæ sunt, sed quia eas potissimum Deus creauit, ut in rebus æternis occuparentur. Magna enim miseria est, vt potentiæ adeo præstantes, se se, ad res tam viles, vt sunt terrenæ, demittant. Has igitur duas portas attolli hoc loco iubet Dauid, & prius quidē intellectus porta ad diuinorum mysteriorum considerationem attollenda est. Mox alia uolūtatis porta, eam diuino amore & uehementi desiderio incendendo, ut in omnib. reb.

B diuinæ uoluntati obsequatur. Vtrasque attolli iubet, qui intellectus speculatio, quæ amorem non perit. est tanquam scintilla ex silice excussa, nā nisi adsit esca, quæ ignē

Esa. 9. cōcipiat, inutilis est. Viua petra est Iesus Christus, & ita ait D. Paulus. Petra autem erat Christus, in qua diuinitatis ignis latet & ideo cum eum intellectus noster fide tanquam ferro munitus, (*hoc est aferrado con el azere de la fe*) tangit, diuinæ bonitatis scintillę exiliunt, sed nisi esca sicca præparetur, quæ est uoluntas omni carnalis concupiscentiæ humore destituta, vt diuini amo-

Psal. 55. ris ignem concipiat, frustra laboramus, ut philosophi, qui vt ait D. Paulus. Cum Deū

C cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt, sed euanuerunt in cogitationib suis, & factum est insipiens cor eorum, euanuerunt (inquit) quia quemadmodum nux appellatur uana, cum medulla caret, quamuis perpulchro sit cortice, ita anima vana appellatur cum diuino amore & charitate caret, & ita plurimum refert uoluntatem una attollere, ut ea amet quæ intellectus contemplatur. Hoc enim modo in animam introibit Rex gloriæ. Vtinam se-

D raphicam nunc linguam haberem, & uerba vehementissima, vt hoc vobis persuadere possem, quod hic sanctus Dauid Deino nunc uerbis obscuris monet. Et quoniam scitis iam quatuor res in quibus innocentia consistit, & radicem ex qua nascuntur, quantum ad nos pertinet, quæ est somnus ille spiritualis, de quo huius consideratio nis initio loquebamur, obsecro uos dilectissimi, ut magno cum animi ardore in iis uos exercere incipiatis. Aliter.n. de vobis ēt in uanum animam accepisse dicetur

O Pater miarum & Deus totius cōsolationis, rogo te per infinitæ tuæ clementiæ uiscera, ut hæc in horum fratrum aīs imprimas, & eos moneas, ut se in illis exerceāt. A

Surge & accipe puerū & matrē eius. O quam suaue hoc pueri nomē audire & de illa infinita maiestate dici, quæ cælos gloriæ suæ maiestate implet. Sed non se tamē Deus fecit puerum, ut eum ideo contemneremus. Et hac de cā cum dixisset Isaias. Paruulus natus est nobis, subdit. Et uocabitur nomen eius admirabilis, Deus for- 1. Co. 10
tis, quasi diceret, nolite eum contemnere, quamuis puerum uideatis, quia Deus est omnipotens, & si se puerum fecit, hoc fuit B
utilitatis uestræ causa. Inter alias puerorū conditiones una hæc est. ut quamuis maxime irati sint, facile tamē placare possint duobus, scilicet, cerasis, aut uerbis amore plenis, ut si dicas (*No mas, no mas mi amor.* O ineffabilis Dei bonitas, qui se puerum fecit, ut spem nobis & fiduciam daret. Ideo peccatores confidite, secure ad eum accedite, nam quamuis uobis iratus sit, si puro & uero cordis affectu dicat vnusquisq (*No mas no mas mi amor*) Nūq̄ te posthac cordis mei Deus offendam, placabitur. Si uel C
duo tantū ei cerasa offeras, quæ sunt, dolor qualificatus eo q̄ eum offenderis, & firmū propositum nunquam postea offendēdi, Rom. 1.
statim placabitur. Pro nihilo saluos facies illos aiebat Dauid. Quia nihil est, quod peccatores dant, si cōparetur illi, quod tu dare soles. Alia ē. puerorum solet esse conditio, si liberales esse, dant quicquid habēt, & amplexus & oscula addunt. ut quod dās percipias. quia ēt ipsi similiter canib. panē prębere gaudent. O dulcissime puer Iesu, Redemptor magnifice, quam liberalis est tua D
altitudo, qui ipsi similiter canibus, idest, peccatoribus, diuinæ tuæ misericordiæ panem præbere soles, & eos quibus tua dona largiris, amplecteris, & tibi singulari amore cōiūgis. Quis igitur tantam opportunitatē elabi sinet? Hac de cā fratres se puerum fecit, & puer uocatur, ut vestra ista corda emolliat. Quamobrē cū D. Paulus dicat, Estote imitatores Dei sicut filij charissimi, æquum erit, ut nos quoq. pueros eius amore faciamus, q̄a ut ipsemet dixit. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cęlorum. Effici sicut pueros, est, eorum innocentiā imitari, pueri.n. illatas sibi iniurias nō ulciscū-

tur

A tur;sed patentes adeunt dicentes: Pater ille me uerberauit, parētes autē uerbis eos placare conantur;ita etiā cum iniuria aliqua tibi fit,nō est tibi proprijs manib.vindicanda,sed cæleste patrem adi,dicēs; Domine scis quanta iniuria affectus sim, patientiam mihi obsecrò largire: meis uero persequutoribus cognitionem, ut peccati sui magnitudinē intelligant:& merito ita faciendum est,quia Deus sibi ipsi seruauit ultionem dicens,ut D Paulus citat: Mihi vindictam,& ego retribuam. Qui candelam manu emungere vult,comburitur,& candelam extinguit. Quare emunctoria

Ro. 12.
Simile.

B fiunt,quib.emungi optime potest,ita etiā qui se propria manu vlcisci vult, animam vrit,& causa est, ut proximus plus peccet. Et ideo iubet Deus:ne ipsi nos vlciscamur quia ille iustitiam habet qua quod decet, præstabit: neq;.n.existimare debetis Deū iniurias,quæ suis in hac uita fiunt obliuisci,aut paruifacere, hoc enim non ita esse satis ostēdit uerbis illis,quę dixit ad Cain: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, ubi non agit dominus de iniuria sibi facta à Cain, eo quod diuinæ suę legis pręcepto non paruisset: sed crudelitatem, qua fratrem suum occiderit commemo-

Gene. 4.

C rat,quasi plus iniuriam illi,quam sibi illatam sentiret,quo in loco etiam notādum est,quod non dixit anima fratris tui Abel clamat ad me, quia iusti a Deo ultionem non petunt:sed dixit, uox sanguinis clamat ad me, idest ipsa crudelitas qua sanguinē fudisti clamat ad me. Cum Maria & Aaron aduersus Moysem murmurarunt,tacuit Moyses;Deus autem causam tanquā propriam accepit,& Mariā Moysis sororē lepra puniuit,quia illa iniuriæ illius initium & causa fortasse fuerat. Imitari etiam pueros debemus in fletu:pueri. n. preter lachrymas nulla habent arma; ita

Nu. 12.

D & nos ad fletum faciles esse debemus, & peccata nostra assiduè deplorare, & ita nos ad lachrymas inuitat Dauid, dicens: Venite adoremus & procidamus ante Deum ploremus coram dño qui fecit nos. Si quis internam aliquam habet corruptionem, solet illi per fontem aliquem & cauterium exitum dare, & quia de nobis omnib. uere dici potest corrupti sunt, optimum remedium erit,ut in oculis nostris, aut saltem in corde lachrymarum fons fiat,ut hæc corruptio euacuari possit. Re-

Psal. 94.
Simile.

Aduen. Tom. 3.

gi Ezechiæ dixit Deus. Vidi lachrymā tuā & sanaui te. Quod si illi salutē dedit corporalē.nobis si plorabimus uere & ex animo dabit spiritualem. Alia etiam puerorum solet esse conditio numquam quiescere,nunc saltant,nunc currunt, nūc ludūt, & sexcenta ludorum genera excogitant: idem & nobis faciendū est,nūquam enim in uno uirtutum exercitio quiescendū est, sed per omnia debemus excurrere. Supremus rerū oīum Creator,ita creaturis dedit esse ex nihilo,ut illud esse effectiuum esse uoluerit, ut nihil otiosum esset: terrā plātas producere uoluit,mare pisces parere, aerē aues alere, & creaturas omnes A Esa. 38.

uita prædıtas conseruare, cælo suis planetis & motibus mundū illuminare, & in inferiora influere, si inferiores etiam creaturas spectatis,eas omnes occupatas esse inuenietis. Nam ipsæ etiam formicæ muscæ & uermiculi sua habēt officia & exercitia:solus homo in ociositatis uitio peccat,ex quo innumera uitia nascūtur. Qd siqs eū excusare uelit, dicēs æquū esse ut aliarū creaturarū dñs otiosus sedeat tanq̃ Rex,& seruiri potius q̃ seruire debere, magnus hic error esset. Quia quemadmodū cæteræ creaturæ,ut homini seruiant creatæ sunt, ita ēt & multo æquius homo ut Deo seruiret creatus est;& quoniā inferiores oēs creaturę nunq̃ ab eius seruitio cessant,hominem a Dei seruitio cessare iniquū est,ppetuus hic motus esse debet, & nūc quidē corporalia misericordiæ opera, nūc spiritualia exercēda illi sunt,alias orationi & contēplationi,alias familię gubernationi operā dabit. Prudētia.n.ita tēpus, distribuet,ut hęc oīa pręstare possit. Et precipue si diu initium a sancto orationis exercitio ordietur,ex quo cordis quædā dilatatio,& ad difficilia queq; subeunda fortitudo sequitur,vt affirmat Dauid,dicens. Viā mādatorū tuorū cucurri, dū dilatasti cor meū. Si cor angustū est, quæcunq; res, siue prospera, siue aduersa ita in eo inhæret & transitum occupat,ut legis obedientiam transire non sinat. At uero iustus cui Deus cor dilatat, neque honor, neque auaritia,neque uoluptas, neque iniuria in eo inhæret,& ita non impeditur iter, quo minus homo per diuinæ legis præcepta currere possit. Cum horologium, quod suas habet rotas & artificia, quiescit antequam pondera humum tangant, si- B

C

Ps. 118.

D

Simile.

A norum omniũ principium laudaui dicẽs. Beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi a Domino. Cur igitur hoc loco mirari dicitur? admirationẽ eius admiremur fratrés, & hinc in eius qđ illa admiratur, admirationem ueniemus. Quamobrem notandum, est res humanas
Simile. a diuinis hoc inter cætera differre, quod humana quanuis initio magna uideantur: quo plus tractãtur minora uidẽtur. Optat puella aliqua cum nobili aliquo iuuene pubere, & si hoc fieret, beata sibi esse uidetur. Nubit, post biduum, aut triduũ minor sibi ea in re beatitudo esse uidetur quam
B cogitabat. Magno rei alicuius desiderio teneris, magna tibi anteq̃ ea assequaris uidetur: assequeris tandem & nihil esse compertis; Diuina uero quanuis initio non ita ma
Simile. gna uideantur, paulatim tñ maiora uñr. Quemadmodum cum iter faciens turrem aliquam procul aspicis, q̃ initio quidẽ parua uidetur, sed quo magis ꝓpinquior fis, eo magis eius altitudo & artificium apparet. Hinc dixit quidã; uiri sancti definitionem hanc esse, hominẽ esse admirãtẽ & obstupescentẽ, q̃a cũ assidue res diuinas contẽple-
C
Exo. 25 tur, semper eas admiratur. Et ita Cherubinos illos propitiatorij iussit Deus, ut se mutuo uersis uultib. respicerent, quadam admirationis dispositione & habitudine, significansduo intellectualium creaturarũ genera Angelos, scilicet, & homines quo magis diuina mysteria contemplantur, in maiorem admirationem rapi, quia ea penitus cõprehendere impossibile est. Quin ipsemet Aristo. dixit. Optimorum non esse laudem, sed aliquid maius laude, quod
Aristot. est admirationem. Ratio autem est, q̃a laus est oratio quædam qua illius rei quam lau
D damus uirtus comprehenditur. Cum autem res adeo eminens est, ut oratione comprehendi non possit laudari etiã nequit, & ita cũ res diuinę incomprehensibiles sint; ideo eas laudare non possumus, sed eas admirari tantum debemus, quia plus admiratione quam uerbis laudantur, & declarã tur. Plus D. Paulus diuinarum rerũ pręstan
Ro. 11. tiam exclamatione illa declarauit, dicens, O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ Dei quam incomprehensibilia sunt iudicia eius & inuestigabiles viæ eius. Quis. n. cognouit sensum Dñi, aut quis consiliarius eius fuit? Plus hac exclamatione dixit, quam alii longa oratione dixissent.

Hinc causam intelligetis, cur sanctissima A Virgo quãuis mysteria illa non ignorabat quæ sanctus Simeon prędicebat, .i. puerum Luc. illũ lumen esse ad reuelationem gentiũ & gloriam plebis Israel; mundum esse redempturum, & hominum cordibus dominaturum, ut prędixerat ei Angelus dicens. Dabit illi Dñs Deus sedem Dauid patris eius & regnabit in domo Iacob in æternum. Nihilominus tamen ea rursus audiens, admiratur, quia res diuinæ (ut diximus) nouam semper admirationẽ pariunt. Et hac de causa sancta Ecclesia hodiernum Euangeliũ statim post sanctissimi Dei filij natalis festiuitatem proponit, ut nos tacite re- B prehendat, qui nihil fere in hac ineffabilium mysteriorum celebratione admiramur. Causa au tem est, quia ea nulla consideratione & contemplatione prætereuntes inimus Sãctus propheta Abacuc iuxta septuaginta interpretum translationem ait. Con Haba. sideraui opera tua, & expaui, idest, q̃a considerauí expaui, & quia nos non considera mus, ideo non admiramur.

Quoties antequam hęc fierent, ea Propheta Dauid considerauerat, & cum ani- Psal. 7. mo iam continere non posset, per os erũpere optabat, & omnibus patefieri, quare hoc affectu feruidus ait, Deus docuisti C me a iuuentute mea, & usque nunc pronuntiabo mirabilia tua & usque in senectam & senium, Deus ne derelinquas me, donec annuntiem brachium tuum generationi omni quæ uentura est. Potentiam tuam & iustitiam tuam Deus usque in altissima, quæ fecisti magnalia, Deus quis similis tibi? O admirabilis de cælestib. reb. loquendi modus, o uehementissimus deuotionis; & seraphici spiritus affectus, o verba, quæ plus quam solis radij illuminant, & plus quam ignis comburũt; Deus D docuisti me a iuuentute mea, usque nunc, idest, toto tempore uitæ meę præceptor meus fuisti, ex te quicquid scio, didici, qua propter non silebo post hac, sed pronunciabo mirabilia tua, quę me docuisti, non per vnius tantum diei, aut unius anni spatiũ, sed usque ad senectam & senium, & donec moriar. Ne derelinquas me Domine Deus meus, neque tuæ mihi gratiæ auxilium eripias, donec annuntiem brachium tuum, .i. filium tuũ humanatum, & hoc generationi omni quę uentura est, quia populus iste Hebręorũ carnalis est, durus, rusti-

A cus, & non sapit quę Spiritus Dei sunt, & Ecclesiæ sacramentorum capax non est. Scio futuris sæculis aliam generationem uenturam esse ab hac multo diuersam, fidelem, prudentem, spiritualem, & docilem, scilicet populum Christianum, huic ego opto annuntiare mirabilia, tua sed quænā mirabilia ista sunt sanctissime Rex? Num illa sunt quæ olim operatus est? Rubum flammis non absumptum? aquę mutatæ in sanguinem? Aegypti primogeniti occisi? rubrum mare virga diuisum? manna per tot annos a cœlo dimissum? num hæc
B mirabilia sunt, quę venturæ generationi annunciaturus es? Minime (inquit) sed potentiam tuam &. iustitiam tuam Deus vsque in altissima, quæ fecisti magnalia. Maiora sunt ista fine ulla computatione quæ dico, quæ terram pauere facient, & cœlos obstupescere, Deum carne tegi, in stabulo nasci, pannis inuolui, lacte in Virginis sinu nutriri, pro frigore lachrymari. Hæc dicere opto, quæ admirabiliora sunt
Isa. 43. quam illa antiqua. Et ideo ait. Isaias. Ne memineris priorum, & antiqua ne intueamini. Ecce, ego facio noua & nunc orien-
C tur: utique cognoscetis ea, ponam in deserto uiam, & in inuio flumina, & glorificabit me bestia agri, dracones & struthiones quia dedi in deserto aquam, & flumina in inuio, ut darem potum populo meo, electo meo. Populum istum formaui mihi, laudem meam narrabit. Quo in loco ad literam de filij Dei aduentu loquitur, de gratiæ lege quam dedit & cæteris beneficijs gentilibus factis, quos agri bestias uocat, & de nouo populo quem sibi formauit, scilicet Christianum. Quam ob rem prisca
D illa & uetera nihil iam facienda sunt, ut sanctus quoque Ieremias prædixit. In diebus illis non dicetur vltra arca testamenti, ne-
Iere. que ascendet super cor, neque recordabuntur illius, tantum mirabilia nostra ab illis differunt, ut lux ab umbra a figura ueritas. Dicite igitur Iudæi increduli quænam fieri potuissent maiora, ut prætenta obscurarentur? Quinam nos uidistis tantæ admirationis, ut eius comparatione arcam testamenti, & cætera illa prisca obliuisci possitis? Quod si dicitis nondum facta, sed facienda esse, hoc sacræ scipturæ uerbis repugnat, quæ ait, nunc orientur, idest, cito utique scietis ea. Profecto nisi tam cæci essetis intelligeretis, non alia hæc esse pos-
se quam ea, quæ uos ipsi fieri uidistis in ver A
bi diuini ortu, quæ Angeli, stella & admirabilia, quæ Dei filius in uita, & in morte, & postea operatus est miracula, clarissimo testimonio manifestarunt. Neque solum in his mysterijs Dei potentia elucet, uerum etiam iustitia. Et ideo ait Dauid Potentiā tuam & iustitiam tuam Deus. O admirabilis iustitia, ęterni patris filium pro seruo peccatore mori. Iustitia hæc est domine, quia in te nulla iniustitia esse potest, sed nos uere eam intelligere & percipere non possumus, sed tantum eam laudamus & admiramur. Et ideo cum dixisset. Iustitiā B
tuam Deus: addidit, usque in altissima quę fecisti magnalia. Vere altissima & magnalia, quæ nemo comprehendere potest. Præterea non solum potentia & iustitia Dei in hoc mysterio elucet, uerum etiam omnis diuinæ uirtutis, bonitatis, misericordię, sapientiæ, & amoris magnitudo. In hoc, ô æterne Deus, quantum possis, quantum scias, quantum ames, & quantum ignoscas, ostendisti. Interrogabat Dauid; Ps. 143
Quid est homo, quia innotuisti ei, id est, in notuisti in eo, in omnibus alijs creaturis tam clare quis nam esses, quid nam posses, C
& quantopere amares non apparebat, ut in solo homine, quia cum sis summe bonus, uehementissime hanc tuam bonitatem communicare optabas, & nihil erat, quo hæc benefaciendi sitis extingui posset, donec creatus est homo, & ideo quāuis innumerabiles (ut aliqui affirmant) Angelorum species, cœlum, stellas, elementa, & tot animalium genera creasti, in nulla tamen creatura requieuisse dicetis, nisi in ho-
mine creato. Tunc enim ait sacta Scriptu- Gene. 4.
ra, Requieuit Deus die septimo ab uniuer- D
so opere, quod patrarat. In homine requieuit Deus, non in Angelo, non in cœlo, nō in terra, quia in eo materiam esse uidit suæ bonitatis exercende humanam naturam recipiendo. Hæc omnia considerauerat Dauid, & admiratus annuntiare illa optabat, usque in senectam & senium, hoc est in omni uitæ suę tempore. Hęc nobis etiam dilectissimi consideranda sunt, & ita in assidua diuinarum rerum admiratione uersabimur, & nunquam gratias pro ijs diuinæ maiestati agere cessabimus, ne quod ad salutem nostram institutum fuit, ob ingratitudinem mutetur in damnum.

Ex his omnibus infertur ex diuinorum myste-

A mysteriorum cõsideratione admiratione
nasci,& ex admiratione amorem & cordis
Psal.76 puritatem. Et ita vbi nos legimus: Cogi-
taui dies antiquos,& annos æternos ĩ mẽ-
te habuit D. Hieronymus ex Hebræo sic
vertit: Recogitabam dies antiquos, annos
seculorum, recordabar psalmorum meo-
rum, in nocte cum corde meo loquebar,&
scopebam spiritum meum. In quo signifi-
catur omnem meditationem, cordis puri-
tatem, & spiritus reformationem, tanquã
2.Co.3. finẽ habere debere. Quod D. Paulus quo-
que monuit, dicens: Nos verò oẽs reuela-
ta facie gloriã domini speculantes, in ean-
B dem imaginem transformamur a clarita-
te in claritatem, tanquam a domini spiri-
tu, scilicet agitati. Quibus verbis fatetur
D. Paulus, quod diuinarum rerum conté-
platione, humanis rebus expedito intelle-
ctu, ipse & eius socij spiritualiores in dies
diuini spiritus fauore & Deo similiores fie
bant. O si nunquam humanus spiritus se
ad terrena demitteret, sed semper ad cœle-
stia ascenderet, omnes profectò spiritua-
les potius quam humani essemus. Hoc idẽ
2.Co.4. Apostolus vlterius significat, dicens: Qui
intus est, noster homo renouatur de die in
diem,& addit rationem, non contemplã-
C tibus nobis quæ videntur, sed quæ non vi
dentur, & hoc est reuelata facie gloriam
domini contemplari, scilicet animam ha-
bere a creaturarum amore omnino auul-
sam, & qm̃ his contemplationibus reno-
uatur spiritus, optimè sequitur eos qui hu
iusmodi contemplationibus non vacant,
spiritum habere non nouum, sed senio, &
vetustate confectum, de quibus Sanctus
Phil.3. Apostolus ait. Qui terrena sapiunt quorũ
finis interitus. Neque solum huiusmodi
considerationibus spiritus renouatur, sed
etiam exteriora omnia, quare de illis ani-
D malibus quæ vidit propheta Ezechiel ait,
quod facies eorum & pennę eorum erant
extentæ desuper, facies intentionem signi
ficat, alæ autem eleuationem spiritus, q̃a
nimirum iustorum omnis cogitatio,& cu
ra de cęlestibus rebus esse debet, & in om-
nibus suis actionibus Deum sibi tanquã
finem propositum habere; alarum autẽ
quas habebant duabus quidem volabãt,
duabus verò corpora sua tegebant, quo si-
gnificatur quod alias quidem cogitatio-
nes in interiori spiritus reformatione posi
tas habebant, alias autem in externa cor-
poris compositione Sunt enim aliqui, qui A
ita cogitationes suas in Deum extollunt,
vt aliarum virtutum obliuiscantur, q̃ ad
humanum tam suum, quam proximiorũ
conuictum necessariæ sunt, at nõ hoc do
cet diuinus ille spiritus, quem ducem san-
cta illa animalia sequebantur, sed ita no-
bis duabus alis volandum esse, vt alijs dua
bus corpora contegamus, nos interdum
ĩ corporalium passionũ reformatione, &
in operibus ad vitã necessarijs occupãdo.

Ait Sanctũ Euãgeliũ: *Et benedixit illis*
Simeon. In diuina Scriptura inuenitur ma
iores minoribus benedicere solere, hinc
D.Paulus dixit Melchisedech Rex Salem B
sacerdos Dei summi, q obuiauit Abrahę, Heb. 7.
regresso a cæde Regum & benedixit ei.
Cũ igit̃ Sanctissima virgo Maria creatu-
rarũ oĩum; q̃ fuerunt & erunt pstantissi-
ma esset, quõ ausus est ei Sanctus Simeon
benedicere? Respõdeo, benedictionẽ duo
significare interdum donum, & grãm, &
tunc maior minori benedicere dicitur, &
ita cũ dicimus. Benedicat nos Deus Deus Psal.66.
noster, benedicat nos Deus, significamus
& petimus vt nobis benefaciat, & sua no-
bis dona cõmunicet. Alias benedictio ser-
uitium significat, & tunc minorẽ maiorẽ
benedicere dicimus, vt cũ dixit Iacob ad C
Esau: Suscipe benedictionẽ, quam attuli ti- Gen.13
bi. Et qñ dixit Abigail ad Dauid: Accipe 1.Re.15
bñdictionem istam, hoc est, recipe domi-
ne hoc seruitiũ, & hoc mõ omnia illa ver-
ba intelligenda sunt q̃ passim in psalmis
occurrunt, vt bñdicite omnia opera Do-
mini dño, bñdicite cæli domino. Benedi-
cite glacies & niues domino, & in alijs ple
risq; locis, vbi creaturæ inuitãtur, vt crea-
tori suo seruiant, & ita hoc loco intelligẽ-
dum est, quod Simeon benedixit illis, hoc
est laudum & prophetiæ seruitium eis p̃-
stitit. Et dixit ad Mariam quia nimirum D
diuina reuelatione sciebat eam tantum
pueri matrem esse, ideò eam alloquitur, di
cens. *Ecce positus est hic in ruinam, & in re-*
surrectionem multorum in Israel. O quã se-
uera sñia, huc hominum malitia deuenit,
vt ex omnibus Dei beneficijs condemna-
tionis suæ plurimi occasionem desumpse
rint; omnium beneficiorum maximum
fuit Dei filij incarnatio, quæ nonnullis p̃-
pria culpa maioris fuit deprauationis oc-
casio, alijs autem causa salutis Hoc San-
ctus Isaias prędixit his verbis. Dñm exer- Isa.8.
cituum

A cituum ipsum sanctificate, ipse pauor vester, & ipse terror vester, & erit vobis in sanctificationem, in lapidem autem offensionis, & petram scandali duabus domibus Israel, & in laqueum & in ruinam habitantibus Hierusalem, & offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur. O quam tremenda hæc sunt, & dictu, & auditu. Pauor (inquit) vester, & terror vester, vt scilicet Deum plurimum timere discamus. Si.n. hunc timorem habebimus, erit (inquit) nobis Dominus i sanctificationem, iis verò qui eo carebunt, lapis erit offensionis: malorum lapsum diuersis iterat verbis, di-
B cens, quod offendent, & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur, vt infælicissimum eorum statum significet, quo nullam ex tanto beneficio vtilitatem propria culpa percipere noluerãt. Odor vineę
Simile. cùm in flore est, hominib. gratus est, serpentes autem fugat. Eodem solis calore mollescit, & diffluit cera: lutum autẽ durius fit propter diuersas subiecti dispositiones. Idem hodie in omnibus diuinis rebcontingit: sacris enim quæ per annum celebrantur festiuitatibus iustus quidẽ maiorem deuotionem & spiritum acquirit, malus verò maiorem peccãdis accipit occasionem. Concionantur diuini verbi cõ-
C cionatores, omnes ad audiendum conueniunt, hi quidem maximo peccatorum suorum dolore, & firmissima nunquam postea peccandi deliberatione discedũt: illi verò concionatori irascuntur, & maledicunt, qui in reprehendendo nimius est. Quid de altissimo Missæ sacrificio dicã? quot in eo simoniæ cõmittuntur, alii verò quot inde spiritualia bona colligunt: idem de Sanctissima communione, & cõfessione dici potest. Hoc nobis sæpissimè considerandũ esset, num scilicet ex iis rebus, quas Dei filius nostra causa operatus est, vtilitatis aut damni occasionem capia-
D mus. Nam deteriores in dies euadimus, maturè tanto malo occurrendum est. Magna præterea solatii causa nobis esse debet hoc verbum resurrectio, cum dicitur, positus est in resurrectionem multorum. Nemo.n. resurgere potest, nisi prius cadat & ideo, qui se cecidisse vident, desperare non debent, sed omni diligentia curare, vt eius auxilio, & fauore resurgant, & quãuis non dicat in resurrectionem omniũ, sed multorum, quia non omnes resurgere volunt, tamen curemus inter nos multos A esse. Maximè autem notandum est non dixisse, in ruinã multorum in Babylone, sed in Israel, & hoc est quod admirationẽ parit, & de quo sæpe Deus in Sacra Scriptura conqueritur, homines, (quos fidei lumine illustrauit, & tam singularib. beneficijs affecit, tam ingratos esse, vt eum offendere impudentissime audeant, hanc ob causam dicunt aliqui, quod quamuis Dominus passionis suæ tempore a plurib. verberatus sit, nihilominus tamen de sola tãtum illius ministri alapa conquestus est, quia illi aurem Diui Petri gladio auulsam restituerat quasi de ingratitudine, non de B alapa conquereretur.

Et in signum cui contradicetur. Id est, est positus in signum ineffabilis Dei amoris, in quod signum omnium nostrorum affectuum, & operum sagittę dirigi debẽt, sed huic diuino signo diaboli ministri cõtradixerunt, quæ quidem contradictio tibi, ò Sanctissima Virgo, erit gladius, qui tuam ipsius animam pertransibit, ita, dilectissimi lætitiæ dolor succedit. Laudauerat Simeon puerum, cum lucem, salutem, gloriam mundi vocando quod sanctissimæ Virgini maxima spiritualis lætitiæ cã fuit, statim hæc verba addidit, quib. pisssi- C
mum illud cor vulnerauit. Cum quandã victoriam consequutus esset Dauid, & spolia diuisisset statim aduenit nuncius, qui 2. Re. 1.
ei de Ionathæ amici sui morte & exercit⁹ Israel euersione nunciauit, ita vt statim lætitia in dolorem & plausus mutarentur in lachrymas Et quod plurimum hic notari debet est, quod cum cælestis regina maius æterno patri seruitium præstare vellet, q̃ eo vsque vllus vnquam præstauerat, tunc diuina maiestas hanc doloris amaritiem tantæ suauitati misceri voluit. Cum quis malum aliquod committere vult, & bene succedit, pessimum est signum, quia nimi- D
rum sinit te Deus desiderij tui compotem fieri, cum autem male succedit, tunc bonum signum est, quia Deus, ne malum quod cogitabas præstes impedit. Verum bonum aliquod operari velle, & malè succedere melius hoc signum est, quia Deus per eandem te viam deducit, per quam sanctissimam suam matrem deduxit. Eo die i quo Iob sacrificium pro filijs obtulit, & cum Deo pro pace quã habebant gratias ageret, tunc plurima illi aduersa successerunt

A runt, eum Tobias mortuos sepeliendo defatigatus esset, tūc cęcus factus est. O æterne Deus & quam incomprehēsibilia sunt iudicia tua, quia hæc omnia aduersa Iob & Tobiæ, gaudio & lætitia terminata sūt: ac uero ē contrà fiet si cū peccare vis omnia ex uoto & animi tui sententia initio succedunt, tādem in malum terminari solent. Quare propheta Baruch ciuitatis cuiusdam peccatricis nomine ait. Nutriui illos cum iucunditate, & immisi illos cum fletu & luctu. O rem admiratione & miseratione dignam, columbæ sine ullo felle cor magni doloris gladio pertransiri debere, nimirum quia quemadmodum pater unico filio suo non pepercit, ita filius unicæ suæ matri non pepercit ad maiorē gloriæ coronam: ita autem eius animam doloris gladius pertransiuit, ut nullus unquā Martyr tanto cum dolore passus sit, quia eam solus cordis dolor, sine ullo exteriori martyrio martyrem fecit incomparabilē. Omnibus cæteris martyribus Dei amor maximo in martyrio adiumēto fuit, quia quo magis Deus amatur, minus doloris sentiuntur aculei. At uero hæc beatissima mater quo magis amabat, plus patiebatur, quia in eo quem amabat, patiebatur. Et præterea, quia martyres in propria carne patiuntur, quam tanquam spiritus aduersariam maxime oderunt: sanctissima uero virgo in filio suo patiebatur quem vehementissime amabat.

Simile.

B

C

Tuam ipsius animā pertrāsibit gladius. Aliquos uulnerat hic gladius, sed in uagina alios ferit euaginatus, & sanguinem elicit, sed carnem tantum, non animam uulnerat, alijs animam ipsam pertransit, & hi omnium optimi sunt. Primi uestrum plurimi sunt, qui naturali quadam humani animi commiseratione cum de Redemptoris nostri morte agitur, lachrymas effundit s, ut sæpe alias cum aliquod auditis infortunium, aut crudelem nobilis alicuius uiri necem: sed tamen in malitię uestrę nido persistitis, eadem durant adulteria, eadem odia & inimicitiæ, quia nimirum gladius uagina reconditus uos uerberauit potius quā uulnerauit non peruenit ictus ad carnem, non elicuit sanguinem. Secundi sunt, qui Redemptoris nostri passionē audiunt, mærent, dolent, non tam naturali affectu, quam eius amore commoti: quare membra sua disciplina, & ieiunio eius

D

imitatione mortificant, oculi (inquiunt) Redemptoris mei cum in cruce esset, terram demissi respiciebant, quasi me ipsum respicerēt: igitur post hac oculos meos in eo defigam, ut Dauid qui ait. Oculi mei semper ad dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos, brachia in cruce (inquiunt) Redemptor extendit, ego post hac ad pauperes & misericordiæ opera extendam, pedes Redemptoris in ligno fuerunt mea causa confixi, ego etiam meos eius amore configam, ne ad malum uelo-ces excurrere possint, hos vulnerauit gladius & sanguinem extraxit. Sed alijs altius uulnus infligitur & animam ipsam gladi[*] pertransit, hi autem sunt qui sanctissimæ Redemptoris passionis consideratione in cognitionem animæ ualoris & pretij deuenerunt, quia quam inæstimabilis & pretiosa anima sit cōsiderant, pro qua Dei filius mori uoluit. Ex quo millies mori malunt, quàm animam tanti pretij mortali aliquo peccato amittere ne Dei filio fiat iniuria, qui eam tam sublimi pretio redemit. Sanctissimam uero uirginem altius etiam hic gladius vulnerauit, quæ uehementissimū sensit dolorem non solum ob tormenta quæ proprijs oculis filium suum perferre uidit, sed etiam & multo magis ob grauissimam iniuriam quæ diuinitati fiebat.

A

Psal 24.

B

C

Non est silentio hoc loco prætermittēdū uolui sse dn̄m; ut sāctissima eius mater maturè, & post paucos partus uirginalis dies hūc passionis futuræ dolorē sentire inciperet, ut in omni uita eor suū hoc gladio transfixū héret illius diei memoria in quo hæc prophetia adimplenda erat Inuenimus in sacra Scriptura Iosue petijsse a Deo ut diem longiorem faceret. Sed nemineni petijsse comperimus, ut nox longior fieret, quia nimirum uix quisquā est, qui tribulationis noctem longiorem fieri optet; & plurimi uellent, ut prosperitatis dies nullum haberet finem, hac de causa voluit dominus ut sanctissimæ suæ matri lætitię dies breuior fieret, doloris uero nox longior, & uitam fere omnem in dolore transigeret, ad eorum scilicet solatium qui tribulantur, & ut intelligamus utilius esse in hac uita dolere quā gaudere. Ex tauri cornibus laterna efficitur qua candela includitur, ne scilicet, aut uēto extinguatur, aut ita liquefiat, ut statim absumatur, ita etiā ne superbiæ uentus in Dei seruis gratiæ

Iosu. 10.

D

Simile.

tiæ lucem extinguat, uel ne humanis uoluptatib. & delicijs liquefiant, ideo eos Deus laboribus, persequutionibus, iniurijs, & afflictionibus includit, quæ omnia sunt tanquam laternæ factæ ex cornibus taurorũ, qui sunt malorum tyrannis & crudelitas. Hinc est quod eum Deus amicos suos tribulari & affligi a malis pmittat, ut maior illis inde consequatur utilitas, ideo eo persequutionẽ deuenire non sinit ut eos peccare faciat, & in desperationem aut impa-
Psal.124 tientiam cadere Hoc significauit Dauid ubi cum dixisset dominum suorũ esse pręsidium his uerbis: dñs in circuitu populi
B sui, quia dici illi potuisset, cur eos a malis affligi sinit, huic tacitæ obiectioni respondet, non relinquet dominus uirgam peccatorum super sortem iustorum, ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas: & ita inuenietis, quod Pharao præcepit pfectis operum dicens: Nequaquam ultra
Exo.5. dabitis paleas ad cõficiendos lateres, sicut prius, sed ipsi vadant & colligãt stipulam, & mensuram laterũ quam prius faciebãt, imponetis super eos nec minuetis: qđ eũ præfecti exequerentur, ait ibi sacratus textus, flagellati sunt, qui præerant operibus filiorum Israel, a uexatorib Pharaonis, uo
C ciferati sunt miseri ad Pharaonem dicentes: Cur ita agis contra seruos tuos? hem famuli tui flagellis cędimur & iniustè agi
D.Hier. tur cõtra populum tuum: ubi D.Hieron. trãstulit ex Hebræo, hem peccatum populi tui. Quo significatur laborum magnitudinem populum ad peccandum mouisse: quare tunc Deus eos a seruitute liberarę quam primum statuit, & cœlum, terram, mare, & aerem, Angelos, spirituales & corporales creaturas omnia in hoc occupari iussit: omnia tententur & liberetur populus, ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas Sed Dei prouidentiam atten-
D dite, quãuis enim eos eo labore liberauit, alios tamen labores succedere uoluit. uix enim ex Aegypto egressis rubrũ mare occurrit, quo in loco in tãto periculo se uersari uidebãt ut in Aegypto uiuere melius sibi esse uideretur: maris periculo diuina potentia erepti siti torquentur, mox fame cui bella succedant Sed quo ibit iustus vbi a laboribus & aduersitatib. libere uiuere & quiete possit? Et ut vulgari prouerbio dicitur, (*Adonde ira el Buey que no are sino a la carniceria?*) Ita vbi iustus quiescere pote-

rit præterquam in sepulchro? Verum ne A
1.Co.10 despetet, quia ut Diuus Paulus ait, faciet cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere: hoc enim Deus intendit & optat amicos suos locupletare & ditiores efficere. In magna afflictione uersabantur Bethuliæ ciues dum urbem obsideret Holofernes, sed ex hac afflictione magnum diuina prouidentia bonũ consequutum est, cum enim Iudith Holopherni caput am- Iudit.13
putasset discessit exercitus & ciuibu. illius ciuitatis opima spolia reliquit.

Ait præterea, ut *Reuelentur ex multis cordibus cogitationes*, ubi illud ut non denotat causam (ut sæpe aliàs monui) sed B
consequutionem effectus, perinde.n. est ac si diceret, positus est in signum cui contra dicent, ut re ipsa contradixerunt in doctrina, in vita, in persona, & in omnib. uerum vt eius nomine dixit Dauid loquens cum Psal.17.
æterno patre. Eripies me de contradictionibus populi, constitues me in caput gentium, & ex illa cõtradictione sequetur, qđ plurimorum cogitationes patefient tam bonæ quàm malæ quæ antea erant occultæ: patuerunt inuidæ Pharisæorum cogitationes, & Iudæorum malitia, patuit Pilati timor qui ne Cæsaris amicitiam amitteret eum condemnauit, patuit Iudæ proditio, patuit Diui Petri, & aliorum Apostolo C
rum exigua, & infirma fides, patuit filiarũ Hierusalem pius & deuotus animus quæ cum cruce oneratum lachrymis prosequutæ sunt & aliarum mulierum, quæ sanctissimam Virginem comitatæ sunt.

Et erat Anna prophetissa, & uixerat cum uiro suo annis septẽ à uirginitate sua. Plura hoc loco de hac sancta uidua Euangelista refert, & inter alia uixisse cũ uiro suo, quo pax & qes denotatur matrimonij, aliter.n. mors potius quam uita appellanda est. Ideo dicitur: commorari Leoni & Dra Eccl.25
coni plus placet, quam habitare cum muliere nequã. Et infra, melior est mors quã D
uita amara, qualis est illa quam homo habet eũ muliere litigiosa. Quare curate sorores meæ affectus uestros superare he ma Eccl.31
ritis tantorum malorum occasio sitis. Pro sermonis cõclusione notare uos uolo quomodo cũ sanctus Euangelista Simeonis & huius uenerabilis uiduæ de Christo Redẽptore nostro præconia, & quæ de eo mirabilia prædixerunt, prius utrunque laudet, ut significaret Deum malorum laudes cũ tem-

A temnere. Hac de causa quãdo exibant dæ-
Luc. 4. monia a multis clamantia, & dicentia, qa
tu es filius Dei, increpans non finebat ea
Ose. 4. loqui, & sanctus Oseas, omnem (inquit) aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus uitulos labiorum nostrorum, quasi dicat, fraufers a nobis peccatum, statim à nobis laudes recipere poteris, & benedictiones, & reddemus (pro quia reddemus) sacrificia labiorũ nostrorũ. & ideo anteq̃ Deum laudare incipiamus, purificãda est conscientia, ut nostras ille laudes recipiat.

Dum laudaret Simeon, puerum, superuenit ipsa hora sancta hęc vidua Anna, vt
B simul etiam eum laudaret, ait enim Euangelista: *Et hac ipsa hora superueniens cõfitebatur.* An si dicat ĩ ipsamet hora in qua cõfitebatur Simeon, confitebatur, & Anna. Galli media nocte non una omnes cãtant, sed unus post alium, at cum iam illucescit omnes simul una fere uoce & cantu orientem solem salutant: ita etiam in scripturæ legis nocte non eodem tempore oẽs prophetæ cecinerunt, sed sibi succedebant diuersis temporibus. Nũc uero cum gratiæ legis dies illuxit una oẽs canunt, Simeon, Anna, Angeli, Pastores, Reges, oẽs simul Deum laudant. Nos etiam fratres charissimi eum uehementissimo amoris affectu
C laudare æquum est, quandoquidem tot ab eo beneficia accepimus, & quoniam hæc plurimi meriti oblatio est, ea gratiam consequemur & postea gloriam. Ad quã nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

IN EADEM DOMINICA infra octa. Natiuitatis.

Concio Secunda.

D *Erant Ioseph, & Maria mater Iesu mirantes super ijs, quæ dicebantur de Iesu. Lucæ 2.*

Existimant nõnulli uerba illa; Erant mirantes. Non ad beatissimam Virginem, sed tñ ad Ioseph referri debere, qa ille tñ admirabatur, de verba illa Matthei. Videntes discipuli indignati sunt dicẽtes, vt qd perditio hæc, & ad Iudã tantum referri debent, qui indignatus est.
A Et latrones, qui crucifixi sunt cum eo, improperabant ei, de malo tantum latrone intelligenda sunt, quia ille tantum improperabat. Alij tam ad Ioseph, quam ad Mat. 17
Mariam referenda esse dicunt, qui quidem non mirabantur ea quæ dicebantur quia iam sciebant, sed a quo dicebantur: quemadmodum cum vir aliquis eruditus à rustico aliquo propositionẽ aliquam dici audit, quam ipse magno cum labore, & studio didicerat non propositionem admiratur, sed a rustico dici: ita etiã sanctissima virgo admirabatur, qa ea mysteria q̃ secreta, & ignota exteris esse existimabat, ita publica esse uidebat, ut & pa-
B stores, & Reges, & Sacerdotes ea nõ ignorarẽt. Dici etiam potest admirationem in ea non ex ignorantia, sed ex magnitudine mysteriorum ortam esse, quæ quo plus cõsiderantur maiorẽ pariũt admirationẽ. Duplex enim admiratio est, una q̃ ab ignorantia nascitur, alia quæ a sapientia. Prior est, quã admirãtes homines incipiunt philosophari, ut cum priscis temporibus. uiderent homines sereno cœlo solẽ aliquãdo obscurari, cum causam ignorarent, philo-
C sophari cœperunt, & causam inuestigare, quam esse inuenerunt eo quod Luna inter Solem & nos interponeretur. Altera est q̃ ex rei ipsius magnitudine prouenit, & ita quo plus diuina consideramus, & pfectius intelligimus, plus ẽt admiramur. quare Angeli q̃ maiorẽ rerũ diuinarum cognitionem habent, plus eas admirãtur. Hinc Isaias. Obstupefacti interrogãt quis est iste Isa. 63
qui uenit de Edõ tinctis uestib. de Bosra? Quam interrogationem oĩum beatorum D. Dio.
spirituũ esse, D. Dionysius ait. Qui sibi inuicẽ respondent, iste formosus in stola sua Psalm. 8.
gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Sãctus ẽt Dauid diuina Sapientia plenus, Dei magnitudinẽ contemplans exclamat,
D Dñe Dñs noster quam admirabile est nomen tuũ in uniuersa terra. Quia igit Maria uirgo sapientissima erat, & diuina mysteria optime intelligebat, ideo ea maxime admirabatur, hoc postulat, & optat Deus. ut mirabilia, q̃ nostra causa homo factus operatus est, assidue considerantes, in eius bonitatis admirationem rapiamur, sũt. n. ineffabilia incomprehensibilia, admirabilia. De his dixerat Ieremias. Ecce dies ueniẽt dicit dominus, & nõ dicẽt vltra viuit Iere. 23
domi-

A Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Ægypti, sed uiuit dominus, qui eduxit semē domus Israel de terra Aquilonis, & cunctis locis ad quos eiecerat eos, quæ verba ut notāt interpretes de Babylonicæ seruitutis libera tione intelligi nō possunt quia hæc non fuit tam admirabilis, ut Ægyptia, quæ tot miraculis facta est, quare de libertate intelligi dicendum est, quā nobis Redemptor noster è diaboli seruitute liberandō restituit, nam non unus tantum populus Redemptoris nostri uita & morte redemptus est, sed cuncti loci, idest omnes orbis terrarum populi, si hoc
B remedio uti ad salutem suam uoluerint.
Ps. 125. D. Hie. De Babyloniæ libetatione ait Dauid: In conuertēdo Dominus captiuitatem Sion facti sumus sicut consolati, ubi D. Hieronymus ex Hebræo uertit, facti sumus sicut somniantes, quasi tantam ex libertate lætitiā caperent, ut uix liberos se esse crederent, sed somniare sibi potius uiderentur. At quāto maiorem lætitiam ex nostra redemptione percipere deberemus, qua ex peccati culpa, & inferni pœnis redempti sumus? & una cum gaudio admirari etiam debemus infinitæ maiestatis Deum hunc nos redimendi modum eligere uoluisse.
C Fingite Regis alicuius potentissimi filiū, Simile. ueneno so serpentis alicuius morsu uulneratum, morti propinquū esse, & medicos una oēs uoce de eius uita, & salute desperasse, nisi alterius hominis morte illi remedium adhibeatur, necessarium enim esset ut quis vulneris venenum lamberet, cui necessario moriendum esset. Quod nam igitur consilium eligeret rex? Profecto hominem aliquem morti damnatum, vel seruum aliquem cuius uita parui pretij esset adduci iuberet, ut eius morte principio vita seruaretur, hoc esset humanæ prudentiæ consilium. At fingite contrarium om
D nino accedisse, scilicet seruum aliquem vilissimum eo morbo laborare, & cum omnes uenenum è vulnere sugere recusarent, Regis filium pietate motum sponte se offerre, & ut seruus uiuat mori uelle, qs nā hoc cogitare posset? Cuius unquam charitas, cuius amor, & pietas hoc deuenit? At quid hoc est cum eo comparatum, quod Dei filius nostra causa præstauit? Hoc igitur quod nullus terræ princeps præstaret, neque præstari ab eo posse homines cogitarent, hoc Dei filius nostra causa præstanit. O ineffabilis charitas, ô amor immensus, quibus nam uerbis gratias tibi pro tā to beneficio agemus? Nihil omnin o, fratres charissimi efficere uirum nostrarum imbecillitate possumus, quā amore, & gratitudin e plenos in assidua diuini huius beneficij admiratione, et stupore uersari: qa tunc Deo gratias agimus eum nos ad gratias agendas fatemur indignos illius maiestatis con sideratione deterriti. Hine Di- D. Gre. uus Gregorius in Moralibus, tunc (inquit) diuinæ uirtutis opera facundius loquimur cum stupescendo reti cemus. Hoc tempore ipsemet Deus, seipsum in nobis B laudat, qui talē nobis sensum, & deuotionis affectum largitur, ut eius magnitudinem cōsiderare, et uerborum omniū ornamento maiorem existimare possimus, & ita eum silentio potius, et admiratione præ dicemus Sed quibusdam uerbis exaggerari pōt ingratitudo si tantus Dei amor non magis animos nostros commoueret quam si bruta animalia essemus? Montes Psal. 96 ait Dauid sicut cera fluxerunt à facie domini, à facie domini omnis terra. Quasi diceret, Deum in mundum hominem factum descendere res est tantæ pietatis, et amoris, ùt lapides ipsos, et uniuersum terrarum orbem liquefacere possit, et tamen C tu, ô peccator durus, et frigidus remanes, acsi Deus nihil tua causa fecisset.

Postea quā sanctus Simeon benedixit illis, dixit ad Mariam matrem eius? *Ecce positus est hic in ruinā, & in resurrectionē multorum*: q̄ uerba intelligēda sunt. Redēptorem nostrum sufficientem fuisse causam ut multi a peccatis resurgerēt, nemini tamē causam fuisse ruinæ, & lapsus, sed plurimos propria malitia ex eius sanctissima uita & doctrina peccandi occasionem sumpsisse. Res tamen est animaduersione digna, qua de causa cū uoluntas uelle non possit, neque bonum, neque malum, nisi D Deus cum ea concurrat, dicitur tñ Deus uirtutis, non peccati causa. Respōdeo hoc esse, quia prius natura inclinatur uoluntas ad, uolēdum malum, quam Deus cum ea concurrat, ideo non est cā peccati. Secus uero de opere bono dicēdum est, qa prius natura mouet ad illud Deus uoluntatem, quam solitas moueatur. Exemplum primi ponit. D. Paulus dicens, nemo in spiritu Dei loquens dicit anathema Iesu, quod perinde est, ac si diceret, nemo dicit bla 1. Co. 12 sphe-

A ſphemiā contra Ieſum, motus ſpiritu Dei,
ſed ex ſua malitia, quia perditio uniuſcu-
iuſq. ex ſe incipis, exemplum ſecundi in eo
dem D. Pauli loco extat, cum ait. Nemo
poteſt dicere dominus Ieſus, niſi in Spiri-
tu ſancto, hoc eſt, nullus poteſt confiteri Ie
ſum Chriſtum eſſe verum dominū & Deū
niſi prius moueatur a Spiritu ſancto, verū
que ſignificant uerba illa quæ Deus dixit
Oſe. 13. per Oſeam, perditio tua Iſrael tantummo-
do ſcilicet, ex te, in me auxilium tuum. Ita
Rom. 5. que mali ex ſe ad peccandum, boni a Deo
ad bonum mouentur & diſponuntur, un-
de B. Paulus reprobatos uocat uaſa iræ a-
B pta in interitum, prædeſtinatos uero uaſa
miſericordiæ quæ Deus præparauit in glo
ria. Non ait Deum feciſſe malos aptos in
interitum, ſed ipſoſmet ex ſe uaſa eſſe apta
in interitum, prędeſtinatos uero ait Deum
præparaſſe ad gloriam. Notate hæc, dile-
ctiſſimi diligenter, & voluntates veſtras fre
nare diſcite, ne ad malū excurrere poſſint,
quandoquidem perditionem ueſtram in
manu ueſtra poſitam eſſe uidetis.

Ecce poſitus eſt hic in ruinam. O peruer-
ſitas terribilis, ex tanto bono tanti mali
occaſionem deſumere. Cùm ageret Diuus
Rom. 5. Paulus, de lege quam Deus dedit Hebræis
C ait: Lex ſubintrauit vt abundaret delictū,
quibus verbis oſtendit legis medicamen-
to non modò non fuiſſe concupiſcentiæ
& peccati incendium extinctum, vt etiam
auctum fuerit, vnde rurſum ait. Cùm ue-
Rom. 7. niſſet mandatum peccatum reuixit. Mira
res, mandatum ideò datum eſt, vt peccatū
extingueret, quod tamen uiuacius & poté
tius reddidit, unde ſubdit, & inuentum eſt
mandatum quod erat ad uitam mihi eſſe
ad mortem. Cur ita tandem? Primū quia
prohibitio legis irritauit & auxit cupidita
tem, nitimur enim in uetitum, & negata
Prou. 9. vehementius optamus. Hinc meretrix illa
D Prouerbiorum ad illicitas uoluptates inui
tans dicebat. Aquæ furtiuæ dulciores sūt,
& panis abſconditus ſuauior. Deinde mul-
tarum rerum prohibitione quæ ſecluſa le-
ge peccata non erant, nouæ delinquendi
occaſiones infirmis mentibus additæ fue-
runt, & tandem peccatorum grauitas lata
lege aucta eſt. His igitur de cauſis diuinus
Apoſtolus ita legē deprimit ut (quod mi-
1. Co. 15 ſerabile eſt) eam ſtimulum peccati, literam
2. Co. 13 occidentem, & miniſterium mortis atque
damnationis appellet, Quod ideo facit ut

Dei gratiam & redemptionis beneficium A
& neceſſitatē extollat, & morbi noſtri ma-
gnitudinē oſtendat, eò quod tantis à Deo
remedijs adhibitis non modo non ſubla-
tus ſit, ſed etiam auctus. Hoc enim deplo-
ratæ ægritudinis propriū eſſe ſolet, ut ad-
hibita remedia non modo nihil ęgroto cō-
ferant, ſed etiam noceant. Hoc autem cō-
munis huius morbi proprium eſt, quod in
hoc exitiali naturæ morbo eueniſſe idem
Apoſtolus confirmat his uerbis Vt appa- Rom. 7.
reat peccans, peccatum per mandatum,
ideſt, ut, appareat quanta ſit illa naturę cor
ruptionis, & concupiſcentiæ uis quæ me-
dicamenta in uenena conuertit, dum car- B
nis appetitio mandati prohibitione irrita
ta operata eſt in me omnem concupiſcen-
tiam. Et quamuis res omnino fuit miſera-
tione digna homines ueteri illa lege abu-
ſos eſſe, mirandum tamen non eſt, quia ut Heb. 7.
ait idem Apoſtolus neminem ad perfectū
adduxit lex, quia per legem cognitio pec-
cati non autem gratia, quæ fugam parit
odiumq. peccati. At uerò cum Deus hu-
manam carnem aſſumens nouam legem
hominibus dederit, & ſacramenta gratia
& ſanctificatione plena, & tamen ea hoc
homines maiorem deprauationis occaſio
nem deſumpſiſſe, ita ut de Deo humanato C
dicatur, hic poſitus eſt in ruinam multo- Orig.
rum, hoc mirandum eſt. Origenes tamen
& gloſſa aliam horum uerborum ſenten-
tiam afferunt fuiſſe nimirum Redempto-
rem noſtrum, poſitum in ruinam multo-
rum uitiorum & plurimarum virtutum re Rom. 6.
ſurrectionem, ſtabant antea uitia, & ut Di-
uus Paulus dixit, Regnabant, nam, non re-
gnet, (inquit) peccatum in ueſtro mortali
corpore ut obediatis concupiſcentijs eius,
ſed nec exhibeatis mēbra ueſtra arma ini
quitatis peccato, quæ uerba ſignificāt pec-
cato tāquam regi omnes animæ, potētias
& corporis ſenſus paruiſſe, eo quod om- D
nes eius eſſent ſeruitio dicatæ, & prætere
peccatum omnes tanquam regem in ma-
gno habuiſſe honores, quanti enim facere
ſolent mali, & ęſtimare peccatum, quanti
æſtimant illatas ulciſci iniurias, proximū
fallere, ad honorem aliquē & dignitatem
iniuſtè aſcendere, aut turpem aliquam de-
lectationem aſſequi? ut ſe iactant & impu-
denter gloriantur? hoc vehementer dole-
bat Dauid cum aiebat, quoniam laudatur
peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & ini- Pſalm. 9
quus.

A quus benedicitur. Hae de causa uenit Dei filius in mundum ut peccatum é sede sua deturbaret, & iniusto priuaret imperio. Quare loquens Angelus Gabriel cum pro
Dan. 9. pheta Daniel de admirabili uerbi diuini aduentu, eius finem esse ait, ut consumatur praeuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna. idem pluribus uerbis iterat, vt efficaciam significaret qua Dei filius ex sua parte peccatū erat euersurus. Ait, in ruinam multorum, quia nūquam fere peccata sola esse solent (*Son como gente de palacio que no saben estar solos*) inuicem se in
B uitant, superbia cupiditatē pecuniae attrahit, ut plures seruos & familiares alere possit, cupiditas inuidiae mater est, ex inuidia nascitur ira, & ita, peccata turmatim ineedant, ideo de peccatoribus ait Dauid, fiant
Psal. 34. viae illorum tenebrae & lubricum, ut significaret quod quemadmodum illi, qui per vias lubricas & obscuras incedunt, saepe labi solent & rotari praecipites, ita etiā peccatores prolabuntur, & é peccato in peccatum magna cum volubilitate rotantur.

Natus est itaque Dei filius in horū omnium peccatorum ruinam, sed heu dolor, quibus nam uerbis hoc dicam? a te ipso
C Deus maiestatis infinitae, uerba & efficaciā petā, ut hoc quod dicturus sum ab his qui me audiunt intelligatur, s. quod cum uerbum diuinum ad hoc ipsum é coelo in terram descenderit ut peccatorum multitudo euersa caderet, nos miseri, & infoelices tanto hoc tempore si quae humi iacebant rursus extollimus, gulam conuiuijs, & comessationibus extollimus, fraudes, periuria, & mendacia aleae ludo, turpes carnis uoluptates & illecebras inhonestis mulierum familiaritatibus, superbiam, vestium luxu, & pompa, quo igitur supplicio digni sunt, qui ita sanctissimo filij Dei ortu abutuntur? terrae hiatibus viuos uos non deuo
D rari miror tanquam sacrilegos, & sacrorum horum dierum uiolatores.

Ait etiam, multorum, cum de virtutum actibus loquitur, ut de peccatis dixerat, ait enim, in resurrectionem multorum, quia etiam virtutes se mutuo comitari solent, unde Diuus Petrus monet, uos autem cu-
2. Pet. 1. ram omnem subinferentes ministrate in fide vestra uirtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem
A fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Haec enim si uobiscum adsint & superent, non uacuos, & sine fructu uos constituent. Attende uirtutum catenā, quarum prima fides, quia est caeterarū omnium uirtutum fundamentum, & ideo D. Heb. 11.
Paulus eam substantiam dixit esse sperandarum rerum, et argumentum non apparentium, cum enim substantiam ait, totius spiritualis aedificij docet esse fundamentum, vox autem Graeca, quę argumentū significat, est ut Graeci doctores notant D. Am.
Elenchos, quod medrū significat sine syllogismo cōcludens, et ita D. Ambrosius hūc Exo. 20.
B locum declarat, fidem scilicet esse (*Vncimiento y conuencimiento de lo que no se ue*) quapp fides syncera debet esse, et solida, cuius rei figura illud fuisse uidetur quod iussit Deus dicens, si altare lapideum feceris mihi, non aedificabis illud de sectis lapidibus, si enim lauaueris cultrum tuum super eo polluetur, altare quod in cordis templo aedificari debet fides est, quia quemadmodum super altare sacrificia offerebantur, ita etiam super fidem tanquam altare amoris, et charitatis ornamento ornatum orationes, ieiunia, eleemosyna, & caetera bona opera offerenda sunt, ait autem hoc
C altare humani intellectus cultro tangi nō debere, quia humanis rationibus quod supra rationem est probari non potest, siquis autem ingenij sui acumine hoc fidei altare sibi secare et conficere uellet, hac ipsa de causa esset altare pollutum, significare volo fidem naturalibus rationibus inniti non debere, nam posteaquam iam est in corde fundata utiles sunt rationes ex quibus apparet naturalem rationem, non solum fidei nō repugnare, verum etiam vna consentire, quia quamuis uerum esse quod creditur non probat, credibile tamen esse et non impossibile ostendit, imo plurimū
D rationi conueniens. Cum arbor plantatur extrahitur terra, et magna fit fouea, mox Simile.
uero postea quam plantata est arbor, rursus ipsamet terra q̄ extracta et eruta fuerat, fouea impletur, quia arbori vtilis est, ita etiam rationes, cum iam plantata est 1. Pet. 3.
fides utiles sunt, ut & ipsa fides radices in nobis altiores agat, et possimus alijs eorū quae credimus rationem cum potenti, afferre, ut D. Petrus ait his uerbis parati semper ad satisfactionē omni poscenti uos rationem,

A tionem, de ea quæ in vobis est, spe. Ait præterea ut in fide virtuté ministremus, quia vt radix ex folijs, floribus, & fructibus cognoscitur, ita fides ex bonarum cogitationum folijs, ex bonorum desideriorum floribus, ex bonorum operum fructibus tanquam radix uiua cognoscitur, unde eius nomen, vt Diuus Augustinus ait, ex facio & dico componitur, quasi fides sit faciens & dicens, hinc D. Iacobus fides (inquit) sine operibus mortua est, fidei uita nō sunt bona opera sed charitas, & ita Diui Iacobi uerba significant bona opera signū esse fidem uiuam esse, & si ea deficiant mortuā esse conijci posse. Quia quemadmodū homo cum uiuit motum habet & pulsum, mortuus autem omni motu caret, ita etiā fides uiua cor assiduó quodam percussu ferit, & hominem ad bonum incitat. Et quēadmodum mortuum corpus pessimū ex se odorem exhalat, ita etiam magna est Christiani infamia & ignominia, qui cum fide sciat quantum Deo debeat, quod credit operibus & virtutum exercitatione nō probat. Hac de causa D. Petrus ait, uos autem omnem curam subinferentes ministrate in fide uestra uirtutem.

D. Aug.

Iacob. 2

B

C Neque solum uirtutem nobis operari iubet, sed magna cum cura, & diligentia operari. Ex quo præcepto cōfundi omnes deberemus uidētes quanta cum diligentia & cura Deū offendimus, in rebus autem quæ ad eius seruitium pertinent quam negligentes simus & pigri. Legitur quod uitulo aureo tanta Dei iniuria conflato surgentes mane obtulerunt holocausta & hostias pacificas, & sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Attendite curam eorum & diligentiam in malo qui tam negligentes semper in bono fuerant, uerba hoc loco prætermittenda essent, & lachrymis tot nostrorum temporum miseriæ deplorandæ, qua enim cura uos inuitem ad uestras uoluptates incitatis dicentes, mane surgamus, huc uel illuc ibimus, ludemus, comedemus, nullum uoluptatis genus deerit, & his cogitationibus distracti pei totam noctem insomnes uix quiescere potestis. Quod si aliquod uobis pietatis & religionis opus faciendum est, tanqua cum pigritia & negligentia fit, quasi res esset inutilis & ad uos minime pertineret. O cæci & miseri Adæ filij, excitamini aliquādo ex tam graui somno & omnē

Exo. 32.

D

curam subinferentes ministrate in fide uestra uirtutem, in uirtute autem scientiam, hæc est prudentia qua bona opera fieri debent ut Deo placere possint, in sciētia autem abstinentiam, idest vt prudētia nimia nō sit, esset enim vitiosa curiositas. Præterea abstinentia significat modestiam, quæ est humilitas, & ait, in scientia abstinētiā, quia quó maiorem quis scientiam & prudentiam habet eó debet esse modestior & humilior, & quia ad hanc humilitatem patientia requiritur, ideo addit, in abstinētia autem patientiam, quæ quidem patientia non debet esse rabie plena, ita ut cor interiori quadam rabie corrodatur, sed hilaris debet esse & læta, qua omnia aduersa perferri debent, iubebat Deus in ueteri lege ut pisces qui squamis careret & alis immūdus haberetur: squamæ in pisce sunt, quasi lorica qua se á scopulis, petris, & cæteris rebus duris defendit. Et alæ sunt quibus super aquam eleuatur & natat, quo significabat Deus immundos eos existimādos esse, qui patientiā cum animi lætitia & hilaritate nō habēt, quæ duo sunt per squamas & per alas significata, quia huiusmodi homines á tristitia & mœrore obrui se in tribulatione sinūt, qui veró patiētia præditi sunt, unà cū ea quā dixi alacritate, qua animus sup amaras aduersitatis aquas extollitur, hi Deo offerri possunt in sacrificium in patiētia aūt pietatē hæc pietas est intima animæ cum Deo familiaritas pio quodam & tenero cordis affectu, hoc uerbis illis sponsæ significatur, ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus, lectulus noster floridus, quibus uerbis anima Deū inuitat corde malo. rū effectuū & cupiditatū uacuo, sed sanctarū cogitationū floribus referto & obediētiæ promptitudine ac suauitate molli: hæc pietas superiores uirtutes cōseruat, & eam quę sequitur gignit, hoc est, in pietate amorem fraternitatis, quā virtutē plurimum diuinus præceptor inter cæteras cōmendauit, & ideo hęrere deberet in animo. Nam ut discipulus oīa quæ á præceptore audiuit retinere memoria nō possit mirādum non est, sed si cum præceptor ait, notate hic enim oīs uersat difficultas, & ideo eius uos obliuisci nollē, si tūc discipulus attētè non audit, neq. ea quę maxime illi notāda sunt commēdat memoriæ, profecto discipuli nomine indignus est, ita et quāuis reprehēdendi simus si oīum quæ diuinus hic præceptor

A

B

C

D

A Iesus Christus nos docuit non recordamur, maiori tamen reprehensione digni erimus, si illius præcepti obliuiscimur in
Ioan. 3. quo totius suæ doctrinæ summam contineri monuit dicens. In hoc cognoscēt omnes quod discipuli mei eritis si dilectionē habueritis adinuicem, nullo vnquam tempore voluit Deus oues suas sine aliquo signo esse quo possent à Diaboli hircis dignosci, in ueteri lege circuncisione dignoscebantur, nunc vero amore, quod quidē cum præcipuum sit Christianæ uitæ præceptum, Deum scilicet amare, & proximos nullo modo illud obliuisci deberemus.
B Vtinam fratres in cordibus nostris amor iste urgeret, melius .n. & promptius proximorum necessitatibus mederemur nam vt quod sentio libere dicam inter cætera quæ in Christiana Republica magnam mihi admirationem parere solēt est, cum video hos quidem fame, & inopia laborare, alios in morbos præ ciborum superfluitate incidere, hos nudos, illos uestibus oneratos, & non solum corpus ipsum tegere, sed etiā humum uestibus verrere, hos nudis pedibus incedere, illos uerò serico, & auro ornatos, & omnes quidem Christianos esse Iesu Christi filios, omnes pretiosissimo
C eius sanguine redemptos, & tamen ita cœlum speramus & poscimus. Aut est Deus aut nō est, aut nullum post mortem est cœlum, aut est, aut verè timetur infernus, aut frustra, aut veritas Euangelium est, aut fabula, sed ueritas est Euangelium & omniū veritatum verissima, Deus est & infinitæ potentiæ qui pauperem fame laborantem solabitur, infernus est diuitis crudelitatem æternis flammis vlturus. Pudeat igitur fratres charissimi hoc Iesu Christi discipulorum signo carere, sed proximos vestros amare incipite in opere & ueritate, & in amore fraternitatis ministrare charitatem: hæc enim si adsint in portu uos tu
D to & securo cōstituēt, sed non solum satis fuit Apostolo dicere, hæc si uobiscum adsint, sed addidit, & superent, ut significaret non debere nos harum uirtutum mediocritate contentos esse, sed maiores quotidie progressus facere. Videtis igitur vt virtutes se mutuo comitantur, & ideo Sāctus Simeon dixit Dei filium positum esse in resurrectionem multorum, eas enim quæ humi antea iacebant excitauit, vitia autem quæ stabant prostrauit.

A Ait præterea ad sanctissimam virginē, *Tuā ipsius animā pertrāsibit gladius.* Quis nam de afflictionibus & doloribus cōquer i audebit, cum sanctissimam virginem à Deo suprà omnes puras creaturas amatam doloris gladio vulnerandam esse hoc loco audiamus? Et potissimum cū sciamus tribulationes à Deo utilitatis nostræ causa permitti, sumus enim ad malum adeo proni, ut nisi nos persequutiones detineant, statim ad delitias, & uoluptates prolaberemur, & inde plurima uitia & Dei offensiones consequuntur. In libris Regum dicit: Transierunt tres anni absq; bello inter Syriam & Israel, quod fuit tūc cū rex Achab 3. Re. 22.
B lapidari iussit Naboth, ut vineam ei eriperet, qui si bello fortasse Syriæ occupatus fuisset, nūquam hoc facinus commisisset. Diluuij aquæ quæ peccatores omnes submerserunt, arcam in qua iusti versabantur Gene 7. extollebant. Vnde dicitur, arca ferebatur super aquas, consumptaq; est omnis caro q̄ mouebatur super terram, ita etiā tribulationes quæ præ citos sua impatientia submergunt iustos ad maiorem perfectionem & meriti gloriam patientia extollunt, ideo D. Paulus dixit, diligentibus Deū om Rom. 8. nia cooperantur in bonum, puniuit Deus Ionæ 1. Ionam qui peccatum suum in tempestatis
C periculo cognouit, quare cum quisnam esset nautæ interrogarent, respondit Hebræus ego sum, & Dñm Deū cœli timeo, qui fecit mare & aridam. Quibus verbis peccati sui grauitatem exaggerare uoluit, Hebræus (inquit) sum quem Deus tot beneficijs affecit, quod si gētilis essem, leuius omnino peccatum videretur, quæ audientes nautæ eum in mare deiecerunt, & cum à pisce vorari viderunt occisum ab eo esse existimarūt, cum tn̄ viuum in ventre triduo seruauit, & illæsum in litus proiecit. Existimant nonnulli aduersitates & tentationes esse tanquam cete, &, ut immanes
D quasdam belluas iustos vorare, ut eos destruant, non ut eis medeantur, quod igitur maxime interest est, ut labores magna cū patientia suscipiātur, quæ quidem Dei donum est singulare, & ideo D. Paulus inter cætera Spiritus sancti dona enumerat, esse Ro. 12. in tribulatione patiētes. Quamobrem cū in hac misera & infælici uita adeo necessaria sit, ne aduersitates nobis noceant, sed prosint, humiliter à Deo petenda est, & quantum in nobis est hæc mansuetissima

& pa-

A & patientissima uirgo Dei mater imitanda, quæ huius gladij uulnus tanta cum cõstantia & patientia pertulit, ita diuinæ gratiæ hic participes facti perfruemur in cælo gloria, ad quam nos perducat Iesus eiusdẽ Mariæ filius. Amen.

IN DIE CIRCVNCIsionis Domini.

Concio Prima.

B *Postquam consumati sunt dies octo, ut circunciderettur puer. Luc. 2.*



Elebris quæstio est, cur nam Dei filius circuncidi uoluerit cum circuncisio esset originalis peccati remediũ quo caruit, qui vt omnium nostrorum bonorum principiũ originale esset, natus est, neq; eius capax fuit, sed antequam huic quæstioni respondeam notare vos volo, inter cętera quib. singularis patris alicuius erga filium amor ostenditur C hoc esse, cum scilicet ipsemet eum erudire vult, neq. vllius præceptoris disciplinæ tradere, vnum tantum Deus hẽt filiũ in hoc Hier. 31 mũdo valde delicatũ, & a se maximè amatum, populum scilicet Christianũ, de quo dixit per Hieremiã filius honorabilis mihi Efraim, puer delicatus, quia ex quo loquutus sum de eo adhuc recordabor eius, idcirco conturbata sunt viscera mea super eum miserans miserebor eius: ubi glossa per Efraim Christianum populum intelligi norat tot a Deo beneficijs ornatũ. Quid autem huic filio suo facturus esset pauló D post declarat dicens, dabo legem meam in cordib. eorum, & in visceribus eorũ scribã eã, & non docebit vltra uir proximũ suum dicens, cognosce dñm: ipsemet ait Deus Ioan. 15 eũ docebo ne alterius pceptoris disciplina deprauetur. Itaq; ipsemet in terrã ut nos erudiret aduenit, & suis discipulis dixit, cũ venerit paracletus quem ego mittam uobis à patre, ille vos docebit omnem ueritatem ex quo patet q̃ credimus, ab ipsomet Deo oĩa reuolata esse. Hac de causa vix natus in præsepio docere incæpit, ut prædixe Esa. 11 rat Esaias dicens: delectabitur infans ab vbere super foramina Aspidis, & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit manũ suã A mutet: foramina de quibus eo loco propheta loquitur sunt peccata, quorũ causa est Diabolus, qui assidue peccatorum cor da effodit, ut se intus occulter, addit cauernas, ut significaret peccatori alia esse maiora, alia minora. Aspidis & Basilisci mentionem facit, quia alter ore & lingua, alter oculis occidit, ut significaret dęmones, linguis potissimum & oculis hoĩum nocere.

Itaque non tantũ, sanctissimus puer Iesus suauissimis matris suæ vberibus delectabatur, quantũ ex eo tẽpore cum peccatis pugnare, & ea adhuc puer superare, quæ B delectatio eius rei quam plurimum antea optanimus, præsentia causatur, & si filius Dei aiebat, delitiæ meæ esse cum filijs hominum, hoc erat ob desiderium, quo nos a peccatis & hostium nostrorum uiolentia defendendi, tenebatur, & quia adhuc puer hoc præstare cæpit, ideo, ait Esa. delectabitur infans ab vbere, bellum illis indicere & pugnam aggredi, ideo hodierna die circuncidi uoluit, ut obedientiam & humilitatem docendo, superbiam & inobedientiam prosterneret, inter cætera enim Redemptoris nostri opera, quibus eius humilitas maxime elucet, fuit circuncisio, & ita C in ea clarius uerba illa Diui Pauli adimpleta sunt, Deus filium suum mittens in similitudinẽ carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne. Si peritũ aliquẽ Simile. medicum grauem alicuius morbũ quodã medicamento curare uideres, qui diceret, si omnes eo morbo curari uellent eo uterẽtur remedio, & ipsũmet medicũ postea eo vti videres, merito ex eo conijceres eũ eodem morbo laborare. Laborabat genus humanum originalis peccati morbo, remedium autem huius morbi erat circuncisio à Deo hac de causa instituta, q dixit, siquis vt mihi pareat circuncidetur, ab originali D culpa curabitur. Adest ipsemet medicus Iesus Christus a cælo in terram delapsus uerus Deus & uerus homo, & eodem uti uult remedio, se hodierna die (octaua scilicet) ab eius ortu circuncidens, significare uidetur peccatũ originale habere, quãuis eo reuera careret, & ideo in hoc opere potissimũ plus quam in cæteris peccati suscepit similitudinem, ut Diuus Paulus ait. Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, non peccati carne, sed carne peccati carni simili, quia peccatricis

A carnis sentiebat molestias, quæ peccati sūt pœnæ, & præterea tāquam peccati morbo laboraret, peccati medicinam adhibuit, & de peccato damnauit peccatum in carne, D. Aug. hoc est, secundum D. Augustinum ipsius peccati armis peccatū vicit, vel vt dici vulgo solet. (*Acosta del mesmo peccado*) ut cū dicimus (*A su costa dan guerra al Rey,*) cū ipsiusmet Regis opibus regem persequuntur, peccati opes sunt pœnæ, fames, frigus, labor, & mors. His igitur peccati opibus Dei filius peccatum uicit, quod est (vt clarius loquar) pœnis quæ in mundum per peccatum ingressæ sunt (& ideo peccatum vocantur) euertit. Deus peccatum quo ad B. culpam eas omnes pœnas in se ipso recipiens, & pro nobis æterno patri offerens. Hanc peccati similitudinem accipiēs plus se Dei filius humiliauit quam hominum & Angelorum linguis explicari posset, quia nihil est Deo ita contrarium ut est peccatum, quia peccatum nihil aliud est quam Deo repugnare, & Dei inimicum esse, quid autem plus Deo repugnare potest quam Deum sibi ipsi contrarium & inimicum esse? Et ideo cum Deus peccati similitudinē accepit, tunc se maximè humiliasse dicimus, quod in circuncisione contigisse ui-C detur in qua tanquam peccator peccati remedio vsus est. Veram igitur (vt dicebam) nos hodie docuit humilitatē qui cum summa esset innocentia peccatori similis fieri voluit. Est aūt humilitas uirtus Euāgelicæ professionis, ita propria ut cū Philosophi Gentiles tres illas, theologales virtutes Christianæ religionis proprias fidē, spē, & charitatē non cognouerint, ita ēt humilitatis uirtutem ignorarūt, quod uel ex eo satis probari potest quod proprio nomine hæc uirtus apud Latinos careat: quemadmodum ea quib. ueteres non utebantur, Latinis nominib. carēt ut sūt (*Los tiros de* D *artilleria*) quos vulgari nomine (*Bombardas*) appellamus, & alia huiusmodi, ita ēt hæc uirtus eo quod ab ijs ignoraretur, Latino nomine caret, hoc.n. humilitatis nomen apud Latinos, nō uirtutē aliquā, sed potius tenuitatem, abiectionē, & ignobilitatem significat. D. Ioannes Climacus de ea loquens, cum aliorū definitiones retulisset, ultimo loco suam affert sententiam donum esse sine vllo nomine, sed inter eos tantum nomen habere qui eam experti sunt, per nomen autem definitionem intel-

ligit, quā id fecerit Deo aliquo modo simi- A lem fecisse uidetur, quæ definitione caret, & quid nam sit explicari minime potest, & sāncta Ecclesia vt eam in cordibus nostris imprimeret, inter cæteras sanctissimæ incarnationis & mortis causas hanc refert vt scilicet nos humilitatem doceret, & ita inquit, Deus qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum saluatorē nostrum carnem sumere, & crucem subire fecisti, ideo uitæ suæ initio eam docere uoluit exemplo, ut tu peccator qui peccati sordibus purus existimari uis & sanctus, purgaris fontem & gratiæ peccatori similem B. factum uidens, confundaris. Hac tua insta tua superbia honoribus & dignitatibus te dignum esse putas, & eas magna cum anxietate optas & ambis, hæc recordaris infælix quod Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, ut Diuus Iacobus ait. Fabricare quantum uis, tantundem enim Deus euertet, Idolum illud Dagon ante arcam domini positum nonne capite, & manibus abscisis Deum prostrauisse meministi? Ita Deus superbum prosternit, qui tanquam idolum adorari uult, manus illi & C. caput abscindit, suas omnes inuentiones & machinas quas intra se fabricatur euertit, humilibus autem dat gratiam. Quis igitur fratres charissimi hæc audiens non omnē adhibebit curam ut præstantissimam hāc assequatur virtutem? Et quia non solum superbia illi contraria est, uerum etiam ipsæ inter uirtutes illi nocere solent, quia homini nocet aliquando ut se magni æstimet, iō qui eam acquirere optatis non tantum uirtutes quibus prædicti estis spectetis, sed peccata quæ commisistis, & quibus nam pœnis digni essent. Quomodo nam pote- D rit mercator diuitis animos habere, si nō quid in arca inclusum habeat, sed quid debeat, tantum cogitet? & si omnia debet, quō se diuitem existimare poterit? Hac igitur consideratione & diuino potissimum fauore freti dicite una cum Dauid. In Deo faciemus uirtutem, & ita uires uobis Psal. 59. ille suppeditabit, vt eum in ea imitari possitis.

Voluit præterea redemptor noster circuncidi, vt nos a dura illa & molesta circuncisionis lege liberaret, hoc ēst quod D. Paulus dixit. Misit Deus filium suum factum sub lege, ut eos qui sub lege erant Galat. 4. redimeret potuisset quidem ea nos libe-

rare

A rare si diceret, nolo pater posthac circuncisionis præceptum esse, & aliud originali peccato suauius remedium daret, & tamē circuncidi uoluit, & circumcisionis dolorem patiens, patior dixit, ne cum homines posthac patiatur, sed suauissimum illis baptismi lauacrum dabo, quo se ab originali culpa lauare poterit, & ita omnes in eo
Colos. 2 circuncisi remansimus, ut D. Paulus affirmat, dicens. Repleti estis in illo qui est caput omnis principatus, & potestatis, in quo & circuncisi estis non circuncisione manufacta in spoliatione corporis, sed in circuncisione Christi, consepulti ei in baB ptismo, in quo & resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitauit illū a mortuis. Beatos uos esse existimate (inquit Apostolus) qui a lege liberati estis, non per Angelorum, aut Archangelorum ministerium, sed per illum qui eorum omnium caput est in quo circuncisi estis non cruenta, & carnali circuncisione, sed ipsiusmet Christi circuncisione, quia sacrum baptismum recipientes eo a peccati morte noua gratiæ uita resurgitis: passus itaque Christus est ne nos pateremur.

At igitur sanctum Euangelium. *Postquam consummati sunt dies octo ut circunC cideretur puer.* Mature sanguinē nostra cā profundere, & pretium redemptionis persoluere incipit, octauo scilicet, ab eius ortu die. Deus iubebat, quod si quis possessionem suam paupertatis causa uenderet, ꝓpinquus eius posset eam si vellet eodem
Leu. 25. pretio redimere. Vendidit Adam cæli possessionem, & ius quod omnes in eam habebamus, & ex ea lege poterat ꝓpinquus eam redimere si pretium ad redimendum haberet. Omnes homines sunt Adæ propinqui, sed omnes pauperes erant, neque pretium redemptionis necessarium habebant, Deus autem diues quidem erat, sed
D ex nostra cognatione non erat, & ideo miseriæ nostræ compatiens hominem se fecit, ut propinquus noster factus posset hāc possessionem redimere. Hæc una ex cau-
D. Ansel. libr. cur De⁹ hō. sis est quas D. Ansel. adducit. Quia scilicet, conueniebat ut esset qui redimeret nos debebat, Deus & homo, homo quidem, ut
1. Pet. 1. hominum propinqu⁹ esset, & pati posset. Deus autem ut sanctissimæ humanitatis operib. infinitum daret valorem. Et ita ait D. Petrus. Scientes quod non corruptibili bus auro uel argento redēpti estis de uana uestra conuersatione paternæ traditionis, A sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi Iesu, & incontaminati, quod si pretiosus eius sanguis redemptionis fuit pretium, ergo innocentissimū eius corpus erat huius thesauri arca, quæ hodierna die aperta est, ut pretium solui inciperet, cum nimirū sanctissima eius caro fuit in circūcisione præcisa. O magnæ lætitiæ diē miseris peccati captiuis, quantam enim animo perciperent lętitiam, si qui in crudelissima aliqua captiuitate positi aliquem dicentem audirent, gaudete, adest enim qui uos redempturus est, & arca reserata pretiū ostēderet? Idem hodierna die Dei filius præsta- B uit, & uix natus nobis seruire, & nostra causa pati incępit, ita ut uere illud psalmi di- Psal. 87. cere possit, pauper sum ego, & in laborib. a iuuentute mea, imo ab infantia mea, nos autem quod illi debemus seruitiū in vltimā senectutē differimus, & ætatis florentem mundo, carni, & diabolo struētes in fumi musi O dementiam detestandam, qui scis, o infelix an eo usq; peruenire dabis, & an hodie aut cras mors te inopinata rapiet? audi quid Deus dicat. Quod si dixerit Mat. 2. malus ille seruus in corde suo moram facit dñs meus uenire, & cęperit percutere conseruos suos, manducet autem, & bibat C cum ebriosis, ueniet dñs serui illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum. O uerba timenda quæ plus diuidunt ac secant quam acuti gladij, cuius nam cor integrū ad eorū ictus remanebit? Quis corā Deo negligentiā poterit suā excusare, cũ quidem ipsemet hæc antea monuit? ueniet cum hoc minus cogitabis, & diuidet animam tuam a corpore, & præterea ab omnibus rebonis, & omni remedio separans. Quo hæc audiens nō contremiscis? quæ saxa hoc fulmine cōcussa non frangentur? Dei hic ego & hominū fidem imploro, hic cœlū, terras, maria, tantæ de- D mētiæ testes inuoco cũ ita uiuamus, quasi hoc quod credimus merū somniū, & puerorū terricula menta putaremus. Sed quãuis certā senectutis spem haberemus, nihilominus tñ statim pænitentiā aggredi deberemus antequam cor obduresceret. Plorabat propheta Dauid dicens. Putruerunt, Psal. 37. & corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ, ubi significat stultitiam esse magni detrimenti, animæ uulnera corrumpi sinere, eo quod difficilius curentur.

A Atramenti guttæ quę candidam aliquā
S. mile. uestem fœdant, si statim lauantur, facile
delentur, quod si diu ibi eas senescere sini
mus, uix tolli possunt. Ideo quidam ex
sanctis patribus monebat, ut si decies in die
cadimus, decies surgere conemur, & si mil
lies millies possimus illius pari misericor-
dia freti, qui D. Petro iussit, ut non septies
tantum, sed septuagesies septies ignosce-
ret. Quia si hoc potest ab humana pietate
sperari, quanto magis poterit a diuina &
infinita sperari? quamobrem obsecro uos
dilectissimi Dei nomine, ut filios uestros
a pueritia Dei seruitio dedicetis sanctissi-
B mi huius pueri imitatione, bonum est ui-
ro cum portauerit iugum, ab adolescen-
Thre. 3. tia sua. Plantæ si in eo loco in quo natæ
sunt relinquuntur, aut nullum, aut certe
amarum afferunt fructum, & ideo trāspo-
Simile. ni debent, & hoc mature, quia si duriores
fiant difficile alibi radices agere poterūt,
& si agent tenuissimæ erunt, & exiguæ
uirtutis, ita ut possint quocunque uento
auelli, ita etiam si puer in praua illa incli-
natione relinquitur qua natus est, quæ cul
pæ originalis est pœna, quos affert fructus
Deo amari erunt: ideo antequam durior
disciplinæ, & institutioni fiat transponi de
C bet, ut optimas in uirtute radices agat, ne-
que facile tentationum uentis possit auel-
li. Si eum Regi alicui seruire uultis a pri-
mis pueritiæ annis seruire incipit, si mili-
tiæ operam dare uultis, aut literis, mature
equitandi, & arma tractandi arte, uel do-
ctrinis, & scientijs eruditur, quod si hac di
ligentia in his rebus utimini, quæ breues,
& caducæ sunt, cur nō maiori, uel eadem
saltem utemini, ut a pueritia in Dei serui-
tio exerceatur? Nimirum quia minoris cæ
lestia quam terrena æstimatis. Sicut sagit
Ps. 126. tæ (inquit Dauid) in manu potentis, ita fi-
lij excussorum, iusti rerum humanarū cō-
D temptores uocantur hic excussores quo-
rum filij sunt eorum cura, & solicitudine
in Dei seruitio diligentes, sicut sagitta in
manu potentis, ita ut uirtus qua pater fi-
lium suum instituit, eum sagittam efficiat
esse uelocissimā quæ Dei cor ferit, & uulne
rat. At non ita peccatores, quare Diuus
D. Hier. Hieronymus immediate post illa uerba
erubescetis super hortis quos elegeratis,
Isa. 1. transtulit, & erunt quasi terebinthus, & Si-
machus uertit quasi quercus, quo signifi-
catur malos, aut nullum afferre fructum
ut terebinthus, aut si afferunt esse tāquam A
fructum quercus durum & insipidum, ut
sunt glandes, quæ porcorum sunt esca: ita
etiam malorum filij, mala deprauati disci
plina rebus omnibus inutiles sunt, præter
quam ut diabolo tradantur in escam, & sę
pe permittit iusto iudicio Deus, ut quos
uirtute non educastis, cum iam grandio-
res sunt uobis parere recusent, neque cani-
tiem uestram uenerari sciant, quos neque
Deum ipsum uenerari docuistis. Notan-
dum etiam hoc loco est, quod ut puer in-
ter Hebræos circuncideretur, non erat ne-
cesse hoc in templo, & a Sacerdote fieri.
Sed quicunque eum circuncidere poterat B
si præceptum legis adimplendi intentio-
nem haberet, & ita D. Hieron. de uera cir- D. Hier.
cuncisione, & D. Bernardus de lamentatio D. Bern.
ne Virginis, aiunt redemptorem nostrum
a sanctissima Virgine eius matre circunci
sum fuisse.

Et uocatum est nomen eius Iesus. No-
mē in circuncisione imponebatur, ut nūç
in baptismo, duas ob causas, primum ut
intelligatur hominem, uix hominem dici
posse, donec a peccato originali mūdatus
sit, & in Dei gratia constitutus, quia nomi
nis munus est esse hominis significare, &
cum omnes nascamur filij iræ, ut D. Paul⁹ C
dixit. Si charitatem nō habuero, nihil sū, Ephes. 2.
& ita nomine digni sumus donec charitā 1. Co. 13
tem & gratiam habeamus. Secunda ratio
est, quia nunc in baptismo, & antea in cir-
cuncisione in domum Dei tanquam eius
serui admittuntur, & ideo æquum est, ut
eis nomen imponatur. Quod eum ita sit
æquum erit fratres, ut in eius seruitio dili-
gentes simus, quandoquidem nos eius fu-
turos esse seruos in baptismo pollicemur,
nisi eum præmij obliuisci uolumus. Dici-
te. n. obsecro, si quis alicui magna aliqua
mercede seruiret, certum est, quod non sa-
tis ei esset octauo quoque die seruire, uel
semel tantum in die, sed maioris diei par-
tem in eius seruitium insumeret. At quis D
maiori seruos suos mercede remunerat,
quam Deus? Et quis seruiri dignus est, ut
ille? & tamen si octauo quoque die in Ec-
clesiam conuenitis, quod illi debetis præ-
stitisse uobis uidemini. Benedicit te, ô cæ-
li, & terræ Rex, quādoquidem parui te ho-
mines æstimant. O error non ferendus, o
diuinæ maiestatis deploranda cōtemptio.
Nolite obsecro dilectissimi Dei seruitio

tanta

A tanta negligentia uti, sed ut ait Diuus Paulus: Siue manducatis, siue bibitis, uel aliud
1.Co.10 quicquam facitis, omnia in gloriã Dei facite. Hæc duo potissimum notauit, quia ex his tanquam ex fontibus plurima mala nascuntur, significare autem vult omnes Christiani actiones diuinæ legis regula esse dirigendas, & ea mensura & ordine fieri debere, ut Deo offerri possint, & ex ijs magna Deo gloria consequatur, quia scilicet quisquis eas videt Deum glorificet, q a talem homini uirtutem largitus est, & hoc est Deo assidue & in omnibus seruire, &
B tandem id quod debemus & promisimus accurate præstare.

Et uocatũ est nomẽ eius Iesus. Huius sanctissimi uominis causam Angelus declara
Mat.16 uit dicens. Vocabis nomẽ eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum, quia Iesus idem est quod Sal-
Psal.97. uator, merito dixit Dauid, secundum nomen tuum Deus, & sic laus tua in fines terræ. Accidere sæpe inter homines solet ut homini nomen non recte conueniat: mundus enim in nominum impositione decipitur. Nomen habes quod uiuas & mor-
Apoc.8. tuus es, ait Deus, ita etiam Regis quis & Domini titulum habet, qui diaboli seruus
C est; eques quis appellatur qui in uirtute nõ equitat, sed repit in uitijs, illustris quis dicitur, qui omnis uirtutis luce caret. Magnificus vocatur, qui auarus est, & sordidus, aut si liberalis est, erga eos tantum erit qui ad turpes suas cupiditates adiumento sunt, & tandem omnes Christiani nomen habemus, aliqui tñ ut infideles & ethnici uiuunt. Sepulchra quædam videre est candidis exornata marmoribus, in quibus magni sunt tituli eorum qui in ijs iacent inscripti, ut hic iacet illustris eques (*Don Pedro*) Hic iacet illustrissimus comes (*Don*
D *Iuan &c*) quod si lapidem tollitis, ut illustres illos & fortes videatis, nihil nisi putredinem, nihil nisi ossa & cinerem inuenietis. At non ita in hoc sanctissimo nomine cõtingit quod Saluatorem significat, quia vere saluator est, & omnes qui cælestis gloriæ participes facti sunt, huius Saluatoris meritis saluati sunt, quod si alijnõ saluantur, hoc eorum culpa contingit qui eius meritis uti nolunt. Sanctus Hieremias ait,
Hier.8. malorum nomine transijt messis, finita est æstas, & nos saluati non sumus, idest, medendi tempus transit, nos uero in nostris

peccatis absque ullo remedio remanemus, A
quibus Deus respondet, nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare non est obducta cicatrix populi mei? O miseros peccatores, qui cum in tanta Ecclesia tot sint diuinorum sacramentorum medicinæ, eas tamen ad uestra uulnera curanda non adhibetis; Studeamus igitur fratres charissimi huius Saluatoris imitatione ea præstare, ut nominibus quę habemus digni esse videamur, qui clerici aut religiosi nomen habet, uiuat ut clericus & religiosus, qui nupti nomen habet B
uiuat ut nuptus, & quia omnes Christiani nomen habemus, vt Christiani uiuamus Christum caput nostrum quantum possumus imitando. Iussit Deus Moysi ut filio Exo.28
rum Israel nomina in pretiosis lapidibus scriberentur, quibus alius lapis supponeretur in quo inscriptum esse, doctrina, & ueritas, & ut Iosephus affirmat in eo nomen etiam Dei Tetragrammaton scribebatus, ita etiam Christianorum nomina supra pretiosos multarum virtutum lapides fundari debent, & omnes supra pretiosissimũ Iesu Christi nomen collorari, quia nomẽ C
Iesus, & nomen Tetragrammaton, non solum synonoma sunt, sed etiam idem nomen, ait D. Paulus. Obsecro vos ego vin- Ephes.4
ctus in domino, ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate. Quorum verborum duplex potest esse sensus, unus vt vita vestra sit vocationi conueniens & statui ad quem vos Deus uocauit, alius est ut uita, sit nomini quod habetis conueniens, & cum Christiani uocemini, ut Christiani uiuatis. Imposuerunt etiam ei hoc nomen in circumcisione, ut significaretur D
huius sanctissimi nominis uirtute fratres nos minime posse nisi nos circumcidamus. Legitur paupercula quędam mulier Elisei 4.R.4.
consilio, quod debebat parua olei quantitate persoluisse, oleum effusum nomẽ tuũ dixit sponsa sponso, in quo nomine remedium nostrũ cõsistit, quia ita dixit D. Petrus. Cant.1.
Neq; enim aliud nomen est sub cælo datũ hominibus in quo oportet nos saluos fieri, quare vt Eliseus uiduæ illi dixit eo oleo Act 4.
suæ necessitati mederi posse, ita uerus Eliseus Iesus Christus. Si quid (inquit) petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis, Ioan.15
sed ut oleo illo ea tantum uasa quæ uacua

A erant impleta sunt, ita etiam diuini huius nominis (quod suauissimum est oleum) virtutem ea tantum corda recipiunt, quæ humanarum rerum amore uacua sunt, & ideo fratres paruos istos affectus, cupiditates istas & ambitiones effundite, hæc enim est spiritualis circuncisio qua se homines disponunt ad huius diuini nominis uirtutem recipiendam.

Hæc sit fratres charissimi huius concionis peroratio unumquemque uestrum humiliter orare, ut quandoquidem primus B hic anni dies est huic sanctissimo nomini dedicatus, quisque apud se firmiter statuat omnem posthac ineffabilis huius nominis iniuriam, periurium, & blasphemiam, tanquam rem Christianis indignam a seipso, & a familia sua prorsus tollere. Recordamini enim quod cum Dominus Euangelicam legem daret, dixit. Ego autem dico uobis, non iurare omnino, neque per cælum, quia thronus Dei est, neque per terram, quia scabellum est pedum eius, neque per Hierosolymam, quia ciuitas est magni Regis, neque per caput tuum iuraueris, quia non potes unum capillum albũ facere, aut nigrum, sit autem sermo uester, est est, non non, quod autem ijs abundantius est, a malo est. C O Deus summe. Quantus verborum rigor; quãtaq; in hoc deprauatio est, cum præsertim nullum sit in iurameto lucrũ, neq; ulla honoris vtilitas aut corporis delectatio, quæ tria hominibus solent esse ad peccandum incitamenta. Ex quo infertur hac etiam de causa iuramentum grauissimum esse peccatum, eo quod eadem non habeat incentiua ut plurima alia vitia, sed deprauatam tantũ consuetudinem. Quare ut hoc vitium magno post hac odio prosequamini audite quid de eo dicat Ecclesiasticus, vir multum iurans replebitur iniquitate, hoc est, iuramentorum usu se homines disponunt ut Deus D eos in plurima peccata plorabi sinat. Concubinarium esse, vsurariũ, proximorũ detractorẽ, & alia huiusmodi uitia sæpe sunt pœna iuramentorũ. Subdit etiam, & nõ recedet a domo eius plaga, quot morbi, quot ignominiæ, quot damna hominibus accidũt in huius peccati pœnam? Timore igitur saltem fratres deterriti abstinete a iuramentis & & sãctissimum hoc nomẽ ut par est ueneramini & eo utimini nõ ut mẽdacia vestra confirmetis, sed vt hostium uestrorum propellatis iniurias, ut diuinæ gratiæ in hac uita participes facti gloriam in alia consequamini; Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen. A

Matt. 5.

Ecc. 23.

IN EADEM DIE Circuncisionis Domini.

Concio Secunda.

Postquam consummati sunt dies octo ut circunciderelur puer, &c. Lu. 2. B

Isa. 10.

Sanctus Propheta Isaias cum de admirabili uerbi diuini incarnatione ageret, consummatio (inquit) abbreuiata inundabit iustitiam, consummationem. n. & abreuiationem dñs Deus exercituũ faciet in medio oĩs terræ. Carebant res humanæ sua perfectione ultima, quæ in Iesu Christo receperunt, & ideo incarnatio uocatur cõsummatio, dicitur aũt abbreuiata nõ quia infinitas diuinitatis abbre- C uietur & coangustetur, sed quia locus in quo habitauit angustus est & breuis. D Basilius ait, hoc incarnationis mysterium igne & ferro optime declarari, quia ut ignis ferrũ penetrat & incendit & in se quodammodo transformat, ita diuinitas humanitatẽ. Itaque hanc metaphoram sequendo, quia Deus se humanitati nostræ tãquam ignis ferro communicauit, Verbum diuinũ esse in humanitate dicimus singulari quadam ratione & longe ab ea diuersa qua est in omnibus creaturis, in quibus est per essentiam, præsentiam, & potentiam, quod theologi illapsum generalẽ appellant, in iustis etiam alio illapsu particulari esse dicitur, eis suã gratiam cõmunicando. In sola ue- D ro humanitate uerbum diuinum est alia ratione magis speciali, quia illi personale suum esse cõmunicauit, & ita humanitas subsistẽtiã in sua proprietate nõ habet, sed habet in proprietate diuina, ita ut idẽ omnino esse personale sit uerbi diuini, & sanctissimę humanitatis. Quare verbum diuinum hoc illapsu singularissimo, totam humanitatẽ implet & ambit, & interius penetrat plusquã ignis ferrũ. Quod si Deus uniuersam igneis sphærã in exiguo aliquo uase inclu-

D. Basil. li. de huma. Ch. gener.

A includeret rectè sphæra abbreuiata diceret
tur, ita etiam quia Deus totam suã diuini-
tatẽ in exiguo vnius infantis corpore in-
clusit, merito hæc ab Isaia abbreuiatio ap
Simile. pellatur, & si plus etiã in hac cõsideratio-
ne ascendere voltis ingentẽ aliquam sphæ
rã imaginamini cuius circunferentia ter-
mino careat, in cuius medio sit punctum
(quod est circunferentiæ centrũ) in eo ali
quo modo infinitũ circunferentiæ abbre
uiatum, & contractũ inuenietis, & ita geo
metræ mundi centrũ, mundũ abbreuiatũ
appellant, quia lineæ, quæ a circunferẽtia
rectè ducunt, oẽs in centro coniungunt,
B & illã circunferẽtiæ quantitatẽ quodãmo
do contrahunt. Eodẽ modo diuinitatem
sphærã esse quãdã infinitã dicimus, cuius
centrũ est humanitas instar puncti, lineæ,
quæ a circunferentia ad centrum ducunt,
sunt diuinæ perfectiones, q̃ viæ quædam
sunt, vt sapiẽtia, bonitas, & iustitia infinita
per quas Deus cognoscit, de quibus Salo-
mon dixit, viæ eius viæ pulchræ, illę oẽs li
neæ, & viæ in cẽtro, q̃ est sanctissima hu-
manitas coniungunt, quia verbũ suas oẽs
diuinas perfectiones humanitati commu
Colos. 1 nicat, & ita D. Paul. dixit. Quia in ipso cõ
Colos. 2 placuit oẽm plenitudinem habitare, & cla
C rius infra, quia in ipso habitat omnis ple-
nitudo diuinitatis corporaliter, i. verè nõ
figuratiuè, aut per ænigma, solet. n. D. Pau
lus figuratum corpus appellare, quia figu
ram appellat vmbrã, vt eodẽ capite cum
de legis reb. loqueretur, quæ sunt vmbra
futurorũ, corpus autem Chri. i. vmbrarũ
illarum corpus, est corpus Christi, q̃a cor
pus est vmbræ causa, quare cũ omnis ple-
nitudo diuinitatis habitet in illa humani
tate corporaliter, i. realiter, merito puer
hic sanctissimus appellat Deus abbreuia-
tus, hac de causa dixit Sanct. Isaias vere tu
Isa. 55. es Deus abscõditus, Deus Israel Saluator.
D Sed quamuis Deus humanam carnem
assumens se abscondit, numquam tamen
posteaquam è purissimis matris suæ visce
ribus prodijt, ita se abscõdit, vt hodierna
Phil. 2. die in circuncisione. Vñ D. Paul de incar
nationis mysterio agens, illud pronuncia
uit his verbis in similitudinem hominũ
factus, & habitu inuentus, vt hõ, habitum
Sanctissimã humanitatem appellat, quia
vt habitus est vestis, q̃ totũ corpus tegens
manus pedes, & vultũ nudos relinquit, ita
etiam quamuis diuinitas esset humanita-
te vestita nonnulla tamen nuda remanse- A
runt, ex quibus ea, quæ latebat diuinitas
apparebat. Absconditus erat in præsepio
inter duo animalia iacens, sed ex Angelo-
rum, pastorũ, & regum adoratione, Deum
esse apparuit, & in omni vitæ suæ curricu-
lo quamuis pauper defatigatus, & contem
ptus videretur, miraculis tñ verũ se Deum
esse ostendebat, quin etiam in ipso Calua-
riæ monte cruci tãta cum ignominia affi
xus suam ostẽdit diuinitatem, & hinc cau
sam intelligetis cur inter duos latrones cru
cifigi voluerit, potuisset enim ita res dis-
ponere, vt hinc D. Petrus illinc D. Ioãnes B
vna cum eo crucifigerentur, verum quia
nunc infinita sua potentia Sol obscurari,
terrã tremere, lapides collidi, & velum tem
pli scindi debebat, quia vero tanta erat Iu
dæorum malitia, vt si aliquem Sanctũ vi-
rum cum eo crucifixũ viderent, illi ea mi-
racula tribuissent, ideo inter duos latro-
nes mori voluit, vt infinitam suæ diuinita
tis potentiã manifeste cognoscerent, per
miracula, quæ latronibus adscribi nõ po-
terant. At verò in Circuncisione, diuini-
tatem suam omnino abscondisse videtur,
nulli enim hic Angeli, non stella, non Re- C
ges, nõ pastores adsunt, non tremit terra,
non obscuratur Sol, in oĩbus se peccatorẽ
ostẽdit, plorat, sanguinẽ effundit, circunci-
di se sinit, q erat peccati Medicina. Meri-
tò igit dicebamus hic maximè illud Isaię
adimpleri, vere tu es Deus absconditus.
O Dei charitatem admirabilem, o humili
tatẽ prędicandam, non modo enim se ho
minẽ nostra causa facere voluit, & tot pœ-
nas vnà cum humanitate recipere, sed pec
catoris etiam similitudinem non recusa-
uit. De Sãcto Ioseph legitur, quod cum
patris sui iussu ad fratres suos profectus
est, missus de valle Ebron venit in Sichẽ,
ibi cũ eos nõ inuenisset, sed ex eo loco re- Gen. 37
cessisse audiret, perrexit post fratres suos, D
& inuenit eos in Dothaim. Hoc (vt alia
multa sancti illius viri Ioseph) Dei filij fi-
gura fuit, q patris sui iussu in hunc mun-
dum venit, vt hoĩes fratres suos homo fa-
ctus viseret, & iis mederetur, peruenit ad
Sichem, idest, ad pœnã & hoĩes è Sichem
ad Dothaim, idest, à pœna ad culpam tran
sierant, quia ita se homines deprauaue-
rant, vt pęnas quas eis dederat Deus vt iis
pro peccato satisfacerent, eas in culpam
commutarent, fames peccati pœna est, sed
ab

A erant impleta sunt, ita etiam diuini huius nominis (quod suauissimum est oleum) virtutem ea tantum corda recipiunt, quæ humanarum rerum amore uacua sunt, & ideo fratres paruos istos affectus, cupiditates istas & ambitiones effundite, hæc enim est spiritualis circuncisio qua se homines disponunt ad huius diuini nominis uirtutem recipiendam.


Hæc sit fratres charissimi huius concionis peroratio unumquemque uestrum humiliter orare, ut quandoquidem primus
B hic anni dies est huic sanctissimo nomini dedicatus, quisque apud se firmiter statuat omnem posthac ineffabilis huius nominis iniuriam, periurium, & blasphemiam, tanquam rem Christianis indignam a seipso, & à familia sua prorsum tollere. Recordamini enim quod cum Dominus Euan-
Matt. 5. gelicam legem daret, dixit. Ego autem dico uobis, non iurare omnino, neque per cælum, quia thronus Dei est, neque per terram, quia scabellum est pedum eius, neque per Hierosolymam, quia ciuitas est magni Regis, neque per caput tuum iuraueris, quia non potes unum capillum albũ facere, aut nigrum, sit autem sermo noster, est est, non non, quod autem his abun-
C dantius est, a malo est. O Deus summe. Quantus verborum rigor; quãtaq; in hoc deprauatio est, cum præsertim nullum sit in iurameto lucrũ, neq; ulla honoris vtilitas aut corporis delectatio, quæ tria hominibus solent esse ad peccandum incitamenta. Ex quo infertur hac etiam de causa iuramentum grauissimum esse peccatum, eo quod eadem non habeat incentiua ut plurima alia vitia, sed deprauatam tantũ consuetudinem. Quare ut hoc vitium magno
Ecc. 23. post hac odio prosequamini audite quid de eo dicat Ecclesiasticus, vir multum iurans replebitur iniquitate, hoc est, iuramentorum usu se homines disponunt ut Deus
D eos in plurima peccata plorabi sinat. Concubinarium esse, vsurariũ, proximorũ detractorẽ, & alia huiusmodi uitia sæpe sunt pęna iuramentorũ. Subdit etiam, & nõ recedet a domo eius plaga, quot morbi, quot ignominiæ, quot damna hominibus accidũt in huius peccati pœnam? Timore igitur saltem fratres deterriti abstinete a iuramentis & & sãctissimum hoc nomẽ ut par est ueneramini & eo utimini nõ ut mẽdacia vestra confirmetis, sed vt hostium ue

strorum propellatis iniurias, ut diuinæ gratiæ in hac uita participes facti gloriam ur alia consequamini; Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

IN EADEM DIE Circuncisionis Domini.

Concio Secunda.

Postquam consummati sunt dies octo ut circunderetur puer, &c. Lu. 2. B



Anctus Propheta Isaias cum de admirabili uerbi diuini incarnatione ageret, con summatio (inquit) abbreuiata inundabit iustitiam, consummationem. n. & abreuiationem dñs Deus exercituũ faciet in medio oĩs terræ. Carebant res humanæ sua perfectione ultima, q̃ in Iesu Christo receperunt, & ideo incarnatio uocatur cõsummatio, dicitur aũt abbreuiata nõ q̃a infinitas diuinitatis abbreuietur & coangustetur, sed q̃a locus in quo habitauit angustus est & breuis. D Basilius ait, hoc incarnationis mysterium igne & ferro optime declarari, quia ut ignis ferrũ penetrat & incendit & in se quodammodo transformat, ita diuinitas humanitatẽ. Itaque hanc metaphoram sequendo, quia Deus se humanitati nostræ tãquam ignis ferro communicauit, Verbum diuinũ esse in humanitate dicimus singulari quadam ratione & longe ab ea diuersa qua est in omnibus creaturis, in quibus est per essentiam, presentiam, & potentiam, quod theologi illapsum generalẽ appellant, in iustis etiam alio illapsu particulari esse dicitur eis suã gratiam cõmunicando. In sola uero humanitate uerbum diuinum est alia ratione magis speciali, quia illi personale suum esset cõmunicauit, & ita humanitas subsistẽtiã in sua proprietate nõ habet, sed habet in proprietate diuina, ita ut idẽ omnino esse personale sit uerbi diuini, & sanctissimę humanitatis. Quare verbum diuinum hoc illapsu singularissimo, totam humanitatẽ implet & ambit, & interius penetrat plusquã ignis ferrũ. Quod si Deus uniuersam ignis sphærã in exiguo aliquo uase inclu-

Isa. 10.

C

D. Basil. li. de huma. Ch. gener.

D

A includeret rectè sphæra abbreuiata diceretur, ita etiam quia Deus totam suā diuinitatē in exiguo vnius infantis corpore inclusit, merito hæc ab Isaia abbreuiatio appellatur. & si plus etiā in hac cōsideratione ascendere vultis ingentē aliquam sphæram imaginamini cuius circunferentia termino careat, in cuius medio sit punctum (quod est circumferentiæ centrū) in eo aliquo modo infinitū circunferentiæ abbreuiatum, & contractū inuenietis, & ita geometræ mundi centrū, mundū abbreuiatū appellant, quia lineæ, quæ a circunferētia rectè ducunt, oēs in centro coniungunt, B & illā circunferētiæ quantitatē quodāmodo contrahunt. Eodē modo diuinitatem sphærā esse quādā infinitā dicimus, cuius centrū est humanitas instar puncti, lineæ, quæ a circunferentia ad centrum ducunt, sunt diuinæ perfectiones, q̄ viæ quædam sunt, vt sapiētia, bonitas, & iustitia infinita per quas Deus cognoscit, de quibus Salomon dixit, viæ eius viæ pulchræ, illę oēs lineæ, & viæ in cētro, q̄ est sanctissima humanitas coniungunt, quia verbū suas oēs

Colos. 1 diuinas perfectiones humanitati communicat, & ita D. Paul. dixit. Quia in ipso cō C placuit oēm plenitudinem habitare, & clarius infra, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, i. verè nō figuratiuè, aut per ænigma, solet. n. D. Paulus figuratum corpus appellare, quia figuram appellat umbrā, vt eodē capite cum de legis reb. loqueretur, quæ sunt vmbra futurorū, corpus autem Chr̄i. i. vmbrarū illarum corpus, est corpus Christi, quia corpus est vmbræ causa, quare cū omnis plenitudo diuinitatis habitet in illa humanitate corporaliter, i. realiter, merito puer hic sanctissimus appell. Deus abbreuiatus, hac de causa dixit Sanct. Isaias vere tu

Isa. 55. es Deus abscōditus, Deus Israel Saluator.

D Sed quamuis Deus humanam carnem assumens se abscondit, numquam tamen posteaquam è purissimis matris suæ visceribus prodijt, ita se abscōdit, vt hodierna

Phil. 2. die in circuncisione. Vñ D. Paul de incarnationis mysterio agens, illud pronunciauit his verbis in similitudinem hominū factus, & habitu inuentus, vt hō, habitum Sanctissimā humanitatem appellat, quia vt habitus est vestis, q̄ totū corpus tegens manus pedes, & vultū nudos relinquit, ita etiam quamuis diuinitas esset humanitate vestita nonnulla tamen mala remansere, ex quibus ea, quæ latebat diuinitas A apparebat. Abscondita erat in præsepio inter duo animalia iacens, sed ex Angelorum, pastorū, & regum adoratione, Deum esse apparuit, & in omni vitæ suæ cursu, lo quamuis pauper defatigatus, & contemptus videretur, miraculis tñ verū se Deum esse ostendebat, quin etiam in ipso Caluariæ monte cruci fixa cum ignominia affixus suam ostēdit diuinitatem, & hinc causam intelligetis cur īter duos latrones crucifigi voluerit, potuisset enim ita res disponere, vt hinc D. Petrus illinc D. Ioānes B vna cum eo crucifigerentur, verum quia nunc infinita sua potentia Sol obscurari, terrā tremere, lapides collidi, & velum templi scindi debebat, quia vero tanta erat Iudæorum malitia, vt si aliquem Sanctū virum cum eo crucifixū viderent, illi ea miracula tribuissent, ideo inter duos latrones mori voluit, vt infinitam suæ diuinitatis potentiā manifeste cognoscerent, per miracula, quæ latronibus adscribi nō poterant. At verò in Circuncisione, diuinitatem suam omnino abscondisse videtur, nulli enim hic Angeli, non stella, non Re- C ges, nō pastores adsunt, non tremit terra, non obscuratur Sol, in oībus se peccatorē ostēdit, plorat, sanguinē effundit, circunciditur se finit, q erat peccati Medicina. Meritò igit dicebamus hic maximè illud Isaię adimpleri, vere tu es Deus abscōnditus. O Dei charitatem admirabilem, o humilitatē prędicandam, non modo enim se hominē nostra causa facere voluit, & tot pœnas vnā cum humanitate recipere, sed peccatoris etiam similitudinem non recusauit. De Sācto Ioseph legitur, quod cum patris sui iussu ad fratres suos profectus est, missus de valle Ebron venit in Sichē, ibi cū eos nō inuenisset, sed ex eo loco recessisse audiret, perrexit post fratres suos, Gen. 37 D & inuenit eos in Dothaim. Hoc (vt alia multa facta illius viri Ioseph) Dei filij figura fuit, q patris sui iussu in hunc mundum venit, vt hoīes fratres suos homo factus viseret, & iis mederetur, peruenit ad Sichem, idest, ad pœnā & hoīes è Sichem ad Dothaim, idest, à pœna ad culpam transierant, quia ita se homines deprauauerant, vt pęnas quas eis dederat Deus vt iis pro peccato satisfacerent, eas in culpam commutarent, fames peccati pœna est, sed

ab

A ab ea ad culpam transierunt, quia cũ me
rendi eẽ potuisset occasio si paucis, & mo
deratis cibis contenti fuissent, ex ea culpæ
occasionem homo desumpsit, tot n, cibo
rum genera, & eos condiendi modos exco
gitauit, vt pœna in gulæ culpam sit com-
mutata. Sitis etiam peccati est pœna, quæ
aqua tantum, aut modico vino contenta
fuisset: sed homo hanc pœnam præterit,
et eam in culpam commutat, tot deficata
vinorum genera delectationis, & volupta
tis causa quærens. Nuditas peccati etiam
pœna est, sed ea etiam vili est panno con-
tenta, at homo hanc pœnam prætereiens
B mutauit in culpa tanta preciosarum ve-
stium pompa. Domo egere peccati est pœ
na, sed priscis temporibus quamuis homi
nes per octingentos, & mille annos viue-
rent paruulis tamen quibusdam casulis,
& tuguriis contenti erant, nunc verò hãc
pœnam mutantes in culpam, sumptuosis-
sima sibi palatia, & ædificia cõstituũt mar
moribus, & auro ornata. Seruis egere pec-
cati etiam pœna est, nunc verò tanta ser-
uorum turba mutatur in culpam, quos vt
alant violentia sæpè, & tyrãnide erga pau
peres vtuntur.
Ideo quam verè illud de hominibus di
C ci posset, vocabuntur termini impietatis:
Mala. 1. quia scilicet, quòd Spiritus sanctus præce-
Prou. 1. perat seruare noluerunt. Ne transgredia-
ris terminos antiquos, quos posuerunt pa-
tres tui. Temperantia illa in cibo, & potu,
in vestitu modestia, in ædificiis paupertas
qua antiqui illi patres mundi primordio
vsi sunt, limites erant, & termini itra quos
si se homines continere voluisset satisface
re pro peccato, & plurimum mereri po-
tuissent, sed consistere ibi noluerũt, et ter
minos illos immoderatè transgressi pœ-
nam, vt toties iam diximus, mutarunt in
culpam. O verbum cœleste. O Chr̄e Re-
D demptor noster, qui æterni patris iussu ho
mines quæris, et cum iam ad pœnam de-
ueneris nondum eos inuenisti, quia a pœ-
na ad culpam transgressi sunt, num tu ẽt
eo te conferes, & non inuentos in pœna
quæres in culpa? O ineffabilem bonitatẽ,
ita nos amauit, vt vlterius etiam progredi
voluerit, & ad culpam ea qua potuit ratio-
ne peruenire, quod erat peccatoris simili-
tudinem accipere se vt homines peccato-
res circuncidens, in quo etiam obedien-
tiam nos docere voluit, et legi nos debere
subijcere, cui ille, qui eã solutus erat parẽ- A
re non recusauit, & ita vbi nos legimus, fa
ctus est principatus super humerum eius, Isa. 9.
translatio Chaldaica inquit, & recipiet su-
per se legem ad seruandum eam. Primum
quod hominibus Deus præcepit fuit obe-
dientia, vt patet ex Genesi, vbi dicitur, ꝙ Gen. 2.
præcepit Deus Adæ ex oĩ ligno Paradisi
comedes, de ligno autem scientiæ boni, et
mali ne comedas. Vbi Diuus Augustinus D. Aug.
interrogat, dic mihi obsecco Dñe, arbor
quã creasti, aut bona erat, aut mala, si ma
la, cur a creasti? si bona, cur vetasti? Et sibi
ipsi respondens Dei nomine ait: Arbor ꝙ
plãtaui bona erat, sed eius fructum come B
di prohibui, quia cum Deus sim ex omni
parte perfectus volui ẽt hominib. cibum
abundè præbere, & quia homo ex anima
& corpore constat, ideò tam animę quam
corpori alimentum suppeditaui: corpo-
ri quidem cum dixi, de omni ligno para-
disi comede, animæ verò cum dixi, de li-
gno scientiæ boni, & mali ne comedas, hu
ius enim præcepti obedientiã pro animæ
cibo tradidi. Ex quo videris obediẽtiæ p̄-
stantiam, quæ virtus omnium prima fuit
ad animam alendam a Deo homini data Ioan 1.
in statu illo innocentiæ, & Christus Re-
demptor noster dixit discipulis suis, meus C
cibus est, vt faciã voluntatem eius, qui mi
sit me. Iactare se solent principes in corũ
mensa eosdem cibos apponi, quæ in Re-
gis mensa apponuntur. Si igi[illegible] Iesus Chr̄s
Rex vester est, & Regum Rex, cur nõ eo-
dẽ cibo vesci gloriosũ vobis existimatis?
Eius autem cibus, vt audistis obedientia
est. Præclare D. Paulus obedientiæ p̄stan- Heb. 5.
tiam exaggerat de Redempt. Nostro lo-
quẽs his verbis, & quidem cum esset filius
Dei didicit ex ijs, ꝙ passus est obedientiã,
& consummatus factus est omnib. obtẽ-
perantibus sibi causa salutis æternæ, idest,
obedientiæ præstantiam visu expertus est. D
Quam præclara res est propriã abnegare
voluntatẽ, in castitate negatur voluptas,
in Spiritus paupertate auaritia, in mãsue-
tudine ira, at verò in obedientia hõ seip-
sum abnegat, quæ difficillima res est, & p̄-
stantissima. Cũ Moyses in Aegyptũ vnà Exo. 4.
cum vxore, & filijs proficisceretur, & esset
in itinere in diuersorio, occurrit ei Domi-
nus, & volebat occidere eũ: O pietatis, &
misericordiæ Deus, cur hominem occide
re vis, qui propriam domũ relinquens in
Ægy-

A Ægyptum ut tibi pareat tanto cum labore proficiscitur? Nimirum quia tũc grata illi obedientia non est, cum in ijs tantum rebus illi obtemperas, quæ nihil tua referunt, in ijs uero quæ repugnantiam quan dam uoluntatis habent, parere recusas. ita scitur Deus Moysi in Aegyptũ proficisci, & ti quamuis eo proficisci iussisset, quia ibat una cum eo filij, quos circũcidere ut De⁹, imperauerat recusabat, eo qd plus apud eum uxoris amor posset, quæ hoc fieri nõ patiebatur, quam diuinæ legis præceptũ, & ideo fratres intelligite i omnibus Deo esse obtemperandum, ut grata illi obe-

B dientia sit.

Circuncidi præterea uoluit ne ab Hebræis posset tãquam legis transgressor accusari & a populo Israelitico eijci tanquã gentilis & idolatra, inter cæteras enim circuncisionis causas hæc fuit, ut Hebræi a Gentilibus distinguerentur: & ita aiebat Deus, ego Deus vester qui separaui uos a cæteris populis, & paulo inferius, eritis mi hi sancti, quia sanctus sum, ego dominus,

Leui. 20 & separaui uos a cæteris populis ut essetis mei. Attẽdite ut eorũ omnium quæ illis præcipiebat finis erat diuinæ puritatis & sanctitatis imitatio, & præterea vt a cæ-

C teris gentibus dignoscerentur. Quod si Hebræos a gentilibus differre Deus uolebat, quanto mag s a nobis hoc postulabit? quos maioribus affecit beneficijs: hoc ar

Rom. 6. gumento sanctitatẽ Diuus Paulus Christianis suadet, dicens: peccatum uobis nõ dominabitur, non enim estis sub lege, sed sub gratia: causam autem afferens ait. Cũ essemus in carne, passiones peccatorũ quæ per legem erant uigebant in membris nostris ad fructificationem mortis, nunc autem soluti sumus a lege mortis in qua detinebamur, ita ut seruiamus in nouitate spiritus; quasi dicat, lex illa quæ peccata prohibebat, nõ dabat spiritum, lex autem

D euangelica cælesti uirtute opprimit & frãgit peccatum. Et ad idem nos hortatur dicens: Hoc itaque dico fratres, atque testifi

Ephe. 4 cor in domino, ut iam nõ ambuletis sicut gentes quæ ambulant in uanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum propter ignorãtiam quæ est in ipsis, propter cæcitatem cordis eorũ qui desperantes, semetipsos tradiderunt in operationem immunditiæ omnis in auaritiã. Notate uerbum illud, qui desperantes, idest q fidei luce & cœlestium bonorum spe destituti, cũ nullã aliã esse uitam crederent, nihil esse sperandum, nihil timẽdum, omnibus se voluptatib. tradiderunt, auaritia tanquam medio utentes, ut haberent qd in uitia possent insumi, & tantũ uitæ amittti existimabant, quantum uoluptatib. detrahebatur. Vos autem (inquit) non ita didicistis Christum, hoc est sublimiorẽ Philosophiam profitemini, alium uobis finẽ propositum habetis, alia fide, alia spe, alio spiritu erudimini. Quid igitũ erit si in ea le- B ge quam profitemur tam lasciui, tam ambitiosi, tam auari, & plus fortasse q̃ gentiles sumus? O Deus æterne, qui tuus populus vocamur, gentilium more uiuimus. Equidem præstare dico ut nos terra viuos dehiscat, quam te pijssimum & clementissimum patrem tot iniurijs afficere, nisi nos emendamus.

Hac igitur de causa quia iusserat Deus circuncidi Hebræos ut a Gentilibus differrent, conueniens fuit, ut uerus hominum magister se cum cæteris conformaret, ne vt incircuncisus reijce posset: ideo postq̃ cõsummati sunt dies octo circuncisus est. C Pati festinat q a maximo salutis nostræ desiderio ardebat, nos uero pigri & lenti in nostra salute sumus, cum tamen de uitæ termino simus incerti. Quam utile esset Eccle. 9. fratres ea Ecclesiastici uerba in animis habere impressa. Quodcumque facere põt manus tua instanter operare, quia neque opus, neque ratio, neque sapientia, neque sciẽtia erunt apud inferos. Ponderate quæso unumquodque uerbum, sunt enim. referta mysterijs. Quodcunque inquit, hoc est, ne sis hoc uel illo contentus, sed q̃cqd facere potes instantes, tibi faciendum est. Manus tua dixit, quia scilicet, salutis no- D stræ negotia aliorum manibus relinquenda non sunt, aut heredum uoluntati, magna enim stultitia est existimare ut qs maiori erga te pietate, quam tu ipse, utatur. Addit, quia neque opus, neque ratio erũt Eccle. 1. apud inferos, sed ut ipse ait, ubicumq; ceciderit lignum, ibi erit. Solet autem in eã partem cadere, in quam erat inclinatum. Stat in sylua arbor uetustissimis humi fixa radicibus, q̃ rusticus securi nunc hos, Simile. nunc illos ramos amputans uehementissimis ictibus ferit, nutat arbor & nunã inclinato uertice minatur, peto in quã partem cadet? profecto in eam, in quam inclinatur,

A natur. O homo tristis es arbor, tempus autem tibi nunc dentes, nunc oculos, nunc pulchritudinem, nunc uires amputat: tu uero quasi nuda arbor & suis spoliata ramis nutas & ruinam promptus minitaris, quo cades? profecto in eam partem in quã inclinaris, ideo dum datur tempus ad uirtutem inclinare, eam propere & libenter exercere & in eam partem diuinæ misericordiæ auxilio casurum te esse confide.

Super hæc uerba, *Postquam consummati sunt dies octo, ut circunciderétur puer*, Notari potest qđ spiritualis iustorũ circũcisionis terminus breuis est, malorum uero, cũ sua debent uitia circũcidere de die in diem differtur. Hoc Diuus Stephanus in Hebræis reprehendebat dicens: Dura ceruice & incircũcisi cordibus & auribus, uos semper Spiritui sancto resistitis. Iubebat Deus, circuncidite præputia cordis uestri. Quæ quidem circuncisio est etiã his temporibus & erit usque ad uniuersalis iudicij diem necessaria, quamuis altera illa carnis cum lege cessauerit. Dicite enim obsecro dilectissimi si quis esset qui nũquam sibi ungues secaret, nõ capillum tõderet, non lauaret faciem, non oculos, nõ aures, non nares, nõ dentes purgaret a sordibus, qualis nam uideretur? Apage rem tam sordidã, syluestre potius aliquod animal quam homo uideretur. Vtinam Deus mẽtes uestras illuminet, ut per hoc intelligatis quãta sit spiritualis huius circũcisionis necessitas ne Dei oculis monstra aliqua & syluestres belluæ uideamini. Secate, secate fratres charissimi iracũdiæ uestræ vngues, qua proximos uestros sæpe laceratis, secate bonorum temporalium capillos restitutione & eleemosynis, mundate murmurationum dentes, conscientiæ faciem, & turpium affectuum pedes, uestris lachrymis & uera pœnitentia lauate, in his enim rebus spiritualis circuncisio consistit. Vt circũcideretur puer, nõ ait ut circunciderẽtur rex regũ & gloriæ princeps, sed puer, pueri nomine omnipotens dominus contentus est, pueri nomine omnis diuinæ maiestatis altitudo includitur. Vbi, ubi reuerendissimi, illustrissimi, regiæ maiestatis & cæteri manes hominum tituli? Vnum hoc humillimum nomen hominum superbiam & stultitiam cõdemnat, quæ nunc inter Christianos plus uiget, quã ullo unquam tempore inter ipsos Gentiles inualuit. Quis est qui non illustrem se appellari uelit? quod si in literarum quæ ad eum scribuntur titulo, non apponitur, non modo eas legere non vult, sed neque aspicere. Neque hoc mirum uideri debet, nã in ipsis sepulchris, vbi uermes quidam sint ostendunt, titulos aureis literis inscriptos apponuntur. Vocauerũt nomina sua in terris suis, ait Dauid. Hinc in terris sunt illa hic terris hominibus datis, gloriosis hic nominibus appellãtur, qui in terris eorum qui uiuunt, nullum fortasse nomen habebũt: sed tãquam ignoti a Deo terribili illa uoce reijcientur: nescio uos.

Acto. 7. — B — Deute. 9 & 10. — Simile. — C — D — Psal. 48.

Puero igitur isti sanctissimum hoc nomen Iesus impositum est, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum, ut D. Paulus ait. Ita enim sublimari debet humilitas. Iesus Saluatorem significat, & ut admirabile Dei artificium in hoc nomine imponẽdo intelligatis, Notate quod inter cætera quæ diuinæ maiestati maxime grata sunt, est gratitudo, & ut anima Deo grata sit, plurimum confert diuinorum beneficiorum memoria, quæ in ea amorem excitat & incendit. De Phœnice naturales historici referunt unam tãtum esse, & in Arabia viuere, eam senescẽtem naturali quodam instinctu, in sublimi aliquo monte, casia thurisque ramulis construere nidum, & quamplurimis replere odoribus, eum mox ascendere, & expãsis alis expectare donec solis calorem congesta ligna concipiant, & ita ibi tanquam in funeris rogo comburi, & cinerem fieri, ex quo uermiculum quendam nasci, mox fieri pullum, & tandem nouam Phœnicẽ existere. Vniuscuiusq; anima merito Phœnix uocari potest, quia ita Deus unã quãque æstimat, ac si una tãtum & sola esset, neque ulla alia in uniuerso terrarum orbe inueniretur. Et ita. Vna est columba mea. Hæc igitur anima si renouari optat, & diuino amore incendi, ad diuinorum beneficiorum montem consideratione ascendat, & in ijs tanquã in nido Phœnix collocata uoluntatis alis expansis, suspirans & plorãs suã ingratitudinẽ diuino illo comburetur incendio, & in perfectæ humilitãtis cinerem commutabitur, ex quo renouata, grata & beneficiorum memor tanquam noua Phœnix exister, nunqam Deo gratias agere cessãns. Optime hoc intelligebat

B — Phili. 2. — Simile. — C — D — Cant. 6.

A geba David, & ideo aiebat. Benedic ani-
Ps. 102. ma mea domino, & omnia quæ intra me
sunt nomini sancto eius. Ut domino bene
dicam, quid mihi faciendum est anima re
spondet. Noli (inquit David) obliuisci om
nes retributiones eius. Retributiones, ut
D. Au. D. Augustinus declarat, significant ea, qui
bus Deus accepta remunerat, & compen-
sat. Retribuere enim est, compensare & re
muntrare, & ut uulgo dicimus (*Dar en re-
torno.*) Sed quid nam nos Deo damus quod
dignum remuneratione sit: quid damus
præter offensiones & iniurias? O admirabi
lem loquendi modum, quo ineffabilis Dei
B misericordia significatur. Perinde enim
est, ac si diceret David: Noli obliuisci ani
ma mea quod cum Deum tot affeceris in
iurijs tunc cum te inferni pœnis punire de
beret, tuas iniurias & peccata innumeris
remunerat beneficijs. Addit, qui propitia-
tur omnibus iniquitatibus tuis, &c. Qui
coronat te in misericordia & miserationi
bus quasi dicat septam te beneficijs tenet,
ne ab eius amore & obedientia discedere
possis: non adimit libertatem, sed si lapis
aut diabolus non esses, acceptis ab eo be-
neficijs ita teneri deberes quasi septa & in
Gen. 3. clusa; ut adempram tibi ad peccandum li
C bertatem existimandum esset. Nam si san
cto illi Ioseph accepta a domino suo bene
ficia libertatem sibi ademisse uidebantur,
ne eum posset afficere ignominia, & ita la
sciuæ illi mulieri respondit: Quomodo pos
sum hoc malum facere & peccare in domi
num meum? quanto magis tibi animæ luę
peccandi adempta potestas uideri debet?
Profecto si nō tibi ita uidetur, hoc est quia
retributionum eius obliuisceris.

Cum igitur beneficiorum memoria tā
ta, sit (ut diximus) efficacię, attende admi
rabilem Dei prouidentiam, qui filio suo
hoc nomen Iesus, id est Saluatoris impon
D uoluit, ut nomen ipsum nobis in memoriā
reuocaret labores, quos ut nos saluaret
passus est, & oīa redemptionis nostræ be-
neficia. Hoc sanctus Isaias multo ante prę
uidens aiebat. Nomen tuum & memoria
le tuum in desiderio animæ meæ, id est, ni-
hil plus anima mea desiderat, nulla re ma
gis incenditur, quam sanctissimi nominis
tui memoria, O suauissima uerba, q̄ unus
quisq; nostrum uere & ex corde dicere de
beret. Nomen (inquit) tuum & memoria-
le tuum, quia hoc nomen Iesus est bene-

ficiorum omnium, quæ ab eo accepimus A
memoriale. Ex quo infertur, quonā amo-
ris & gratitudinis affectu hoc suauissimū
nomen pronunciandum sit. Si eum quis
magni alicuius pelagi fluctibus pene ob-
ruerent, natator aliquis nudum se ad opē Simile
illi ferendam in undas proijceret, & ma-
gno cum labore & pro fœdatus ad littus ex
traheret, quonam amore, quanta cum gra
titudine in suffragij periculo liberatus, libe
ratorem suum aspiceret & alloqueretur?
Cum homo in magno naufragij periculo
uersaretur, clamabat a Deo petens auxi-
lium dicens: Saluum me fac Deus, quo-
niam intrauerunt aquę usque ad animam B.
meā: infixus sum in limo profundi, & non
est substantia, i. nullum est fundamentum
cui inniti possim nisi tu tuo faucas auxi
lio. Proiecit se Deus in istius miseriæ pela-
gū sua quasi maiestate & dignitate nuda
tus, & in eo triginta triū annorū spatio na
tans ad littus, & gratia (quādo in cruce fuit
positus) egressus est. O Christe Dei fili, quis
te cœno sordidauit? quis pulchritudinis
tuo florem fœdauit? quia sicut nudum tanquā
natator, ut hominem æterna morte libe-
rares, hæc ignominias recipere uoluisti: Er
go quoniam amoris affectu nostrum hūc
Saluatorem debemus aspicere? quanta C.
cum ueneratione, eius nomen sanctissimū
appellare, in quo omnia quæ pro te passus
est includuntur?

Sunt in Hispania nonnulla collegia in-
stituta, ut pauperes homines alant, qui li-
teris uacent, & inde ad totius regni guber
nationem admitti possint. Hi oēs collegę
in more positum hēnt, ut cum eius nomē
audiunt qui collegiū instituit in gratitudi
nis & uenerationis signū caput detegant.
Quid igitur nos facere æquum erit, cū san
ctissimū hoc nomen Iesus audimus, a quo
tot bona, & tam accepimus, & in posterū
expectamus? Considerate fratres charissi D
mi beatos illos qui Deo in cœlo perfruun
tur, & inde eorum tormenta uident, qui
teterrimis inferni pœnis torquentur, quia
ut dicitur. Erunt ad uisionem omni car-
ni: cum inde horrorem illum contemplan
tur, & tot ac tanta pœnarum genera, & se
non modo ab omnibus liberos uident hu
ius Saluatoris Iesu Christi meritis, sed in
magna etiam fœlicitate positos, quas illi
gratias agere existimatis? quanto cum
amore laudes illi, & hymnos decanta- Dan. 3.
bunt.

bunt? De tribus illis pueris legitur, quod cum flammas sibi parcere animaduerterent, tanto diuino amoris igne incensi sũt ut omnes cæli terræ & maris creaturas, ut Deo benedicerent inuitarent, dicentes. Benedicite omnia opera dñi domino, laudate & superaltate eũ in secula. Quid igitur eos facere existimamus, qui æterno se igne liberos uidẽt, & in æterna gloria collocatos? Itaq: cur non in hac uita alterius uitæ laudes præcinere incipiemus, & sanctissimum hoc nomen omni, ut par est, cura & studio glorificare, cœlestes illos & beatos illos spiritus imitantes? Sed heu dolor,
B quomodo impudentiæ nostræ non pudet? Mundi enim principes, quanta cũ ueneratione nominamus *Esto mãda la Magestad Imperial, esto dize la Serenidad Real esto hizo su Alteza, o su Ecelencia del Duque*) solum sanctissimum Dei numen nulla ueneratione, nullo nominatur
Mat. 16 honore. quod neque impius ille Caiphas facere ausus est, qui dixit; Tu es filius Dei benedicti: Attendite quanta cum reuerentia Diuus Paulus de Deo loquatur, quem fere semper addere inuenietis, qui est benedictus in secula. Vos autem sacrilegi passim quocũque in loco, quin etiam
C inter uestras sæpe turpitudines & scelera Dei nomen ore sordidissimo usurpatis, ac si aliud quodcunque nomen esset, ita enim simpliciter Christum dicitis, ac uulgaris alicuius & infimi hoĩs nomen. O horribilis impietas, ô ineffabilis Dei patientia, qui hoc patitur. Nos uero hæc nulla admiratione tanquam omni sensu carentes audimus, uel tanquam nullam haberemus fidem. Alii ita sunt deprauati ut Dei nunquam recordari uideantur, nisi peierent magna cum sanctissimi huius nominis iniuria. In Exodo dicitur. Non
Exo. 20. assumes nomen Dei tui in uanum. As-
Psal. 14 sumere Hebraice, exprimere & pronun-
D ciare significat. Et ita ubi dicitur. Qui opprobrium non accepit aduersus proximos suos, significat, qui opprobrium non protulit aduersus proximos suos. Quot igitur in uanum sine ulla necessitate, sed praua tantum consuetudine & temere sanctum Dei nomen iurando usurpant? At moneo uos fratres charissimi, quod qui pessima hac prædíti estis consuetudine, in condemnationis statu uersamini. Et ita quemadmodum concubinarius nisi occasionem tollat, absolui non A
potest, ita neque qui passim temere iurat, nulla rei & causæ habita ratione, sed prius apponẽda illi est medicina aliqua ꝑ sen uatrua, personæ qualitati conueniens, alio enim modo si absoluatur, mortaliter peccatur. Per clementissima Iesu Christi ui- uA.
scera obsecro uas dilectissimi, ut hæc quę a me uobis pii animi affectu dicuntur, in cordibus uestris collocetis, ne pestifera huius ueneni labes ea possit inficere. Scire tamen uos uolo, quod ea domini nostri uerba non iurandum omnino, ita intelligen
da sunt, ut nostra uolũtate iurare nolimus Matt. 5.
neque hoc faciamus, nisi necessitas postulet, & ut intelligatis quanti facerent B
ueteres Gentiles iuramenta, referam, quod Valerius Maximus de Marco Atilio Regulo narrat, nam cum in pugna quadam Char Val. Maximus.
thaginensium captiuus factus esset, & plures item Charthaginenses Romanorum, decreuerunt Charthaginenses Marcum Attilium libertate donare, ea cõditione vt Attilius cum Romano senatu de Carthaginensium libertate ageret, quod cum se præstare pollicitus esset, diis se Charthaginẽ rediturum esse iurauit. Romã profectus cum senatu de captiuorum permutatione egit, quam cum senatus non probasset eo quod Attilius senex esset, & Reipublicæ inutilis, Carthaginensium autẽ captiui C
iuuenes & militię idonei, Charthaginẽ, vt quod iurauerat, præstaret, reuersus est, ubi quatuor equorũ caudis vinctus discerptus esse dicitur. Satis ne hoc probare potest quanti Gentiles illi æstimarent iuramentum falsis diis præstitũ. Nos uero Christiani ea, quæ uero & immortali Deo fiũt ita contemnimus, ut quam faciles ad iurandum sumus, tam faciles simus ad datam iuramento fidem frangendam. Discite igitur ab Ethnicis nisi a bonis Chri
stianis discere uultis iuramẽta plurimi facere: quanquam (ut dixi) sine magna necessitate præstanda non sunt. Assuescite D
etiam sanctissimum Dei nomen magna cum ueneratione pronuntiare, aliquo semper honoris additamento, ut Christus Dei filius Iesus Saluator noster, Deus dominus noster, ut uerbis cordis amor excitetur, & ita diuinam gratiam acquiratis, & postea gloriam ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

A

IN EODEM DIE Circuncisionis Domini.

Concio III.

Postquam consummati sunt dies octo ut circuncideretur puer. Luc. 2.

1.Re. 17 De Gigante illo Goliath legitur, q; stās clamabat aduersū Phalangas Israel & dicebat: Eligite ex vobis virū & B descendat ad singulare certamen, & ita exprobrabat agminib Israel. Israelitę aūt stupebant & metuebāt nimis, & nemo in cāpum audebat descendere, donec venit Dauid qui erat adolescens rufus & pulcher aspectu, & quamuis Saul suis eū armis induisset, non tamen illis Gigantem superauit, sed quinque lapidibus de torrente electis & funda. Hoc totum generis humani figura fuit, cui cum diabolus exprobraret, neque quisnam cum eo pugnare auderet, uerus Dauid Iesus Christus à coelo cum hoc Gigāte pugnaturus aduenit, qui C quamuis Saulis arma induit, hoc est legis cęremonias, cum nimirum circuncidi octauo die, & quadregesimo in templo praesentari uoluerit non tamen diabolum his armis, licet infiniti meriti, uoluit superare, sed quinque illis lapidibus è sanctissimae suae passionis torrente selectis, qui fuerunt sacra eius vulnera, & preciosissima mors: ita ut quamuis nos potuisset circuncisione redimere, quia meriti fuit infiniti, maluit tamen hoc ipsi passioni mortique tribuere. Quod cum ita sit cur circuncidi voluit, qui redempturus nos circuncisione non erat? Respondetur hominē factum esse, non modo vt Diabolum superaret, ve D rum etiam ut mundum debellaret, & carnem, & una etiam dux noster esset & praeceptor, ut per Isaiam ęternus Pater promiserat, dicens; Ecce dedi eum ducem ac praeceptorē gentibus, prius ducem futurum es Isa. 55. se ait, mox praeceptorem, quia dux praeire solet, & primus omnium hostium incursus excipere O coelestis Dux & magister Iesu Christe, qui sanguinem prius effundis, q̄ praecepta tradas, immo antequam loqui posses, vt scilicet, prelatos doceres prius exē plo quam uerbis docendum esse. A

Sed peto cur Ducē aduenisse dicimus, ut ne bellum inferret, cū Angeli in eius ortu cecinerint, & in terra pax hominibus? Dico hoc rectissimè dici, quia pacem bonae uoluntatis hominibus attulit; Daemoni verò & eius sectatoribus bellum: pacem dixi bonae voluntatis, quia ita haec verba intelligenda sunt, ut non ad homines, sed ad pacem referantur, ut adnotauit Beatus Cy 1.Cypr. prianus sermone de Natiuitate Dñi, q ut amphibologia tolleretur, trāstulit, pax bonae volūtatis datur hominibus, vt haec pax à mundi pace distingueretur, quae à bona voluntate non nascitur. Diabolus potentissimus hominum hostis tres militum or B dines habet, qui quidem illi sunt de quib. Diuus Ioannes dixit: Omne quod est in 1.Ioā.2. mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitae, hos etiam ordines tres illi dentium ordines si- Dan. 7. gnificabant, de quib. Daniel. Ecce (inquit) bestia alia similis vrso, & tres ordines erāt in ore eius & in dentibus eius; & sic dicebāt ei; Surge comede carnes plurimas, haec bestia diabolus est, cuius cibus sunt homines carnales, quos in hac uita trib. his dentibus mandit, scilicet, superbia, auaritia, & luxuria, sed cauete ne uos aliquādo degluC tiat, quia si semel vos in infernum stomachū immittit, nullum postea salutis uestrae remedium erit. Nunc enim in hac uita peccatores qui in peccato versantur, sunt tanquam cibus qui dentibus manditur, q faci le expui potest, & hinc intelligetis, cur Episcopis baculum in consecratione tradūt qui dentiscalpij figuram habet, quo significatur eius munus esse Diaboli dentes scalpere, & ex ijs doctrina & exemplo peccatores extrahere. Quę enim ita fuit conueniens fuit, ut Dei filius qui hos Sathanae ordines superare debebat, reb. se cōtrarijs armaret, paupertate scilicet, quae est D auaritiae contraria, humilitate superbiae inimica, labore et dolore q̄ turpitudini sēsuali repugnant, et ita statim ac mundum ingressus est, pugnam aggreditur, quod praedixit Propheta Isaias, dicens; Ecce Isa. 17. Dominus ascendet super nubem leuem, et ingredietur Ægyptum, et mouebuntur simulachra Ægypti à facie eius, ubi ut D. Hieronymus notat, si literae tantum sen- D.Hier. tentiam spectaremus hoc verum non esset, sed per nubem sanctissima significatur huma-

A humanitas leuis, quia nullo fuit onerata peccato: hac uerbum diuinum contectum mundum ingressus est, & statim omnia sunt Idola concussa. Diuitum idolum auaritia est, superbi ambitio, sensualis uoluptas, quæ omnia Idola sunt uerbo diuino in Ægyptum, idest, mundum ingrediente prostrata, quia scilicet, plurimi hæc uitia contemnere, & abijcere eius imitatione cœperunt. Hac enim de causa statim suæ uitæ initio tãtam sibi paupertatem in stabulo nascens elegit: tantum se demisit & humiliauit, circuncidi se sinens, quod erat originalis peccati remedium, & corpus suũ delicatissimũ uulnerari, & tot affligi

B pœnis uoluit, ut paupertatem, humilitatẽ, & corporis laborem suo doceret exemplo. Iussit Deus, ut aduersus Madianitas dux Gedeon illos tantũ eligeret, quos in

Iud, 7. fluminis transitu aquam manibus potare uidisset, eos autem reijceret qui flexo poplite biberent, eos quos elegisset lucernas uacuis lagenis inclusas manib. tenere præcepit. Quod cum ita factum esset, & ad pugnam omnes essent parati, Gedeõ autem omnes monuisset, ut quod se facere uiderent, omnes identidem facerent, confregit dux hydriã, & eius imitatione milites quo

C que confregerũt suas, & ita fractis hydriis & accensis lucernis inimicorum copias superarũt. Hoc ipsum cælestis hic dux Iesus Christus præstitit, qui eos tantum sibi milites elegit, qui honorum temporalium aquas manibus tantum bibunt, non qui se in eas toto corpore dimittunt, idest, qui ex ijs necessaria tantum desumũt, hos autem lagenas manib. suis tenere iubet, hoc est corporum suorum & affectuum dominos esse, his lucernas habere inclusas, idest, animas gratias & amore incensas, & quemadmodum lagenam suam confregit cum corpus suum sanctissimum hodier-

D na die in circũcisione uulnerari, & postea tot pœnarũ & tormẽtorum generib. lacerari permisit, & prorsus in cruce confringi. Idem etiam nos præstare uult, dicens: Quod me facere uideretis, hoc facite, ut scilicet tentationis tempore, quod pugnæ tẽpus est, nostra corpora ieiunijs, cilicijs, & uerberibus frangamus, ut fractis corporibus emicent animæ charitate accensæ, quibus inimicorum oculos perstringentes eos eius imitatione uincamus.

Fuisse autem illam Gedeonis uictoriã huius Domini uictoriæ typum propheta A

Isaias satis aperte manifestat, ubi eum de Isai. 9.

gloriæ rege Iesu Christo ad literã loquens dixisset: Lætabuntur coram te sicut lætantur in messe, sicut exultant uictores capta præda, quando diuidunt spolia. Subdit statim. Sceptrum exactoris eius superasti sicut in die Madian: quasi diceret, O Rex Messia domus Israel Dux, tui nam tuas uictorias, tua trophæa, & res præclarissime gestas cõparẽ nescio, nisi uictoriæ illi quam Gedeon de Madian reportauit, quandoquidem sanctissimi tui corporis hydriam confringens, hostes tuos superasti. Discãt igitur hinc prælati, & principes, B

eorum munus esse subditis suis exemplo præire, ut eos cæteri sua excitati imitatione sequamur. Cum Ioas Rex Israel ab hostib. se suis uideret obsessum, Eliseum mo- 4. Re. 13

riẽtem adiit, & plorãs clamare cœpit. Pater mi, Pater mi, currus Israel & auriga eius. Quasi diceret, tua nos sanctitate gubernabas, & tuis meritis corã Deo muniebas, plus enim sanctus ille uir ad regni præsidium, quam omnes currus & eqites, omnesque armatorum hominum phalanges conferebat, & ait illi Eliseus; Affer arcum C

& sagittas, & cum attulisset, dixit ad Regẽ Israel. Pone manum tuam super arcũ, & cum posuisset, super posuit Eliseus manus suas manibus Regis, & ita sagittam iecit. Caniere autem propheta cœpit Sagitta salutis Domini, & sagitta salutis contra Syriã, quo significatur, quod si prælati principes & patres manus inferiorum suorum manibus super imponerent, ea prius præstando quæ iubent, maiorem haberẽt uim ictus aduersus diaboli tẽtationes, sed illorum plurimi præcipere tantũ uolunt, manus autem superimponere eorum quæ iubent exercitatione recusant, & ita subditi, pigri, & lenti in uirtute sunt, qui uti D

nam quando quidem bona in iis exempla non uident, saltem non uiderent mala. Sed quo feruore et spiritu ad uirtutem animabitur subditus, si eum qui præest propriam tantum utilitatẽ spectare uidet, & argenti uiui instar esse, quod appellamus (*Azogue*) cuius, ea est proprietas, ut Simile

quicquid in illo deiciatur quamuis ferrum sit et plumbum, in eo natet præter aurum quod in fundum deprimitur, ita etiam malus Princeps & prælatus tanquam argentũ uiuum nunquam quiescit,

in

A & in eius corde omnia natant, nihil intus penetrat præter aurum, non fidelitas, quā suo debet officio, non amor quem subditus debet, non ueritas, non suæ salutis solicitudo, quia nihil horū ex corde, & animo facit, solum aurum & lucrum cor penetrat, quia hoc solum spectat & amat. Et ita ubi
Isa. 3. Deus Hebræis per Isaiam minatur, dicens: Effœminati dominabuntur eis, septuagin
Theod. ta interpretes, & Theodoretus transtulerunt, illusores dominabūtur eis, quo significatur sæpe in peccatorum nostrorum pœnam homines nobis dominari sensuales, qui munus suum non serio, sed tanquam
B per iocum exercent. Has miserias sua etiā
Phili. 2. ætate deplorabat Apostolus, qui aiebat: Neminem habeo tam vnanimem, qui syncera affectione pro uobis solicitus sit, omnes enim quę sua sunt, quærunt, nōn quæ Iesu Christi, quod si hoc Diui Pauli tempore erat, quid de nostris hisce temporib. dicendum erit? Cauete igitur obsecro uos fratres charissimi, ne illis, qui uestro subijciuntur imperio, vestro exemplo peccandi
2. Ma. 6. præbeatis occasionē, æternis enim supplicijs pęnas aliquando dabitis. De Eleazaro legitur, qui unus erat de primoribus Scribarum uir ætate prouectus, quod cum porcinam carnem comedere, mortis pœna p-
C posita compelleretur, mori maluit quam comedere, & cum eius amici iniqua miseratione commoti carnes quasdam afferri iussissent, quæ porcinæ carnis similitudinem habebant, vt ita Regem falleret, & mortis periculo liberaretur, respondit, præmitti se velle in infernum, nō enim (dixit) ætati nostræ dignum est fingere, vt multi adolescentes arbitrantes Eleazarum, nonaginta annorum transisse ad uitam alienigenarum, & ipsi propter meam simulationem, & propter modicū corruptibilis uitæ tempus decipiantur, & per hoc maculam atq; execrationes meæ senectuti conquiram,
D nam etsi in pręsenti tempore supplicijs hominum eripiar, manum Omnipotentis, neque viuus, neque defunctus effugiam. O venerabilis senex, cui tantam Deus fortitudinem, & prudentiam præbuit, ut non modo quod prohibebatur, sed quod eius habebat similitudinē præstare recusaret. Pudeat nos qui in gratiæ lege uiuimus audientes, quā seueri essent eorum temporum senes, vt in omnibus virtutis, & integritatis exemplum iuuentuti imitandum relinquerent, nos vero non modo virtutū A
exempla prębere, sed vitiorum etiam nos sæpe duces efficimus.

Voluit præterea Christus Redemptor noster, vitæ suæ initio sanguinem effundere tanquam mercator, q mercatus initio mercium, quas empturus est arrham relinquere solet, & peracto iā mercatu omnia simul soluere, & ita cum Dei filius ad huius uitæ mercatū animas empturus uenisset, uoluit statim tanquam arrham, & pretij initium circūcisionis sanguinem dare, quē postea totū in cruce affusurus erat redēptionis pretiū ęterno Patri persoluens, & id omne quod Adæ peccato amiserat, B
amiserat autem vniuersos homines, & ita vitam & sanguinem sibi ipsi dedit, q etiā vt homo cæteris omnibus hominib. præstabat. Ex quo colligere possumus, quod cum hæc uita mercatus quidam sit, & nos Simile.
omnes qui uiuimus negotiatores, qui ad hūc mercatum conuenimus, mercatores imitemur, qui anno peracto suas rationes colligunt, vt quid lucri, quid damni sit appareat, & mox noui anni initio nouū sibi librum conficiunt, ita & nobis faciendum est, conscientiæ liber euoluendus, et num lucrum damno sit maius uidendū, vereor, enim ne si hoc facias maius esse damnum C
comperias, ita vt merito plorare, & dicere possis. Me miserum, quam male mihi in hoc mercatu successit, superiori anno malus, hoc vero deterior, superiori anno carnalis, nunc concubinarius, superiori anno lusor, nūc lusor, periurus, et detractor, heu quid faciam? alium et aliū annū transiens tanquam noriæ rota, in eodem semper loco hæreo, quā assidue exhauriēs, nec concupiscentia carnalis arescat. Hoc sanctus Hieremias deplorabat, dicens Dei nomi- Hier. 9.
ne: Confortati sunt in terra, quia de malo ad malū egressi sunt, et me non cognouerunt, dicit dñs, quibus verbis significatur D
peccādi assiduitatem peccatores fortes efficere. Et ideo fratres quādoquidē hodiernus dies anni est initium librum uobis nouū conficite, sit post hac uita noua, sint noui mores, omnia tandem renouentur, iam enim tempus est, ut salutis uestræ opus serio aggrediamini. Audite quid S. Hieremias Dei nomine dicat; Nunquid, qui Hiere. 8
cadit, non resurget, et qui auersus, non reuertetur? Quare ergo auersus est populus iste auersione cōtētiosa? O mirabilis exag-

A geratio, videtur enim Deus tătæ perfidiæ, & obstinationis causam quærere, ut nimirum tu quoque eius magnitudinem admirans infœlicissimum hoc peccandi filum, quo per tot annos peccata euoluta texuntur, præcidas.

Simile. *Et uocatum est nomen eius Iesus.* Nobiles, & primariæ fœminæ rosaria qdam hère solēt, ex preciosa aliqua materia artificio se confecta, è quibus solet sancti alicuius imago suspensa pendere, & hoc ad suorū corporum ornamētū. Quod si interrogatis cuiusnam sit imago, respondebunt nomen esse in titulo appositum, & præterea

B quæ unaquæq; imago gestat insignia, hoc declarare posse. Nam si claues manibus gestat D. Petri imago est, si ensem, D. Pauli, si sagittis cōfixa est, D. Sebastiani, uoluit æternus Pater animas nostras preciosissimo decorare rosario ex Redemptoris nostri laboribus confecto, quorum quisque granum est benedictum, quo mille animarum millia purgatorij pœnis liberari possunt; huius uero rosarij gemma est ipsemet Christus Redemptor noster, qui ex suis laboribus, & afflictionibus suspensus tamquam rosario gemma pendebat: & ut patris imago, quæ in hac gemma erat, titu

C lo aut signo dignosci posset, hodierna die signum circuncisione, & titulus nomine Iesu apponitur, & ita circuncisione uerus homo, nomine uero uerus fuisse Deus & mūdi Saluator cognoscitur.

Hoc sanctissimum nomen Iesu omnis Dei nomina includit, quæ Deus antiquis patribus reuelauerat, sed omnia parum omnino infinitas Dei excellentias significabant, & ita dixit Moysi: Ego dominus,

Exo. 6. qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob, & nomen meum Adonai, non indicaui eis: Quasi diceret, qui plus me cognoscebant, diuersis me nominib. appellabant, sed no-

D men meū unicum singulare, & essentiale

Simile. nemo unquam sciuit. Verum quemadmodum diuersa ex ære, & argento uasa unaquæque per se exiguum sonum edunt, omnia uero simul fusa campanam conficiūt, quæ maximum edit sonum, ita etiam in purissimo sanctissimæ Virginis uentre, *Como en mol de*) diuini amoris igne, omnia illa nomina fusa quodammodo sunt, & liquefacta, ex quib. omnibus sacratissimum hoc nomen Iesus conflatum est. Promise-

Zac. 14. rat hoc Deus per Zachariā dicens: In die illa erit nomen Domini vnū, quo omnes A Dei excellentiæ inclusæ significabuntur: nam quemadmodum cum nostri Regis potētiam significare volumus, eum varijs regnorū titulis appellare solemus, vt Rex Leonis, Rex Castellæ, Rex Aragoniç, Rex Nauarræ, Rex Murciæ, &c. Et ultimo loco dicimus Rex Hispaniæ, quo cætera omnia comprehendimus, ita etiam antiqua illa Dei nomina aliquas Dei perfectiones significabant, hoc uero nomen Iesus omnes comprehendit, quia (ut ait grauissimus quidam Doctor, & magnus Hispaniæ Prælatus in libro, quem de diuino hoc nomine scripsit, sicut nomen, Tetragrammaton (idest, nomen yhuh) significa- B bat diuinam essentiam, & tres diuinas personas absolute, & absque effectu aliquo, ita idē hoc nomen Iesus significat, & præterea significat Christum quatenus Deus & homo, & quatenus Saluator. Huic altissimo nomini ait D. Paulus. Omne genuflectatur cælestium, terrestrium, & infernorum. Quod si interrogatis, cur cum Dei filius uocetur, vt ait Isaias; Admirabilis Deus fortis pater futuri sæculi, princeps pacis, hoc tantum nomen nos uenerari iubeat, & non alia? Respondetur, ea q̄ magna cū difficultate, & labore acquiruntur, pluris C æstimari solere, quam ea q̄ nullo labore parantur, & hac de causa sæpe uidemus accidere, ut quis opulētissima maiorazgui alicuius hæreditatem adiens, vno tantum die plus insumat, quā eius pater (qui maiorazgum instituit) decennio insumebat, quia q̄ paruo labore acquisiuit, parui æstimat, ita dicimus hos titulos de quibus loquitur Isaias hæreditario iure, ab æterno habuisse a patre sine vllo labore, & quamuis eos infinite æstimat, quia infiniti sunt ualoris tū quia hoc Saluatoris nomen, tot tantisque laboribus per triginta trium annorū spatium toleratis, & crudelissima crucis D morte acquisiuit, ideo illud particulari affici honore uoluit. Hac de causa pluris faciebant Romani nomina illa, & titulos, qui illis ex re aliqua præclare gesta imponebantur, quam ea quæ a maioribus suis acceperant. De hoc sanctissimo nomine ait sponsa: Oleum effusum nomen tuum, quia eius proprietas est corda emollire. Nullus est liquor oleo liberalior, cu- Cant. 1. ius vel una tantum gutta si in uestem decidat, diffunditur & dilatatur, ita etiam

Phil. 2. Isa. 9.

deuo-

A deuotionis gutta ex cœlesti hoc nomine
emanãs cor adeo liberale efficit, ut Diuus
Paulus de seipso dixerit. Factus sum om-
nia omnibus, quia nimirum sacrum hoc
nomen in corde suo gerebat impressum.
Oleum in maris undas effusum eas sedat
& æquat, ita etiam hoc nomen tentationũ
undas cõpescit. & uires ut eis resistere possi
mus suppeditat. Et ita ait Ieremias Nomẽ
Iere. 10. tuum magnum in fortitudine. Oleum res
obscuras clarificat, & ita cum homines res
in pelagi fundo demersas inuestigant, o-
leum ore gerunt, ut cum se in fundum de-
miserint, aquas clariores eo ab ore diffuso
efficere possint, ita hoc nomen Iesus inani
mæ ore positum quod affectuo est, & deuo-
te pronunciatum intellectum, obscurarũ
B rerum & ignorantiæ tenebris expulsis, ve-
ritatis luce illustrat. His omnib. de causis
sponsa dixit. Oleum effusum nomen tuũ.
Effusum uocat, quia eius uirtus per cælos,
per terram, per infernum, & tandẽ per oĩa
diffunditur, & præterea quia datum est tan
ta eũ liberalitate, ac si res esset parui pre-
tij, quemadmodum liquor uilis effunditur
quo infinita Dei liberalitas significatur.
Subdit statim. Ideo adolescentulæ dilexe-
runt te. Adolescentulæ sunt animæ quæ
recenter ad Deum cõuersæ sunt adhuc in
C amore nouitiæ, quæ quamuis culpæ vulne
ribus liberæ sint, vulnerum tamen cicatri-
ces habent, idest, prauas illas inclinationes
quæ post peccata remanere solent, & ut tol
lantur diuinum hoc oleum plurimum pro
dest, quo tanquam cælesti vnguento pra
ui habitus tolluntur ex anima, ideo a-
dolescentulæ dilexerunt te, quia hæ ani-
mæ plus hoc remedio egẽt. Monere tamẽ
vos dilectissimi volo, existimandum non
esse quod in solis literis nominis Iesu, uel
D in ipsa dictione prolata, sine interiori uer-
bo quod repræsentat ea quæ significat, hu-
iusmodi uirtus inest. Nam cum D. Paulus
Ro. 10. ait. Omnis qui inuocauerit nomen domi-
ni saluus erit, non intelligendum est in lite
ris hanc esse uirtutem, sed in eo etiam qđ
nomẽ ipsum significat, quasi diceret, Dei
bonitas, & potentia corde cognita uo-
luntate dilecta & ore prolata, hoc quod
est nomen Iesus auxiliatur, & prodest, &
hoc modo omnia sacræ Scripturæ loca
quæ de Dei nomine loquuntur, intelligen
Psal. 5. da sunt quod ut significaret Dauid, cum
dixisset, Deus in nomine tuo saluum me
fac, subdidit. Et in uirtute tua libera me, A
ut priorem partẽ declararet, quasi diceret?
Deus in nomine tuo, idest, in uirtute tua,
potentia & bonitate tua saluum me fac, &
libera me. Quomodo intelligenda essent
verba illa Redemptoris nostri. Ego sum
panis viuus qui de cœlo descendi, si quis
manducauerit ex hoc pane uiuet in æter-
num, declarauit D. Paulus dicens. Probet
autem seipsum homo, & sic de pane illo
edat, & de calice bibat, &c. Ne quis existi-
maret ex Redemptoris uerbis satis esse ad
uitam æternam, cælestem hunc panẽ quo-
cunque modo manducare, ideo dispositio B
nem necessariam esse monuit. Iudicium
enim (inquit) sibi manducat & bibit, non
dijudicans corpus domini, idest, nullam
constituens differentiam inter diuinum
hunc cibum, & cæteros communes. Ita ẽt Ioan. 15
verba illa Ioannis. Amẽ amen dico uobis, 1. Co. 12
si quid petieritis Patrem in nomine meo,
dabit uobis, quomodo intelligenda sint
idem D. Paulus declarat, dicẽs, Nemo po-
test dicere dominus Iesus nisi in Spiritu
sancto, quæ uerba exponens doctissimus il
le doctor & Præsul paulo ante citatus. Vi-
detur (inquit) D. Paulus sentire, quod cum
quis hoc nomen Iesus pro re aliqua impe- C
tranda profert, quæ uires naturæ excedat,
probare seipsum antea debeat, hoc est, pro
babiliter credere se esse in gratia, & tunc
implebuntur quæ dicta sunt a domino, si
quid petieritis patrem in nomine meo da
bit uobis, idest, in nomine Iesu. Possunt
etiam ea Diui Pauli uerba ita intelligi, ut
nemo possis dicere, dominus Iesus digne
& meritorie cum reuerentia & amore de-
bito nisi in spiritu Sancto. quia si lingua
tantum hoc nomen proferimus, nihil D
proderit; quia aues etiam nonnullæ hoc
nomen Iesus proferre docentur. Legitur Act. 19.
exorcistas quosdam, cum Diuum Paulum
viderent Dæmones huius sanctissimi no-
minis virtute ejecere, idem præstare uo-
luisse, dicentes. Adiuro uos per Iesum
quem Paulus prædicat, quibus dæmon re-
spondit, Iesum noui, & Paulum scio, uos
autem qui estis? Quasi diceret, si Pau-
lo obtemperamus, est, quia non tantum
ore, sed inflammato cordis affectu Iesum
nominat, uobis autem qui illum lingua
tantum nominatis, cur obtemperare debe-
mus? Nolite igitur fratres hos exorcistas imi
tari, sed sanctissimum hoc nomen non so-

A in ore, sed etiam corde pronunciare, quod cũ Spiritus sancti donum esse D. Paulus affirmet, magna cũ efficacia a diuino hoc Spiritu petite, ut hoc uobis donum communicet, ut quandoquidem Iesus est idem quod Saluator, & hoc illi nomen impositum est, ut Angelus dixit: quia ipse saluũ faciet populum suum a peccatis eorum, Deo ob tãti beneficij magnitudinem gratias dicere possitis, benedictum sit hoc nomen, benedicta sit hæc salus, benedictus sit hic dies, qui tam lætos nuncios hominibus attulit, cæteri omnes Saluatores, quos Deus meus hucusque miserat, cor-

B poris tãtum & carnis Saluatores erãt, qui domos, uineas, facultates saluabant, animas vero, in diaboli potestate relinquebant. Ideo Iacob morti proximus dixit. Expectabo salutare tuum Domine, super

Gen. 49. quæ verba interpres Chaldæus ait. Salutẽ tuam expectabo dñe, quasi diceret, non Gedeonis salutẽ sibi Ioas expectabo, quæ temporalis est, neq; salutem Sansonis filij Manue, quia salus transitoria est, sed redemptionem uncti filij Dauid quam anima mea expectat, ita ea verba interpretatur Chaldæus interpres natione Hebræus, & magnæ inter Hebræos authoritatis, q

C ante Saluatoris aduentum scripsit, ex quo patet quantopere errarint Hebræi existimãtes salutem quã Messias daturus erat, temporalem & corporalem futuram esse, nam quandoquidem Patriarcha dum moreretur se expectare adhuc dixit. Salutare domini, manifeste sequitur, non temporalem, sed æternam expectasse salutẽ. Di-

Psal. 118. camus igitur omnes cum Dauid. Defecit in salutare tuum anima mea. deficit anima mea salutem expectans, quæ Redemptoris mei meritis uentura est. Ex hoc infertur quam abominabilis sit nostrorum temporum consuetudo, quibus sanctissimum hoc nomen passim omnium ore,

D sine ullo honore proferri audimus, & leuissimis de causis ab ipsis & pueris in iuramentis adhiberi, scitote fratres quod iurare secundum Beatum Thomam est Deũ

D. Th. 2. 2. 99. in testem adducere, seu implorare, & ideo quod alio modo probari potest, iuramento confirmandum non est. Et ita Diuus

Heb. 6. Paulus dixit. Homines enim per maiorẽ sui iurant, & omnis controuersiæ eorum finis ad confirmationem est iuramẽtum, quam ob causam ius ea de re plus inquiri uetat, quæ iam est approbata iuramento, A quia omnis quæ mox fieret inquisitio in iuramenti contemptum redundaret. Si igitur de leui aliqua re altercantes cum uxore puta num recte sit mensa apposita, num bene cœna condita & cocta, & alijs huiusmodi rebus leuissimis Regem accersiretis, ut litis illius esset testis, nonne merito fustibus uos cõtuudi iuberet, eo quod Regiam maiestatem quodã modo eludere uideremini? At quid obsecro est in Regia maiestate cum diuina comparandum quam tamen passim in ineptiarum tuarum testem inuocas? Per reuerentiam quę sanctissimo huic nomini debetur, refrænate obsecro uestrarum linguarum temeritatem, & nunquam nisi necessitas postulet, iurare uelitis, tunc enim laudabile iuramentum est, & ut ait Dauid: Laudabuntur omnes qui iurant in eo. Quid dicam de iuramentis quæ nisi ad res leues & uanas, seu falsas confirmandas adhibentur? quid de blasphemiis, quibus sanctissimo huic nomini nefarie maledici solet? Impius ille Rex Nabuchodonosor cum tres pueros flammarum periculo ereptos Dei fauore uidisset, rei nouitate deterritus, ne quis nomen Dei Israel blasphemare auderet, publico imperauit edicto Quid igitur Christiani principes facere deberent, ut nephariæ blasphemiæ seuerissimis suppliciis punirentur? Vtinam ita fiat, & hãc doctrinam Spiritus sanctus in cordibus uestris imprimat, ut in ea uos exercentes diuinam gratiam assequamini, qua acquiritur gloria, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius Amen. Psal. 62. B Dan. 3. C

IN EADEM DIE Circuncisionis Domini. Concio Quarta.

D

Postquam consumati sunt dies octo, ut circunciderretur puer. Luc. 2.



Hodierna dies noui anni exordium est, & ideo æquũ est, vt humiliter a Deo petamus, q Dauid a Deo petebat his verbis, bñdices coronę anni benignitatis tuę, & campi tui replebuntur vbertate pinguescent speciosa deserti, & colles exultatione accingentur. Induti sũt arietes ouium, & ualles abundabunt frumento,

A mēto, clamabunt, etenim hymnū dicent. Nō petit hoc loco Dauid Dei benedictionem anni tantum initio, sed coronæ anni idest, toti' anni orbi; ait autē anni benignitatis tuæ. quia singularis est Dei benignitas & misericordia annnni & tēpus nobis ut mereri possimus concedere: ita Diuus Paulus. benignitas (inquit) Dei patientia & longanimitas ad pœnitentiam nos adducunt, hoc est, nos ut boni & grati simus inuitant; hac benedictione (inquit Dauid) campi tui replebuntur vbertate: vbi metaphorice loquitur, per res istas materiales diuersa hominum genera intelligens, B quod manifeste apparet, quia cum dixisset cāpi, ualles, colles, & oues, ultimo loco dixit, clamabunt, & hymnū dicent (clamare enim & hymnum dicere proprium est hominum) quare per cāpos, homines seculares significat, per speciosa deserti, homines Deo dicatos, per ualles & colles, populares & nobiles, & his benedictionibus induti sunt arietes ouium, hoc est homines fiūt pacifici, mansueti, patientes, & Reipublicæ utiles. Annū suum sancta mater Ecclesia a dñi circuncisione orditur, quia ea renouationis nostræ & spiritualis circuncisionis significatur initiū, pro quo notandum est C quod cū Deus Abrahæ ut circuncideretur Gen. 17 iussit, dixit statuam pactū meum inter me & te, & inter semē tuū post te, ut sim Deus tuus, & seminis tui post te, admiratione certe uidetur dignū cur pro re tam parui momēti, ut est exiguā corporis pellē præcidere, præmium Deus promittat tam singulare, quia hoc Dei nomē ut D. Augustinus D. Aug. ait, naturā quandam omnibus bonis refertam, & undique perfectam significat, quare cū eius se Deum futurū esse pollicebatur, hoc erat polliceri quicquid in se erat ad Abrahæ & ad eius descēdentium utilitatem polliceri, ut promissi magnitudinē intelligatis, cum ait Deus, Deus tuus ero, D ideo Dauid toties in Psalmis plurimū admiratur, quod Deus se huius promissi oblitū quodāmodo ostenderet, hinc ait, quia tu es Deus fortitudo mea, quare me repulisti, & quare tristis incedo? Ita ne Dauid Deū tui oblitū esse admirans? Quia nimirū Deus meus est, & sic Deum nostrum appellans, ad opem nobis in nostris necessitatibus ferendam se quodammodo obligauit, & nobis ut eā audacter petere ab eo Psal. 42. possimus tanquam rem propriā & nobis iure debitā, audaciam præbuit: quamobrem in Psalmo, qui incipit. Deus noster re- A Psal. 4 fugium & uirtus, adiutor in tribulationibus, uerba illa, refugium, virtus, & adiutor in tribulationibus, apposita esse uidentur ad illius particulæ declarationē Deus noster: idē enim significat Deus noster, quod Deus refugium nostrum, nostra uirtus & salus: & hac de causa D. Bernardus uerba illa declarans. Dicet Domino susceptor D. Bern. meus es tu, in Creatione, in Redemptione, & in pluribus beneficijs Deum appel- Psal. 9. lari Deum nostrum ait, quia quantum in eo est, eius bona in omnes diffunduntur, & ideo Deus noster: at uero in proprijs v- B niuscuiusque necessitatibus eum quisquē appellare potest Deus meus proprius, qa ita illi opē fert, ac si eius tantum non aliorum Deus esset. Ex quo incredibilis quædā in nobis oriri deberet lætitia, eo quod qui terræ uermes sumus tantæ maiestatis Deum tam proprium habeamus, & hoc sāctissima uirgo uerbis illis significare uo- Luc. 1 luisse uidetur, exultauit spiritus meus in Deo salutari meo, hoc est, gauisus est spiritus meus, & præ gaudio exiluit recordatus talē habere Deum, & dominum: o quā uere ferrei sunt illi, qui tali consideratione non molliores redduntur. Quæro igitur C cur promisit Deus rem tāram pro re tam exigua ut est circūcisio. Declarasse hoc uidetur Moyses cum dixit: Deum in circun- Deu. 3. cisione petere ut animæ potius quam corporis superfluitates circuncidamus, & ita eum Hebræorum captiuitates prædixisset quas propter eorum peccata passuri erāt, & postea eos Dominum magna eius cum benignitate liberaturū dixisset eo quod eius legem seruaturi essent, prima lex, quā eos seruaturos ait, est lex circuncisionis, quam ita declarat, circuncidet dominus cor tuū & cor seminis tui, ut diligas dñm Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota D anima tua, ut possis uiuere, illis qui hoc prestār pollicetur dominus suum Deum futurum esse, & hoc potissimum ab Hebræis ex teriori circūcisione petebat, & hæc circuncisio spiritualis nobis quoque communis est cum illis. Iubebat Deus, ut si Deu. 21. quis mulierem aliquam pulchram in bello cepisset, si eam uxorem ducere uellet, prius uestem in qua capta erat deponeret, cæsariem raderet, & ungues circuncideret, & domi per unius mensis spatium se-

A dens parentes suos defleret: quæ quidem omnia significabant satis non esse a cælesti dirce Iesu Christo i passionis & mortis suæ pugna capros esse, ut anima nostra eius spōsa fiat, sed uestem deponendam esse ungues & crines secandos, quod peccatorū oium mortaliū separationem, & uerū illorum dolorem & pœnitentiam significat. Hinc intelligetis mysteriū cur corpori circuncisionē fieri Deus iusserit Iosue
Iosue.5. nō gladio ferreo, sed lapideō, q Iesu Christi (quæ uera est petra) figura erat, a quo spiritualis circuncisio fieri debebat, & ita discipulos suos circuncidit dicens, Beati
B pauperes spiritu, & beati mundo corde.
Matt.5. Hæc una ex causis est cur corporaliter circuncidi uoluerit, ut nos spiritualem circū cisionē doceret: mos est uena aliqua auri cōperta, statim cum aurum erutum est, an
Simile. uerū sit aurum explorare, ita Redemptor noster ex purissimo matris suæ vtero egressus explorari hodierna die uoluit, an eius corpus sanctissimū uerum esset corpus & humanis doloribus obnoxiū: desiderauimus enim eū uirum dolorum, & sciētem
Esa.53. infirmitatē: ait Isaias, ut patiens nō solum nos redimeret, sed patienter nos pati doceret: uoluit æternus pater vt statim ac uni
C genitus eius filius natus est pro nobis pati inciperet: & ita D. Paulus, ille (inquit) qui
2.Co.5. nō nouerat peccatū, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei in ip
D.Hier. so; quę uerba D. Hierony. declarās ait, pro
lib.2.cō nobis peccatum fecit, scilicet pater ætertra Iou. nus filium suum, quasi diceret, ac si esset Christus ipsum peccatum: peccatum non cognouisse ait, quia nunquam peccauit: qui quidem usitatus est loquendi modus, dicimus enim de inquieto, quiescere nescit, & de eo qui nunquā sedet, sedere nescit, de eo q nemini nocet, nocere nescit, quia nimirū quod nunquā facimus ignorare uidemur, pro nobis autem ipsummet peccatū factū esse ait exaggerationis causa, ut eum qui cādidissimus est, candorem
D ipsum esse dicimus: & ut hoc intelligatis, fingite ex omnibus mundi peccatoribus quot sunt, quot fuerunt, & erunt, unū tantum peccatum esse conflatum, hunc ipsummet peccatū appellaremus; hoc idem de Christo Redēptore nostro dicitur, q p
Isa.5. omnib. peccatorib. soluit, ac si ipse unus omniū peccata haberet. Hoc Isaias declarauit dicens; omnes nos quasi oues errraui mus, unusquisq; in uiam suam decliuauit A & posuit Dns in eo iniquitates omniū nostrum; ut scilicet, pro omnibus soluens nos in eo non solum iustos, sed etiam ipsammet iustitiam efficeret, quod et exaggerationis causa dicitur, ut quam iusti Redemptoris nostri meritis efficiamur significetur: itaque secundum D. Paulum Christus Dei filius maximus est peccator, non in seipso, sed in nobis, nos uero iustissimi, non in nobis, sed in eo & per eum.

Quo igitur amore dignus est qui vt nobis, benefaceret tot mala perferre uoluit? O infœlices illos qui ex animo tāti beneficij memoriam deponēt: hac de cā hodier B na die ei hoc nomen Iesus imponi uoluit quo causam cur passus est significatur, ut nos de hoc beneficio assidua recordatione moneret. Cum quis supplicio afficitur, Simile. pręire solet præco supplicij causam declarās: hodierna die quid aliud fit quam Dei filiū circūcisionis pæna affici? & ut intelligeremus hāc nō suorū peccatorū pænā esse, a pcone supplicij cām palā dici iubet, quia nimirū mūdi Saluator est, ideo. n. sanctus Euāgelista tāquam præco eū circūcisum esse dixisset, pænæ huius cām declarat dicēs: *Vocatū est nomē eius Iesus.* Magnū fuit beneficiū Deū filio suo nomē im C ponere quod nobis declararet quis esset, quid. n. prosunt in officina medicamētorū phialæ, nisi suus unicuiq; titulus apponatur, quo quid intus sit manifestatur? hoc igitur nomē sanctissimo huic puero hodierna die imponi, nihil aliud fuit, q phialæ huic cælesti titulū apponere, ne quæ in se cōtinet remedia ignoraremus. Loquēs de Deo Plato ait: Eius maiestas nec men- Plato in te comprehendi, nec lingua exprimi po- Timeo. test; quare nunquam homines Deo nomē imponere potuerūt, sed ut sibi ipse imponeret necesse fuit, sed quemadmodum noluit Deus omnē simul de seipso cognitio D nē hominibus dare, ita etiam neque nomina, sed paulatim alia alijs tēporibus manifestauit, & ita cum quoddam mysterium reuelaret Danieli dixit tu āt Daniel clau- Dan.12. de sermones & signa librum usque ad tps statutum, cām addit dicens, plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia. Quēadmodum si eum quisnam esses scire cuperē, & eum à te quærerem responderes te Italū esse, & plures post dies nobilē te esse ex tali familia diceres, totidē post dies vxo

rem

A rem habere, diuitem esse & alias huiusmo di qualitates narrare, progressu temporis magnam tui cognitionem haberem, idem prorsus præstitit Deus, Abrahæ enim di-
Gen. 13 xit. Egredere de terra tua: faciam te in gentem magnã, quasi diceret, ut consideret se enim potentem esse & magnis præmijs remunerare posse, plus dixit Patriarchæ Iacob cum uidit scalam & dominum innixũ
Gen. 16 cob cum uidit scalam & dominum innixũ
Exo. 7. scalę dicentẽ sibi, Ego sum dominus Deus Abraham patris tui. Plus reuelauit Moysi
Psal. 50. cui reuelasse se dixit, quod superioribus Patriarchis non indicauerat, nomen (inquit) meum Adonai non indicaui eis. Plus se deinde manifestauit Dauid, qui ideo dixit, incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi, & tandẽ in gratiæ lege ita se Deus
B manifestauit, ut discipulis suis dixerit, uos
Ioan. 15 autem dixi amicos, quia omnia quę audiui a patre meo nota feci uobis. Et quoniam ante hanc gratiæ legem tam clara Dei cognitio nõ habebatur, ita nulla erãt a Deo data nomina, quæ simul omnes Dei excellentias & admirabilem humani generis redẽptionem, significarent, in hac autem gratiæ lege Deus se nobis hominẽ factum una cum nomine dedit, quod & quid Deus sit, & quid pro nostra salute præstitit significat, & hoc est sanctissimum no-
Isa. 9. men hoc Iesus:

Postea quam Propheta Isaias de incar-
C nationis mysterio egerat dicens, paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, subdidit, & uocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Quæ omnia nomina huius nominis Iesus glossæ merito appellari possunt: hoc enim nomen est admirabile, quod Saluatorem significat, qq enim est admirabilius quam Deum ut homines saluet in cruce mori? nomen est etiã consilij inauditi, omnia enim hominũ consilia utilitatem propositam habent eorum
D qui a nobis consilium petunt, his enim cũ nos consulunt, respondere solemus, hoc uel illud tua utilitas postulat, hac de causa reges tot habere solent consilia (*Como de guarra, de aziende, de ordente*) ut scilicet, quæ ab illis decernuntur in utilitatẽ ipsorũ, & Regẽ redũdent. At uero Deus qui ut ait Dauid terribilis est in consilijs su-
Psal. 65. per filios hominum, cum se ipsum de hominis Redemptione cõsuluit, non propriã sed hominis utilitatẽ spectauit, ut scilicet eius unigenitus filius pro humano genere A moreretur: & ita Iesus dicitur consiliarius, quia uerbum diuinum una cũ patre & spiritu sancto ab æterno incarnationis mysterium decreuerũt, ut scilicet, uerbum homo factum ueritatem prædicaret; & si opus esset pro eius defensione moreretur. Preterea Deus fortis huius nominis Iesus interpratio est, quia admirabilis fortitudo fuit Dæmones lachrymis & sanguine superare, homines uero redimere. Sansonis uires Deus in crinibus, qui infirmissima sunt corporis pars collocauit, quod fortissimi huius Sansonis Iesu Christi figura fuit, q B rebus tam infirmis ut sunt lachrymæ, uerbera, spinæ, & dolores, Dæmonum exercitus profligauit, & ita cũ Angeli interrogabãt, qs est iste qui uenit de Edõ tinctis uestibus de Bosra; respondit ipsemet dñs, ego propugnator sum ad saluãdũ. i. Dux fortissimus sum ad uictoriam consequendã. Pater futuri seculi est ẽt huius nominis interpratio, q a ille alterius nobis sæculi nuntiũ attulit, ille cælestes illas gloriæ Indias detexit, ille ad beatissimum illud sæculũ iter & aditum patefecit, & ideo uocatur Iesus, C hoc est pater futuri seculi, qñquidẽ uobis illud morte acquisiuit. Tandẽ idem est qđ Ephes. 2 princeps pacis, quia ut ait D. Paulus, ipse est nostra pax qui fecit utraque ũnũ, & idem mortuus est ut nos cum patre cõciliaret. 1. Co. 6.

Ex his omnib. quantum illi debeamus colligi potest, quod idem Apostolus his uerbis exaggerat: non estis uestri; empti .n. estis pcio magno, glorificate & portate Deũ in corpore uestro. O uerba efficacissima, post tot accepta beneficia uestri inquit non estis, sed illius qui uos tam sublimi p Galat. 6. tio redemit, & ideo eum non solum in spiritu, sed etiam in corpore uestro gerere debetis, ita ut exterius etiam in operibus eius D uos esse seruos appareat, quod gloriosissimum Apostolũ fecisse ipsemet affirmat dicens, ego stigmata domini Iesu in corpore meo porto, Quasi dicat, Iesu Christi ferro impressus sum & Iesu Christi seruus p stigmata ubique dignoscor, ubi elegãtissime a seruis metaphoram desumpsit, quos domini suo solẽt ferro notare, ut cuius serui sint dignoscantur: ita se seruũ Iesu Christi esse gloriatur Apostolus cuius stigmata & notæ sunt, benefacere & malum p animarum salute perferre eodem modo omnes hoc ferro notari debemus, quandoquidem

A dem nostri non sumus, & cum sanctissimũ hoc nomẽ proferri audiemus, harum obligationum recordemur quæ omnes in eo includuntur, & ita qui in ueteri testamento hoc nomẽ Iesus habuerunt hæc omnia domini beneficia in suis operibus & rebus
Eccl.46 gestis repræsentarunt. Primus qui appellatus est Iesus, fuit Iosue, qui appellatur Iesus Naue, & in libris Machabæorum uoca-
1.Mar.2 tur Iesu: ex quo patet idem nomen esse Iesum & Iosue huic Deus paruisse dicitur, eo quod ut D Chrysostomus ait, Deus sanctissimum hoc nomen in eo ueneratus fuit, & ideo miraculum illud tam singulare per cũ operari uoluit, ut sol eius uoce ꝑ unius
Iesu. 10.
D Chry hom.su- per hũc locum.
B diei spatium constiterit, neque hoc solum, sed per eundem Hebræos in promissionis terram introducere uoluit, ut significaret uerum Iesum ducem nobis futurum esse ad gloriam. Secundus qui hoc nomine ap-
Zach.3. pellatus est fuit Iesus filius Iosedech sacer-
Eccl.19 dos magnus, de quo Zacharias, & hic ueri huius sacerdotis figura fuit qui seipsum in sacrificium pro humano genere obtulit. Tertius fuit Iesu filius Sidrach, & hic etiã ueri huius Iesus in doctrina & sapientia figura fuit. Videtis igitur q̃diu antea hoc nomen diuina beneficia hominibus repræsentauit, ut ea omnia in hoc uno nomine
C inclusa ꝑpetuo habeamus ob oculos. Magnum autem solatiũ nobis esse debet scire quo nam nomine cũ appellare debeamus, quod optime Diuus Paulus notauit cum
Ephes.2 dixit, fratres iam nõ estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei, nam cum quis hospes est & eius loci homines ignoti illi sint, quo quisque nomine & titulo sit appellandus ignorat, ꝙ si eius loci ciuis est aut in Regis domo educatus, optime nouit uniuscuiusque nomen
Phili.2. & dignitatem. hoc ipsum ait Apostolus, fratres iã non estis hospites: eia Christiani gaudete, agere enim cum Deo debetis non tanquam hospites, sed tanquam domesti-
D ci, iam eius nomen scitis, scitis quonam honore affici debeat: qualis autem hic honos sit idem declarauit Apostolus, in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum. Quasi dicat, quandoquidẽ fideles omnes qui in cælo glorificati sunt, aut in terra iustificati, aut in purgatorio purificati, sanctissimi huius nominis beneficio salutem cõsequuntur, æquũ est ut illud magna cum humilitate adorẽt & uenerentur. Neque uero uerba illa Diui A
Pauli, non estis hospites D. Petro repugnãt, qui fratres (inquit) obsecro uos tan- 1.Pet.2.
quam aduenas & peregrinos abstinere uos a carnalibus desiderijs: nam Diuus Petrus hospites nos ait esse & aduenas in hoc sæculo, ne scilicet humana amemus, sed per ea uelocissime transeamus, ne nos cõtaminare possint, ad cælestia properantes, quia militant, ut ibi ait aduersus animam, at D. Paulus hospites nõ esse ait, sed domesticos in domo Dei tanquam cæli ciues quonam honore diuinum hoc nomen afficiendum sit nosse debere. Hinc quãta sit eorum im- B
pudentia patet, quia illud passim in iuramentis magna eius iniuria usurpant.

Lex erat apud Romanos, ut q per deum Ianum iuraret, morte puniretur, nisi hoc senatu permittente, uel sacerdotib. adstantibus fecisset, ut scilicet nisi in rebus grauissimis iuramenta adhiberentur, secus enim nemo hoc a senatu postulare ausus esset, iurari autem corã sacerdotibus iubebant: ut iuramentum magna cum ueneratione fieret. O Christi fili Dei, qui homines tanto affecisti honore, & ignominia ab illis ꝑ C
dato honore afficeris quomodo oculos in cælum tollere audemus uidentes maiorem a gentilibus Dijs suis honorem præstari solitum quam a Christianis uero Deo præstatur, O cælum, o terra, o insensibiles creaturæ, ob tantam irreuerentiam obstupescite, quę supremus ille rerum omniũ creator ab ijs contemnitur, quos cęteris omnibus orbis terrarum gentibus nobiliores effecit. Expellite obsecro a uobis dilectissimi teterrimam hanc iuramentorum pestem, que nunquam, nisi maxima necessitas postulet & debitis circunstantijs adhi- D
beantur, tunc enim non solum non est malum, sed etiam meritorium: ita Diuus Paulus iurabat, qui testis (inquit) mihi Deus est, cui seruio spiritu meo, & in eadem epistola, ueritatem dico in Christo Iesu non mentior, testimonium mihi perhi- Rom.1.
bente conscientia mea in spiritu sancto. Quod si quæritis quæ nam circunstantię sint, sanctus Hieremias eas enumerat dicens, & iurabis, uiuit Dominus in ueritate & in iudicio & in iustitia, & benedicent Hier.4.
eum gentes ipsumque laudabunt. Prima conditio est in ueritate, aliter enim mortaliter peccatur. Secunda est in iudicio, hoc est cum iudicio & prudentia non temere

nulla

A nulla rei & necessitatis habita rõne. Tertia est in iustitia, hoc est, vt quod iuramẽto confirmatur iustum sit, cũ enim ad res iniustas adhibetur iuramentum, vt si eleemosynam te daturum non esse iures, aut illatam aliquam iniuriam vlturum mortaliter peccas.


Zach. 5. Erut intelligatis quã odiosa Deo sint iuramenta nisi his conditionibus fiant, audite quid per Zachariam dicat. Veniet, inquit (s. ira mea) ad domum iurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio domus eius, & cõsumet eam, & ligna eius & lapides eius, O supplicium B horribile, quo nõ solum periuros, sed eorum & domus punire vult, vt quantopere hoc scelus detestetur ostendat: non hoc metuunt sanctissimi Dei nominis cõtemptores? Timete obsecro dilectissimi & memores vos hospites iam non esse & aduenas, sed ciues sanctorum et domestico Dei, Regis vestri nomen eo qui illi debet honore afficite: recordamini, quod cum hoc nomẽ illi impositũ est, sanguinem eo die effudit, quia cum omne redemptionis pretium trigesimotertio ætatis suæ anno persoluturus esset, Saluator antea appellari noluit sine pretij arrha quæ hodie nobis C in circumcisione datur. Qua in re docere voluit nomen sine operibus inutile esse & inane, fidelis nomen habes, opera autẽ, & verba infidelis, non bene hæc duo conueniunt: nobilis nomen habes, at quid est eẽ nobilem? num a tributis immunẽ esse? nõ in hoc consistit nobilitas: verum quidem est nobiles hac immunitate frui, sed hoc illis concessum est, vt tanquam nobiles, non vt tyranni crudeles & superbi viuãt; viuere autem vt nobiles est pauperib. fauere, viduas defendere, orphanorum esse D patrem, sanctitatis in republ. exemplum esse, sanctissimi Dei nominis gloriæ zelatorem esse: his rebus homo ostendere debet meritò fidelis & nobilis nomen habere, & ita dignus erit, vt Deus melius illi nomen imponat. Dixit Deus ad Abraham,

Gen. 17 nõ vltra vocabitur nomẽ tuum Abrã, sed appellaberis Abraham, quia patrẽ multarum gentiũ cõstitui te. Abrã significabat pater excelsus, & quia sanctus ille vir huic nomini respondit operib. quia in pietate, fide obediẽtia, & in omni fuit virtute sublimis: ideo hoc illi nomen commutauit in melius, & patrẽ multarum gentium appellari voluit, vt omnes qui eius fidem, & A virtutem habent, eius filij vocentur, & ipse omnium (cuiuscunq; sint gentis) pater. Ex quo patet quantopere errent Hebræi, qui se solos Abrahæ filios esse existimãt, cum dicat eo loco dominus, eum se multarum gentium patrem efficere. Vtinam Apoc. 3 nostra etiam opera cum nominibus consentiant, ita enim suo tẽpore nobis quoq; aliud dabitur nomen, vt Deus pollicitus est dicens. Qui vicerit, scribam super eum nomen meum nouum: itaigitur hic gratia viuere studeamus, vt hoc tandem præstetur in gloria. Ad quam nos perducat B Iesus Mariæ filius. Amen.

IN DIE EPIPHANIAE Domini.

Concio I.

Cum natus esset Iesus in Betlehem Iudæ in diebus Herodis regis, &c. Matt. 2.



Magnus, solemnis, & gloriosus est hodiernus dies dilectissimi, tribus magnis mi- C raculis illustratus: hodie. n. Christus Redemp. Nost. in Iordane fuit a D. Ioan. baptizatus, hodie aquam in vinum in Gal læe nuptijs commutauit, hodie a trib. Orientis Regib. stella duce in præsepio est adoratus: hæc omnia eodẽ die accidisse dico, sed diuersis annis, & quamuis oĩa sint admiratione dignissima, nihilominus tñ S. Ecclesia Regũ adorationẽ maiori lætitia, & solẽnitate celebrat, qui a hæc fuit Gentium cõuersionis initiũ, & vt hoc mysteriũ rectè intelligatur, notandum est ante Christi R. Nostri incarnationem de trib. regnis mẽtionẽ in sacra scriptura fieri. Primũ est cœlo- D rũ regnũ, cuius quãuis plures sint sine vlla comparatione, quã vniuersi terrarum orbis habitatores (nam vt ait B. Diony. Mul- Dionys. ca. 9. de ecl. hier. ti sunt supernarum mentium beati exercitus, infimam atque constrictam excedentes nostrorum naturalium numerorũ cõmensurationem) verumtamen vnum tantum est regnum, & tot angelorum millia vni tantum Deo obediunt. Quod si inter homines etiam seruaretur, vnum tñ es-

A ſet inter eos regnum, ſed cum homines diuerſas haberent leges & Reges, ideo diuerſa, quoque erant regna, & ita Dauid dixit, Regna terræ cantate Deo, pſallite Domino. Quaſi diceret. Quamuis regna ſint ex legum diuerſitate diuiſa, ſaltem in hoc cõueniant, vt omnia pariter Deo laudes, & hymnos decantent. Et quia duæ erant leges inter homines ſanctæ, vna quidẽ ſcripta, ſub qua Hebræi tantum viuebant, naturalis altera quæ ad Gentiles et pertinebat, ideo vniuerſaliter loquendo, duo e-
B rant tantum in orbe terrarum regna; Hebræorum vnum. Gentilium alterum. Itaque tria (vt dixi) erant regna, vnum cœleſtium ſpirituum in cœlo, duo hominũ in terra.

Ad horum omnium regnorum pacem & vtilitatem maxime conferebat, vt vnus
Ariſt. 12 Metaph omnium Rex eſſet, quia ipſemet Ariſtoteles naturali ratione ductus dixit: Entia nolunt male diſponi, vnus ergo princeps. Verum cũ vniuerſalis Rex, qui Deus eſt, purus ſit ſpiritus, & Angeli ſpiritus quoque ſint, ideo in hominibus tantum, maioris amoris & obedientiæ cauſa futurũ erat,
C ſi Deus homo fieret, & humanum corpus (vt illi) aſſumeret, vt quemadmodum Angeli, qui ſpiritus ſunt Deum habebant Regem qui ſpiritus eſt, ita & homines Deum hominem factum, pro Rege haberẽt. Sed quoniam contendere inter ſe homines potuiſſent, ex quo nam genere oriri Deus deberet, num ex Gentilibus qui erant plures, num ex Hebræis, qui erant ſanctiores; voluit Deus vtrique ſatisfacere, & ex vtroque genere naſci, & ita viri ex quibus deſcendit, omnes Hebræi fuerunt, at inter mulieres nonnullæ Gentiles: quarum prima fuit Thamar, ex qua & Iuda natus eſt
D Phares, ſecunda fuit Raab, ex qua & Salmon natus eſt Booz. Ruth tertia fuit, quę regis Dauid proauia fuit, ex ea enim & Booz natus eſt Obeth, qui fuit auus Dauid. Quare Rex cœli & terræ vniuerſalis ex Iudæis & Gentib. ortus eſt, & vt Angelorum Hebræorum & Gentium Regi, ſtatim ac natus eſt in ſtabulo Bethlehẽ, tria hæc regna ad obedientiam humiliter præſtandam conuenerunt, nam & Angeli a cœlo delapſi laudes illi & hymnos obtulerunt dicentes, Gloria in excelſis Deo, mox paſtores tanquam Hebræorum primitiæ eum adorauerunt, & tandem hodie tres hi glorioſiſſimi Reges ab vltimis orbis A terrarum partib. Gentilitatis nomine, tanquam Regem ſuum natura'e agnoſcunt, & venerantur. Quare ubi nos legimus. Antequam ſciat puer vocare patrem ſuum, & Iſa. 8. matrem tuam; auferetur fortitudo Damaſci, ſeptuaginta interpretes trãſtulerunt; accipiet fortitudinem, ſeu virtutẽ Damaſci: ita legit D. Chryſoſtomus. Et Damaſci fortitudine, beatos hos reges intelligi Chryſo. opere ĩper ſup. Mat. ho. 2. ait, quos Redemptor noſter vitæ ſuæ initio, cum pueri parentes ſuos vocare neſciũt (ipſe enim ſi voluiſſet ſciebat) ex diaboli poteſtate eripuit: eos autem fortitudinem appellare ait, quia ſapientes (quales ipſi erant) ſunt regni & cuiuſcunq; reipublicæ fortitudo, quæ ſine ſapientibus eſt B tanquam corpus oſſibus & neruis deſtitutum: ita vt ad ſua munera exercenda vires non habeat. En igitur cauſa cur hodie dominus hos reges ad ſtabulum ſtella duce adduxerit. Præterea hoc feciſſe dicimus, vt oſtenderet non ideo pauperem naſci, quia plus præſtare nõ poſſet. Cum in aula Regis pro pricipis alicuius ortu publica ſpectacula fiunt, ſolent aulæ principes, & no- Simile. biles in publicum prodire precioſiſſimis veſtibus auro, gemmis, & alijs huiuſmodi rebus quàm maximè poſſunt ornati: ſunt tamen inter eos nonnulli qui vt ſe omnia illa ornamenta contemnere oſtendant, C tunc rudes, & viles veſtes induere ſolent, ſed ne alij hoc neceſſitate compulſos feciſſe ſe dicant, precioſis illis veſtibus non vt cæteri nobiles ſe ipſos, ſed ſeruos ſuos ornant, & ita illud propria voluntate, non neceſſitate, præſtare declarant. Eodẽ modo Dei filius, qui in hunc mundum vilibus pannis inuolutus ingreſſus eſt, ne quis cogitaret hoc neceſſitate, non propria electione feciſſe, ſeruos ſuos cæleſtis claritatis radijs veſtitos oſtendit, Angelorum ſcilicet, exercitus diuina luce fulgentes: & ita cum de eo qui paſtoribus apparuit D D. Lucas loqueretur, ait claritas Dei circũfulſit illos: & paulò iferius addit, facta eſt cũ Angelo multitudo militiæ cæleſtis laudantium Deũ: hodie verò potentiſſimos hos Reges ab Oriente auro, et alijs muneribus oneratos adducit ad ſtabulũ, qui in vrbe Hieruſalẽ eius ſe eſſe ſeruos publicè profitentur dicentes, venimus cum muneribus adorare eum, vt homines cognoſcant eum, qui huiuſmodi ſeruos habet' poten-
tem

A tem esse,& diuitem, sed pauperem sponte nasci, quia scilicet ita nasci voluit, ut homines humanarũ rerũ contemptum doceret.

Ait igitur sanctum Euangelium. *Cum natus esset Iesus in diebus Herodis Regis.* O ineffabilis Dei bonitas, q crudelissimi huius tyrãni tẽpore singulare hoc beneficiũ conferre uoluit, quæ quidem consuetudo eius est uetustissima, tunc cum maxime eius indigemus auxilio accurrere, quod cũ
Psal. 101 intelligeret Dauid aiebat. Tu exurgẽs Domine misereberis Sion, quia tempus miserendi eius, quia uenit tempus. Quod nam tempus aduenit? quoniam placuerunt ser-
B uis tuis lapides eius, quasi diceret, Nunc cum in maiori necessitate uersamur, nunc tempus est cum tu Domine, tuis opem ferre soles, nunc cum lapides illi, qui seruis tuis tantopere placere solebant, (uirtutes scilicet, quas iusti tanti æstimabant) humi iacent prostrati, & ab omnibus contempti, nunc miserendi tempus est. Hoc ipso tempore. *Ecce Magi ab Oriente venerunt.* Tunc cum tyrannus iste regnabat, tunc cum uitia maximè florebant, tunc cum virtutes iacebant, ecce Magi ab Oriente venerunt uerum regem humiliter adoraturi. Quo docemur, tunc cum cæteri sunt
C in malo feruentiores, nos etiam maiori amoris affectu Deo seruire debere: ita fa-
Ps. 118. ciebat Dauid, ut ipsemet fatetur, dicens. Tempus faciendi Domine, nunc tempus est, ut plus in virtute exerceamur, quam ob causam? nimirum, quia, ut ipsemet addit dissipauerunt legem tuam, & ideo, quia mali legis tuæ præcepta frangere maxime student: ideo dilexi mandata tua super aurum & topazion, propterea ad omnia mãdata tua dirigebar, omnem uiam iniquam odio habui, vbi particula illa, ideo, magna est ponderatione digna, qua denotatur peccatorum scelera sancto prophetæ sti-
D mulos ad uirtutem & incitamenta fuisse. O beatos illos, qui illius uestigia imitabũtur, idem uos dilectissimi præstare vehemẽter obsecro. Dicat unusquisque secum ipse, quia illi periuri sunt, & sanctissimo tuo nomini maledicunt, ideo gratias tibi Domine agere & benedicere uolo, quia illi libidinum se cœno fœdant, ideo castũ me, & purum conseruabo. Recordamini nunc maxime Dei Ecclesiã nostra uirtute & sanctitate egere, nunc cum mores corruptissimi sunt, accurrite, & opem in tanta neces-
sitate; tanquam filij parenti afferte, & ita benedictionem ab æterno patre recipere (vt pij & optimi filij) digni aliquãdo eritis. A

Ecce Magi ab Oriente venerunt. Quasi dicat, diligenter attendite, parentũ uestrorum diligentiam, ab Oriente fidelium primitiæ uenerunt ad pigritiæ, & negligentiæ uestræ confusionem. Magos autem eos semper S. Euangelista appellat, quos nos reges uocare solemus, quia nimium in ijs sapientiam, quæ uera est laus, laudare uoluit, non humanam potẽtiam, quam sæpe indignis tribui solere uidemus, quare pluris eos facit, eo quod sapiẽtes, quam quod reges essent. Præterea sapientes eos B appellat, id in eis laudans, quod Dei inuestigandi occasio fuit, scilicet, sapientiam, & hæc homines dominos efficit & potentes, nam, ut ipsemet Tullius affirmat, solus Tullius sapiens est Dominus, & liber, malus autem in paraseruus: nos uero Reges eos appellamus nõ doxis. sapientes id illis tribuentes, quod plus nobis ipsis optamus, malumus enim Reges esse quam sapientes.

Ecce Magi ab Oriente venerunt. Hi sũt vere sapientes, uera.n. sapientia est Deum quærere, & qui hoc ignorat, ignarus est, & ideo Deus per Hieremiam non glorietur Hiere. 9 (inquit) sapiens in sapiẽtia sua, sed in hoc C glorietur, qui gloriatur scire, & nosse me. Ait sapientia sua, quia alia est Dei sapientia, alia sapientia nostra. Iactat se Theologus, se tot annos Theologiam publicè interpretari, sed quo plus in doctrina proficit, eo minus uirtutis hẽt, & maiori superbia inflatur, hæc sua sapientia est, quia nõ Dei honorem, sed ipsum tantum scire tanquam finem sibi propositum habet. Alter iurisconsultus uenit in hanc urbem pauperrimus, breuissimo temporis spatio magnas sibi opes suis legib. comparat, & ita cum omnes sapientem uocant, sed hæc sapientia sua est, nec se de ea iactet, quia in D eodem temporis momento in quo Deus humanam carnem assumpsit, hæc humana sapientia, stultitia, & insania facta est. Quia, ut ait Diuus Paulus, Stultam fecit 1. Cor. 1 Deus sapientiam huius mundi, pauper.n. in stabulo nascens, & in tanta rerum omnium inopia uiuẽs, magnam esse stultitiã ostendit homines sua sapientia res humanas tanta cum anxietate parare: de his ait eo loco Diuus Paulus scriptũ esse, perdam sapientiam sapientium, & prudẽtiam prudentium

A detium reprobabo. O magnā nostrorum temporum infælicitatem, prisci illi sapientes omnes erant paupertatis amatores, ita
Seneca. vt Seneca ad sapientiam necessariam esse paupertatem dicat. Plurimi uero nostrorum temporum sapientes (quamuis Christiani sint) in congerendis diuitijs occupātur, & quia sapientes sunt, res sibi omnes
Plutar. possidere debere videntur. Plutarchus vt sapientem laudat Photionem Athenarum Philosophum, qui quamuis Athenis in magna omnium æstimatione esset, pauper tamen erat non coactus, sed sponte, quod ex illo satis aperte probatum est, nam cum
B Alexander de Persis triumphauit, ex opulentissima præda magnam auri quantitatem misit ad Photionem, qui muneris pretium admiratus nūcios interrogauit, cur illa sibi potius ab Alexandro quam cæteris Athenarum Philosophis mitterentur, qui cum id fecisse Alexandrum respondissent, eo quod illum cæterorum omnium optimum existimaret: si ita (inquit) est, Regi uestro dicite ut talem me esse sinat, qualem me esse existimat, aurum uerò suum alijs det, ne me cito alium ab eo quem ipse cogitabat, inueniat, & ita aurum nullo modo recipere uoluit, quamuis Alexan-
C drum indignaturum esse diceret. Hinc inter Athenarum sapientes orta quæstio est, uter esset maior Alexander ne an Photio, qui cum & eius dona contempserat. De Anaxagora quoq; legitur plurimas contēpsisse diuitias, & tandem in Athenarū carcere mortuum esse eo quod solem Deum esse negaret. Præstabant profecto huiusmodi sapientes plurimis nostrorum temporum, qui nō diuitias sapientiæ amore, sed sapientiam diuitiarum amore cōtēnunt, O tēpora infælicissima, in quibus qui humanarum rerum auidiores sunt, illi sapiētiores existimātur. Hæc igitur hominum
D sapientia est, & ideo dixit Spiritus sāctus, non glorietur sapiens in sapientia sua, sed in hoc glorietur, qui gloriatur scire, & nosse me. Væ animæ illi, quæ Deum ignorat, hoc enim malorum omnium fundamentum est. Nunciant Moyses & Aaron Dei nomine Pharaoni ut dimittat populum: ille uero diuinæ uoluntati repugnat; punitur grauissimis a Deo supplicijs at ille obstinatus obdurat. Vnde hoc malum ortū est? quia nimirum cum illi dicerent, hęc dicit Dominus Deus Israel. Dimitte populū meum, ut sacrificet mihi in deserto, respō- A
dit Pharao, quis est Dn̄s ut audiam vocem eius, & dimittam Israel? Nescio Dominū, & Israel non dimittam. En obstinationis fons, Dei scilicet ignoratio. sed notādum est duo hic cognitionis genera apponi, scire, & nosse, quia satis non est speculatiuam Dei cognitionem habere, sed practica etiā necessaria est: miles peritus in militiæ arte vocatur & practicus, qui plures uitæ suæ annos & ætatis florem in uaria & diuersa bella insumpsit, & fortiter pro Regis sui gloria & honore pugnauit. Vis igitur ô Christiane, practicam Christianæ militiæ cognitionem habere, meliores vitę tuæ an- B
nos sub hoc duce militia, & fortiter aduersus carnem, & diabolum pro Dei gloria & honore pugna, hoc enim est scire, & nosse Deum, de quo Sapiens gloriari debet: ut Dauid qui ideo de seipso ait, super Psal. 118
senes intellexi. Cur? nū quia plures libros euoluisti? Num quia Salmanticæ, aut Parisijs literis operam dedisti? Minime, sed quia mandata tua exquisiui, hoc homines sapientes coram Deo efficiūtur. Idem verba illa significant. Cor sapientis in dextera Eccl. 10.
eius, & cor stulti in sinistra illius, nam ī sacra Scriptura per manus opera intelligūtur (vt D. Augustinus ait) & ita intelligi- C
tur illud Prouerbiorum. Date ei de fructu Aug. de
manuum suarum. Manus autem dexteræ seru. Do
nomine bona opera intelliguntur, quæ in mini in
gratia fiunt, sinistræ uero nomine mala: monte.
ait igitur uerum esse sapientem, qui cor c. 14.
suum & amorem in bonorum operū exer Prou. 31
citatione collocatum habet, & ē cōtra stultum esse illum qui quamuis in humanis scientijs maxime uersatus sit, cor tamen suum inclinatum habet ad vitia, & ea sectatur & amat: de huiusmodi hominibus dixit D. Paulus. Obscuratum est insipiens Rom. 1
cor eorum, quia in magna ignorantiæ nocte uersantur. D

Ecce Magi ab Oriēte venerūt. Ab Oriēte fidei nostræ parentes uenire Deus uoluit, oderat enim orientis terram in qua prima illa culpa nata est, & quæ postea fuit Abel sanguine fædata, & tandem ex qua idololatria originem duxit, & hac de causa fidem quoque Gentilium, primum ibi nasci uoluit, significans culpam se iam tollere velle, quæ ibi tam fortes radices egerat. Hac etiam de causa Redemptorem nostrum

in

A in cruce positum Orienti terga uertisse Damascenus ait, ut culpæ oblitum se esse significaret, quæ suum ibi principium habuerat. Hinc etiam intelligetis causam cur cum Hebræi uersus occidentem adorent, Mauri uero, & infideles uersus meridiem, Christiani uersus Orientē adorant, quia inde fidei nostræ primitiæ uenerunt. *Ait cum natus esset Iesus, ecce Magi ab Oriente uenerunt*, non tñ Iudæis, sed etiam Gentilibus nasciturum esse Redemptorē,
Au. in li. d ci. Dei per prophetas prædictum erat (ut D. Augustinus probat,) ubi plurimas refert mulierum prophetias, quæ Sibyllæ appellaB bantur, ut scilicet, ostenderet Deum non solum Hebræos (ut ipsi existimabatur,) sed
Nu. 24. etiam Gentiles redempturum esse. Inter has gentium prophetias celebris est illa prophetia Balaam, cuius hæc verba sunt. Videbo eum, sed non modo, intuebor illum, sed non prope, orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, & percutiet duces Moab. Videbo eum, scilicet per meos successores, sed non modo, & non prope, quia ab eo ad Christum, ex Bibliæ contextu mille, & quingenti anni numerãtur, per stellam sanctissima uirgo significatur per virgam autem Dei filius, cuius figura C fuit virga illa Moysi, quæ in terram proie-
Exo. 4. & 7. cta mutata est in serpentem, ita ut fugeret Moyses, & Magorum serpentes deuorasse dicitur, ita etiã uirtutis Dei virga, quæ est verbum diuinum in virginalium Mariæ uiscerum terra cadens, se hominem fecit, & quasi serpens triginta annorum spatium per tot miseriarum, & pœnarum terram serpens Moysen, (idest, eius legem) fugauit, & diaboli astutias, & artificia superauit. Potest etiam per uirgam, eiusdem filii Dei doctrina, & correctio intelligi de qua virga Dauid cum ipsomet Redemptore loquens, dixit, virgam uirtutis tuę emit-
D tet dominus, (scilicet pater) ex Sion, quia inde exijt doctrina Euangelica per Apo-
Ps. 109. stolos Spiritu sancto plenos, dominare in medio inimicorum tuorum, quia antequam prædicaretur Euangelium, erat quidem Deus inimicorum suorum, idest, peccatorum dominus (summum enim in eos habebat imperium, ut de ijs, quicquid vellet præstare posset) verum non in medio eorum dominabatur, scilicet, in corde, quandoquidem eius voluntati non obtemperabant: quare hac virga, quam misit in mundum, hominum voluntates, & cor- A da ad eius amorem allexit. Et quoniam a Christo, & eius Euãgelica doctrina dæmonum est profligata potentia, ideo addit Balaã, & percutiet duces Moab. Hac de causa tres istos reges ab Oriente uenisse D. Chrysostomus hoc loco ait, quia qui ex D. Chr. genere Balaam descendebant, ut illi, tempus illud, quod his verbis eorum propheta prædixerat, expectabant.

Nocte autem illa fælicissima Natiuitatis domini apparuit illis in aere stella fulgentissima, in qua pueri figuram fuisse aliquos dixisse Diuus Chrysostomus refert, quam cum Magi adorare vellēt ab Ange- B lo admoniti fuisse, Diuus Augustinus, ne D Aug. eam adorarent, sed ad regem natum adorandum, cuius illa erat imago, proficiscerentur, & ita magna cum pompa ad vrbem Hierusalē, stella duce venerunt, ubi quærere cœperunt *Vbi est, qui natus est rex Iudæorum?* Attendite mysterium, dicũt ni qui natus est rex, cæteri reges in tãta ignorantia, & miseria nascuntur, ut neque alijs imperare, neque illis imperari possint, at vero puer hic sanctissimus natus est rex, & è præsepio hos ipsis reges regebat, regebat Angelos, & pastores & ad seipsũ attrahe- C bat. Aiunt præterea *Vidimus stellam eius in Oriente, & uenimus adorare eũ*. Ex eo quod non dicant stellã hanc, satis aperte ostēditur, ante quam Hierusalem ingrederentur, stellam illis occultatam esse. O Deus incommutabilis, tunc ne eum plus duce indigebant, duce destituuntur? Respondeo hoc factum esse, quia quemadmodum cum vir aliquis magnæ authoritatis loquitur, cæteri silent, ut solus ille, qui dignitate, & authoritate præstat loquatur, ita etiam, quia in vrbe Hierusalem prophetia loquutura erat, quæ maioris D est authoritatis, & clarius Redēptoris ortum declarat, quam stella, et ideo illa tanquam urbana, et modesta silet, et diuina prouidentia occultatur, et ut intelligatis quanta sit authoritatis prophetia, notate hæc Diui Petri verba, qui cum Re- 2. Pet. 1. demptoris nostri testimoniũ dedisset his verbis, non enim indoctas fabulas sequuti notam facimus vobis domini nostri Iesu Christi uirtutem, & præsentiam, sed speculatores facti illius magnitudinis, accipiens enim a Deo patre honorem, & gloriam, uoce delapsa ad eum huiuscemodi

A di magnifica gloria: hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite, & hanc uocem nos audiuimus de cælo allatam cum essemus cum ipso in monte sancto, cum hæc (inquam) dixisset subdidit, & habemus firmiorē propheticum sermonem. O summę bonitatis Deus quidnam sancte Apostole dicis? dico cum me uidisse gloriosum, & patris uocem audiuisse, & tamen quamuis etiam Moyses ibi, & Elias adessent quibus filii Dei diuinitas satis probari poterat, nihilo minus prophetarum, & sacræ scripturæ testimoniū firmius fuisse dico, si hæc Diui

B Petri uerba ad Euangelium, quod ipse, & eius socii prædicabant referantur, colligitur quidem propheciam cum eo comparatam firmiorem fuisse, sed non ueriorem neque clariorem, neque maioris authoritatis: firmior autem dicitur relatiue, Iudęorum habita ratione, apud quos prophetarum scriptura multo ante tempore confirmata erat. Euangelium uero, quod tunc prædicari cęptum erat in eorum mentib. non ita firmiter hærebat. Quare aliud est propheciā in se firmiorem esse, hoc enim modo falsum esset, quia Euangelium Re

C demptoris nostri ore prædicatum hāc supra cæteras omnes scripturas dignitatem habet, ut quamuis omnes firmæ eodem modo sint, Euangelium tamen maiorem habeat authoritatem, uel potest dici firmior, quia apud gentiles omnium firmissimum argumentum fuit prophetarum testimonium, qui tam clarè, & apertè Redemptoris nostri aduentum tanto ante prædixerant, quam authoritatem neque apud gentiles, neque āpud Hebręos, Euangelium ab Apostolis prædicatum habere poterat, quia propria malitia mori dicere potuissent eade Christo prædicasse, eo

D quod eius amici, & discipuli essent, quod de antiquissimis prophetis dicere non potuissent. Quod si hæc Diui Petri uerba ad uisionem illam, quam in monte uiderat, referamus, dici potest eius respectu, Propheciam fuisse firmiorem, qu a dubitare homines potuissent diaboli fraude deceptos, an id quod audierant aurium, & oculorum fuisset illusio, at uero de ijs, quę prophetæ diuersis temporibus, & locis tanta cum consensione prædixerant, dubitandi causa non erat, & ideo ait Diuus Paulus, habemus firmiorem propheticum sermonem. & cum ita diuinam scripturam, extulisset addidit, cui bene facitis attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco donec dies illucescat. O singulare consilium uersamur in hac uita tanquā in tenebris, uerbum autem diuinum est quasi lux ne prolabamur in uitia. Sed quemadmodum religiosorum dormitoriis communis solet esse lucerna, ex qua unusquisque suas sibi candelas accendere possit, ita etiā prędicatio, & Sāctorum librorum lectio, est tanquam lucerna communis, ex qua unusquisque, quod sibi necessarium est debet assumere, ut & intellectum illustret, & uoluntatem diuino amore accendat.

Simile

B *Audiens autem Herodes turbatus est.* O regē infęlicē, Deus te per hos reges uocat, tu uero turbaris? illos per stellam uocauit, & statim suis regnis relictis longissimum, & difficillimū iter aggressi ad te ueniunt, ut scilicet, natum regem (eorū incitatus exemplo) inuestigares, ut ipsi, tu uero regni amittendi timore turbaris, nescis infælix, quod diuinus hic rex non eripit mortalia, sed regna dat cælestia, ut cæteros reges regnare doceat, rex iste regnabit, cæteri enim reges sunt regnorum suorum onus, & eorum plurimis grauissimum, ita C ut plurima regna uix unius tantum regis onera ferre aliquando possint. sed diuinus hic rex, omnia subditorū onera unus ipse suscepit. & ideo de eo Esaias dixit, factus est principatus super humerum eius. Esa. 9. Ex quo reges, iudices, & cæteri omnes, qui præsunt discere debent, ut inferiores sons oneribus quam maxime possunt alleuare conentur. De hoc ipso rege idem propheta æterni patris nomine dixit, dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet, non clamabit, neque accipiet personam, neque audietur uox eius foris, calamum quassatum nō conteret, & lignum in fumigans non extinguet, in ueritate educet iudicium. Hæc omnia de cælesti rege intelligi (ut Diuus Matthęus citauit) fidei est, credere, & eius imitatione ea cęteri reges, & iudices humani habere debent, primum ait, eum non clamare, neque criminaexaggerare, ut nonnulli faciunt, qui sæpe reorum animos ita deterrent, ut diuinę misericordiæ spem uideantur adimere, ait præterea non accipiet personā, quia princeps ad neutram partem inclinare debet, omnis enim respublica errabit, si publica priua-

Esa. 41.

D

Matt. 1.

A priuatis affectibus flectitur & eo ipso publica persona desinit, cum priuatis adhæret. Non audietur (inquit) vox eius foras, hoc est secretos hominum errores non publicabit, neminem afficiet infamia, sed culpas nisi aliud necessitas postulet honore seruato corriget. Hieremias etiam ait, suscitabo Dauid germen iustum, regnabit rex & sapiens erit, quæ uerba ipsimet Hebræi de Christo filio Dauid, & illi promisso intelligunt, & ita nomen Dauid, ut ex Hebræo constat datiuus eo loco est, idest, orietur Dauid filius iustus, & regnabit rex, quia nonnulli regnant, qui reges non sunt sed tyranni, & quamuis uobis iudices, ex uestris Iustinianis, foris, & legibus iudicandum sit quæ principes uobis dederunt, tamen censuram & moderationem quæ in legibus seruanda est, ab hoc regum rege Iesu Christo, & eius Euangelio discere debetis, non enim iudices tantum, sed Christiani iudices estis. Hac de causa dixit eo loco Esaias, calamum quassatum non confringet, & alibi dicitur, noli esse nimis iustus, non quod in propria virtute ulla debeat esse moderatio, sed de publica iustitia loquitur, quia non semper summa est iuris seueritate iudicandum, nam si medici Hippocratis regulas magna cum prudentia temperare in vsu & exercitatione solēt, æquum etiam erit ut iurisconsultus regū & imperatorum decreta Euangelij suauitate temperet. O cælestis Angelorum & hominum rex Iesu Christe, tu qui tua uita & doctrina omnes quomodo nos regere & gubernare debeamus docuisti, da nobis etiam spiritum & gratiam, ut ea quæ docuisti præstare possimus.

Hier. 23

B

C

Et quoniam hæc Herodis turbatio per mille & quingentos & octoginta annos in Dei Ecclesia iure reprehenditur & admirationem eius artificia pariunt, quæ ut sanctissimum puerum necaret excogitauit, plus nos ipsos reprehendere & admirari debemus, quia hoc Herodes regni amittendi timore præstauit, nos verò sæpe Redemptorem uostrum (quātum in nobis est) occidimus, non regni vnius causa, sed rerum quæ ita puerilas sunt & uiles, vt dici sine pudore non possint O hominum cæcitas, & infelicitas, qui non intelligunt quò maior est in peccatis diuinæ maiestatis contēptus, eo maiorem esse malitiam, in ijs autem maior est Dei contemptus, in quibus

D

minor inest utilitas aut uoluptas, quæ nos ad peccandum incitare possit. Considera igitur cum Deum offendis, qua de causa offendas, cur in diebus festis sæpe accidit vt leuissima de causa sanctissimo missæ sacrificio non adesscur in rebus nullius momenti praua tantum consuetudine iuras? quæ nam voluptas allicit? quod lucrum? quæ te mouet vtilitas? In huiusmodi rebus magnam dico Deo fieri in iuriā, quia manifeste apparet Dei contemptus, vbi autem maior est contemptus, maius est peccatum. Hoc significauit Spiritus Sanctus per Hieremiam dicens: sicut cisterna frigidam facit aquam, sic isti frigidam faciūt iniquitatem. O metaphoram admirabilē, aqua quæ ex sua natura frigida est, in cisterna posita & conseruata frigidior fit: ita genus est hominum quoddam, qui natura lem peccati malitiam faciunt sua peruersitate & peccandi facilitate maiorem, mortaliter enim peccant non voluptate & vtilitate incitati, sed quacunque occasione oblata, ita facile & sine ullo timore, ac si uere Deus non esset, quia nimirum quod faciūt Dei iniuriam esse nihil æstiment. Herodis igitur crudelitatem qui regni amittendi timore peccauit admiramini, uestram autē malitiam cum nulla de causa peccatis non admiramini.

A

Hier. 6.

B

C

Cum ab urbe Hierusalem Magi discessissent. *Ecce stella quam uiderāt in Oriente antecedebat eos usque dum ueniens staret supra ubi erat puer.* D. Maximus ait, stellā supra stabulum nouis radijs emicuisse, quasi qd latebat indicaret, & diceret, ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Vt sanctissima virgo aduentantis multitudinis strepitum, & ignotum turbam, camelorum greges, equitumque turmas uidit, ne puero nocere uellent timuit, & ita deterrita eū in fœno in presepio occultauit sed cum aduentus cām audisset eū regibus remoto fœno ostendit. Quemadmodum eos quos itineris labore defatigatos hospitio excipere & cibis statim appositis ut se reficiant, inuitare soletis, ita etiam virgo sanctissima nobiles illos uiros puerum suum in manibus tenens inuitabat his verbis, reficite vos & recreate à longo itineris labore, en mei uētris fructus, sed fructus est recens, nondum enim æstas aduenit, & quia nondum erat maturus, ideo cum in fœno posueram, sed tamen uitæ libo-

D

Simile.

A boribus & doloribus maturascet, & tandē in crucis mensa maturus apponetur, quia quo plura hominum causa patietur, plus amorem suum ostendet, & salutis nostræ desiderium. *Et procidentes adorauerunt eum.* Cuius lingua spiritualis lætitia possec explicari quam tres illi reges ex gratissimo tam pueri, quam matris aspectu conceperunt, dominus ille qui ab his inueniri se infinita sua misericordia uoluit, a nobis etiā se inueniri concedat, hic gratia & postea gloria Ad quam nos perducat idem Iesus Mariæ filius. Amen.

B
IN EADEM DIE IN epiphania Domini.

Concio Secunda.

Cum natus esset Iesus in Bethlehem in diebus Herodis regis, &c. Matth. 2.

3.Re.4. TEmpli Salomonis ædificium ex pluribus, & preciosissimis lapidibus constructum fuisse legitur, qui ex Iudeæ la-
C pidicinis excidebantur. Li-
3.Re.3. gna uerò ex monte Libano adducebantur, qui in gentilium terra positus erat, ad cuius radices Damasci ciuitas iacebat. Hoc Ecclesiæ sanctæ typus & figura fuit, quam uerus Salomon Iesus Christus ex
Esa. 61. Iudeæ lapidibus & Gentilium lignis, hoc est ex Iudæis, & Gentibus ædificauit, & ita a pastoribus tanquam Hebræorum primitijs, & a regibus Gentilibus, tanquam gentilitatis primitijs adorari uoluit. Hoc Esaias prædixerat propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor, iustus eius,
D & Saluator eius ut lampas accendatur, & uidebunt gentes iustum tuum, & cuncti reges inclytum tuum. Propter Sion (in quit) & propter Hierusalem, hoc est, ob Ecclesiæ tam militantis quam triumphantis bonum. Sion enim quod speculationē significat, Hierusalem uero pacis uisionem quorum primum militanti, alterum uerò triumphanti Ecclesiæ optimè conuenit. Non tacebo (inquit) donec egrediatur, hoc omnium prophetarum, & iustorum nomine dicit, qui usque ad uerbi diuini in A carnationem extiterunt, hi enim assiduis clamoribus Redemptoris beneficium à Deo petebant. Iustus (inquit) & Messias ut lampas accendetur, quo Redemptoris conceptionem significat, nam quemadmodum fax flatu ipso, & spiritu sine externo aliquo igne accendi aliquando solet, ita Dei filius in utero uirginali, non carnalis concupiscentiæ calore, sed Spiritus Sancti operatione conceptus est. Egredietur autem tanquam splendor, cum scilicet ex utero egressus est, tanquam splendor qui per uitrum sine ulla eius læsione transmittitur, nisi quod uitri colorem solet accipere, ita etiam Dei filius humanum colorem accepit, uerus homo factus in sanctissima Virgine, sed eam integram reliquit & puram sine ullo eius uirginitatis detrimento nascens, & tunc uiderunt gentes iustum suum, & cuncti reges inclytum suum, ut hodierna die adimpletum est. Videtis igitur quam apertè hoc mysteriū eo loco Propheta prædixerit. Sed res est ponderatione digna, cur cum se tam Iudæis, quam Gentilibus reuelare uoluerit, ex illis pastores, ex his reges elegerit. Cuius rei causa ut intelligatur, sciendum est, ad diuinorum mysteriorum reuelationem aliquam in homine dispositionem neces- C
sariam esse. Hoc apertè docet Ecclesiasti- Eccl. 2
cus his uerbis, uolatilia ad sibi similia conueniunt, & ueritas ad eos qui operantur in illa. Metaphoram eo loco desumit [*Del reclamo*] ait enim aues ad auium si bi similiū cantum conuenire, nam si perdicis cantus est, perdices, non corui, conueniunt, & ē contra, ita (inquit) ueritas speculatiua ad practicæ ueritatis cantum conuenire solet, hoc est morum & uitæ ueritatem allicere tanquam cantu doctrinæ ueritatem, quia si bene moràliter uiuimus, Deus nos sua bonitate, & misericordia il- D
luminat & sui nobis cognitionē dat. Et ita nonnulli uerba illa declarant. Audientes autē gentes (scilicet, Apostolos prædicantes) gauisæ sunt, & crediderunt quotquot Act. 13.
erāt præordinati ad uitam æternam, hoc est, illi qui rectum aliquem uiuendi ordinem habebant, quæ quædam erat ad fidem dispositio. Hoc etiam monet Diuus Paulus dicens, surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Prius sopitum, mox mortuum appellat Ephes. 5
pecca-

A peccatorem, quid enim aliud peccator est, quam sepulchrum viuum, in quo anima rationalis mortua & sepulta est, quandoquidem in eo non hominis ratio, sed belluæ sensus uiuit, huic profundissime sopito,& in anima mortuo ait Apostolus, surge, hoc est dispone te, & ita te Christus, q uera est lux, & uita, illuminabit, & seipsum tibi manifestabit. Hinc causam intelligatis cur alii q frigidi, alij diuino amore ardentes a prædicatione discedant, quia nimirum scintillæ è silice excussæ non humidam escam, sed aridã,& optime ad ignẽ concipiendum dispositam apprehendunt, B petra autem est Christus, ex qua fulgentissimæ ueritatis,& doctrinæ scintillæ, prædicatorum lingua excussæ exiliunt, sed carnales, & sensuales homines innumeris uitijs humidos non apprehendunt, sed eos tantum, qui aliquam in seipsis dispositionem habeant,& quia maiores Hebræorum & optimates perditissimi erant, ut Hieremias affirmat dicens: ibo ad optimates, & loquar eis,& ecce magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt uincula,& Amos, væ vobis (inquit) qui opulenti estis in Sion optimates capita populorum ingredientes pompatice domum Israel, non ait, væ uobis qui pauperes estis, & infimi in Sion, C gentilium autem maiores erant philosophi sapientiæ,& uirtutis amatores, infimi autem omnes fere corruptis, & deprauatis moribus erant, ideo gentilium maiores, Hebræorũ vero infirmiores elegit, in quibus maiorem inuenit dispositionem.

Hier. 5.

Amos 6.

Ait igitur sanctum Euangelium: *Cum natus esset Iesus in Bethlehem, ecce Magi ab Oriente uenerunt.* O magna nostrorum tẽpum confusio, regẽ gloriæ tã propinquũ habemus, ita ut eum paruo labore adorare possimus, nunquam tñ nos ad hoc iter faciendum expedimus. Quo modo ex Arabia in Iudæam ad summũ hoc bonum D inuestigandũ, ut tres isti beatissimi reges profecti essent, qui uix è domo ad Ecclesiã proficiscũtur? Quomodo thesauros suos obtulissent, qui nec duo qdem minuta pauperi, eius amore dare uolunt? meritò Sanctus Euangelista hos uiros Magos (idest sapientes) appellat, qñquidem statim ac stellã uiderunt, & animarum medicũ natum esse cognouerunt, statim regnis suis relictis ab Oriente uenerũt, non sumptus magnitudine, non uitæ periculo, non itineris difficultate deterriti, & quoniam fidei nostræ magistri fuerũt, eos imitemur, A illius præcepti memores, in hora surgendi non te fries, vnaquæque hora, hora est è peccato surgendi, cur igitur nos magis ac magis quotidie irretimus? ut quis cadat, & uel in capite, vel in brachio, uel in alia corporis parte lædatur, mirũ non est, at ut post vulnus acceptum a chirurgo curari nolit, & se cubiculo aliquo serpentibus, & uenenosis animalibus pleno includat, hoc est admiratione, & miseratione dignum. Sed maior est sine ulla comparatione stultitia, ut quis peccatorum vulneribus plenus, Iesu Christi remediũ recuset accipere. B Si rex literas ad te mitteret eius nomine subscriptas, ut quam primum ad se uenires, uelle enim se magnam tibi aliquam dignitatem dare, quod si eo mature non peruenires, triremibus te statim esse condemnandum, quid nam obsecro hoc tibi iter impediret? quãta cũ diligentia properares? cur igitur non eadem diligentia ad regem tuum Iesum Christum festinas, q tot literis suo nomine subscriptis te quotidie, ut summis te beneficijs ornet accersit, ea pœna proposita, ut nisi dum tempus est peruenias, in perpetuam gehennæ triremem damnãdus sis? Sed dices si literas (pater) a Deo acciperem, nulla interponeretur mora: C Mali Christiani hęc responsio est, q a certũ est te quotidie plurimas Dei literas accipere, quas statim ac legisti scindis aut eijcis, ut eas quibus nolumus rñdere, nuncius autem qui eas attulit redit delusus, hæ literæ diuinæ sunt inspirationes ab Angelis illatæ, in q bus hęc ad te Deus secreto scribit. Recordare te Christianum esse, recordare quonam te pretio redemerim, recordare me crudelissimam crucis mortẽ subijsse, recordare regnum me tibi habere paratũ, recordare me inferni, & pœnarũ dñm esse, recordare tandem omnia D ista, quæ te detinẽt caduca esse, & transitoria; O munde ut transis, ò inferne, ut expectas, ò mors ut aduenis improuisa. Vides igitur frater quoties huiusmodi literas accipias, quibus nihil ut dixi respondes, & quod in eis Deus petit (scilicet uitæ tuæ emendationem) de die in diem impudentissime differs O impudentẽ erga Deũ & Angelos qui ad Deum reuertuntur inanes, quonam supplicio magna hæc puniętur iniuria, qua uniuersalem rerũ omnium

Eccl. 32.

Simile.

A Dominum afficis. Cum descendisset Moy- Exo. 32. ses cum tabulis, quas Dei digito scriptas habebat, eas ad radicem montis confregit eo q̃ populum uitulum adorare uideret, & cũ Dei literis indignum existimaret. Eodem modo Angelus ille, qui tibi a Deo custos est datus in cœlo (tanquam in monte Moyses) a Deo petit, ut ad te literas scribat, hoc est sanctas & pias inspirationes, quas secũ è cælo descendens adducens, timeo ne cũ te talem uideat, illis indignum existimet, & eas (tanquam Moyses) confringat, quæ magna erit pœna, sed illa es, & alia ěr maiori dignus. Quæ cum ita sint, obsecro uos B Dei nomine fratres charissimi, ne salutis uestræ remedium longius prorogetis, sed una cum his regibus iter aggrediamini.

Ecce Magi ab Oriente uenerunt. Venerũt quia Deus per stellam eos uocauit, aliter Ps. 126. enim nõ uenissent, & hoc est quod ait David, uanum est uobis ante lucem surgere, surgite postquam sederitis, qui mãducatis panem doloris. Antequam cœlestis lux nos illuminet, nemo surgere potest, & uiros oẽs quas adhibebit manes sunt. Cur igitur si surgere non possent, ait propheta, ut surgant: quia nimirum impossibile est, ut Dei auxilium deficiat, quare cũ inspirationes, C sermones, aduersitates, beneficia Dei, sint lux, quæ uos illuminat, surgite qui manducatis panem doloris, scitote omnia ista peccata, quæ ad mundi mensam sedentes manducatis, si homines estis optimi rerum æstimatores, panem doloris futura aliquando esse. Simile. Si cui sedenti mensa aliqua suauissimis cibis instructa esset apposita: alius autem euaginatum teneret gladium, ut eum statim ac cœnasset occideret, quam nam uoluptatem infœlix ille ex ciborum suauitate perciperet, panem profecto doloris manducaret. Heu si scires carnalis, auare, superbe, quis nam sit cibus peccatũ, D quod uix consensu manducasti, cum statim æternæ gehennæ flammis damnatus remanes, vt illud doloris panem uocares, ô homo, stulte & miser, q̃ quod corpore breui temporis momẽto comedis, corpus vna & anima æternis pœnis persoluet. Expuite obsecro dilectissimi malos hos cibos, & ad Iesu Christi mensam properate, ad præsepium, ad sanctissimæ Virginis sinum, ubi uitæ panem inuenietis.

Venerunt Hierosolymam dicētes, ubi est qui natus est Rex Iudæorum? Mira pfecto res, nascitur rex, & in stabulo nascitur, & A pro throno hẽt præsepium, huius aũt rei causa est, quia ut vulgo dicere soletis (*Las penas que se dan por las culpas son para la camara del Rey*) q̃uere adimpletum est in diuini huius regis cubiculo, qđ ex pœnis factum est originalis peccati, quæ sunt fames, frigus, paupertas, nuditas, ac labores: quia nimirum uoluit ipse eas nostra causa suscipere, & in ijs nasci: *Vbi est qui natus est Rex?* Statim Angelorum & hominũ Psal. 83. Rex natus est, & adimpletum est quod David tanto cum affectu petierat, da imperium tuum puero tuo. Cur ô propheta imperium puero dandum est? Nonne B grandi alicui, & forti dari melius erat, qui nos ab hostium nostrorum tueretur iniurijs? Non (inquit) domine imperium tuũ superbis, & inflatis dare, qui eos qui illis seruiunt nulla alia re remunerare solent, quam una hac uoce (*Tengolo en seruicio*): sed puero qui q̃cqd ab eo petitur liberaliter dat, & qualibet re illi seruias contentus est; ideo domine peto a te, ut Regem nobis des puerum, nostra enim paupertas exigua illi munera offerre potest, eius autem liberalitas, quicquid ab eo petemus elargietur. En igitur puer Rex quem petebat David, qui uel una tantum lachryma, C & suspirio, nisi plura dare potest contentus erit. Magnam etiam solatij causam nobis hæc uerba afferre debent, quia si nascitur Rex, & noster est frater suas nobiscũ diuitias communicare tenetur, hoc significare uoluit Diuus Paulus cum dixit: Scimus autem quoniam diligentibus Deum Rom. 8. omnia cooperantur in bonum, ijs qui secundum propositum uocati sunt sancti: nam quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Tanta inquit Apostolus, ornauit Deus dignitate eos a quibus se diligi nouit, & qui æterna D sua misericordia diuinæ uoluntatis decreto uocati sunt sancti; hoc est uocati sunt ad sanctitatem, ut omnia illis, & prospera & aduersa, & uirtutes, & peccata ex Dei ordinatione cooperentur in bonum, eo quod eos ante tempora secularia (quia eos prædestinauit) præsciuit, & definiuit futuros esse, & in hac uita, & in gloria conformes filio suo, qui est imago eius inuisibilis, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Et quãuis diuino huic primogeni-

A to ut homini multa sint concessa priuilegia scilicet, ut sanctissima eius anima in suæ creationis instanti, ante omnes glorio sa esset, ut primus omniū sine peccato cōciperetur, primus qui ad immortalitatem resurgeret, primus qui ad cœlos ascenderet, nihilominus tñ, nos qui eius fratres sumus, quandam cum eo similitudinem habere eius uirtutum imitatione debemus: sed ut similes simus, ille ut primogenitus opem nobis ferre debet, ut fratribus, quandoquidem æternus pater præsciuit & definiuit nos conformes fieri imagini filii eius. Hoc autem omne ait D. Paulus a
B diuina prædestinatione procedere secundum propositum diuinæ uoluntatis, ait enim quos præsciuit, & prędestinauit, ubi illa dictio, &, non est copulatiua, sed causalis, hoc est, quos præsciuit, quia prędestinauit. Esse autem prędestinationē bonorum omnium fontem, paulo post magis declarat his verbis, quos autem prædestinauit, hos & uocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit, quos aūt iustificauit illos & magnificauit, non solum in cœlesti gloria, sed in hac etiam uita, ex quibus diuinæ prædestinationis effectibus sequitur ꝙ nemo unquam Dei amicos cęlestis glorię corona
C priuare poterit, & ideo addit, si Deus pro nobis, quis contra nos? & cum alia prędestinatorum beneficia retulisset concludit, quis ergo nos separabit a charitate Christi? idest, cum tantum *Deo* debeamus, qd nos ad peccandum incitare poterit certus (inquit) sum, quod nulla creatura poterit nos separare a charitate Christi, quæ est in Christo Iesu, i. qui nobis meruit Christus
D. Hier. ad Galatas q. 5 Iesus. D. Hieronymus ubi nos legimus certus sum, vertit confido quod optime quadrat, nam de se & de cæteris Apostolis loquens Apostolus, potuit quidē dicere certus sū, at uero de alijs Christianis satis est
D si dicat confido. Intellexistis fr̄es, quō diuinus hic rex est primogenitus in multis fratribus, ꝙ si eius fratribus omnia cooperatur in bonū, quia etipsimet peccata maioris humilitatis, curę occasionem desumunt, quanto maiora bona ex hoc beneficio colligent regem habere Iesum Christum, qui eorum frater est primogenitus, & ideo eos tanquam primogenitus alere & rebus omnibus necessariis instruere debet? & ita dixit Esaias factus est principa-
Esa. 9. tus super humerum eius, reges plurimi & principes sua regna & principatus infra A pedes habent ut eos premit, & nouis quotidie tributis & oneribus conculcent. Porca filios suos ab omnium belluarum iniuriis, quamuis feræ & crudeles sint, defendit, ita ut lupis & ursis se pro eorum defēsione opponat, sed postea ipsamet eos discerpit & uorat, ita etiā nonnulli sunt principes, qui subditos suos ab externis hostibus defendunt, sed ipsimet eos lacerant et uorant crudelius autem est a propria matre, quam ab alia bestia extranea lacerari:
De his cōquerebatur Deus dicens, principes tui infideles, socii furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. At Esa. 1. B
vero cælestis hic rex nō est huiusmodi, sed principatus eius super humerum eius, ut nos scilicet extollat. Nam cum quis rem Simile aliquam in sublimi loco positam videre, aut assequi optat, neque per se hoc potest eo quod pusillo sit corpore, alius suos illi humeros supponit, vt ita quod optat videre et assequi possit. Optabant homines, altissimam maiestatē videre, et cælestis glorię diuitias assequi, sed tam exiguis eorum meritis per se ipsi non poterant, et ita eos cęli rex Iesus Christus humeris suis impo suit, idest meritis virtutis et potentię suæ, et ita eam quam optabant gloriam asse- C quuntur. Benedictus et glorificatus sit talis rex, beatus ille, qui ei se ex toto corde subiicit. Hic erat rex quem genus huma Esa. 1. num optabat, et eius nomine Esaias petebat dicens, emitte agnum Domine regem et domi natorē terræ, da nobis dominum regem et principem qui non sit lupus, et nos (vt alii qui terræ principes deuoret, sed agnus vt nostrum sit sacrificium, et nos suo sanguine redimat

Audiens āt Herodes rex turbatus est. Turbato rege, turbatur Hierosolyma, hæc est subditorum consuetudo vt princ. p. s suos tam in bono, quam in malo imitentur. & D ideo qui aliis imperant plurimū cauere debent, ne eos suos deprauent exēplo. Res est animaduersione digna, quod cū scriberet Moyses mundi creationē, & in ea nonnulla, quæ tanti momenti nō esse uidebantur vt est Angelorum creatio, tñ nullam de ea mentionem fecit, ꝙ non temere, sed diuina prouidentia factum est, ne malorū Angelorum lapsus scriberetur, ex quo homines ad malū proni dicere potuissent, quid mirū nos qui ex infirma carne cōstamus

A peccare, si angeli qui spirituales sunt ita peccarunt. O quanta hic deplorandi daretur materia, si uero & pfecto amore Deū prosequeremur, & proximos, eum a principibus & optimatibus tot libidinum, ludorum, dissensionum, & aliorum scelerum subditis exempla præberi uideamus. Iussit

Nu. 10. Deus Moysi fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem quando mouenda sunt castra, si semel clanxeris ueniēt ad te principes & capita multitudinis Israel, hoc etiā fieri hodie uult Deus & quod tunc figura ostēdebatur ad raplon, nam cum Christiani exer

B citus tubæ, quæ sunt diuini verbi prædicatores, cœlestis suæ doctrinæ sono ceciner int, optimates & capita populorum prius cōuenire iubet, ut cętera populi multitudo eos sequat duces. Sed heu dolor in ui-

Exod 4. tiis eos præire uideo, in uirtute uero ultimos esse, de Magis Pharaonis legitur omnes eorum uires in eo positas fuisse, ut pę narū mala quæ Moyses Dei uirtute faciebat augere quidem possent, tollere autē non possent, plures ranas, & plus sanguinis faciebant, tollere autem minime poterant: ita & plurimi nunc sunt ex magnatibus, qui prauo suo exemplo ad culpæ ma

C la facienda adiumento esse possunt, uires autem non habent, ut ea tollant, quia effęminati sunt & infirmi ad bonum.

Sed quero ò Chrste uera lux, & uere aīarum magister quādoquidem tres istos reges docuisti ut te natum quęrerent, non ne melius fuisset eos in Bethlehem recta uia deducere quam stellam illis occultare, ut necessario ad urbem Hierusalem ueniendum esset? hoc modo enim neque se mortis periculo exposuissent, non turbatus esset Herodes, non occisi pueri, nō tu in Ægyptum una cum matre fugisses. O admirabilia Dei artificia, quę, ut iusti labores & persequutiones patiantur excogitat ut maiores assequantur coronas. Eunti in

D Bethlehem, quæ domum panis significat, & beatitudinis typus est ubi beati Deo satiantur per labores & pericula Hierusalē trāseundum est: Prædicens Esaias Hebręo

Isa. 1. rū persequutiones, uisio (inquit) Esaię quā uidit super Iudam & Hierusalem, ubi septuaginta interpretes transtulerunt, uisio Esaiæ, quam, uidit contra Iudam & Hierusalem, quo significatur quod persequutiones illæ quas quis impatienter fert, & qui bus durior & deterior efficitur, dicūtur uenire super eū, quia sic se opprimi sinit & hæ tantum persequutiones contra illū esse, qui eas patitur dici possunt: illæ enim quas patienter quis tolerat nō cadunt supra illum, imo ille superior remanet, persequutiones autem pedibus subiectæ, tanq̄ scalæ illi sunt per quas ad maiora merita & maiorem gloriæ coronam ascendit, & ideo hæ contra illum esse dici non possūt sed in eius potius utilitatē, & quia Hebręi Dei flagellis deteriores facti sunt, ideo nr̄a translatio ait, uisio Esaiæ quam uidit sup Iudā, septuaginta uero interpretum trāslatio, contra Iudam Hac de causa uoluit dominus, ut sancti hi uiri per Hierusalē transirent, ex quo plurimæ persequutiones, & illis, & aliis Dei serui sunt consequutæ. B

Turbatus igitur rex est, & statim sāctissimo puero mortem machinari cœpit, timens ne eum grandior factus esset sibi regnum adimeret, quare, *Congregans omnes principes sacerdotū & scribas populi sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceret.* Pōderat

Bernar. hoc loco D. Bernardus, similem huic tyrānidem cōtingere solere in nōnullis cōgregationib (q̄uis ex iustis & sanctis cōstet) in quibus nōnulli ita tyrannice usurpant Imperium, ut cæteros quos uirtute prædi C tos uidēt, ad nullū dignitatis gradū sinant ascēdere, ne eos corrigere possint & q̄ indigne possident adimere. Hac de causa, Pharao iussisse legitur, ut Hebræorū masculos interficerēt, fœminis āt parcerent, quia illos ne sibi regnum grandiores facti adimerēt metuebat, a fœminis aūt nullum esse metuēdum periculū sciebat, ita etiam tyranni & ambitiosi perfectos in uirtute uiros uiuere non sinūt, ne suæ uolūtati aut dignitate repugnēt, effœminatis tn̄ & infirmis fauent, quia eos nihil metuunt. D

At illi dixerūt ei, in Bethlehē Iuda, sic enim scriptū est per prophetā, & tu Bethlehē terra Iuda nequaquā minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet, q regat populū meum Israel. Hæc uerba sunt prophe-

Mich. 5. tæ Michee. Sed attendite sacerdotum & scribarum malitiam, qui prophetiam detruncarunt, & ea tantum dixerunt quæ regi grata esse futura intelligebant: nam immediate ait de hoc cœlesti duce propheta, & egressus est ab initio a diebus æternitatis. Hæc malitiose tacuerūt, ubi manifeste Messiā uerum & ęternū Deū futurum es-

se

A se affirmat, forte. n. uisum est maiorē hōc esse posse turbationis causam. Idem prorsus his temporib. plurimi regnū & principum consiliarij præstare solent, qui ea tantum dicunt, quæ principis auribus non ingrata futura esse putant, quapropter cōsulo uobis dilectissimi, ut nunquā eos rerū uestrārū consiliarios adhibeatis, qui vobis indigentiam necessitas efficiet, ut non q iæ conueniunt, sed quæ nobis grata sūt dicant. Hoc earum auium exemplo probari potest, quas ficedulas appellamus vulgo (*trodas*) illæ enim dū propria manu alimus breui temporis spatio, quæcumque B volumus verba cantu exprimere discunt: & Iesus, & sancta Maria optime & expedite cum uolumus pronunciant: qđ si eas liberas emittis, neq; ut antea alitis, dū per tecta uolant profecto nec Iesus dicūt, nec Sācta Maria (*hablā nuestro lengua, e pro que nos ha menester*) huiusmodi sunt cōsiliarij quos alimus, nā tanq̄ aues illæ, ea tantum uerba quæ nobis grata esse didicerunt loquuntur, homo uero liber qui te non indiget si etiam uirtute præditus sit, libere quod verum esse sentit exponit. Magna igitur horum fuit malitia, qui si ea quæ sequuntur dixissent, forsitan infœlici C huic tyrāno profuissent, aut saltem quod
Mala. 2 illi debebāt præstitissent. Per Malachiam ait Deus, labia sacerdotis custodiunt sciētiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Dñi exercituū est, sed cū isti non Dñi, sed Sathanæ Angeli essent, non omnem quam sciebant ueritatē exposuerūt. O iuris periti quātum hac in re peccatis, qui si litis initio, ueritatē quā sentitis libere diceretis, neque litigantes tantum milites insumerēt, neq; vos animas uestras cōdemnarētis. Sed cum uestrarū aliqui diuitias tantum accumulare finem sibi propositum habeant, nihil de ueritate curant, q̄ D maximo cum scelere occultatis, legib. vos regi dictitātes; sed si legum naturam sequeremini, profecto eas ad eū quē vultis sensum nō ita detorqueretis, ex iisdem verbis cōtrarios sensus elicientes, ut ex eadē cāpana diuersi eliciuntur soni, unus qđē pro viuis, alter pro mortuis. Quod si Sapiēs
Sap. 1. dicit; os quod mentitur occidit animam, quid faciēt illi, q res loquūtur q̄ tanto sunt proximis detrimento, ut scribæ & sacerdotes, qui causa fuerunt vt ex ea scriptura q̄ illi citarunt moueretur Herōdes ad innocentes pueros occidendos, ita etiam inter A dum iuris periti causa sunt (legis alicuius textū male adducto) ut quis proximo suo innocenti uitam adimat bona quibus ille alebatur eripiens. Huc humana malitia deuenit, ut legibus tam diuinis, quam humanis ad suas iniustitias comprobandas abutantur. Hoc modo serui Dauid ei, ut Saul in antro occideret, persuadebant Dei utentes testimonio his verbis: ecce dies de qua loquutus est Dominus ad te, ego tradam tibi inimicū tuum, ut facias ei sicut placuerit. Quæ uerba melius Dauid intellexit, q̄ cem postea uestem tantum secasse pœnitebat. 1. Re. 24 B

Tū Herodes clā uocatis Magis dixit, ite & interrogate diligenter de puero. Noluit puerū regē appellare, ut illi appellauerāt: eos enim quos odio prosequimur, nullo appellare solemus honore. Sed hominis admiror stultitiam, partem enim Prophetiæ, in qua nascituram esse in Bethlehem dicebant, credidit, aliam uero partem, ab eo scilicet populum Israel regi debere non credidit. Fidem ei præstitit quod sibi prodesse uidebat, ei uero quod ei nocere poterat nullam habuit fidem; difficile enim omnino est ea quæ cupiditati & appetitui repugnant credere, & ita si quis vos de mortis incertitudine monet, & posse uos in ipso ætatis flore facillime mori, hoc quod appetitui uestro repugnat, persuaderi uobis minime potest. Admirationem etiam hoc loco parit, cur scribæ illi & sacerdotes, cū parum Bethlehem distaret, una cum Regibus eo profecti nō sint, cum præsertim de stella illa admirabili audissent, qui in vero in eorū uituperationem, & Magorū laudē dictum est, Populus quē non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi, filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt a semitis suis O filij alieni, dæmonis filij, qui ea qua præditi estis sciētia abutimini: Optans Dauid aquā ex cisterna Bethlehem bibere, & pro ea suspirans dixit. O si quis mihi daret parū de cisterna quæ est in Bethlehē. Sed cū aquā illi ex ea cisterna adductā præberent, bibere noluit, sed statim effudit Ita etiam Iudæi filij Dei aduentum optauerunt, & pro eo sæpissime suspirarunt, sed uenientem recipere noluerunt, imo preciosissimum eius sanguinem crudelissime effuderunt. O cæcitas diabolica, no- C Psal. 17. 2. Reg. 23 D

A minem in vrbe Hierusalem extitisse, qui miraculi nouitatem a Regib. audiēs, num hoc uerū esset scire uoluerit, cū præcipue ut dixit Bethlehem non longe distaret, & hunc Regē quē natū iam esse audiebāt ꝑ tot annos expectasset. Ex hoc profecto in telligere potestis, quo demētiæ populus il le dæmonis arte deuenisset, & quā depra uata esset ciuitas illa, quæ olim tāta sancti tate floruerat. Merito de ea cōquerebatur
Isa. 1. Isaias dicēs. Quō facta ē meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ, argētum tuum uersum est in scoriā. Vbi nos legimus iusti
B tia habitauit in ea. D. Hieronymus tran
D. Hier. stulit, iustitia requieuit in ea: & septuagin ta interpretes; iustitia dormiuit in ea: hæc enim omnia uox Hebræa significat, ī quo significatum est, quam fortes in ea ciuita te egerat radices, uirtus, & sanctitas, in qua ita quiescebat, & dormiebat iustitia, ut ni hil de discessione cogitaret, & tamē eam Hebræorū peruersitas (ut ex hoc loco pa
Hier. 13 tet) deiecit. Hoc etiā Hieremias Dei no mine comminabatur dicens. Omnis lagū cula implebitur uino, & magis se declarās addit; ecce ego implebo omnes habitato res terræ huius, & Reges & Sacerdotes &
C Prophetas, & omnes habitatores Hierusa lem ebrietate: O verba horrore plena, si di ligenter expenduntur. Inter maiora diui næ iustitiæ supplicia, hoc esse solet, omnes unius regni, uel ciuitatis homines uniuer sali quadam ignorantia excæcare, ut om nes peccent, neque uitæ & morum suorū deprauationem (quadam quasi ebrietate impediti) cognoscant. O Deus maiestatis infinitę, hanc obsecro a nobis ebrietatem auerte, omnes enim fere hodie tā ebrios, & tam erroris sui ignaros animaduerto, ut magna animi commiseratione motus, facere non possim quin ad te clamē. Qđ
D si qui sunt dilectissimi qui ad hāc ebrieta tem & insaniam nondum deuenerūt, cau te uiuant, & diuini auxilij, fauorem humi liter petant, ne se in eam, ut cæteri prola bi sinant. Qui uero ebrij iam sunt audiāt
Ioel 1. Dei uoces per prophetam Ioel clamantis, expergescimini ebrij, & flete & ululate.

Qui cum audissent Regē abierunt; & cū rursus stella apparuisset ea duce peruene rūt Bethlehē, vbi *inuenerunt puerum cum Maria matre eius*. Quo nā stupore eorum animos perculsos esse existimatis, cū Deū ipsum in stabulo natum uiderunt? Audite, A
qđ hac de re dixerit Dauid. Reges (inquit) Psal. 47.
terrę cōgregati sunt, conuenerunt in unū. Addit, ipsi uidentes sic admirati sunt, con turbati sunt, commoti sunt, tremor appre hēdit eos. *Et procidentes adorauerunt eum, & apertis thesauris suis, &c.* Ex ijs reb. quę pluris in suis regnis æstimabantur adduxe rant dona, quæ superno Regi offerrent: ita dixit Iacob filijs suis, sumite de optimis ter Gen. 43
ræ frugib. in uasis uestris, & deferte uiro munera. Ipsis etiam hominib. meliora of ferre solemus, quanto æquius est hoc cum Deo præstari? Sed tāta hominum malitia est, ut Deo semꝑ deteriora offerāt, uitæ ꝗ- B
dē senectutem, diei horas inutiles, & tpali bus negotijs non impeditas, uestium eas ꝗ uetustate uel longo usu detritæ ꝑdesse nō pñt, panē duriorē, filiorū quos uel ob inge nij tarditatē, uel ob malā corporis habitu dinē mūdus reijcit, hos dicatis Ecclesię. At tēdite quid per Malachiā dicat Deus Ma Mala. 4.
ledictus dolosus, qui habet in grege suo masculū, & uotum faciēs immolat debilē Dño, quia Rex magnus ego, dicit Domi nus exercituum, & nomen meum horribi le in gētib. Nonne auditis eos maledictos appellari, qui deteriora offerunt, cum ille cui offeruntur Deus sit, Rex magnus & po C
tens? Dum igitur aliquid Deo offerre vul tis, horū verborum recordamini, Rex ma gnus ego, dicit dominus, & nomen meum horribile, ut meliora puro cordis affectu illi offerentes, eius hic gratiam consequa mini, quæ acquiritur gloria. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

IN EADEM DIE Epiphania Domini.

Concio Tertia.

D

Cum natus esset Iesus in Bethlehem in diebus Herodis regis, &c. Matth. 2.



AGNA cum lætitia fa ctum hūc diem nostra ma ter Ecclesia celebrat, quia in eo admirabilis, Dei hu manitatis manifestatio fa cta est, quòd singulare fuit erga nos bene-

A beneficium. Quid enim thesaurus abscon ditus tibi prodesset, si quonam lateat loco ignoras? Et ita ait Ecclesiasticus. Sapientia absconsa, & thesaurus inuisus, quę utilitas in utrisque? Parum Deum hominem fieri profuisset, quamuis pretiosissimus sit thesaurus, ignotus, fuisset. Conficit sibi mulier aliqua stromata reticulata: hoc est (*paños de pared dered.*) in quibus aues quã plurimas, animalia diuersa, diuersas, arbores acu artificiose pingit, sed si nudo parieti apponantur, artificium, quod in ijs est uix apparet, quod si purpuræ super imponatur, nihil erit quod optime dignosci

Ecc. 20.

Simile.

B non possit. Ita etiam dicere possumus misericordiam, benignitatem, clementiam, & iustitiam Dei esse quidem ex se infinitæ perfectionis, sed ab hominibus in operibus creationis non ita exacte cognoscebantur, donec hæc ipsa diuina attributa infinitę uerbi essentię consubstantialia, una cum ea in hac sanctissimæ humanitatis purpura posita sunt quam uerbum diuinum hypostatica & personali unione recepit, & ita homo factum, & in stabulo Bethlehem natum, se statim manifestare uoluit, & tunc ut Diuus Paulus ait, Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri. Primum se manifestauit pastoribus, hodie uero Gentilibus, pastoribus se

Ad Ti. 3

C Hebræorum manifestauit, non optimatibus & potentibus, significans singulare hoc redemptionis beneficium, infimis tantum Hebræorum utile futurum esse, cæteros autem in peccatorum suorum pœnam esse in misera illa infidelitate remansuros. Hoc Diuus Paulus affirmat Isaiam citans his uerbis. *Isaias autem clamat pro Israel, si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ saluæ fient, uerbum enim consummans, & abbreuians in ęquitate, quia uerbum breuiatum faciet Dominus super terram.* Reliquiæ eo in loco

D ait, metaphora a mensa aliqua desumpta, omni ciborum referta genere, ex quibus quæ super sunt, reliquias certum est minoris esse quantitatis, quam ipsos cibos qui erant appositi. His igitur reliquijs comparantur eo loco filij Israel, qui saluati debẽt, & cæteri omnibus cibis eos qui demnandi sunt, quos innumerabiles esse ait tanquam arena maris, quare quemadmodum postea quam inuitati cœnarunt, colligit quis hinc inde micas, quæ exigui ualoris esse uidentur, ita etiam Deus qui animarum salutem tãquam cibum expetit, hinc unum inde alium colliget, cęteros uero omnes dæmonum esca fient. Ait autem hic Diuus Paulus eos Deum esse conuersurũ, per uerbum Euangelicum, quod uocatur uerbum consummans, hoc est hominem perducens ad perfectionem, & abbreuians quia sacrum Euangelium est ueteris legis summa & breuiarium. Addit in ęquitate quia quicquid in eo iubetur ęquum est iustum & rationi maxime conueniens. Magnas hic laudes Euãgelio Spiritus sanctus

A

B tribuit, ex quo magnum quoddam mysterium intelligetis. Nam Isaiæ capite nono, ubi Christi redemptoris nostri nomina referuntur his uerbis. Vocabitur nomẽ eius admirabilis consiliarius, Deus fortis, pater futuri sęculi, & princeps pacis; Septuaginta interpretes horum omnium nominum loco transtulerunt, uocabitur nomen eius magni consilij nuntius, tanquam significãtes, quod qui talem legem & tale Euangelium hominibus dedit erat Deus, Deus fortes, Princeps pacis, & pater futuri sęculi. Ex gentilibus autem sapientes & potentes ut se manifestaret elegit, ut significaret qđ optima & præcipua populi Gentilis pars, diuini huius mysterij fidẽ receptura erat.

Isa. 9.

Iudi. 6.

C Nunciauit Deus Gedeoni per Angelum. Madianitas eum esse superaturum, qui hoc ab eo sibi dari uictorię signum postulauit, ut lanę uellus quod in area poneret, cęlesti aqua ita irrorarẽt, ut terra circũstãs sicca ramaneret. Concessit ei Deus quod postulauerat, & cum iam factum esset, expressit Gedeon uellus, & iterum Deum, ne sibi irasceretur rogauit, ut aliud sibi signum daret se uellus in eodem loco positurum esse, si mane siccum esset uellus, terra uero omnis rore maderet, certum se de uictoria futurum esse, & ita ut

D petijt factum est, Magnum hic latet mysterium, non enim credendum est Gedeonem fidem Angelo non præstitisse, neque Deum tentare his petitionibus uoluisse, qui præceperat. Non tentabis dominum Deum tuum, Diuus Paulus Gedeonem inter sanctos ueteris testamenti enumerat. Qui etiam si tentare uoluisset, ea a Deo non impetrasset, aliquod igitur mysterium latere dicendum est,

Deu 9.
Heb. 11

A Hoc igitur Hebræi populi reprobationem præfiguratam esse dico, & Gētilis receptionem, ullus enim Hebræus est populus, q. primum diuinę gratiæ aqua irroratus fuit, & pluribus aliis cælestibus donis, sed hoc vellus ingratitudine maiori ex parte exaruit, & Gentilium terra rore fuit aspersa, & hoc trium horum Regum significauit aduentus, qui cælestia dona a diuina manu hodierna die receperunt. Neque solum in hoc benignitatem suam, & misericordiā Deus uerum etiam suam omnipotentiam

B ostendit. Optat Rex aliquis aut Princeps publicum aliquem mercatum libere, nulla personæ suæ, & dignitatis habita ratione

Simile. spectare, libere oēs alloqui, & quicquid in eo fit diligenter aspicere; sed quia hoc regiis uestibus, regio comitatu & pompa prestari non posset, pretiosis illis uestibus rudes, & pastorales superimponit, faciemque ne agnoscit posset contegit, & ita libere quocunque vult ignotus perambulat. Sed tñ si attente manus inspicitis non rustici & pastoris, sed principis manus esse uidebitis, candidæ enim sunt, & delicatæ, si

C uerba etiam attenditis, aulam & palatium redolere uidebuntur, quin etiam interdum aurum aut sericum aliqua apparere inter rudes vestes uidebitis, & huiusmodi alia signa dari, ex quibus personæ dignitas agnosci posset. Eodem modo Dei filius Princeps pacis, cum per hunc mundi mercatū deambulare uellet, & electorum suorum animas emere, quia diuinæ maiestati derogari aliquo modo uidebatur, cum peccatoribus conuersari, cum Publicanis publice mãducare, quin etiam seipsum illis offerre, vt cum Zachæo fecisse legitur, ideo diuinitatem suam rudi, & uili naturæ nostræ ue

D ste contexit, habitu inuentus ut homo, ita ut in p̄sepio positus plorans, circuncisionē recipiens, in Aegyptum fugiens, purus homo uideretur, quod si manus quæ sunt admirabilia eius opera spectasses, uidelicet ab Angelis laudari hymnis & canticis, a Regibus Orientis adorari, mortuos resuscitare hæ manus principis erant, non rustici, Dei non hominis opera hominum cogitationes cognoscere, populos suspensos tenere in uerbis gratiæ eius quæ procedunt de ore eius, sublimem doctrinam prædicare, nullo humanæ disciplinæ auxilio, uentis, morbis, Dæmonibus imperare & morti, non humana hæc erat lingua, sed diuina, A & immortalis, iñ transfiguratione autem inter viles humanitatis nostrę uestes animæ gloria quæ ex diuinitatis uisione procedebat in corpore, ubi latebat emicuit.

Ait igitur Sanctum Euangelium. *Cum natus esset Iesus, ecce Magi ab Oriente uenerunt Hierosolymam dicentes, ubi est qui natus est Rex Iudæorum?* O viri prudentissimi, cur non alium ibi esse Regem cōsideratis, q. si aliū uos Iudæorum Regem nominare audiet præter se, occidi uos impera B bit? O fortitudinem admirabilem, quantā in anima potes Dei impulsu & motu, ut nihil times, ut nullo periculo deterreris: tales debent esse iusti, Christum enim Dei filium secreto, & publice, ore corde & operibus confiteri debent, & se mortis periculo (si necesse est) exponere. Plurimi hoc iter incipiunt, sed regnare Herodem audientes, antequam eius aspectum uideant, reuertuntur, si timidos se appellari audiant, & illatam sibi iniuriam timore ignoscere vel in sumptibus ob auaritiam non humi- C litatem parcos esse, statim ab incepta uirtutis uia reuocantur. O effœminati & timidi, quid si corpori nudatos enses obijceret ut peccatum aliquod committeretis, quam facile assentiremini, qui tam leui de causa Deo terga uertitis? Similes isti sunt illis de quibus D. Ioannes ait. Verumtamen ex Principibus multi crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non confitebantur ut de Synagoga non eijcerentur, dilexe- Ioan. 12 runt enim gloriam hominum, magis quam gloriam Dei. Nolite obsecro dilectissimi eorum numero esse, sed per omnia quamuis uitæ ipsius periculo fiat, ho- D rum Regum imitatione quod semel incepistis ad exitum animose perducite Deo seruire, humiles esse, non iurare, non superfluos sumptus facere, in his omnibus uerum honorem consistere existimate, & ut hæc præstare possitis a Deo humiliter petite, ut uos cælesti moueat impulsu, ut hoc Reges mouit. Frigebat aliquando feruentissimus ille Hieremiæ spiritus, & a po- Iere. 20. pulo derisus nolle se amplius Dei nomine prædicare aiebat, factus sum (inquit) in derisum tota die omnes subsannabant me, quia iam olim loquor uociferans iniquitatem, & uastitatem clamito, & factus est mihi sermo Domini in opprobrium

A brium & in derisum tota die, & dixi, nō re cordabor eius, neq; loquar ultra in nomine illi°. Sed audite ut trig° illud, & torpor dinino sit igne sublatus, subdit. n. & factus est in corde meo quasi ignis æstuans, claususq; in ossib. meis, & defeci, ferre non sustinens. O utinam corda uestra hic idem ignis exureret, statim. n. omni timore deposito, animi qui nunc iacent abiecti excitarentur, & nihil est tam difficile & periculosum, quod nō magna cum alacritate susciperent, ut sancto prophetæ contigit, qui statim ait, audiui contumelias multorum, & terrorem in circuitu, qui dicebant, per-
B sequamur eum, & præualeamus aduersus eum, & consequamur ultionem ex eo, sed num huiusmodi minis deterrebatur? mini me imo lætus dicebat: Dñs mecum est tanquam bellator fortis, & tali munitus auxilio cur timebo? Idem uenerabiles hos uiros dixisse credo, & ideo audacter interrogabāt: *Vbi est qui natus est Rex Iudæorum?* Mirū est reges sapientissimos de Chro Saluatore in tyranni aula & palatio interrogare, de Deo in regis palatio interrogatis? Si nona uestrū genera uanitatis causa excogitata uidere uultis, si murmur rōnes, adulationes, irrisiones, & alia huiusmodi
C audire quā plurimos ibi inuenietis magistros, de Deo uero nihil ibi agi', neq; quis ille sit scitur. O q̄ uere de ijs dicere possu-
Eccl. 29 mus quod Ecclesiasticus dixit, quamuis de re diuersa, domus pregens turpitudinem.

Audiens autē Herodes Rex turbatus est. Malus quē mala conscientia torquet quacunq; re turbatur, & ita minatus est Moy-
Leu. 20. ses Dei nomine illis qui datam legem frangerent, his verbis, terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugient quasi gladium. O quanta exaggeratio, folij uolantis sonitu peccatores ita inqt deterrebit ac si imminentem capiti gladium uiderēt, idem etiā
D actus Iob plurimum exaggerat dicens: so-
Iob 11. nitus terroris semper in auribus impij, & cū pax sit, ille semper insidias suspicatur, vt impio huic Herodi contingit qui cœlesti pace perturbatur, nam quanuis Angeli pacem in terra hominibus cecinerunt, tamen addiderunt bonæ uoluntatis, quia his tantum redemptoris ortus pacem attulit, malæ uero uoluntatis hominibus eorum culpa maioris fuit inquietudinis, & perturbationis occasio, quod etiam ī istis festinitatib. contingere uidemus, iusti eīn
A quamuis semper dicere possint illud Psal-
Psal. 118 mistæ: Ambulabam in latitudine, q a man data tua exquisiui, hoc est ex mādatis tuis, magna est mihi in aduersitatib. magnanimitas consequuta, ita ut nullum sit infortunium, quod animus meus capere nō possit, quamuis inquam hoc iusti omni tempore dicere possint, in maiorem tamen festiuitatum celebratione maiorem in se pacem & quietē sentire solēt, mali vero plus perturbantur vt experientia uidemus, tam enim inquieti sunt sacris his diebus, ut nū quam in eodem uoluptatis genere quiescere possint, sed noua semper die & nocte ob
B lectamenta quærant, ita ut de illis illud di-
Psal 100 ci possit, turbati sunt & moti sunt sicut ebrius, & oīs sapientia eorum deuorata est.

Turbatus igitur Herodes: & ex turbatione puerum occidendi desiderium natum est. Idem a uobis quærere uellē, ubi est qui natus est rex Iudæorum? quō uos quoque turbaremini, & ex turbatione non occidēdi puerum desiderium nasceretur, sed illi omni studio & diligentia seruiendi. Dicite igitur, ubi est qui natus est rex Iudæorum? Profecto hæc interrogatio magnū nobis timorem deberet incutere, cum nullum in cordibus nostris vestigium apparet, ex
C quo regem nostrum natum ibi esse digno sci possit. Interrogat Iob. Sapientia ubi in-
Iob 28. uenitur? & inter alia in quibus eo loco respondit, non inueniri, ait, in terra suauiter uiuentiū, abyssus dicit, nō est in me, & mare loquitur, nō est mecū. Quod magnæ nobis tristitiæ cā esse debet, quando quidem non inuenitur Deus in uita uoluptatibus, & lasciuijs plena, neq; in Abysso, idest, malitioso, qui cor habet profundum, neque in mari tempestatibus agitato, idest, in homine ira, odio, impatientia, & ultionis cupiditate æstuante. Ex quo sequitur in pluribus nostrum hunc regem natum nō esse,
D cum fere omnes inter eos, de quibus propheta hic loquitur enumerari possimus: cur igitur non turbamur cum quæri audimus: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Neque uero Herodem tantum turbatum esse sanctus Euangelista ait uerum ēt omnem Hierosolymam cum illo. O infelices Hebræi cur tam lætis nuntiis perturbamini? cum gratias Deo agere deberetis, qui ab his regib. eos uobis afferri uoluit.

Prædi-

A Prædicens Isaias diuinum hoc mysterium, cùm dixisset, ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in splẽdore ortus tui subdidit: leua in circuitu oculos tuos, & vide omnes isti congregati sunt venerunt tibi: quasi diceret, lætare Hierusalem, nã in tuam vtilitatem hi Reges venerunt, noli turbari. Ait præterea: dilatabitur cor tuum quando fortitudo gentium venerit tibi, inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madian, & Epha, Fortitudinem gentium vocat hos Reges, quia regni alicuius aut Reipublicæ vires, & nerui sunt
B sapientes, dilatabitur (inquit) cor tuum, quando ad te venire videris, quasi tacitè eam reprehenderet, eò quod tunc cum lætari deberet, turbaretur.

Sed quæ nam vtilitas ex hoc Regum aduentu, nasci Hebræis poterat? Magna profectò, quandoquidem quod tantopere diu optauerant adimpletum esse nunciarunt, & eos suo exemplo incitabant, vt
Iosue. 4. vnã etiam natum Regem quærerent, quem ipsi tanto labore & periculo procul a patria quærerent. Meritò igitur ait Spiritus Sanctus, venerunt tibi: magnæ.n. vtilitatis
C esse solent huiusmodi exempla illustria & præclara. In lib. Iosue dicitur, quod cùm per Iordanis aquas admirabili Dei potentia iter patefactum est, festinauit populus, & transiit, qui tamen cum Pharaonem fugeret insequẽtem in maris rubri ingressu (quod Moyses in duodecim semitas virga diuiserat) constitisse, & præ timore ingredi recusasse dicitur donec tribus Iuda ingressa est, quæ cæteris omnibus animum, & audaciam præbuit, hic verò ad Iordanẽ cùm nullum esset hostium a tergo periculũ, tñ nihil immoratur, sed apertas aquas,
D nulla interposita mora secare festinat, quę nam huius rei cã fuit? nimirum quia tunc non prębant sacerdotes, qui primum amnem ingressi eos animarent, & ideo quãuis magno hostium periculo in littore cõstiterunt, verum hoc loco præibant sacerdotes, quorũ exemplo vniuersus populus commotus festinauit, & transijt. Quod si Hebræi nullũ ex hoc præclarissimo trium Regum exemplo vtilitatem perceperunt, saltem nobis dilectissimi inutile non sit, sed pudeat his temporib. Christianã legẽ profitentes a gẽtilibus, qui nondum fidei lumine illustrati erant superari. Hanc.n. intelligite vnam esse causam inter cęteras A
cur sacra hęc festiuitas celebratur, vt, s. sanctã quadã æmulatione incitemur; qñquidem nulla alia re mouemur. In quo Deus Simile.
matrem mihi aliquam imitatus esse videtur, quę cùm filium nihil delicijs & pomis moueri videt, & quicquid ei dat fastidire, & contemnere, serui filium ad se vocat, ei blãditur & pomum vel simile quidquam dat, vt hac saltem æmulatione filius pluris quod ei datur æstimet. Hoc ipsum hodier na die contingit, Deus.n noster est pater, sancta verò Ecclesia mater, supiorib. dieb. cælestem illum puerum recenter natũ nobis magno cum amore dederunt, vt eũ ac B
cipiamus, & in cordib. nr̃is deuoto amoris affectu & pia imitatione ponamus. Sed cum magnum hoc donum recipere noluerimus, nihilo facti eius humilitate & paupertate meliores, vocat ad se pia mater Ecclesia seruum, i. populum Gentilem, horũ Regum aduentum hodierna die reprę sentans, vt quos non pueri Iesu paupertas mouit, non Sancti Stephani lapides, non D. Ioannis contemplatio, non Innocentium mors, non Redemptoris sanguinis in circuncisione effusio, hi saltem Reges quadã quasi æmulatione commoueant. Veniunt C
(ò Christiane) serui vt nobis dato munere fruantur, si non amore moueris, saltem mouearis inuidia, sancta.n. & pia erit inuidia quę amori dabit ingressum O pudor, ò ignominia, vt aurũ quærant Christiani ad Indos nauigant, vt ecclesiasticás dignitates assequãtur Romam proficiscuntur, scientiarum acquirendarum eã ad varias se cõferunt Academias, quæ omnia humani desiderii sitim explere nulla rõne pñt; vt verò Deum inueniant qui in spirituali puræ cõscientiæ quiete inuenitur, nec minimum quidem laborem suscipere volũt. Ille cui tanta iniuria fit tanti erroris tenebras a fidelium suorũ mentibus nulla me D
ritorum nr̃orum habita ratione discutiat.

Et cõgregans oẽs principes sacerdotes, etc. vsque, vt & ego ueniẽs adorẽ eũ. Hoc est hominum artificium, qui cum mali sint, boni uideri uolunt, cogitabat Herodes puerum occidere, & adorare se uelle affirmat, quæ quidem simulatio magnam ueræ uirtuti autoritatem detrahit. Hac de causa cor Pharaonis obduratum esse legimus, neque Moysi fidem præstitisse, eo quod si Exod. 8.
gna

A gna quæ faciebat, a Magis quoque fieri videret: quamuis differentiam q̃ inter Moysem & Magos erat, considerare infælix debuisset, quandoquidem illi defecerunt in tertio signo Moyses uero maiora quotidie præstabat. Eodem modo magnam bonorum uirtuti fidem & authoritatem detrahi dico, quia plurimos sæpe uidem᷒ hypocritas, qui eiusdem uel etiã maioris uirtutis specie nos fallunt, uitia autem & scelera quæ intus occultantur ignoramus: quãuis si diligenter hoc (nulla animi perturbatione) attendere uolumus, optime dignoscemus hypocritas, qui ut Magi Pharaonis deficiunt in bonis operibus: nam B
Arist. ut dixit Arist. nemo potest diu fictã ducere personam, ut in Herode patuit qui diu desiderium suum simulare non potuit, sed paulo post ut puerum occideret innocentes iussit occidi: at vero qui uere sunt iusti inceptum virtutis iter prosequūtur, & maiora in dies ut Moyses operantur. *Qui cũ audissent Regem abierunt, et ecce stella quã viderant in Oriente antecedebat eos.* Occultauerat se stella in Hierusalem, quia stellæ Oriente sole non apparent: sol erat sacra Scriptura quæ in urbe Hierusalem feruabatur, & tanquam sol fulgentissimus, C quonam loco Messias esset nasciturus, eius munus & diuinæ suæ essentiæ æternitatẽ declarabat, quare solis huius pręsentia stella illa non apparebat, donec ex urbe Hierusalem egressi sunt.

Et uidentes eã gauisi sunt gaudio magno ualde. Tantũ ne (o sancte Euãgelista) hoc Regum gaudium exaggeras? Quidnam dices eum Regem quem quęrũt, videbũt? Quia nimirum hoc gaudium uerbis quidem exaggerari potest, illud uero non potest, quare silentio prætereundum est, & ita dixit eo loco Euangelista. *Intrantes domũ inuenerũt puerũ cũ Maria matre eius.* D Nulla ibi fuit interrogandi necessitas, ubi est qui natus est Rex Iudæorum, q̃a gemma illa cælestis auro humanitatis inclusa eorum intellectus ita splendoris sui radijs illustrauit, ut statim eum esse quem quærebant agnouerint. Sed quam ab eo quem cogitabant, diuersum inuenerunt, in magna aliqua urbe, in magnificentissima domo, in pretiosissimo aliquo lectulo inuenturos se eum esse existimabant, sed in stabulo, in præsepio reclinatum uilibus pannis inuolutum inueniunt. O filij Adam quonam modo vestrum uobis Deum finxistis? ubi eum inuenire existimatis? Re- A sponde te superbi, ambitiosi, carnales, videte quid dicat Dauid, in tenebris posuit Psal. 17. latibulum suum fames, sitis, paupertas, & cætera omnia quæ mundus pompæ & uanitatis amator contemnit, tenebræ sunt in quib. Deus inuenitur. Per syluam quis Simile. transiens cedros, ulmos, & sublimes alias arbores spectat attentus, neque se pedibus herbas salutiferas, & medicinales conterere animaduertit. O filij hominum, qui obedientiam, humilitatem, paupertatem, & alias huiusmodi herbas salutiferas cõculcatis, quia oculos ad sublimes arbores, id- B est ad mundi honores & dignitates extollitis. At in tenebris posuit latibulum suũ, in his uirtutibus quærendus est, quæ tenebræ appellantur, non quia splendore in se careant, sed quia obscurę & tenebrosæ sensualitati videntur.

Inuenerunt puerum. Quærunt Regem, & inueniunt puerũ. Qui Deum Regẽ quærunt, idest, qui eum, ut par est, venerantur & timent, eum puerum, idest mansuetum, liberalem, non asperum, non iracundum inuenient. Qui uero eum puerũ quærunt, qui scilicet eum contemnunt, nec debito honore afficiunt, hi eum Regem, suorum C criminum iudicem & ultorem inuenient. *Inuenerũt puerũ cũ Maria matre eius.* O beatũ laborem qui tale assequutus est præmium: attendite laborum finem, qui pro Deo suscipiuntur. O infælices illos qui Dæmoni, mundo, & carni seruiendo laborãt: hos Diuus Paulus interrogabat, quem fru- Rom. 6. ctum habuistis in ijs in quibus nunc erubescitis? Quot hic adestis qui maiores fortasse labores mũdi causa pertulistis, quam sanctorum aliqui, qui nũc Deo fruuntur, pertulerunt, ut uitã consequerentur æternam? vos uero quam nam ex his laborib. utilitatẽ percepistis? O stulti quare appen- D ditis argentum non in panibus, & laborẽ vestrum nõ in saturitate? ait Isaias. Siquis Isa. 5. duos tantum haberet argenteos, quibus se alere posset, & ijs plumam sibi ad pileum exornandum, vel aliquid huiusmodi compararet, nonne eum stultum existimaretis? quid igitur agis o stulte, qui vitam & tempus quo cælum tibi emere deberes in res leuissimas & nullius utilitatis imo plurimi dãni insumis? Nolite obsecro fratres ita insanire, sed (vt addit eo loco prophe-

A ra) audite audientes me & comedite bonū, & delectabitur in crassitudine anima vestra: comedite agnum hunc suauissimum quē vobis dat sanctissima virgo, & magna lætitia anima uestra perfundetur, qs enim animæ lætitiam explicare posset quæ Deū possidet? Eam igitur ut assequamur, vitam & tempus debemus insumere.

Et procidentes adorauerunt eum. Adimpletum hoc loco est ꝙ Isaias prædixerat Isa. 11. dicens: habitabit lupus cum agno, & puer paruulus minabit eos, quandoquidem hos Reges qui tanquam lupi feroces in sua infidelitate & tyrannide uersabantur, puer B paruulus Iesus Christus ad sui cognitionē & amorem adducit & trahit & tanta clementia eos & affabilitate recipit, quanta agnos, idest, pauperes illos pastores recepe rat. Quis igitur ad diuinæ maiestatis thronum non audebit accedere quandoquidē lupos & agnos eodem amore recipit.

Notandum autem maximè est, quòd quamuis hi reges magna eum seruorum, camelorum, & dromedariorum pompa & comitatu uenirent, nō ideo tamen a Deo reiecti sunt; ut intelligant reges & principes, nō ideo se eos esse reiectū iri eo quod ad ecclesiā ueniant ea pompa & comitatu, C qui principes decet, dummodo absit superbia quæ hominem Deo odiosum reddit. Eze. 49. Iussit Deus ut in templo ad orientalē partem porta quædam esset, quæ nunquā nisi cum rex ingredi in templū uellet aperiretur, quia æquum est ut Rex multis in reb. particulari afficiatur honore. Pedester in hac vita Redemptor noster incedebat, & tamē non reijcit equitantes, pauper uixit & tamen recipit diuites. O magnum amoris & clementiæ argumentum. Non tamen paupertas impedimento fuit quo minus hi reges eū humiliter adorarēt, quia fides non externo tātum cortice contenta penetrat D interiora. Videbat latro hūc ipsum Saluatorem cruci affixum, derisum, vulneratū, & q o ad externam speciē peccatori similem, & tamen clamauit, Domine memento mei dum ueneris in regnum tuum. O fœlix latro quid in hoc homine uides ex quo Regem eum esse cognoscas: corona spinea est, serui sunt tortores, folium regale est crux, cur igitur eum Regē appellas? quia nimirum fides externa non spectat, sed regiam maiestatem esse ibi credit occultam: o admirabilis latronis fides, sed nō minus admirabilis horū Regum fides, qui A sub paupertate illa latere crediderunt diuinitatem. Nos quoque dilectissimi eiusdē fidei lumine illustrati, non externa tātum spectemus, sed interiora scrutemur, & ita quamuis uitia delectationis, virtutes vero laboris speciem habeant, interius tamen cōtrarium omnino esse apparebit, ex quo vitij odium uirtutis verò amor consequetur, ut ita diuinę gratię muniti pręsidio cęlestem gloriam assequi mereamur. Ad quā nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

IN EADEM DIE B Epiphania Domini.

Concio Quarta.

Cum natus esset Iesus in Betlehem Iudæ in diebus Herodis regis, &c. Matt. 2.



RES solet esse difficilis & laboriosa, rusticū (q. semper in agris versabatur) vrbanis & aulicis moribus erudire, C & si eos nouit, suo loco & tpe vti nescit, neq; personarū rationē hēt, sæpe.n. reueretur indignos, & medicū aut tonsorē Regis aut principū titulis appellat, Regem uero aut principem ita alloquitur, ac si pastorem aliquem alloqueretur. Mūdum istum uillæ & ruri comparare soleo, mundani.n tanquam rustici honore, & reuerentia indignos afficiūt, dignos vero contemnunt: colunt & honorant pecuniam, uoluptatem, gulam, & alia huiusmodi nullo honore digna, uirtutes uero tanq̃ res uiles despiciunt. In Syria magnam adhibent curā ut camelos genua flectere do- D ceant, quia onera tergo excipere alia ratione non possunt ob corporis altitudinem; hæc diaboli cura est, curare ut se homines tanquam cameli prosternant, ut rerum humanarum onus excipiāt: huiusmodi enim res quæ animæ sunt pondus grauissimū, tanti homines faciunt ut prostrati eas venerētur ut Deū, ita ut uerè dici possit illud Hier. 16 Hieremiæ: Seruietis d js qui non dabunt D. Th. 2. vobis requiem die ac nocte. Nepharia hæc 2. q. 49. est idololatria, quia ut ait Diuus Thomas, art. 1. Idolo-

A Idololatria est cultū Deo debitum tribue re alicui creaturę. Magna regē afficit igno minia, qui eo uiuente in eodem Regno alium eligit Regem, at quāto maiori afficit Deum, qui ei debitum honorem creaturæ tribuit, & eam Deum sibi facit, quia ut ait Diuus Augustinus super epi stolam ad Galat as: hoc quisque Deum facit, quod supra Deum diligit, & ita Diuus Paulus de nōnullis aiebat, quorū Deus venter est; cui ut optime ait Hugo de Sācto Victore libro de claustro animæ, in mensa tanquā in altari sacrificant, cuius lintea si sordida vident seruis suis irascuntur, altaris uero B lintea si Galiciæ cauponæ linteis sordidio ra uident nihil curāt, quia nimirum maiori cum munditia uentri, quam Deo sacrificare uolūt, quid de huius altaris ministris dicam? coqui, cellarii pocillatores, architriclini, & tot seruorum ministrantium greges, ut uix eos gulosi domus capere possit. Alii diuitias suum sibi Deum faciunt, ut de Ephraim dixit Oseas his verbis, & dixit Ephraim, veruntā diues effectus sum, inueni idolū mihi: vbi glossa, sicut inqt gulosis Deus uēter est, ita auaris Deus est pecunia, quod probatur, q a fidem, spem, amorem, & obedientiā quam Deo debēt, ibi positam habent, & illud plus amari di C citur, cuius causa plures labores perferuntur. Si sacerdos aliquis in peccatorum vestrorum penitentiam iuberet, ut mare q s uestrum traiiceret, nōne imprudens vobis & nimis seuerus uideretur, & alium, q leniori vos pœna absolueret quæreretis? At pecuniæ causa ad Indos traiicitis, & nauigandi laborem bene collatum esse existimatis. O cęcitas, ó peruersitas, quo vos vestrorum affectuū vis rapit. Rustici, vt dicebam estis, qui creaturas tanto honore afficientes, Deum qui eo dignus est contemnitis. Hæc igitur inter cęteras causa fuit cur Dei filius homo factus venit in mun D dum, vt homines cœlestē vrbanitatem doceret, vt a creaturarū honore desisterent, & eum soli Deo tribuerent Quamobrem vitæ suæ initio m ipsomet stabulo in quo natus est tam ab Hebræis, quam a Gentilibus adorari voluit. Et ita gloriosi hi reges venimus (inquiūt) adorare eū. Et vt sciatis quomodo adorandus sit, æquū est, ut prius quid sit adoratio intelligatis, ea autem a Diuo Thoma definitur, exhibitio reuerētię alicui personę, ratione dignitatis, & excellentiæ in ea habitæ. Quid autem reuerentia sit, explicat Scotus dicens: reuerentiam exhibere est bona propria æstimare parua in comparatione illius cuius bona reputas magna, tunc enim alicui reuerentiam exhibemus, cum nos ipsos in eius comparationem, parui facimus, & eo inferiores, & uiliores nos esse æstimamus. Hæc autem æstimatio duobus modis fit, vel intellectu, quo aliquid maioris esse valoris quam aliud iudicamus, & tunc cum intellectus illud pluris æstimat, reueretur, vel voluntate, cū uoluntas pluris hoc æstimat, quā illud, & tunc pluris æstimare est plus amare. Exemplo hoc facilius intelligetis: fingite duo hic esse lintea, vnum quidem serico eleganter, & artificiose elaboratum, aliud vero auro, sed non tanto artificio elaboratum: si vobis daretur electio, intellectu quidem aureum linteū maioris ualoris, & pretii iudicaretis, nihilominus tamen sericum plurimi eligerent, quia illud non intellectu, sed uoluntate pluris æstimant, hinc intelligetis bonorum, et malorum differentiam. Christiani enim omnes per fidem, et rerum diuinarum cognitio nem, quam habent, intellectu credunt, & æstimāt Deum infiniti esse valoris, & gloriæ, bonaque eius humanis, & caducis præstantiora esse, & ita intellectu omnes Deum adorant, & reuerentur. Mali vero quamuis intellectu Deum, & cœlestia bona pluris æstimant quam humana, voluntate tamen pluris æstimant humana, hæc quærunt, hæc amant, hæc eligunt, Dei obliti, & ita veram, et perfectam reuerentiam Deo non exhibent: in qua tā intellectus quam voluntatis æstimatio requiritur fides, scilicet, et charitas: quia vt ait Diuus Augustinus, verus Dei cultus fide inchoatur, spe tenetur, charitate perficitur. Cum Deum vos creasse creditis, redemisse, & alia plurima in vos contulisse beneficia, statim in anima spes quædam firma, & certa nascitur ipsummet Deum assequendi, qua fide, & spe anima diuino amore incenditur, magnum peccatorum suorum dolorem concipit, nunquam postea peccare statuit, & hac dispositione diuina illi gratia, & charitas communicatur. Hinc patet, quam pauci verè, & perfecte Deum adorent, peccatores enim omnes, qui humanas res pluris, q̄ Deū uoluntate æsti-

Margin notes: D Aug. — Phili. 2. — Hug. de S. Vict. — Ose. 12. — D Th. 2. 2. q. 84. ar. 1. & q. 103. ar. 1 — A Sc. in 3. sen. d. 9. q. vni. litera A. — Simile. B — C — D Aug. in Enc. cap. 4. — D

A æstimant uere illum non adorant. O miseriam detestandam, fœdas carnis uoluptates Deo anteferre. Quid agis infelix? quid eligis? quid relinquis? quid in pretio habes? quid contemnis, ac despicis? O quam uere sub nomine Chanaan de improborū peruersitate propheta Oseas dicit. Chanaan in manu eius statera dolosa, hic enim uelut in altera stateræ parte Deus, & hæreditas æterna, in altera uero terrenū lucrum, aut popularis aura, aut carnis uoluptas proponitur, & in tam dispari rerum conditione, homo adeo desipit, & insanit, ut in statera cordis fœdissimam brutorum uoluptatem Deo anteferat, & plus opum illum uile lucrum, cū ipsa uita periturum, quam cæli hæreditas nūquam interitura ualeat. Quis igitur hoc non miretur? quis nō ob stupescat? Quia uero homines tanta rei indignitate non commouentur, ideo Dominus per Hieremiam cęlum inuocat his uerbis. Obstupescite cęli super hoc, & portæ eius desolamini uehementer. Cur ita Domine, quæ tanti stuporis causa? quia duo (inquit) mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & fecerunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non ualent, aquas, hoc est, fœlicitas siti laborantes, fontem aquę uiuæ (quæ plenissime satiari poterant) deseruerunt, & ad ea bona confugerunt, quæ non sitim extinguere, sed ardore magis, & excitare solent, ad honores, scilicet fugitiuos, perituras diuitias, & pecorum uoluptates, quibus fœda carnis prurigo nō extinguitur, sed irritatur, humana enim omnia, sunt cisternæ dissipatę. Suspirat uirgo aliquando nuptias, nupsit, adepta est maritum, qui ludo dotem & omnia bona profundit. Quid hic est? cur lætitiæ aqua tam breui temporis spatio effusa est, quia nimirum cisterna est dissipata, quæ aquas continere non potest. D Optas filium in quo tuum nomē, & familia propagetur, cisternam quæris lætitiæ aqua refertā, nascitur filius, sed quem tibi & familiæ magni futurum esse honoris existimabas, perpetua se, & posteros afficit ignominia, cur ita? cisterna erat dissipata, quæ aquam continere non potest, & tamē huiusmodi cisternas malumus, quam infinitæ lætitiæ, & æterni gaudii fontem, q est Deus. Tanta hæc confusio est, ut si diligēter consideraretur, ipsa met sola quibusdam quasi stimulis nos loqueretur, ut nostrā agnosceremus insaniā, & ita ubi nos legimus in Isai. Agnitio uultus eorum respondebit eis, septuaginta interpretes uerterunt, confusio uultus eorum restitit eis: quo significatur peccatorum scelera tantę esse confusionis, & ignominiæ, ut hęc ipsa ignominia eos assidue ad pœnitentiam stimulet, nisi ita deprauati sint, ut nihil iam peccare pudeat. Intelligite igitur dilectissimi, quanta hac in re Deo fiat iniuria, & eū posthac nō intellectu solum, sed etiam uoluntate pluris, quā cętera omnia ęstimate, & ita perfecte præceptum illud seruabitis? Dominum Deum tuum adorabis.

Margin: Ose. 12. — Hier. 2. — B — C — A Isa. 3.

B Præter hanc interiorem adorationem, alia est adoratio exterior, quæ corpore fit quia ut Damascenus ait, qui ex duplici natura cōpositi sumus, intellectuali, scilicet, & sensibili duplicem adorationem Deo offerre debemus, exterior autē adoratio ex his corporis motibus constat, cum scilicet demittimus corpus, genua flectimus, Deū tanquam Regem nostrum uenerantes, cū pectus tundimus errasse nos confitentes, & aliis huiusmodi ceremoniis utimur, quibus cæteros ad deuotionem prouocamus interior enim adoratio per exteriorem tātum cognosci potest, iis etiam in nobis ipsis deuotionis excitatur affectus, & quem C admodum, & animam, & corpus a Deo accepimus, ita etiam æquum est utroq; illi seruire. Quamuis autem hęc adoratio, soli Deo tāquam infinite bono debeatur, nihilominus tamen nonnullis creaturis aliquod adorationis, & reuerentiæ genus debemus ob perfectiones quas Deus illis communicauit, ut sanctis quibus bonitatem suam, & paritatem communicauit, parentibus, quia uniuersalis omnium parentis fœcunditatem repræsentant, præceptoribus, quia æternam sapientiam repræsentant, prælatis, & dominis, quia Dei dominium, & imperium repræ- D sentant. Verum tamen est inter has creaturarum dignitates gradus esse, & ita quo maior dignitas, quam repræsentant, eo maior illi reuerentia debetur, maior parenti, quam pręceptori, maior Papę, quam Regi, & sic de singulis. Ex quo patet iniuste reges á nonnullis accusari, eo quod se tanquam Deos adorari faciant, merito. n. a subditis hic ei honor pręstatur, & merito sibi ille pręstari permittit. In Exo. legitur, quod cum Iethro Moysis socer cum ui-

Margin: Damasc. Ortho. fid. c. 13 in prin. D. Th. 2. 2. q. 84. art. 2.

sere;

Asseret, Moyses egressus in occursum illius adorauit eum tanquam patrem, quia iustus vxoris suæ parentem parentis loco habere debet. De Nathan Propheta legitur, quod cum introisset in conspectu Regis, & adorasset cũ pronus in terram dixit, &c. Videris, vt quamuis esset Propheta, & antea Dauid reprehendisset, eum tamen adorauit pronus in terram. Quare æquum est, vt vnusquisque eo afficiatur honore, qui eius statui debetur, non quod ex se illi debetur, sed propter id quod repræsentat: habet quis hidalguiæ priuilegium, uel annui alicuius redditus quem Rex illi quo B tannis persolui iussit, maxima cum diligẽtia hoc priuilegium seruat, & clauibus accuratè custodit. Cur illud tanti æstimat? num quia charta est pergamena? nũ quia optimè sunt literarum characteres formati minimè, sed quia tantum regio sigillo & nomine signatum est. Ita etiam Papam, & Regem adoratis & ueneramini, ob Regium sigillum quod in ijs Deus impressit, & ob dignitates, quibus diuinam represen tant. Quod reprehendi potest (& debet) illud est, quod inferiores se superioribus æquari velint, & priuati homines, tanquã Reges adorari uelint. Cum tamen cæteros illi despiciant, & aspere omnes, & C superbè alloquantur, qua de cã odiosi fiunt, quia ut ait Ecclesiasticus; Verbum dulce multiplicat amicos. Vbi Vatablus legit, & lingua diserta plurimas consequitur salutationes, quare suauiter, & modeste dilectissimi proximos uestros, quamuis inferiores sint alloquamini, neque ijs uerborum superbia iræ, & indignationis occasionem præbeatis. Hæc omnia de adoratione diximus, eo quod hodierna die adorationis festiuitas celebretur. Et in sancto Euãgelio a tribus his beatis Regibus quomodo facienda sit, docemur, de qua latissi D me sancti Doctores.

3. Re. 10.

Eccl. 5.

D. Aug. li. 10. de Ci. Dei

D. Tho. li. 1. con tra gẽtes cap. 119

doc. in 3. d. 19.

Cum igitur natus esset Iesus, ecce Magi ab Oriente uenerunt. Cum dixisset Dauid. Tanquam sponsus procedens de thalamo suo, de ortu huius sãctissimi pueri loquẽs, subdidit. Exultauit ut Gigas ad currendã uiã, significãs quãto cum ardore, & studio animarum remedium esset suscepturus, quod etiam hodierna die apparuit, quia cum natus esset in Bethlehem, Reges ab Oriente ad sui cognitionem statim adduxit, hunc sancti res quæ ad Dei seruitiũ, &

Pr Cast. de hæres. uerbo adoratio. Vualdẽ. lib. de sacramẽta li. sit. 13.

Psal. 18.

2. Ti. 4.

Isa. 60.

animarum remedium pertinẽt, magna cũ cura & diligentia præstare didicerũt. Ideo Diuus Paulus de seipso dixit. Cursum consummaui. Et Isaias de iustis ait. Qui sunt iusti qui ut nubes uolant, & quasi columbæ ad fenestras suas. Quanta enim cũ uelocitate iusti ad uirtutum exercitatione festinant, per quas tanquam per fenestras ad perfectionem, & ad intimam Dei conuersationem ingrediuntur, & se ab infernalis vulturis vnguibus, tanquam columbæ surripiunt. Hoc etiã uerbo Magi optima illorum temporum gubernatio denotatur, in quibus sapientes & Magi regnabant. Nã ut ait Seneca. Felix illa ætas qñ B non poterat esse maior, nisi melior eo q nemo maior in dominio esse posset, nisi prius esset in uirtute maior, neque cæteris imperare qui sibi & suis affectibus non imperaret, neque tantũ uirtutem in suis Regibus, sed etiam sapientiam requirebant. nunc etiam qui in gratiæ lege uiuimus sapientiæ amatores esse debemus, nõ ut per eã assequamur imperia, sed ut melius Deo seruiamus, & quia plurimi ob sapientiam damnati sunt, eò quod ea abusi sint, æquũ est, ut cum diuino Psalte dicamus. Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam Sed non hic consistere debemus, sed finis C esse debet, ut custodiam illam in toto corde meo. Nam qui hunc sibi finem proposi tum non habebunt, ut ait Hieremias. Sapientes sunt ut faciant malum, bene autẽ facere nescierunt, & de hac scientia ait Diuus Paulus. Scientia inflat, nam quemadmodum stomachus naturali calore destitutus, cibos concoquere minime potest, sed quo plus ei datur, eò magis oppilatur, & in maiori uitæ periculo versatur, ita qui in diuino amore friget, quo maiorẽ scientiam acquirit, eo magis superbit, & est condemnationi propinquior. Vtimini igitur sapientia, ut ea plus Deum ametis, D nolite Tantalum illum imitari, quem Poetæ aiunt, cum aquis septus sit eas non gustare, sed perpetua siti laborare, res est miseratione digna, quod cum intellectus tanta sit sapientia præditus, eius ne minimam quidem guttã voluntas bibat. Ex hoc etiam sequitur, à Deo petendum esse, ut prælatos nobis & superiores det, qui uere sint sapientes, ita ut & sapientia, & sancto animarum zelo præditi subditorum curent remedium. Hebreis enim in peccatorum suorum.

Seneca.

1. Co. 7. Simile

A suorum pœnam Propheta Isaias minatur Dei nomine, dicens. Ecce dñs exercituum
Isai 3. aufert a Hierusalem, & a Iuda prudentem eloquij mystici, & Theodocion, ut refert
D.Hier. D.Hierony. super hunc locum uertit, prudentem incantatorem, quia prudentes & sapientes artificiosa sua oratione peccatores, qui sunt tanquam serpentes uenenosi, quodammodo incantāt, ita ut ueneno suo non noceant, sed peccatis mortui remaneant, quare magnum est Dei supplicium huiusmodi sapientes incantatores de Republica tollere, & permittere ut homines præsint insipientes, crudeles, cupidi & ty-
Mich. 3. ranni, quales erant illi, quibus Propheta Michæas Dei nomine dixit. Audite Principes Iacob, & duces domus Istael, nunquid
B non uestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malū? qui uiolenter tollitis pelles eorum disuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt, & ossa eorum confregerunt, & conciderunt sicut in lebete, & quasi carnem in medio ollæ? O hominum crudelitatem, quonam humana malitia deuenit, ut ita inferiores suos affligat, ut in disperationem inducat, hoc enim significat & ossa eorum cōfregerūt. Nam, qui pie ut subditi tantum emenden-
C tur, castigant, ut pater & præceptor, maximam habent curam ne ossa confringant, & ideo eas partes uerberare solent, quæ carne munitæ, ossa tueri ab ictibus possint, at uero qui crudeliter & iracunde uulnerant, nullam ossium rationem habent, & hæc eadem differentia est inter flagella, quibus Deus filios suos tanquam pater punire solet, ab iis quæ a dæmone & eius mi-
Psal. 35. nistris infligi permittit, ita enim Deus fla-
1.Co.10 gellat, ut ossa quæ sunt uirtutes non frangantur, ideo Dauid, dominus (inquit) custodit omnia ossa eorum, unū ex iis non conteretur. Et Diuus Paulus. Fidelis Deus,
D qui non patitur uos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere, diabolus uero & eius ministri curant, ut eius flagella ossa comminuant, ut scilicet uirtutes, qui ab iis puniuntur amittant. Sed tanti sceleris ministri audiant quod eo loco Propheta dicat. Tunc clamabunt ad dominum, & non exaudiet eos, & abscondet faciem suam ab eis in tempore illo, sicut ne-

quiter egerunt in adinuentionibus suis. A
Pōderate autem quod paulo inferius ait, de huiusmodi tyrannis, quod nimirum si quis eorum uoluntati nō obtemperabat, sanctificabāt super eum prælium, hoc est, nullum illis crimen uidebatur eos persequi, imo res esse sancta & iusta.

Ait igitur sanctum Euangelium, quod isti Magi Hierosolymam uenerunt, dicentes, *Vbi est qui natus est Rex Iudaeorum?* Diuina prouidentia decretum est, ut quāuis stellā ducem haberent, nihilominus tamen legis sapientes qui Hierosolymę uersabantur, cōuenirent, & ab ijs quod optabant, quærerent, ut intelligatis Deum con B
silij esse amicum, & quamuis stellā uobis habere uideamini, & cęlesti luce illuminari, tamen humiliter sapientes consulatis, ne decipiamini. Hoc exaggerat plurimū Gerson.
Doctor ille grauissimus Gerson Eremitę cuiusdam uerba adducens, qui dicere solebat. Si aliquem adolescentem uidebis cœlum per se solum sine ullo doctore & magistro ingredi uelle, quamuis alterum pedem in ipso cœli limine positum habeat, manu alterum arripe & deturba, quia eo modo nūquā eo ingredi poterit, quin etiā Spiritus sanctus ait: Scientia sapientis tan quā inundatio abundabit, & consilium illius, sicut fons uitæ permanet. Quæ uerba C
mirè prudentis consilij utilitatem ostendūt, ideo suspirans Dauid dicebat. Quam diu ponam consilia in anima mea, qui hāc utilitatem, quæ ex sanctis consilijs percipi tur, intelligebat. Ponderate autem nomi- Eccl. 21
na, quæ Spiritus sanctus scientiæ sapientis imponit, cum eam inundationem appellat abundantem, & fontem uitæ permanentē nam quemadmodum fluminis inundatio agros fertiles & fęcundos reddit, ita animā sapientis consilium fæcundat, & ut plus etiam efficere significet consilium in anima, quam inundationem in agris, quæ diu non durat, ideo consilium fonti, qui perma- D
nes, comparauit.

Admoniti igitur Reges cōsilio sibi Hierosolymæ dato abierunt, neque unquam constiterunt, donec ad locum in quo summum illud bonū, quod quęrebant uersabatur, peruenirēt, nullo labore, nullo mortis periculo reuocari ab incepto potuerūt, sed magna animi constantia perseuerarunt. Quod quidē magna nobis esse deberet cōfusionis occasio, qui minima quaq;

aduer-

A aduersitate ab incepta uirtutis uia desistimus, tanquam pueri, quibus si pomum aliquod, aut aliud huiusmodi è manibus aufers, omnia magna cum rabie, & ira proijciunt. O miseros & infœlices, qui si Deus nobis filios, aut diuitias, aut aliud quid tẽporale abstulit, statim sanctum virtutum exercitium tanquam Deo irati deijcitis.

Iob. 27. At non ita sanctus ille Iob, qui cum se tot laborum pelago immersum uideret, aiebat: Donec deficiam nunquam recedam ab innocentia mea. Pater quidam doctissimus ordinis Prædicatorum refert, quod cum quidam latro inimicos suos se insequentes B videret, & eorum manus effugere iam non posset, brachia in modum crucis magno peccatorũ suorũ dolore & contritione expandens, ad eos se forti, & cõstanti animo cõuertit, & mortem (dixit) qua me vultis afficere, merui, quandoquidẽ toties Creatorem meum, & Redemptorem offendi. En membra quibus Iesum Christum in suis membris sum persecutus, uos nunc ei a me illatas iniurias ulciscimini, & cum hæc diceret occisus est, non longe ab eo loco viuebat Eremita, cui reuelatum fuit ab Angelis eius latronis animam in cœlum fuisse translatam, sed qui proximi sui bo- C no gaudere debebat, indignatus est, dicens quid hic ago infœlix? cur non me carnis uoluptatibus trado? cum moriendum erit tunc dabitur (ut huic latroni) pœnitentiæ locus, cumque eam vitam, quam per plurimos annos agebat, deserere decreuisset, iã ut in urbem rediret, iter erat aggressus. Sed ô diuinę prouidentiæ iudicia, cum per põtem quendam angustissimum in itinere transiret, in amnem infælix decidit, & ita a diabolis ad gehennæ flammas arreptus, pœnas suæ inconstantiæ dedit, vt intelligatis dilectissimi quanti momenti sit perseuerare, neque vlla re a virtute vos reuocari D sinatis, vt de vobis dici possit, quod de Da- Reg. 27. uid dicitur: Semper ibat proficiens, & crescens, & erat se ipso robustior.

Et procidentes adorauerunt eum. Ipsemet dñs, qui ad se eos attraxerat, deuotam hanc & humilem docuit adorationem. Discite ab his fratres, in ecclesijs humi magna cum humilitate prostratos, sacro Missæ sacrificio adesse uos debere, non rectos & stantes, ut facitis, nulla cum deuotione & reuerentia, ita vt nisi cum sacerdos consecrare vult, nemo se fere inclinet, & tunc altero genu flexo. O sacrilegi, num Deus A tanto vobis indignus honore uidetur, ut duobus genibus eum adorare nolitis? Nõ obscurum hoc argumentum est dimidiã vos tantum Christianæ religionis partem habere, si quidem uno tantum genu eum adoratis, integra enim & perfecta Christianorum religio est, fidem habere, quam charitas, & opera comitentur. Vos, ô lapides, & marmora templorum iniuriã, quæ Creatori uestro fit sentire, quandoquidem hominis eam tanquã sensu carentes, non sentiunt. Obsecro uos dilectissimi vniuscuiusque gen ib. obuolutus, ut nemo uestrum hoc impudentiæ genere uti velit, B sed vtrisq; genib. humiliter flexis, quisq; dicat, ô vtinam domine mille haberẽ genua, ut omnibus maiestatem tuam adorare possem. Sacerdoti stare ad altare permissum est dum sacra facit, quia tũc cum Deo de salutis nostrę negotijs agit, & a diuina liberalitate, tam spiritualia, quã corporalia dona ad animarum nostrarum remedium, tãquam mediator implorat: populus uero æquum est, ut post mediatorẽ suum humiliter prostratus culpam suam agnoscat, & quod petit, exaudiri deuote postulet. Prædicens Sanctus Dauid honorem, qui Redemptori nostro præstandus C erat, dixit: Coram illo procident Aethiopes, & inimici eius terram lingent. Ait, Psal. 71 terram lingent, quia in Aethiopia terram osculari, est reuerentiæ, & adorationis signum. Quod si hoc inimici faciunt, qui se conuertunt: cur vos qui eius esse amicos profitemini, recti tanquam stipites, stare vultis?

Et apertis thesauris suis obtulerunt ei aurum thus, & myrrham. Plurimi hic in Ecclesia adorant, sed ne vnũ quidẽ obolũ offerunt, at vero hi reges adorauerunt, & obtulerunt. Vt animal in lege veteri mundum esset, hæc duo habere debebat, primum, vt ruminaret, secundum, vt D unguem haberet diuisum, plurimos inuenietis qui ruminant, contemplantur, & orãt, sed ungulam habent integram eleemosynã dare ne iubeas, alij liberales sunt, sed contemplationis, & orationis inimici sunt, q quidem vt sues diuisam, quidẽ habent vngulam, sed non ruminãt, vt igitur animalia munda simus, & Dei grata, hęc duo habere debemus. Plurimum autem hoc loco notãdum est. Hierosolymæ nul-


A lam de his muneribus eos fecisse mentionem, sed tantum dixisse, uenimus adorare
Gen. 18 eum, quia iusti plus præstant, quam dicunt ut Patriarcha Abraham cum peregrinos illos hospitio excepit, fecisse dicitur, nam cucurrit in occursum eorum, & adorauit in terram, & dixit: Domine si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum, sed afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes uestri, ponamque bucellam panis, & confortetur cor vestrum, postea transibitis. Ponderate singula sanctissimi senis verba, & quanto eos cum affectu domi suæ detinere, & excipere studeret, nul-
B lis enim uerbis nostrorum temporum crudelitas erga pauperes exaggerari potest, uix ad cordis ianuam diabolus aliqua tentatione pulsauit, cum statim consensu admittitur, ad pauperum verò uoces surdos uos fingitis. Si inueni (inquit sanctus ille uir) gratiam, eo quod intelligeret, eum qui pauperi benefacit maius accipere beneficium, quam dare, qui pauperi datur cibus, ille uero qui eleemosynam dat necessaria dispositione centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit, & ideo diuites rogare deberent pauperes, ut suas eleemosynas reciperent. Sed quod ad rem nostram fa-
C cit est, vt verbis quod facturus erat, diminuat, nam cum dicat: Afferam pauxillum aquæ, & ponam buccellam panis, mensam varijs ciborum generibus instructam apposuit, quia nimirum amor causa est, ut iusto quicquid in Dei seruitium præstat, parum esse uideatur, & præterea qui corde humilis est, in verbis etiam humilitatem ostendit.

Hos sanctos Reges qui seipsos vna cum auro obtulerunt imitantur religiosi, qui seipsos Deo offerunt, & sua omnia quæ possident bona, qui vero Ecclesiasticus fit, ut tria, vel quatuor aureorū millia annui
D redditus consequatur, quæ si alia ratione assequi posset, Ecclesiasticus non fieret, hic non eos imitatur, quia ideo seipsum Deo offert, vt Deus suum illi aurum det, in quo Sichem, & eius socios imitantur, qui Hebræorum ritum, & circuncisionem receperunt, vt ipsorum Hebræorum bona pos-
Gen. 34 siderent, & ita dixerunt; Si circumcidimus masculos nostros, ritum gentis imitantes, substantia eorum, & decora, & cuncta quæ possident nostra erunt. His muneribus adorationis suæ finem ostenderunt, thure quidem, quod a theos (idest Deus) dicitur, diuinitatem significarunt, myrrha sanctissimam eius mortem, qua nos redempturus erat, auro vero, eius imperium, et igitur debetur adoratio tanquam Deo summe bono, tanquam rerum omnium Regi, & gubernatori, & tandem tanquam hominum Redemptori, & quamuis has omnes ob causas Deo adoratio debetur, potissimum tamen quia Deus est, uerum, summū & infinitum bonum, & ita eum fide, & amore (vt par est) adorantes diuinum eius fauorem, & gratiam consequemur, vt cum cum beatis perpetuo adorare possimus in gloria: Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

DOMINICA PRIMA post Epiphaniam.

Concio I.

Cum factus esset Iesus annorum duodecim, ascendentibus illis Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi, &c. Luc. 2.



Quæstio est scitu dignissima, vtrum diuinæ legis obseruatio sit facilis, an difficilis. Nā ad facile oēs inclinātur, difficile aūt oēs effugiunt, videmusq; diuinam legem in sacris literis mō facilem, modo difficilem nuncupari. Qñ Mat. 16 dñs dixit: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucē suam, & sequatur me. Et cū dixit; Arcta est uia, quæ Matt. 7. ducit ad vitā, & pauci sunt q ambulant p eā. In his uerbis, alijsq; huiuscemodi, quæ sunt in sacra Scriptura, significauit Dñs suæ diuinæ legis obseruantiam esse difficilē. Contra vero dicens, Tollite iugū meū Matt. 11. super uos, iugum meum suaue est, & onus meum leue, ipsius legis obseruantiā facilē esse significauit. Idē Baruch propheta declarauit, dicens. Si in uia Dei ambulasses, Baruc. 3 habitasses utique in pace super terram. Et in Prouerbijs dicitur. Gaudium est iusto, Pro. 21. facere iustitiam. Et Dauid de seipso dicebat. In via testimoniorū tuorum delecta- Ps. 118. tus sum, sicut in omnib. diuitijs. At quæ-

A vet quispiam, quomodo vna eademque uia facilis esse potest, atque difficilis? At hoc utrunque uerum esse respondeo, si ad diuersa respiciamus. Etenim naturæ nostræ corruptæ per se consideratæ non est dubiū, quin diuina lex difficilis uideatur. Sin autem huic deprauatæ naturæ diuinum auxilium, charitas atque æterni præmii addatur spes, omnia ei facilia, & suauia uidebuntur. Ideoq; dixit Dauid. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Cordis amplitudo, suauissimique gustus, quibus Deus seruos suos perfundit, efficiunt, ut per diuinæ legis obseruantiam facile currāt. Seruos (inquam) suos, nō n. Deus hæc in impios beneficia conferre consueuit. Vnde pro eo, quod nos legimus Spectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum, Beatus Augusti. legit. Quoniam iucūdum est in conspectu sanctorum tuorum. Cæteri quippe cum non disponantur, quinam sint hi gustus nequeunt intelligere, quando autem se se disposuerint, illosque gustarint, tunc quales sint, cognoscent. Si homini qui nunquam gallinam uidit dicerem, ô quam suauis est gallina, & ille me interrogaret, quid sapit gallina, ei plurima dicerem, uariisque modis eius saporem explicarem, nūquam tamen me intelligeret, quousque illam gustasset, quid sapit bubula? quid arietinæ carnes? in cassum utique ei dicerem, bubula sapit bubulam, &c nisi enim iste uiderit atque gustauerit, nō me intelliget. Si quis quærat, quid sapit Deus? respondebo, sapit Deum, neque enim amplius quicquam respondere potest. Quemadmodum nunquā quis bubulæ, aut gallinæ saporem cognoscet, quousque illam gustet, sic nunquam Dei saporem intelliget, quousque eum gustet. Et sic nos sanctus propheta Dauid ad huius diuini boni experiētiam inuitat, dicens. Gustate, & uidete quoniā suauis est dominus, quasi dicat. Tunc uidebitis, quoniam suauis est dominus, si gustaueritis. Verum ad hoc necesse est conscientiā mūdare ac purificare. Dicit igitur Dauid. Iocundum est nomen tuum in cōspectu sanctorum tuorum, sed non in conspectu impiorum. His q; Deum gustantibus diuina ipsius lex est suauis, simulque in Christianæ legis obseruantiam facilem reddēdam plurimum conducit eos ei diu assuefieri, nam diuturna cōsuetudo difficillima quęque facilia reddit, contra uero nō assuefactis facilia etiam difficillima uidētur. Cū Dauid certamen cum Philistæo esset aggressurus induit eum Saul uestimētis suis, & imposuit galeam æream super caput eius, & uestiuit eū lorica. Accinctusq; Dauid gladio eius, cœpit tentare si armatus posset incedere, non enim habebat consuetudinem, illisque magnopere grauatus, neque arma sustinere valens dixit Sauli. Nō possum sic incedere, quia nō usum habeo & deposuit ea. Mirabilia quidem, arma, quibus Saul facile præliabatur, adeo grauia molestaque erant Dauidi, vt ea mouere minime posset. Huius rei causa erat, quia Saul eis assuefactus erat, Dauid autē non. Arma contra diabolum sunt orationes, ieiunia, eleemosynæ, totiusque Christianæ legis obseruatio, iisq; armis, qui assuefacti sunt, facillime præliantur. Aliis autem grauissima sunt, atq; amaritudinem gignunt, qui nunquam illa exercuerūt. Hoc aperte dixit D. Paulus his verbis. Omnis āt disciplina in psenti qdem uidetur non esse gaudii, sed mœroris, postea autem fructū pacatissimum exercitatis per eā reddet. Iustitia in præsenti, idest, in principio cum quis incipit operari quicquam in uirtute. videtur esse mæroris, postea exercitatis reddit fructum pacatissimum, propter quod (inquit Beatus Apostolus) remissas manus, & soluta genua erigite, gressus rectos facite pedibus vestris. Ecce quomodo nos hortatur, vt bonis operibus assuefiamus, sperantes lōga exercitatione omnia nobis facilia esse reddenda. Nōnulli sunt equi adeo pauidi, vt crucis vmbra terreantur, quæ nullū eis potest afferre detrimentū, imo potius equitantes in eis uiā docent, ne errent. Sic etiā corpora nostra quasi equi pauidi pœnitentia deterrentur, quæ est vmbra crucis Saluatoris nostri Iesu Christi, quæ animā in corpore quasi in equo equitantē ad æternā uitā deducit. Quapropter, quemadmodum bonus eques equum compellit, & calcaribus stimulat, quousq; eum ad crucem facit accedere, atq; sæpenumero per vmbram illam eū præterire cogit, quoad usq; ei timor adimatur, sic hæc corpora, quæ facile deterrentur, diuini amoris, ac timoris calcaribus per pœnalia opera sępissime prætereire, compellere debemus, facientes, vt ieiuniis, ciliciis, totiusq; sancta regis

Marginal notes: Ibidem. (beside "uia uidebuntur"); B; Psal. 53. (beside "tuorum, Beatus Augusti."); Simile.; C; D; Psal. 33 (beside "cens. Gustate"); A; 1 Reg. (beside "ctis facilia"); B; Heb. 12; C; Simile.; D.

A legis obseruantiæ assuefiant, nam si sæpe
3.Re.1. numero per hæc pœnalia exercitia præte-
rierint, illisque assuefacta fuerint, postea i l-
la suauissime operabuntur.

Hęc omnia (fratres charissimi) vobis di-
xi, occasionem sumens ex eo, quod no-
bis in hodierna sancti Euangelii lectione
refertur, scilicet Sacratissimam Virginem
Mariam Dominam nostram, & sanctissi-
mum Ioseph eius sponsum quotannis iis
diebus, quibus lex præcipiebat, Hierosoly
mam ad templum ascendere consueuisse.
Ad eorum igitur exemplum, atq; ad imita
tionem nos etiam discamus, iis quæ nobis
diuina lege præcipiuntur, longa consuetu
B dine, atque diuturno habitu assuefieri, siq;
dem vt ex superioribus perspeximus tanta
hinc dimanat vtilitas.

Ex hac etiam cęlesti doctrina infertur,
quemadmodum ex sanctarum exercita-
tionum continuatione, ac consuetudine
boni, sic etiam ex assidua, diuturnaque
peccandi consuetudine mali habitus ge-
nerantur, per quos in tantam deprauati-
Zach.5. tionem animus deuenit, ut nullam in pec
catis sentiat esse molestiam. In Zacharia
in iniquitate plumbi talentum fuisse po-
situm, dicitur. Vt significetur quam gra-
C ue atque onerosum sit peccatum. Iuxta
quod quot peccatis infecta est anima,
tot plumbea talenta humeris sustinet. Et
tamen præ diuturna peccandi consuetu-
dine in eum statum anima deuenit, vt
hæc peccata non sentiat, atque tam paci-
fice viuat, ac si Deum nunquam offendis-
Isa. 14. set Sanctus etiam Isaias dicit. Formido, &
fouea, & laqueus sup te, qui habitatores
terræ. Vbi loquitur de peccatore, qui est
habitator terræ, quia in ea cum corpore,
anima, affectione, atque toto denique cor
de suo habitat, nā quicquid cogitat, quic-
quid cupit, quicquid loquitur, ac denique
D quicquid operatur, est terrestre. Etenim iu-
stus in hoc sensu habitator terræ proprie
non potest appellari, sed habitator potius
cœli dicendus est. Licet enim corpore sit
in terra, spiritu tamen in cœlestibus com
moratur, quoniam (vt Diuus Augustinus
aliique Sacri Doctores aiūt) Anima plus
est vbi amat, quam vbi animat. Et ratio
est, quia anima in re dilecta est secundum
meliorem portionem, & purius atque per
fectius spiritualem scilicet, secundum in-
tellectum memoriam, atque volūtatem;
id enim quod amat, excogitat, illiusque re- A
cordatur, vbi vero animat, secundum mi-
norem operationem suam manet, scili-
cet, viuificando & vegetando. Peccatori-
que habitatori terrę dicitur hic, super te
formido. Et tamen si est peccator longo
ex tempore sceleribus assuefactus, iam fe
re plus timoris non habet, quam si esset
animal rationis expers. Nō solum autem
tantum hoc malum, sed aliud etiam pes-
simum, atque perniciosissimum sequitur
incommodum ex assidua peccati conti-
nuatione, inueterataque peccandi consue-
tudine, quæ est conscientiæ duritias & ob Psal.11
stinatio. Dicit Dauid. In circuitu impii am
bulant. Sumit hic propheta metaphoram B
a iumento molam voluente, quod nun-
quam ex vna circulo exit, & in vno eo-
demque gyro semper incedit, sicq; terrā,
quam toties conculcat, duriorem reddit.
Sic peccator quod hodie, idem cras, pluri-
misque diebus facit, quod anno præterito
fecit, idem hoc anno cōmittit, hoc anno p
terito fuit turpis ac libidinosus, hoc anno
etiam, anno præterito lusor, murmurator
alienæque famæ obtrectator, hoc etiam
anno in iisdem vitiis perseuerat. Semper
in eadem via incedit cor suum his pecca-
tis conculcans, sicque illud in dies durius C
efficit. Quam vilis facta es iterans vias
tuas, dicebat Hieremias propheta. Nam
quanto crebrius hæ iniquitatis viæ cursā Hier.2
tur, tanto uilior, atq; corruptior remanet
anima, duriorque efficitur, & magis dispo
nitur, ut illam Deus e manu sua dimittat.
Pro quo scienda est regula Beati Augusti August
ni in sermone de induratione Pharaonis
ad diuinam misericordiam, iustitiamque
manifestandam, scilicet, Nunquam Deus
deserit hominē, nisi prius Deus ab homi-
ne deseratur. Cumque hæc sit grauissima
huius sæculi pœna (quam vt talem time-
bat Dauid, qui dicebat Ne proiicias me a
facie tua) sequitur illam nunquam nisi ob D
maxima, atque creberrima peccata impo- Psal.50
ni. Ne homo in tantam deueniat infideli-
tatem, ualde necessarium est, principiis di-
ligentissime obuiari. Saluberrimum no-
bis Spiritus sanctus consilium præbet, di-
cens. Noli facere mala, & non te appre-
hendent, dicens. Noli facere mala, & non
dicens noli facere malum, nobis signifi-
cat peccatum sępius iteratum hominem
apprehendere atque deuincire, vt in ma-
lo

A lo statu permanet. Et quemadmodum accipiter compedibus in custodia, idest, (*En la alcandara*) vinctus oculis capitio coopertis, & si aliquando, quia tumultum audit, aut præ aucupandi cupiditate aduolare cupit, paululum tantum alas concutit, atque in custodiam redit: sic homo a peccatis suis apprehensus, libidinosus, ambitiosus, siue quiuis alius peccator, si quando aut reprehensione ac comminatione perterritus, aut quia est quadragesima ad agendam pœnitentiam uolare vult, cum adeo deuinctus peccatis sit, nihil aliud facit, quàm alas concutere, atque iterum ad
B pristina reuertitur desideria. Nihil (inquã) aliud facit, nisi alas concutere, quia tantũmodo mente considerauit bonum esse se ab illo malo statu exire, quod tepide propositum non progreditur ulterius, quia ipsi peccatorum compedes illum deu neiũt & apprehendunt. Quamobrem noli facere mala, & non te apprehendent. Et inferius etiam dicit: Ne alliges duplicia peccata, neque enim in uno eris immunis. O admirabilem sententiam, saluberrimumque consilium, fœlix qui illud obseruarit. Nõnulli priusquam unum peccatum admittant, sibi resistunt, at illo perpetrato ianua
C facilis aperitur, per quam alia complura introeunt. Et hoc significat qd dixit Diuus
Rom.7. Paulus his uerbis: Peccatum operatum est mihi mortem, vt fiat supra modum peccans, idest, peccatum semel admissum operatum est tantum malum, ut fiat (scilicet homo) supra modum peccans: quousque ad cordis duritiem, impœnitentiamq; deueniat. Ideo frater dilegentissime caue, ne peccare incipias, quod si forte peccaueris, ne alliges duplicia peccata, ne te Deum relinquentem Deus iure optimo deserat, sicut illic dicit Diuus Augustinus, quę (ut diximus) est grauissima huius sæculi pœna,
D scilicet, Deum animam peculiarissimis auxiliis priuare. quæ magnam in cordibus impressionem facere solent. Etenim ex fide tenemus, auxilia necessaria ad hominis salutem, quantumuis homo sceleribus grauatus existat, a Deo nunquam auferri. Quis igitur tam ferreus est, ut hæc audiẽs no... expaueseat? quis tam amẽs, vt non ea omni ratione studeat deuitare? si hæc ipsa apud uos nihil efficiunt, quid agam? quo me uertam? quidve remedij suscipiã? quid denique ultra dicam? utinam liceret A mihi per uias publicas progredientem pedibus me cunctorum hominum prosternere, supplicique ab omnibus voce deposcere, vt sibi quisque consulat, sibi dum tempus est, prouideat, suique ipsius misereatur antequam ad tantum malum perueniat. Si vos non religio, non timor Domini, non Christi cruor, non claui, non alapæ ad hoc mouent, moueat uos saltem amor uestri, æterneque condemnationis timor, quo saltem hoc modo intelligere incipiatis in quanto periculo uersamini, vestrisque malis remedium curetis B adhibere, veramque ex animo pœnitentiã faciatis.

Ascendentibus illis Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi. Præcipiebatur tribus temporibus anni, apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis Domini Dei Israel, in quibus uerbis duo uel maxime notanda sunt. Primũ est, quia licet Deus in omni loco sit, peculiariter tamen in templo existere dicitur, & ingredi in templum est in cõspectu eius apparere. Ex quo colligi potest, quanta cũ reuerentia, timore, atque tremore in sanctas ecclesias ingredi debeamus, præcipuè C nunc in ecclesias legis gratiæ, siquidem nõ solum Deus in eis est peculiari illo modo, quo in templo Hierosolymæ esse consueuerat: sed per alium singularis mum modum in ineffabili sacramento altaris existit. Valerius Maximus dicit, quando Alexander Magnus Tyrum cepit, adeo furibundum ingressum fuisse, vt sex millia satellitum iugularit, aliaq; duo millia iuxta mare crucifixerit: nihilominus tamen iis omnibus pepercisse refert, quos inclusos in templo reperit, extra quos omnes occidi, atque uri iussit. Vel sciatis quantæ reuerentiæ Ethnicus ille tyrannus Idolorum D templa habuerit, siquidem ad illud ei templũ accedenti totus furor quo excandescebat, mitigatus est. Nunc autem Christiani in veri Dei templo quacunque occasione furore inflammamur, & propter negligentem oculorum custodiã plurimi igni turpitudinis sensualis inflammantur, quod quidem visu atque auditu horrei dum est.

Exo.34.

Val.Maximus.

Alterum notabile est, quod hoc præceptum de viris tantum, non autẽ de fœminis meminit, vnde fœminæ immunes erãt

A ab eo: attamen nonnullæ propter pium affectum, ac deuotionem in illis festis in templum ascendebant, sicut hic apparet de sanctissima Virgine Maria Domina nostra, quæ cum suo sancto sponso ascendere solebat. Voluit utique Spiritus sanctus, ut sanctissima virgo in hoc nuptas mulieres doceret, ne unquam a viris suis recederent; nam ubi primum ab eis recedunt, maximis periculis exponũtur. Et sic ubi nos legimus: Faciamus ei adiutorium simile sibi. Alia translatio habet; Faciamus ei adiutorium, quod sit coram eo. Denotans in hoc, quod quantum fieri poterit, uxor nũquam debet a uiro procul abesse. Si prima mulier coram viro suo stetisset, nec ab eo recessisset, ut cum Dæmone loqueretur, proculdubio quod effecit, nunquam fecisset. Ecce quantum ex sermone fœminæ cũ eo, qui non erat uir suus, uniuerso mundo aduenerit detrimentum. Hoc utique singulare consilium est, nam uir plurimos ludos, plurimas turpitudines, plurima denique peccata vitabit, si cum uxore sua perstiterit, uxorque plurimas effugiet miserias, si cum uiro suo fuerit conuersata. Vnde legitimus sensus horum uerborum, qđ sit coram eo, est, ut assiduo vterque inuicẽ cõuersentur. Et hoc significat etiam quod dicit sponsa. Ego dilecto meo, & ad me cõuersio eius, quasi dicat, hoc est subsidium meum, hic est custos meus, ab eo nunquã recedam, nec ipse a me aberit Deus Moysem ad negotia maxime necessaria peragẽda mittebat, dicitur tamẽ: tulit ergo Moyses uxorem suam, & reuersus est in Aegyptum. Animaduertite uttum uir sanctus intelligeret quam necessarium esset, se oculos ab uxore sua non remouere. In hoc etiam ascensu ad Hierusalem nos hæc sacratissima præceptrix docuit nos non debere esse contentos, eo quod ea quæ nobis Deus præcipit tantummodo faciamus, sed plura etiam facere curare debere. Dixit Dominus quicunque te angariauerit mille passus, vade cum illo & alia duo. O mirificam doctrinam. In his uerbis docet diuinus magister quod si diuinam legem facile obseruare desideras, curare debes plura etiam, quam tibi in ea præcipiuntur, efficere: & sic quod de præcepto est, tibi facile erit. Hoc significatur memorabilibus illis verbis, quæ habentur apud Ecclesiasti

Gene. 2. B C Cant. 7. Exod. 4. D Mat. 5. Eccle. 2.

cum, ubi dicitur: qui diligunt Deum replebuntur lege ipsius. Qui aliquid secundum mensuram largiuntur, parce id dare, & hostorium, vulgo (*el rasero*) nimium calcare, & aduersus alterum potius, quam aduersus se facere solent. Cum uero quicquam amico suo metiuntur, mẽsuram replere gaudent, eamque refertam ei donant, & contra se potius quam contra illum faciunt, mensuramque amici ei præbent. Qui Deum imperfecte tepideq; diligunt, legis ipsius obseruantiam parce, illiberaliterque ei præstant, hostoriumque nimis comprimunt, & potius aduersus Deum quam aduersus se faciunt. Hoc (aiunt) mihi præcipit Deus sub mortali, hoc ergo faciam & non plus, qui autem intimi singularesq; Dei amici sunt, legem eius abundanter implent, & plura quidem ei faciunt, quàm lege præcipitur. Hoc est amici mensuram illi præbere, quia & potius contra se quam contra Deum agunt. Ideoque non dicit Spiritus sanctus implebuntur, sed replebuntur lege ipsius. Plurimique hoc diuino amore & charitate commoti non solum plura faciunt, quam sibi lege præcipitur, sed ad illorum etiam obseruantiam uoto astringuntur, quod diuinæ Maiestati gratissimum est. Et hæc est una ex expositionibus, quibus verba illa declarantur, quæ superna cœlorum Imperatrix dixit: Magnificat anima mea Dominum. Non dicit Deum, sed Dominum. Quando vestro pio exemplo quencunquam, qui prius Sathanæ membrum erat, ad Dei ministerium conuertitis, tunc Deũ ampliorem Dominum quodammodo facitis, & quo plures conuertitis, eo maiorem eum Dominum efficitis, quo etiam pluribus bonis in eius ministerio faciendis, uos astringitis, eo maiorem vestri dominationem ei præbetis, & ita dicit David, accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Alti sublimisque cordis est omnia sæcularia relinquere cõfidendo nobis necessaria non esse defutura. Filij huius sæculi infimum atque abiectũ habent cor, ideoque omnia seruant, arbitrantes sibi cuncta esse defutura. Hi de Deo diffidẽtes eum paruificant (vt ita dicam) sicut illi in Deo confidentes eum magnificant. Quando igitur quisquam in religionem ingreditur cum sublimi corde, tunc Deus in

A B Luc. 1. Luc. 1. Psal. 53. D

A in maius dominium super eum ascendit,
& hoc est magnificare Dominum. Dicet
aliquis, & si me Deo per uotum ipsius mi-
nisterio astringere, Deo gratissimum est,
tamen si uotum hoc uiolauero, inde con-
demnationem eliciam, ubi prius nulla
erat. Et uerum quidem dicit, sed si quod
semel Deo promissum est diligenter im-
pleatur, opera illa multo maioris sunt me-
riti, & hinc intelligetis uerba illa Beati Pau
li dicentis, ubi abundauit delictum, supera
bundauit & gratia. Ad quorum intelli-
B gentiam notate, quod dicit Beatus Pau-
lus, finis (inquit) præcepti est charitas,
Rom. 5. quasi dicat. Si Deus nos præceptis obli-
gat, atque deuincit, hæc omnia facit pro-
pter suam ineffabilem in nos charitatem
ut plura mereamur. Plus enim homo mē-
1. Ti. 1. retur operibus, quæ ex obligatione, quam
ijs, quæ uoluntariè facit. Vnde qui orat,
aut eleemosynam dat, aut aliquod aliud
opus facit, quia illud sibi confessarius præ
cepit, multo plus meretur, quam si idem ul
tro faceret. Notandum etiam nonnullos
C fuisse Romæ tempore Diui Pauli, qui de
Deo conquebantur, quia tot sibi præcepta
imposuerat, ideo enim commissa sunt
plura & maiora peccata, quibus ut San-
ctus Apostolus satisfaceret, scripsit dicens
usque ad legem peccatum quidem erat in
mundo. peccatum autem non imputaba-
tur, idest, Priusquam Deus legem Moysi
daret, & si quid naturalem legem non cu-
stodiebant, peccabant, at propter nimiam
legis obliuionem non cernebantur tam
aperte peccata in hominibus. Lex autem
subintrauit, ut abundaret delictum. sed u-
D bi abundauit delictum superabundauit &
gratia. Hoc est, non inficior, eo quod
tam perspicuum Dominus legis suæ co-
gnitionem uobis præbuit, peccata uestra
grauiora extitisse, quę contra legem illam
qua tenebamini, commisistis. Non autem
conqueri debetis, nam quum Deus legem
illam scriptam, istamque nunc Euangeli-
cam hominibus daret, non præcipue inten
dit, nos ad peccata obligare, sed ut in no-
bis gratia superabundaret. Quemadmo-
dum enim Christianorum peccata grauio
ra sunt propter ingratitudinem, qua utun-
tur ob diuinam legem, beneficia quæ
perceperunt, sic etiam opera quæ fecerint,
maioris gratiæ digna erunt. Idemque de
uotis, dicere possumus quod ubi ea uiolan A
do super abundauit delictum: illa obser-
uando superabundauit & gratia.

Deferebat secum in templum sacratis-
simi Virgo Maria sanctissimum puerum
Iesum. Sanctissima enim Virgo Maria, &
sanctus Ioseph eius sponsus maximi cum
diligentia dies festos obseruabant & tem-
plum inuisebant omni timore tyranno-
rum postposito, qui tunc temporis pue-
rum Iesum perdere nitebantur. In quo
satis horrendum quoddam, nimiumque
in orbe usitatum malum reprehenditur, B
quæ est obliuio atque negligentia, qua u-
tuntur parentes in liberos, non curantes,
ut ecclesias, diuina officia; concionesque
audituri conueniant, relinquentesque il-
los per uias mille insulationes perpetran-
tes, filiasque suas domi in ancillarum ma
læ conscientiæ societate deserentes, quæ
quatuor drachmis earum uirginitatem
prostituent. Quod si confessarius matrem
obiurgat, quia filias suas secum in tem-
plum non defert, respondet; Pater hoc
in hac regione non est usitatum. Attendi- C
te Christianæ fœminæ responsionem, non
est usitatum filias in templum deferre, cū
tamen ad uidendos tauros, ad ludos pu-
blicos, atque ad ludicros congressus dedu-
ci consuescant, ubi uideantur, cupiantur,
atque etiam ad turpitudines perpetrandas
assiduo prouocentur. O fratres sorores-
que meæ, scitote quando Deus pollici- Gen. 17
tus est Abrahæ se illi filium esse daturum,
his uerbis locutum fuisse, & benedicam ei,
scilicet Saræ, & ex illa dabo tibi filium, cui
benedicturus sum. Et in libro Genesis sæ-
pissime filiorum generatio, diuina esse
benedictio dicitur, sicque illam uocat Spi- D
ritus Sanctus, una uero ex præcipuis ra-
tionibus, quare Deum nobis liberos con
cederet, diuina est ipsius benedictio hæc
est, quia uobis merendi materiam tribuit,
quæ est liberos istos, docere, ut serui Dei
sint. At credite mihi, si huius obliti fue-
ritis, benedictio in maledictionem uobis
conuertetur. Nec solum contenti esse de
betis omnem possibilem adhiberi diligen
tiam, quo liberi uestri Deum diligant at-
que uereantur, sed uos etiam oportet a di-
uina Maiestate instanter exposcere, ut eos
bonos efficiat, dicite, Domine quid
diligentia mea sine tuo auxilio proderit;

A tu Deus meus dextræ tuæ virtute efficito, ne res ulla mea te offendat. In eodem ca-
Ibidem. pite dixit Abraham alloquens Deum, utinam Ismael uiuat coram te, idest, ad nutum beneplacitumque tuum, in tui ministerio, obedientia atque dilectione persistat. O eximiam orationem. Ne arbitremini sanctum Patriarcham uitam tantum modo Ismaeli postulasse, præcipue enim
Gen. 13. uitam sanctam precabatur. Ideoque non contentus est dicere: utinam Ismael uiuat, sed addidit etiam dicens, coram te. Hoc etiam Deus ab ipso Abraham poposcit dicens, ambula coram me & esto perfectus, quasi diceret, ut sis perfectus, ambula coram me. O mirificam sententiam Dei pe-
B ctore prolatam. Nullis uerbis huius sententiæ fœcunditas, ac prægnities explicari potest, scilicet, ambula coram me, nam illius obseruatione uir interius exteriusq; in cogitationibus, desiderijs, uisu, auditu, verbis actionibusque componitur, diligenterque curat, ne quid in eo interiusve reperiatur quod oculos Dei sui offendat; quem coram se gerit, seque ab eo undique circunspici non dubitat. Et sic dicebat
Psal. 17. Dauid, & ero immaculatus cum eo, & obseruabo me ab iniquitate mea. Et re-
C tribue mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius. Cum eo, idest coram eo: ecce quot bona eliciebat Dauid ambulans coram Domino. O immensam Dei probitatem, nunquid domine uniuersi cœli ciues non tibi ministrant? ut quid in diuinis oculis tuis uilissimum terræ uermiculum uis habere? quare dixistis Abrahæ, ambula coram me? non ob suam quidem, sed propter Abrahæ utilitatem hoc ei præcipit, multum enim ad eius perfectionem con-
D ducit ambulare coram Deo. Cumque Abraham cognosceret hoc ualde necessarium esse, neque sine diuino auxilio fieri posse, hoc etiam beneficium filio suo deposcebat dicens: utinam Ismael viuat coram te: Cui Dominus respondit dicens, super Ismael quoque exaudiui te. Ex quo colligi potest Ismaelem in sua persona fuisse saluatum, & si per eum mali significantur, sicut Beatus Paulus assignat, nullum autem de illo malum legitur, sicut de Esau: unde nonnulli tenent illum saluum fuisse. De illo namque dicitur etiam, mor- A
tuus est, & appositus ad populum suum, quæ uerba paulo antea sacer textus de patre ipsius Abraham dixerat, ut sciatis quantum bonorum patrum orationes meritaque proficiant. Quocirca fratres dilectissi- Gen. 25.
mi per uiscera misericordiæ Dei nostri uos rogo, ut liberorum uestrorum misereamini uerbisque pijs exemplis, supplicijs, atque orationibus, omnibus denique modis spiritalem eorum salutem curetis.

Consummatisque diebus, cum redirent, remansit puer Iesus in Hierusalem, & non cognouerunt parentes eius, existimantes autem illum esse in comitatu. Tunc enim fœminæ per unam, viri autem per alteram B
uiam ibant, quæ sancta quædam consuetudo erat, infantesque teneræ ætatis cum alterutris ire poterant. Hancque sanctam cō suetudinem obseruarunt celebris illi prædicatores, Beatus Augustinus, Beatus Ambrosius, Beatus Ildefonsus in ecclesijs, quibus præerāt. Qui in templis peculiaria loca fœminis, aliaque separata uiris statuerant, uelumq; in medio eorum apponi iusserant, ne se inuicem viderent, nunc autem Gen. 23
(quæ nostra est miseria) omnia sunt confusa atque idcirco fortasse plurimæ, fucantur, nimisque componuntur, quia in tēplis uidendæ, atque etiam tractandæ, & prouocādæ sunt. Multum conducit ad bene operā- C
dū mali occasiones adimere, sepeliui Abraham Saram uxorem suam in spelūca agri duplici. Dicuntque nonnulli super hunc locum illam speluncam in duplicē locū fuisse diuisam, vt in uno uiri, atque in altero fœminæ condetentur. Nam etiā post mortem non indecore uidentur uiri a fœminis Gene. 3.
separari, quanto magis uiui. Ostendit mater nostra Eua, quam mala sit occasio, quā que potens ut nos in peccatum prolabi faciat. Quam cum Dæmon interrogaret, cur præcepit uobis Deus, ut non comederetis ex omni ligno paradisi? respondit ei mulier, De fructu ligni, quod est in medio paradisi præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte mo- D
riamur. Notate quæso, Deum solummodo dixisse, de ligno scientiæ boni & mali ne comedas, non autem dixisse, ne tangas illud ut patet. At intellexit Eua (& optime quidem) Deum ipso facto, quo eis esum prohi- Gene. 2.
buit, tactum etiam uetuisse, nam tangen-
tes

A tes arboribus illius fructû, periculo maximo exponebantur edendi illum. Sic fratres mei, ratio atque experientia nos docet, siquidē nobis ex uetito isto fructu comedere non licet, illum etiam tangere nobis non licere: ne uero illum tangamus, ualde necessarium est eum non uidere. Nequod edere, aut tangere tibi non licet, aspicias: ibi enim te passio tua superabit: ut diuinam Maiestatem grauiter offendas: Et sic sacra historia inferius dicit: uidit mulier quod pulchrum esset lignum ad uescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit. Et inferius dicitur: uidentes filij Dei filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant. Quam uniuersalis diluuij causam fuisse assignant. Quod quia homines fœminarum pulchritudine perspecta, eas adamarunt, atque a uiris suis abstractis eis tāquam proprijs uxoribus utebantur. Ecce quantum malum ex illa uisione dimanauit. Quapropter fratres mei oculos aperite, & quicquid uobis libuerit, intuemini: nam hic erit condemnationis uestræ fons, & initium. Timete fratres mei Deum illū que confidenter rogate, quod Dauid precabatur dicens: Auerte oculos meos, ne uideant uanitatem.

Gen. 6. B

Ps. 118. C

Et remansit puer Iesus in Hierusalē. Eū quippe qui bona indole natus est, satis est ut primum uirtutis elementum doceas: ipse enim uelut equus in cursu positus, a recto tramite nō discedet. Hoc idem in puero Iesu apparet qui etiam transactis solennitatis diebus ibidem remāsit in quo nullus parentes ngligentiæ arguet. Cumque duæ uiæ essent, arbitrata est sacratissima uirgo Maria, sanctissimum filium suum per uirorum uiam cum sancto Ioseph fuisse reuersum, sanctus autem Ioseph existimauit eum cū sacratissima genitrice sua in uia fœminarum uenisse. Et sic illū Hierosolymę remansisse nescierūt. Super quo notandum est, quemadmodum cœlestis hæc uirgo unigenitum Dei filium concepit, peperitque propter utilitatem nostram: sic propter nostrum commodum eum amisisse, atque repetisse. Amisit eum absque culpa sua cum rediret a Hierusalem. In quo significatum est unum ex malorum nostrorum fundamentis, propter quæ culpa nostra Deum perdimus, esse,

D

quia a Hierusalem (hoc est ab interiori quiete, ac tranquillitate) eximus, & quia nos nimia solicitudine perturbamur, hæc sæcularia perquirentes. Manasses eum magna cordis sui afflictione Deum sic alloquutus est, Incuruatus (inquit) sum multo uinculo ferri, & nō ē respiratio mihi. O quot hodie idem dicere possunt qui tot curis atque negotijs opprimuntur, ut uix ualeant respirare, & dicere: Benedictus Deus: hoc autem peius est, quod tantis oneribus oppressi illa onera esse non ducunt, sed quadie negotijs non sunt submersi usque ad oculos nesciunt quid faciant, & præ mærore cōficiuntur. Ephraim uitula docta diligere trituram dicit Oseas Propheta. Idē que de Ephraim hoc est, de hoc populo Christiano tot die beneficijs locupletato, sicut diuinis sacramentis, Euangelicaque doctrina, dicere possumus, cuius maior pars ex his omnibus fructum percipere nescit. Plurimi namque Christiani sunt quasi uitula iugi subiectioni, & trituræ assuefacta, & hanc amant, huic intendunt, hanc que fœlicitatem suam esse ducunt, quasi plus fidei, quam Ethnici non haberent. Videns Pharao ingentē Israeliticę plebis propaginem, & quod præter opinionē in dies numerus eorū crescebat, & multiplicabat, timensq; rebellionē, deprimere eos conat, quare ait ad populum suum. Ecce populus filiorum Israel multus & fortior nobis est uenite sapienter opprimamus eū, nē forte multiplicetur, proposuitque eis magistros operum, ut affligerent eos oneribus. Quia quiete ac trāquillitate illos tantopere multiplicari cognouit, iussit ut in extruēdis urbibus magnopere occuparentur. Sup quo dicit. Origenes eandē esse diaboli inuētionem, qui uidens Christianos spiritali quiete ac tranquillitate, uirtutibus accrescere meritisq; proficere, humanis eos negotijs curat occupare lutoque quo inficiantur inuoluere, hortatur eos domos cōstruere, uineas plantare, aliaq; inutilia negotia peragere, quo sic iquieti, & cōturbati, uix quicquam boni in Dei ministerio perficere nōrint: sicque nō solum in meritis ac uirtutibus non multiplicentur, sed a malis ēt in deteriorē prolabant. Et hoc est Deū amittere, quia bono ab Hierosolyma recedet. Relinquite fratres solicitudinem illam, nec tam serio ludicra ista suscipiatis, quiescite animis uestris, tranquillitatem quærite,

A

1. Pa. 36

B

Ose. 10.

Exod. 1

C

Orig.


D

A rite, in qua quantum diuinæ maiestati debeatis, consideretis, & quid facere uos oporteat contemplemini, ut his acceptis beneficijs, tantæque obligationi quodammodo
Hebr. 4. respondeatis. Diuus Paulus sępenumero nomen hoc requies repetit, & quomodo Deus dixit de malis, si introibunt in requiē meam loquens de terra promissionis. Nec uero arbitremini terram illam requiem fuisse uocatam, eo, quod in ea uestes, auit calceos consutos essent reperturi, siue quod panem, aut uinum inculta latura esset, hæc enim omnia, sicut & nunc labore acquirenda erant. Sed dicebatur requies eo quod
B cessaturum erat desiderium illud, sollicitudo atq; anxietas, quæ iam in certo loco & non in solitudine persistere cupiebant. Sic quando uos hortamur, ut quietem quæratis nolumus uos monere, ut ea tractare desinatis, quæ ad cōditionem uestram spectant, sed ut ita illa geratis, quod animus uester nimia sollicitudine captiuus non maneat, sed ad se Deo tradendum liber existat diuinamque ipsius gratiam possit exquirere qua cælestis gloriæ beatitudo comparatur. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius
C qui cum patre, & spiritu sancto viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

IN EADEM DOMINICA I. post Epiphaniam.

Concio Secunda.

D *Cum factus esset Iesus annorum duodecim, ascendentibus illis Hierosolymam, &c. Lucæ. 2.*



IN hodierna sancti Euāgelij lectione (fratres charissimi) dicitur sanctus Ioseph cum
Exo. 34. sacratissima uirgine Maria spōsa sua Hierosolymā ascēdisse, sicuti diebus, quib. lex pręcipiebat, facere consueuerant. Nā pręcipiebat Deus: tribus tēporibus anni apparebit oē masculinum tuum in conspectu omnipotentis Domini Dei Israel. Estque hoc magnæ admirationis dignum, quod pręceperit Deus omnibus uiris totius Israel, ut ter quotannis derelictis domibus, possessionibusque A suis Hierosolymam ascenderent. Quæro, quis interea domos fundosque illorum custodiebat, ne gentes confines in eos inuaderent? nam prope illos Moabitides, Amonitides, Idumæi, Philistæi, quoque, & Madianitæ habitabant, qui cuncti Iudæorum capitales hostes erant, quomodo ergo uniuersi hi Ethnici tantam occasionem prætermittebant? quomodo Hebręorum bona non deperdebant, eorumque agros non depopulabantur? Ad hoc respōdeo, ipsum legislatorem singulari quadam promissione remedium addidisse immediate dicen- B tem. Cum dilatauero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ ascendente te, & apparente in conspectu Domini dei tui ter in anno. Itaque ipse Deus legem sanciens statim sub protectione sua populum suscepit, dicens se eo tempore, quo lex erat adimplenda, illorum possessiones esse protecturum, neque enim ab alio, quam ab ipso Deo melius poterant custodiri, quod idē Isa. 31. Dominus admirabili quadam similitudine declarauit dicens. Quomodo si rugiat leo & catulus leonis super prædam suam cum occurrerit ei multitudo pastorum, a C voce eorum non formidabit, & a multitudine eorum non pauebit, sic descendet Dominus exercituum, ut prælietur super montem Sion, & super collem eius, sicut aues uolantes, sic proteget Dominus exercituū Hierusalem, protegens, & liberans, transiens, & saluans. Ecce quot uerbis exaggerat hic Dominus sedulam curam quam de seruis suis gerit, super quo valde pensandum est, hunc clementissimum patrem, in modo quem in suis defendendis obseruat, D duabus dissimillimis rebus sese contulisse scilicet, famelicis leonibus, & auibus uolentibus nidos suos protegere, quorum altero naturales uires fulciunt, ut uniuersos timores contemnant: alteras uero intimus pullorum amor compellit, ne ulla pericula pertimescant. Leo famelicus nulla pastorum cohorte nec canum latratibus deterretur, ut prædam dentibus dimittat. Auisque quantumuis imbecillis sit, ut pullos suos tueatur, nullum timet periculum amor enim eorum, eas illi uires addit, quæ sibi a natura denegantur. Quibus similitudinibus uoluit Dominus demonstrare quā secum sint serui sui, si quidem ad defensionem suam tam supernum amorem, atque poten-

A potentiam qualis est Dei, habent. Ideoq; in eodem capite paulo superius quosdam acerrime cōminatur, qui huius protectionis obliti ad Regem Aegypti auxiliū petitori confugerunt, dicens. Væ qui descendūt in Aegyptum ad auxilium in eqs sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multæ sunt, & super equitib qa præualidi nimis, & nō sunt confisi super sanctum Israel, & Dñm non requisierunt. Aegyptus homo; & non Deus, & equi eorum caro, & non spiritus, & Dominus inclinauit manum suam, & corruet auxiliator, & cadet cui præstatur auxilium, simul

B que omnes consumentur. Animaduertite quomodo vult Deus, ut homines pcipue in suo auxilio confidant, & hoc maximi æstiment: & quantam sibi iniuriam ducit inferri, cum homines ipso derelicto, fiduciam suam in alijs hominibus cōstituunt siquidem tantum ob hanc culpam de his suppliciū sumpsit. Itaque noster optimus Deus cū quicquam iubet ex cuius implemento, & executione aliqua inconuenientia sequi uidentur, omnia statim solet adimere. Sic cum legem illam sanxit, ut septimo anno terra sabbathum perageret, & quicquid illo anno terra proferret, paupe-

C ribus erogaretur: quia ipsi dicere possent,

Leu. 25. qd igitur nos interea comedemus? Huic obiectioni statim Dominus respondet, dicens. Dabo uobis benedictionem meam anno sexto, & faciet fructus triū annorū, seretisque anno octauo, & comedetis veteres fruges usque ad nouum annū, donec noua nascatur, edetis uetera. Ex his duabus legibus duo notabilia elicimus: alterū quod quando ex diuinæ legis obedientia, atque obseruantia aliquot inconuenientia sequetur, aliquaque nobis aduenerint detrimēta deterreri non debemus, sed certissime credere nos a Deo esse iuuandos,

D atq; ab illis inconuenientibus esse liberādos; aut saltem eum alijs præsentibus siue futuris bonis illa esse nobis resarturum.

Itaque si iudex testis, aut aduocatus, eo ꝙ fideliter munere suo fungitur acerrimas simultates, grandiaq; incommoda temporalia sibi aduentura pertimescit: oculos ꝑ fidem, vitamque confidentiam in cœlum eleuet, atque ad patrem misericordiarum, cui seruire conatur, & ob cuius amorē illis incōuenientibus objicitur, eos dirigat, firmiterque credat eum in his angustijs sibi nō esse defuturum. Idem dico de confessario, si eo quod quando oportet absolutionem negat, & de concionatore qui quando necesse est reprehendit, & de prælato si eo quod munere suo recte fungitur labores aliquot fuerint perpessi gaudere debent, sic enim inter Domini prophetas, atq; apostolos eos collocandi sunt, sic cōfortauit Dominus discipulos suos dicens.

Matt. 5. Cū maledixerint vobis homines, &c. Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est, in celis; sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante uos.

Alterum, quod hinc elicitur est, quod his legib. uoluit Dominus homines dispo- B nere, ut sibi credere atque in ipso sperare

Deut. 8. assuefierent, neque omnem fiduciam in sua ipsorum diligentia cōstituerent, sicut dicit Moyses afflixit te penuria, & dedit tibi cibum manna, quod ignorauerunt patres tui, ut ostenderet tibi quod non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo ꝙ egreditur de ore Domini, hoc est, ut discas. Deo confidere, qui qualibet re tibi subuenire potest. Cum enim toties in anno tam longum facerēt iter, Hierosolymq; octo saltem dies morarentur, uidentes tandiu tot tamque crudeles hostes suos a Domino cōtineri, quiq; tam propinqui erāt eis, C quominus uel minimū quemq; de gregibus eorum hædum acciperet, neque satis suis damnum aliquod inferrent, duriores equidem marmoribus essent, nisi hæc uidētes firmissimā quādā cōciperent spem, qua tāto, tamq; bono Deo cōfiderēt, qui sic eos protegebat, & nisi feruentissimo eius inflammarentur amore Nos quoque, qui hæc omnia fide, quam habemus, credimus, multoque maiora ab hoc superno æternoque Deo beneficia percepimus, sciamus nos multo maiorē, firmioremq; cōfidentiam, atque ardentiorem amorem ei præstare debere. Si ergo illi nihil sibi de D futurum esse credebant, etsi tam longum conficerent iter; quare uos cum Christiani sitis, adeo diffidētes estis, ut arbitremini, si quotidie uuam saltem horam consumeretis in præsentādo uos diuinæ maiestati beneficijsq; a diuina ipsius liberalitate acceptis considerandis, & scrutando utrum legē vobis ab ipso datā obseruetis necne, atque in æternis tormentis, quibus eius transgressores contorquendi sunt, cælestibusque præmiis, quæ ipsius obseruatores

accipere

A accipere debent. in memoriam reuocandis, oro uos esse perituros, corporalemq; alimoniam uobis esse defuturam? o increduli diuinæ prouidentiæ? qui quia in re tanti momenti diffiditis in magno eodem damnationis periculo uiuitis. Attendite quid propheta dicat. Nisi quod lex tua meditatio mea est, tūc forte periissem in humilitate mea: tunc, idest, iam pridem. D. Ambrosius per hanc humilitatem atque abiectionem tentationum pericula intelligit, cuius præcipuum remedium in assidua diuinæ legis consideratione, atque horum quæ superius dixi, & his similium meditatione situm

Psal. 118

D. Ambros.

B est. Vnde de impio bis dicitur. Nō est Deus in conspectu eius, sicut alij uerterunt, nō est Deus in ullis cogitationibus eius, & ex hoc sequitur, quod inquinatæ sunt uiæ illius in omni tempore. Attendite quā aperte dicit hic Spiritus sanctus homines ob piæ considerationis defectum peruerti, atque in peccatis diu permanere, ut intelligatis quam stulte respōdent, qui de hoc admoniti dicunt. O pater hoc munus est religiosorum, quasi ipsi animam non haberent, neque Deum diligere tenerentur, neque illo in cœlesti beatitudine se fruituros sperarent. Nunquid bonum remedium in

Psal. 9.

Simile.

C uenisse diceretis eum, qui cum furibunda tēpestate cōcussus iam iam maris fluctib mergeretur malos abscinderet, uelaque in mare proijceret, gubernaculum frangeret omniaque instrumenta quibus nauis gubernatur, dissolueret? an qui hoc facerent stultos esse non diceretis? Tales equidem estis vos, & peiores etiam, nam cum sæculares sitis, maioribusque, periculis, quam religiosi viri sitis expositi, putatis uobis licere remedij, quæ diuina prouidētia cōtra ista pericula præbuit minus uti, quæ sunt assidua cœlestis meditationis exercitia crebraque orationis, diuinorumq; sacramen

D torum assiduitas. Et profecto vna ex rationibus & causis unde hoc procedit, modica confidentia qua Deo fiditis esse uidetur, nam arbitramini (ut supra dixi) res humano uictui necessarias vobis esse defuturas, siquam temporis partē in his sanctis exercitationibus consumeretis; quæ diabolica fraus est, quod omnem fiduciam uestram in diligentia uestra, in Deo autem modicā aut nullam cōstituatis. Præcepit hic pater misericordiarū Moysi dicēs. Pones super mēsam panes propositionis i cōspectu meo

Exo. 25.

semper. Hoc præcipiebat Dominus, ut homines intelligerent sicut panes illi semper in ipsius conspectu erāt (ideoque propositionis uocabantur, quia semper debebant proponi) sic ipsum semper oculos intendere in ea, quæ ipsi gestui sunt. Sicut mater plurimos habens filios, qui assiduo ab ea panem petunt, plurima panis fragmenta coram se ponit, ut passim eis alimenta suppeditet. O benedictus talis Deus, & glorificatus talis pater, qui tam diligenter creaturas suas rebus necessarijs alit. Vt autem sollicitam cœlestis huius patris prouidentiam magis admiremini, animaduertite, notabilia illa uerba, quæ Isaias propheta Dei nomine dicit. Vbi Babylonis Deos irridens, qui cum a iumentis atque ab hominibus in humeris asportarentur, ipsi tamē eos in nihilo adiuuabant, dicit confractus est Bel, cōtritus est Nabo, facta sunt simulacra eorum bestijs, & iumentis. Onera vestra graui pondere, vsque ad lassitudinem: contabuerunt, & contrita sunt simul, non potuerunt saluare portantem, & anima eorum in captiuitatem ibit. Statimque addit Deus ipse dicēs. Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini a meo utero, qui gestamini a mea vulua, usque ad senectam ego ipse, & usq; ad canos ego portabo, ego feci, & ego ferā ego portabo, & saluabo. O dulcissima & suauissima uerba? ô homines adamantibus duriores, quomodo illa audientes, tenentur dine non deficitis, quo modo hæc audientes, quæ ineffabilis Deus, atque infallibilis ueritas dicit, firmissimam non concipitis confidentiam? falsi illi dij cum labore maximo a suis cultoribus portabātur, hic autem uerus Deus non solum in manibus, sed in uisceribus etiam cultores suos tanquā pia mater asportat. Et quid est quod ait, usque ad senectam ego ipse, & usq; ad canos ego portabo? nunquid (ut ait Iob) sicut dies hominis dies eius, aut anni eius, sicut humana sunt tempora? ut quid ergo dicit a iuuentute sua, usque ad senium, & canos se suis diligenter fauturum? Minime quidem: sed hoc dicendi modo perpetuam, assiduamque, quam de suis curam gerit, significare uoluit. Ideo dicit D. Paulus. Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnib. gratias agite, id est, in aduersis, ac prosperis semper grati estote, quia ipsi semper cura est de nobis.

A

Simile.

B

Isa. 46.

C

D

1. Tes.

Ascen-

A Ascendēs igitur sacratissima virgo Maria, sanctusque eius sponsus Ioseph cum sanctissimo puero Iesu Hierosolymam ad festi celebrationem, consummatis diebus cum redirent in fieri cum Hierosolymis reliquerunt. Et hoc est, qd dicit sacer textus: remansit puer Iesus in Hierusalem, quod non casu quidem, neque ipsius ignorantia contigit, cum ex instanti sacratissimæ conceptionis eius sacratissima ipsius anima totam habuerit sapientiam qua in perpetuum prædita erit. Verum qrct, quispiā si tota hac sapiētia præditus erat, quomodo dicit hic sanctum euangelium. *Proficiebat sapientia:* Origenes mirifica quadā elucidatione verba hæc exponens dicit, hoc incrementum nihil aliud fuisse, quam eū magis, ac magis excellentiam, sapientiam que suā in dies manifestare. Ingredimini in bibliothecam reperitisque librū vetustissimum nudis tabulis vmbilicatum, id est, *En quadernado.*, quē cū aperiatis legere incipiatis, magnaque in eo arcana, & mysteria comperitis, dicitisque, ô quā excellens liber: hic dignus est, q aureis tabulis vmbilicetur, nō autem ligneis nudisq; tabulis ei reunderetur, quia tot, tamq; sublimia in eo mysteria intuor: uolutis alterū folium, aliudque mysteriū inuenitis, voluitis aliud, & aliud reperitis, sicque usque ad finem, & sic alia in dies plura, & maiora mysteria reperitis Itaque magis, ac magis libri excellentia detegitur. O sacratissime puer Iesu quam excellens liber es, liber antiquus liber æternus, æternaliter genitus, & in tempore umbilicatus humanitatis nostræ tabulis. Hic est liber, quo Deus Hebræis seuerissime cōminatus est per Isaiā propheram dicens. Obstupescite, & admiramini, fluctuate, & vacillate, inebriamini & nō a uino, mouemini, & non in ebrietate. O Deus, quid ex tanta prægitie debet exire? quid hic dominus dicere vult, cum à tam terribili principio exordiatur? quoniam (inquit) miscuit vobis dominus spiritū soporis, clausit oculos vestros, prophetas, & principes vestros, qui vidēt visiones operiet, & erit uobis visio omniū sicut verba libri signati, quem cum dederint scientii literas dicent, lege istum. & respondebit: non possum, signatus est enim: & dabitur liber nescienti literas dicetur que ei: lege, & respondebit, nescio literas. Et dixit dns: eo quod appropinquat populus iste ore

Orige-

B

Simile.

C

Isa. 19.

D

suo. & labijs suis glorificat me; cor aūt eius longe est a me, ideo ecce ego addam, vt admirationem faciā populo huic miraculo grandi, & stupēdo. O puer Iesu æterni Dei filius, tu es visio prophetarum, ô horribile supplicium. Est visio prophetarum, idest, filius Dei incarnatus, quasi liber clausus atque signatus, quem nec sapientes, (quia signatus est) nec imperiti (quia literas nesciunt) legent, hoc est, manifestabitur verbum diuinum, & non cognoscetur ab eis: ostendam eis (inquit æternus pater) filium meum, & in medio illorum orietur in Bethlehem terra Iuda, & cum eis conuersabitur, atq; inter manus eum habebūnt, nec tamē ipsum cognoscent, nec eo fruentur, nec ex illo fructum percipient. Quando de filio tuo, qui te læsit. cupis vlcisci, ac cipis pomū in manu, & ostendis ei dicens: ecce pomum, sed illud non capies. Ostendit Deus Iudæis vnigenitum filium suū, at illum non cognouerunt. O Iudæi vidēte illum natum in Bethlehē, at illum non ederis, ecce quem Magi reges adorāt, uos blasphemiis insectamini: ecce illum in cruce, sed nō deseretis eum, nō illo fruemini: si quidem præ malitia uestra illum non cognouistis. Profecto iure optimo dicit Dominus. Ecce ego addam, vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi, & stupendo, nam miraculum magis obstupendum, quod nullo unquam tempore in mundo extitit, fuit hoc, quod cum Deus homo factus in terram descenderit, & coram hominibus, tam præstantia miracula fuerit operatus, in eum tamen ipsi nō crediderint, neq; ex illo fructum perceperint. Hanc autem tantam maledictionem, quare Deus in eos effudit? quia illi eū labiis honorabant, cum tamen eorum corda ab eo procul abessent. Heu, heu, heu, quomodo hoc dicam? O Deus infinitę maiestatis per ineffabilem clementiam tuam te deprecor, ut hoc terribile supplicium nos facias intelligere, quod de his in tęlic b. sum pristi, quo maxime uereamur, siquidem mali qui forsitan peiores sumus. Nam si illis hanc (ô Domine) maledictionem inijcis, quia cor suum tecum non habebant, quid facies illis, qui nec labiis, nec corde tibi ministrāt? Animaduerte (ô hō peccator,) cum quo labia tua hās de quib. die noctuq; loquris? Attende quot turpitudines, quot mēdacia, quot blasphemias, quot denique dolos

A

B

Simile.

C

D

A los passim labiis tuis loqueris. Quid igit speramus, nisi eandem maledictionem super nos ad maiorem condemnationem nostram esse casuram? Dicite fratres, vnde prouenit, quod cum dominus Iesus Christus in sacrosancto altaris sacramento existat, nosque ita realiter, & uere credamus, tanto ex beneficio, tam parum fructus percipiamus? Nonnullos uidebitis adeo huius diuini cibi cupidos, ut ad sanctam communionem frequẽtissime, studiosissimeq; accedant, hocque cœlesti mysterio crebro fruantur, quib. profecto liber iste apertus existit, illumq; legere norunt, & ex infinita B ipsius excellentia aliquid intelligunt. Alii aũt sic eum deserunt, quasi nõ esset Deus, nec eum reuerenter honorant, neque in ipsius conspectu cum debita reuerentia, modestiaque sistunt, neque ex eius virtutibus, atque affectibus fructum percipiunt, acsi in eum non crederent. O quanta maledictio est talem librum habere, neq; eum legere scire, quod tam sapientib. superbis, quam malignis insipientibus accidit. Hęc vtique maxima est Dei maledictio, in pœnam peccatorum uestrorum. Idemque, quod de sanctissimo sacramento dico, de tota in C nocentissima diuini Saluatoris nostri vita dico, quam paucissimi tam ex Ecclesiasticis, quam ex sæcularibus legere norũt; sin minus dicite quot horas in toto uitæ uræ tempore in hoc libro legendo consumpsistis, fortasse nonnulli hic adestis, qui uere dicere possetis, uos toto uitæ uestræ tẽpore ne vnam quidem integram horam in sacratissima Iesu Christi uita legenda consumpsisse, quomodo ergo pudore non cõfundimini scientes, quot horas inutilibus rebus agendis conteritis, quæ ad condemnationem animarum nostrarum pręparãtur, nec tamẽ vnam in salute vestra exqui- D renda consumitis? dico vos hunc librum legere nolle, cumque vobis adeo obsignatum esse, grauissimum peccatorum vestrorum esse supplicium. Vnum ex ijs, quę nobis sanctus Isaias Dei nomine maxime cõmẽdat, est, discite benefacere, quasi dicat. Nemo scit Theologiam, nisi qui eã discit nemo scit vllam ex humanis scientiis, nisi qui diu ei diligentissimam operã dederit. Si ergo vultis scire, quomodo Deo seruiẽdum, quomodo passionib. vestris resistendum, quomodo cordia uestra mollefaciẽda sint, vt proximorum misereantur, oportet vos hęc discere, hisque diligẽter operam A dare, liber autem in quo diuina hæc scientia continetur, est verbum humanatum, cuius literatura sunt perfectissima ipsius opera. Huic igitur cęlesti libro diligentissime vos oportet incumbere, sin minus, q̃ tumuis humanarum literarum discatis, semper tamẽ in diuino conspectu insipientes eritis, sicut illi, de quib. dicit B. Paulus Rom. 1 dicentes, se esse sapientes, stulti facti sunt, adeo, ut mutauerint gloriam incorruptibilis Dei in similitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum, & quadrupedum, & serpentum. Ecqua maior stultitia esse poterat, quam gloriam Deo debitam serpentibus tanquã diis præberi? Hic B igitur liber, qui in huius mundi bibliotheca nudis tabulis umbilicatus, pauper in p̃sepi collocatus apparuit, p mirabilia opera quæ fecit cœpit aperiri, quem pastores, reges, atque etiam latro pendens in cruce perlegit, & qualis esset agnouit, & cẽturio item dicens: vere filius Dei erat iste. Et denique sicut qui in illo supra dicto libro assidue mysteria legeret, in dies pluris ac pluris eum æstimaret, sic Iesus Christus filius Simile. Dei magis ac magis in dies reuelabatur, ideoque de illo dicit sanctus Euangelista: C Proficiebat sapiẽtia. B. Gregorius hæc uerba per solis similitudinẽ exponit. Sol exit mane, & per nostrum ascendit hemisphærium, dicimusque, sol accrescit, certum est solem in circuitu suo non crescere: nam idem eiusdemq; magnitudinis est hodie, cuius erat in principio, quãdo creatus est. Dicimus autem solem accrescere, quia radios suos clarius manifestat, maiorẽ mundo lucem emittit, ardentiorem deniq; calorem operatur. O sacratissime puer Iesus qui sicut sol splendere cœpisti in sanctissimo natali tuo, & inde pastorib. regibusq; illuxisti, posteaque in dies proficiebas ab D effectu (ait D. Gregorius) quia Sapientiam tuam magis, ac magis in dies reuelabas; & sic quo plures animas illuminabas, tuiq; amore inflammabas, eo magis p̃ficiebas, atque crescebas. B. Bonauentura dicit: pro B. Bona. ficiebat sapientia experimentaliter. Peritissimus quidam medicus speculatiue plurimas herbarum proprietates nouit: quẽ tamen si interroges: hanc ne herbam aliquando gustasti? respondet, minime, sed optime noui eam huius esse proprietatis. Herbamque destugans experientia com-

A perit, quod anteà speculatiuè tantummodo sciebat. Et de hac experimentali scientia loquitur D. Paulus, dicens: Et quidem Heb. 5. cū esset filius Dei, didicit ex ijs quæ passus est, obedientiam. Eximius utique discendæ obedientiæ modus est, obedire. Quo plures, maioresq; labores dominus Iesus propter ui æterni patris obedientiam tolerabat, eò maiorem habebat experiētiam earum rerum, quæ in conceptionis suæ instāti intellectu cognouit. Vulgari prouerbio circumfertur. Non est talis chirugus, sicut qui pluribus vulneribus est percussus. Hoc est, qui arte chirurgus est, & postea plurima ei vulnera infliguntur, bonus chirur-B gus est, quia terebenthinæ vim est expertus, & quam clementer atque humaniter vulneribus oporteat mederi cognoscit. O Christe uitæ reparator, vereque vulnerum nostrorum Chirurge: priusquam ęrūnas nostras esses expertus, adeò asperè illis me debares, ut propter unum lethalem reatum magnas hominum strages ederes. Homo autem factus, famem expertus frigore, defatigationeq; cōcussus, verberibus cæsus, cruci affixus, tanquam expertus chirurgus peccatorū nostrorum vulneribus suauius medetur. De qua experientia dicit seraphicus hic doctor intelligi posse uerba hæc, proficiebat sapientia.

Cum igitur uerum sit, eum summa esse sapientia præditum, certissimum est, siquidem Hierosolymæ tanquam perditus mā-sit, hoc non casu quidem, neque ex igno-Psal. 30. rantia euenisse, sed admirabili prouidentia factum fuisse. Ad literam dixit Dauid ipsius nomine. Factus sum, tanquam uas perditum. Si repertis uas nouum, & sanum, obseruatis illud, quia uobis placet, & quoad plurimum illo ad bibendum utimini, si uero uas confractum inueniistis, ad plurima uobis deseruiet, etenim in illud aquam, atramentum, terram, domusque D vestræ immunditias potestis immittere, ad omnia uobis deseruit. Ideo filius Dei se uasi perdito cōfert, quia ad plurima nobis profuit, fuit nobis Magister, fuit socius, fuit cibus, fuit dux, & in hoc denique nobis deseruit, quod scelerum nostrorum immunditias in se recepit, pro illis æterno patri quæ nos debebamus exoluens. O dulcissimam considerationem animæ in domus suæ angulo consternatæ, & cum hoc cœlesti domino conuersanti, atque loquenti ubi nunc eum amicum, nunc pa- A trem, nunc sponsum, nunc denique iudicem illum appellat: Factus sum tanquam vas perditū, quod ad plurima prodest, ego autem ad omnia hominibus necessaria prosum. Ideo seraphicus pater noster D. Franciscus cum hoc clementissimo domino loquens ei dicebat: Deus meus, & omnia, & prędiuini Saluatoris nostri consideratione bonitatis atque liberalitatis totus lachrymis perfusus hæc uerba sæpenumero repetebat. Huius (inquam) Saluatoris nostri largitatem cōsiderās, qui se nascēs dedit socium, conuescens in edulium se moriens in pretium, se regnans dat in præ B mium. O fœlix anima, quæ merito dicere potest. *Deus meus*, & omnia. Nam licet verum sit eum esse diuitias, saturitatem, honorem, voluptatem, amicum, ac patrē denique nostrum, attamen nos solo illo non sumus contenti, sed sæcularem etiam honorem, diuitias, saturitatem, uoluptates denique uolumus adipisci. Ideoque ille iure optimo dicit. Deus meus, & omnia, qui solo eo contentus est, sæcularium que rerum illa tantum modo, vult habere, sine quibus nullatenus viuere potest. Vt autem nobis magister existens famem frigusque nos pati doceret. Hierosolymæ uoluit remanere, ubi sanctissimæ ge- C nitricis suæ refugium, auxilium & fauor sibi deesset. Vnde Beatus Bernar- D. Bern. dus in quodam sermone, & Diuus Ba- D. Basil. silius, alijque doctores tenent, bonum Iesum in illo triduo ostiatim eleemosynas ad uescendum mendicasse. Et ita ubi nos legimus, propter nos egenus factus est, in Græco textu habetur, propter nos mendicus factus est. Et sic le- 2. Co. 8. git Beatus Basilius. O ineffabilem Dei probitatem, quantopere se uoluit humiliare atque abijcere, ut superbiam, elationemque nostram prosterneret, atque D vt nos doceret non solum labores æquo animo tolerare, sed nos etiam abijcere atque humiliare. Maximum utique ô diuine Saluator misterium fuit, te, qui tandiu in orbe desideratus, totque ac tantis lachrymis, & suspirijs accersitus, & in sanctæ Ecclesiæ repræsentatione heri natus, atque a regibus adoratus fuisti, iam hodie ab ipsa sancta Ecclesia perditum repræsentari, deque te dici. *Remansit puer Iesus in Hierusalem.* Dicit fra- Simile. tres,

A tres, si expectato rege grandes in hac urbe sumptus fierent, atque in ea exornanda, vijsque præparandis plurima aureorum millia consumerentur, his autem omnibus præparatis rex per unum ostium ingressus per aliud protinus egrederetur, nõne magnopere miraremini? sic utique, quare igitur tu ò diuine Saluator, cum iusti tot tantosque suspiriorum ac lachrymarũ sumptus fecerint, ut te digne reciperent, cum heri veneris hodie dispares, & Hierosolymæ perditus remanes? ad hoc respondeo, illum nõ perdi, sed peccatores potius esse perditos. Quia verò (ut vulgo dicitur)
B perditus est, qui post perditos ambulat, perditus est bonus Iesus (si ita dici potest) vt peccatores perditos reperiret, quorum
Psal. 1. suique ipsius nomine dicebat Dauid. Erraui sicut ouis, quæ perijt, quære seruum tuum. Confertur peccator oui perditæ, quæ ideo perdi solet, quia uiridi herba uescens manet. O miseri filij Adæ, si ea, quorum causa perdimini, attentis animi oculis consideraretis, quam perspicue cerneretis, omnia illa nihil aliud esse, quam uirides herbas, quæ cito marcescunt. Ecquid sunt uoluptates? ecquid honores? Ecquid denique omnia sæcularia, nisi quid in
C consistens, quod mane uirescens, uesperi arescit? adeo autem insani sunt homines, vt propter hanc herbulam a cœlesti pastore suo recedant, & tanquam oues peccatorum uepribus inuoluantur. Et sic ut perdita oue pastor in montibus, & collib. aberrat, atque deperditur, ut eam inueniat, sic perditis hominibus vnigenitus Dei filius perditur, ut eos inueniat, honorem contumelijs, requiem sudoribus atque defatigatione, pulchritudinis suæ florem, solis calore, frigoris, atque uentorum concussib. sanguinem innumeris uerberibus, plagisque uitam denique in cruce deperdens. Le
Gen. 37
D gitur sanctum Ioseph patris sui iussu fratres suos quærens in agro aberrasse, & perditum fuisse. Et inuenit eum (ait sacer textus) uir errantem in agro, & interrogauit quid quæreret, at ille respondit, fratres meos quæro. O superne Ioseph Iesu Christe fili Dei, quid quæris domine ostiatim panis fragmenta mendicans? quid quæris quadraginta dies in aspera solitudine ieiunans? quid quæris defessus, sudoribusque perfusus per uias de ciuitate in ciuitatem sacrosanctum prædicans Euangeliũ? quid quæris in horto Gethsemani sanguineis sudoribus insudans? quid quæris colũnę astrictus, verberũq; diluuio coopertus? quid quæris peruias Hierosolymæ grauissimam humeris baiulans crucem? quid in Caluariæ montis cacumine cruci fixus exspiras? quid quæris errans in agro? qd in tã crudeli morte perquiris? fratres (inquit) meos quæro. O benedictus & glorificatus talis frater, qui tot tantaq; patitur, vt fratres suos quærat, atque a culpę perditione subtrahat. O beati qui tantum amorem, tamq; singulare beneficium cognoscentes debitas pro eo gratias agere norunt.

Cum sanctissima uirgo, & B. Ioseph diuersis uijs proficiscerentur, sanctissimum puerum Iesum Hierosolymi manere non nouerunt, quousque unius diei itinere confecto pariter conuenerunt, & cæli terræq; thesaurum se amisisse cognouerunt. Quæ nam lingua poterit explicare quam acuto doloris gladio tenerrimum piissimæ matris cor fuerit percussum, quando tantum sibi incommodum aduenisse perspexit? quidq; hac crudelissima sagitta vulnerata patrarit, nõ est difficile perscrutatu. Quid aliud factura esset, nisi ad illum communem iustorum laborantium portum confugeret qui est oratio? Ad hunc confugit Dauid cum dixit: tu es refugium meum a tribulatione, quæ circundedit me, exultatio mea erue me a circundantibus me. Attendite uerborum teneritudinẽ, qua Beatus Propheta in sancta oratione nititur. Et alibi dixit: Deus quis similis erit tibi? quasi dicat, ecquis domine remedium a se postulantibus æxuxiliabitur, sicut tuis fauere consueuisti? Ideoque ne taceas, neque eompescearis Deus. Et alij ex Hebræo uerterũt ne taceas, neque quiescas Deus, quoniam ecce inimici tui sonuerunt. Ecce quam instanter se aduersus inimicos suos petit ad iuuari, quorum strepitus iam in auribus sibi resonabat, qui eum iam iam destruere pperabãt. Ideo dicit, ne quiescas Deus, quod est eximium exaggerationis genus, quo solicitudo significatur, qua Deus seruis suis auxiliatur. Et sanctus Ionas in uentre ceti in magna se afflictione perspiciens ad hoc etiam refugium acclamauit dicẽs, Cum angustiaretur in me anima mea, domini recordatus sum ut ueniat ad te oratio mea. Idemque faciebat Hieremias propheta dicẽs, nõ sis mihi tu formido spes

Psal. 8 r.
Ione. 2.
Hie. 17.

mea

A mea in die afflictionis. Ad hunc igitur portum benedicta Virgo confugit, & lachrymis profusa dixisse existimo; O æternæ pater quemadmodum pristinis quondam temporibus stellam misisti, quæ felicissimos illos Magos ab Oriente ad filium tuum adorandum in præsepe deduceret, sic nunc lucem tuam (quæso) emitte, quæ me recta uia deducat, quo usque ubi dulcissimus filius ac redemptor meus commoratur, accedam. O dulcissime a uisceribus meis fili cordis mei, quid in me uidisti, quia sic me afflictam, ac mœrore cruciatam relinquere uoluisti? optime nosti domine reuerentiam, & amorem, quo hæc

B humilis mater, & ancilla tua, tibi deseruijt, a die, qua te in stabulo Bethlehem peperit, usque in præsentem diem, & quod prius quam te dulcissimo lacte ablactarem, eque rudibus pannis inuoluere, humi prostrata omni, qua poterat reuerentia te Deum, dominum que meum adorabam. In his sanctis, alijsque similibus meditationibus totam illam (credo) noctem sanctissima uirgo traduxit. Cumque sequentem diem totum in sanctissimo puero inter notos, & cognatos quærendo consumpsissent, non inuenientes eum, regressi sunt in Hierusalem quærentes eum. Et per uiam omnes, quos reperiebant, inter-

C rogabat beatissima uirgo, nunquid uidistis puerum duodecim annorum inconsutili ueste (*Entre par dilla y morada*) indutum longis (Nazaræorum instar) flauisque crinibus candidum, ac rubicundum super omnes filios hominum speciosum? Hæcque signa, quæ sacratissima uirgo reddebat, erant tam quam culter acutissimus, quo uirginalia ipsius uiscera transfigebantur, eiusque oculi in lachrymarum fontes uberrimos ucrtebantur, domina (dicerent uiatores) summopere gauderemus talem puerum prospexisse, ut felices tibi de illo nuncios redderemus, nam que si puer est similis matri absque dubio nullus talis in orbe puer existit. Ulteriusque

D sacratissima uirgo procedens diceret cum rubum aliquem uideret, o utinam in hoc rubo diuinus mihi Saluator meus appareret, sicuti Moysi in solitudine apparuit, non opus esset iubere me excalciari, cum nudis gradiar pedibus tantaque afflictione concussa. Videnque iuniperum diceret, o æterne Deus, qui defessum Eliam ad iuniperi umbram consolatus es, si nunc me afflictam atque defessam consolareris paracletum meum mihi offerens. Accedentes igitur illa Hierosolymam per singulas uias illum inuestigans omnes interrogabat utrum puerum cuius signa reddebat, prospexissent, cui alij responderent, domina, puer iste, quem dicis, heri ad hoc ostium peruenit panis fragmentum Dei amore petiturus, quo accepto nunquam ultra illum uidimus. Alij dicerent, domina puer iste hac transijt quærens, ubi esset hospitale, in quo reciperetur. Tunc sanctissima uirgo ex hospitali in hospitale ab re inciperet, quousque in aliquo ei dicerent: domina puer iste hic dormiuit hac nocte, cuius pulchritudinem, modestiam, atque pietatem omnes ualde miratí sumus, in illo angulo supposito capiti lapide, in nuda humo recubuit, neque alium


B lectum uoluit. Hic contemplari potestis, quid purissima mater sentiret, hæc omnia audiens & quam acutæ sagittæ essent hæ, quibus tenerrima ipsius uiscera transfigerentur. Et quamuis clementissima uirgo (ut ualde credibile est) sæpenumero in templum illum quæsitura, æternumque patrem pro illius inuentione oratura, fuerit ingressa, diuina tamen prouidentia ad maiorem ipsius coronam, ac gloriam eum non reperiebat. Quousque transacto triduo, illum in medio doctorum sedentem inuenerunt. Quantam lætitiam celestis regina ex thesauri, quam amiserat inuentione perceperit, siquidem nulla prorsus lingua ualet explicare uestris pijs cordibus ruminandum, assidueque

C considerandum relinquo, ut Deum lachrimis inuestigare discatis, quo ipsum cum exultatione repertatis, & in hoc sæculo per gratiam, in futuro per gloriam, illo perfrui ualeatis, ad quam nos perducat idem Iesus Mariæ filius. Amen.

IN EADEM DOMINICA I. post Epiphaniam.

Concio Tertia.

D *Cum factus esset Iesus annorum duodecim, &c. Luc. 2.*



Recipiebat Deus, omne masculinum tribus anni temporibus in conspectu suo apparere Hæc autem tria tempora erant; Pascha, Pentecostes, & Templi dedicatio In quo se Deus habebat tanquam Pater cuius filiu in distanti Academia lite. Exo. 35 Simile.

A tis operam dat, quibus illæ præcipit, ut in Pasch s sese ad eum conferant, ut quantũ in literarum studijs proficiant, cognoscat. Idemque nũc a uobis oportet obseruari, quippe cum in templum die festo uenitis, cõsiderare debetis uos accedere, ut cœlesti
Psal. 17. patri uestro profectus spiritalis illius hebdomadæ rationem reddatis. O quam sancta atque utilis est hæc consideratio? Dauid uitæ suæ puritatem, confidentiamq; qua se cœlestia dona præmiaque percepturum sperabat, explicuit dicens; retribuet mihi dñs secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum
B retribuet mihi. Attendite quõ bis repetit uerbum, retribuet, ut significet quam securã hãc retributionem fore sperabat. Cuius causam reddit dicẽs, quia custodiui uias dñi, neque impie gessi a Deo meo, qm omnia iudicia eius in cõspectu meo, & ero immaculatus cum eo, & obseruabo me ab iniquitate mea. Super quæ uerba animaduertite ueram iustitiam duos oculos, duosq; respectus habere debere, alterum scilicet ad præterita, alterũ uero ad futura debere respicere. Ideoq; hic Sanctus Propheta dicit, qa custodiui uias domini, ad præterita respiciẽs: &, ero immaculatus cum eo ad futura prospiciens. In
C medio autem horum omnium uerborum dicit, quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo, quia hic forsitan fuit fons, ex quo hæc bona, hęc uitæ puritas atque integritas dimanarunt. O quot malis liberaremur, quotq; uirtutes operaremur, si terribilia Dei iudicia semper ante oculos deferremus. Vidẽs unus ex illis uenerabilibus eremi senibus iuuenem ridentem, in eum quasi leo acerrimus inuasit, ac dixit: reddituri sumus rationẽ Deo, & rides? O sententiam grauissimam, & consideratu dignissimam? Nam mirabile profecto est,
D homines ista credentes posse ridere, nec immenso lachrymarum mari plerunque perfundi, huius autem amentiæ causa est, quia hæc sicut oportet, nõ consideramus. Atque hinc prouenit, quod non solum ridemus, sed ẽt adeo peruertimur ac profanamur, quasi nihil eorũ crederemus q̃ a diuina lege docemur. De his autem, qui ita
Rom. 2. uiuunt intelliguntur uerba D. Pauli dicẽtis, qui sine lege peccauerunt, sine lege pe-
Ambro. ribunt. B. Amb. super illa uerba eiusdem
Rom. 7 sancti Apostoli: Ego autem uiuebam sine lege aliquando. Dicit: uiuere sine lege est A
peccare sine lege, & uiuere sine timore Dei, tanquam si Deus non iudicaturus esset actus humanos, qd̃ est propriũ eorũ, qui ex consuetudine peccant. Hoc etiam habetur in Milleloquio eiusdem sancti, & de his q̃ sic uiuunt, quasi lex non esset lex, & quasi uitia non essent uitia, dicit D. Paulus, sine lege peribunt. Hoc est lex in nulla re illos excusabit, imo in omnibus eos accusabit, siquidem in omnibus illam uiolarũt. Nã eos, qui sic mali nõ sunt, etsi in eo in quo deliquerunt lex accusat, in ijs tamen quæ obseruarunt eos excusat. Ecce perditionẽ ac peruersitatem, in quam deueniunt ho- B
mines, eo quod a reddendæ Deo rationis consideratione diuertuntur. Ideoque suspicor unum ex ijs, quæ diabolus magnopere expetit, esse hãc nouissimæ rationis obliuionem. Sicq; ego intelligo uerba illa, Nõ credas inimico tuo in æternũ, sicut Eccl. 12
.n. æramentũ æruginat nequitia illius. Et inferius dicit: & in nouissimo cognoscas uerba mea, & in sermonib. meis stimuleris: in quib nos docet spiritus diuinus, vt ab hac Sathanæ persuasione caueam⁹, ne animi nostri eius malitia penetrentur, & postea a diuina lege torqueamur, atq; accusemur. Etenim damnati semper diuinã C
legem ante oculos habebunt. Deiq; præcepta cõtinua mẽtis consideratione rumi nabunt, & quia cum tam facilia sint, illa non obseruarint, ei semper atrocissimũ inferent bellũ. Itaque diuinæ legis facilitas, quam ante oculos habebunt, eorũ cruciatus magnopere augebunt. Ideoq; sic dicit Spiritus S. fac q̃ tibi dico, ne te a diabolo decipi patiaris, qui nunc tibi suadet, ut sermonum meorum obliuiscaris, & rationis arctissimæ, quam Deo redditurus es, nõ recorderis: ne in nouissimo cognoscas uerba mea, & ĩ sermonib. meis stimuleris. Et cũ tanta fuerit fratres mei miseria ue- D
stra, ut hæc semper ante oculos non feratis, saltem qñ die festo in templum estis profecturi, prius domi uestræ ꝓfunde cogitate quõ acceditis in templum rationẽ Deo reddituri, quõ in illa hebdomada uixistis. Quod si uos sanctam ipsius legem obseruasse reperitis, plurimas ei gratias agite, quia uobis ad eius obseruantiam diuinum auxilium præstitit humiliter ab ipso sanctam perseuerantiam postulãtes. Qd si in aliquo uos deliquisse, cognosci-
tis,

A tis, ante diuinæ maiestatis oculos cum effi cacissima cōtritione prosternamus, veniā precantes, firmissimeq; emendam proponentes. Et si prudentius, tutiusq; esset, si vos mortaliter deliquisse perspicitis, ad sacrū pœnitentiæ sacramentum accedere. Et sic alterutro modo perfectam pœnitentiā agētes ab æterna condemnatione liberamini.
Nahū 1 Nam vt ait Nahum propheta non consurget duplex tribulatio. Et septuaginta interpretes hunc locum clarius transtulerūt dicentes, nō iudicabit Deus bis in idipsū,
Ps. 142. & sic intelligetis uerba illa prophetæ. Non intres in iudicium cum seruo tuo domine,
B quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Maximæ utique temeritatis esse videtur, contra illud petere, quod infallibiliter futurum esse reuelatum est, sicut affirmat D. Paulus dicēs: omnes. n. stabimus ante tribunal Christi Et paulo in-
Ro. 14. ferius: vnusquisque (inquit) nostrum, p se rationem reddet Deo. Quæ cum ita sint, quō ausus est dicere Dauid: non intres in iudicium cum seruo tuo domine, siquidē petebat rem Dei decreto contrariam? dico non solum Dauid, verum & omnes etiam iustos hoc petere, atq; impetrare, nam accepta per veram pœnitentiam peccatorū ue-
C nia, non intrat Deus cum illis in iudicium condemnationis, & si intrat in iudicium
Psal. 31. discussionis. Ideo dicit, Beatus vir cui non imputauit dominus peccatū, hoc est, quanuis peccauit, non tamen imputatur ei peccatum, quia iam remissum est.

Dicit igitur Sanctum Euangeliū. *Cum factus esset Iesus annorum duodecim &c* Animaduertite quō conferens se sacratissima Virgo Maria cū B. Ioseph sponso suo Hierosolymam ad festi celebrationem ꝑtiosissimum puerum Iesum duodecim iā annorum secum deferebat. Quando pueri sunt paruuli non afferri debet in templū,
D ad nihil. n. aliud prosunt, nisi ad eos, qui in templo sunt perturbandos atque impediēdos. Eos autem, qui iam ratione utuntur, iam ad templū afferre tenemini, prius eos domi docentes qua reuerentia & tranquillitate in templo debeāt commorari, ut in eo Christiani esse discant. Vos aūt o fœminæ quo ad fieri poterit, diligēter cauete, ne filias uestras domi relinquatis, sed eas uobiscum in tēplum afferte, recordamini dū
Exo. 32. Moyses cū Deo loqueretur, legemq; ab eo acciperet, populū in idololatriā incidisse, vitulumq; adorasset, ut dr. Animaduertite A quale tps expectauerit dæmō ut pessimā hanc telā ordiretur, qn. s. illius populi dux, atq; gubernator cum Deo loqueretur, resque grauissimas perageret. In hoc tempore replet diabolus manicas suas Expectat quippe, ut vos in templum ad Deum alloquendum, conferatis, tuncq; filios vestros peruertit, quo plurima insulta committāt. Ne quæso, fratres tanti mali occasioni sitis, animaduertite vos arctissimam animarum eorum rationem esse reddituros. Qd si taoquam boni parentes curatis vt filij vestri Deum timeant, Deus abundantē vobis propterea referet mercedem, Volēs do B minus turpissimas illas vrbes Sodomæ atque Gomorrhæ destruere dixit; num cela- Gen. 18 re potero Abraham quæ gesturus sum, cū futurus sit in gentem magnam, ac robustissimam. Diligenter perpendite quanti Deus amicos suos æstimat, videtur quippe non posse aliter facere quam eis cordis arcana reuelare, sicut hic apparet, siquidem dicit, num celare potero Abraham q̄ gesturus sum? O benedictus & glorificatus talis Deus, qui uilissimos terræ uermiculos tanti æstimat. O quanto opere nos confundi oportet considerantes, quam parui nos altissimā ipsius facimus maiestatem. Et ma- C lumus res nostras alijs hominibus perditissimis, atque nequissimis securi nobis reuelare, quam ei illas in oratione cōmunicare. Animaduertite ēt unam ex rationib. ob quas dicit dñs se non posse cōsilium suū Abrahæ occultare esse, quia multarum gentiū pater futurus erat, ut illa diuina iudicia posteris recen'ceret, sicque illi sciētes q̄ seuerum Deus de illis turpissimis ciuitatib. supplicij sumpserit, Deum timerē discerēt, sensualesque turpitudines effugerent. Altera fuit, scio n. quod præcepturus sit filijs suis, & domui suæ post se, vt custo diant uiam dñi, vt sciatis, quanti æstimat D Deus, quod parentes liberos suos doceant, vt eum timeant, & faciant iudicium & iustitiam. Ex his etiam uerbis infertur Deū non solum factas iam virtutes, sed futuras etiam iustorū persoluere, cū dicat se hoc beneficium in Abrahā velle conferre propter egregiā, sanctāq; doctrinam, quam in posterū filios suos erat eruditurus Si quidē igit fratres mei scitis q̄ preciosum hoc sit corā dño, quantoq; iure hoc facere tenemini, ego vos Dei nomine adiuro, ut di

A ligentissime id facere amodo incipiatis, quod nisi feceritis, uos ad arctissimam Deo rationem reddendam accersio. Consummatisq; dieb. cum redirent, remansit puer Iesus in Hierusalem. Mirabile fuit sacratissimam virginem a dulcissimo filio suo sic oculos remouere potuisse, ut illum amitteret Dico eam hoc fecisse, quia cum in templo diuinis adesset officijs, ad ea tota corporis, atq; animi intentione uoluit aduertere: nam ad corporali filij sui uisione fruẽdum satis superaret tpis. Discite igitur fratres mei ex hac sacratisisima magistra, & si quidẽ a re tanti ponderis ac momenti ocu
B los uoluit diuertere, vos cum misse, alijsq; diuinis in terrestis officijs, toto corporis, mentisq; affectu ea consideretis, nec ad viros, aut fœminas perpolitas curetis aspicere. Sic enim diuerti poteritis, ut præcepto de audiendo sacro nõ satisfaciatis, & mortaliter peccatis. Atque etiam quia visus diffusio, & ad isthæc applicatio plurimorum est fons malorum, quapropter nullibi fieri hoc debet, quanto minus in templo. Vt autem hoc sicut oportet, faciatis, instanter a Deo postulate, sicuti postulabat Dauid di-
Ps. 118. cens, auerte oculos meos ne videant uanitatem. Quare tu (o vir sancte) illos nõ auer
C tis? quia nequeo (inquit) ideoque deprecor o domine, auerte oculos meos, nam nisi tu illos auertas, ego per me ipsum solum nequeo hoc facere. Ex quo apparet quam parum possit homo per se solum, siquidem ne oculos quidem a uanitatib. valet auertere, nec solum uero cum sacrum auditis, sed quotiescunque etiã Deum aliquid oratis, curare debetis attentissime hoc facere, ad quod præstandum animaduertite consilium D. Bonauenturæ dicentis, quum diuinum officium, siue aliam quamlibet recitabis orationem, te ipsum sedatũ, tranquil
D lumq; esse cura terrestriũ rerum omnium obliuiscens, quo ea deuotione, affectu, reuerentia, timore, atque lætitia orationes recites, ac si in medio Angelorum in diuinæ maiestatis conspectu constitutus præsentialiter cum eis laudes dño offerres. Vt aũt hanc materiam clarius intelligatis, sciendum vobis est ad orationem, actualem vel virtualem attentionem requiri. Attentio virtualis est causa, ex qua procedit oratio quæ est præparatio, qua se bonus Ecclesiasticus munit, qñ diuinum officium soluturus est, & quam facit quiuis alius Dei ser-

uus, qñ orare intendit. Nam quemadmodum musicus antequam musicam edat, in- A
strumentũ quod pulsare conatur, chordas tentat, ut sciat, utrum optime consonent, quod si non cõsonant, alias astringit, alias vero relaxat, quousque instrumentum temperat, sic orantem oportet prius instrumẽtum, id est, animam temperare, curando ut chordæ, id est potentiæ, memoria scilicet, intellectus, atque volantas in debita proportione consistant. Intellectus imaginationibus vacuus, uoluntas pia affectione repleta, memoria vero tota occupetur in considerando, quantum Deus meretur, & quantum ei debet. Et in virtute huius præ- B
parationis atque attentionis qua quis orare incipit, est oratio diuinæ maiestati iucũda, dummodo ex puro lætalique culpa carente corde profluat; quamuis in ea propter humanam fragilitatem aliquando diuertatur, neque actualem habeat attentionem. Et hoc est, quod dicit Dauid loquens Psal. 9.
de iustis cum Deo, præparationẽ (inquit) cordis eorum audiuit auris tua. De Actuali autem attentione dicit Scotus, absolute Scot. in
non esse necessariam, nam Deus non nos 4. dist. 3.
ad impossibilia, neque ad nimium quidem difficilia obligat. Cumque impossibile, aut saltem difficillimum sit hominem sẽ- C
per orationibus satis attendere, neque diuerti, sequitur hoc non esse necessarium ad satisfaciendum uoto, atq; ad gratiam, & gloriam promerẽdam, nam hæc omnia virtuali attentione merentur, etsi actualis attentio necessaria est ad sapidum animi gustum, atque delectationem, nam hæc non accipitur, nisi in actuali attentione. Orationem autem (quæ utraque harum attentione caret) dicit Dauid in labijs Psal. 16.
dolosis fieri, aurib. (inquit) percipe orationem meam non in labijs dolosis, id est, quã fundo non in labijs dolosis. In quo significauit, tunc orationem fieri in labijs do- D
losis, cum alterum lingua profertur, alterum uero culpabiliter corde cogitatur. Cũ labijs profers, pater noster qui es in cælis, & aduertenter mille nequitias cogitas, oculosque huc illucque diuertis, hęc est oratio in labijs dolosis, qua potius Deum offendis, quam ei seruis, siquidem eum tam irreuerenter alloqueris.

Dignissimum est etiam notatu super hæc uerba *Remansit puer Iesus in Hierusalem*, quod, ut diuinus Redemptor ea perficeret,

Simile. (margin, beside "Nam quemadmodum musicus")

A ceret, quæ sibi pater æternus commendarat, sanctissimam genitricem suam inscia remansionis suæ reliquit. In quo nos docuit ad mundum relinquendum, atque ea quæ ad salutem nostram pertinent operan da angulum in S. religione quærendo, ubi tranquillius, atque securius Deo seruitur, non opus esse a patribus licentiam petere, sicut tractat B. Hierony. dicens, si super limina domus pater, & mater iaceant, ut egressum prohibeant, per calcatos perge patentes, & ad uexillum crucis aduola: summum enim genus pietatis est in his esse crudelem. Nam istud, quod crudele
B uidetur, pijssimum misericordiæ est opus, quod animæ tuæ confert, nec non, & parentum tuorum. Summa nanque ueritas dixit Matthæi 19. omnis qui reliquerit patrem, aut matrem propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam æternam possidebit. Vnde loquens Moyses cũ Deo, & certum quoddam hominum genus laudans dixit, qui dixit patri suo, & matri suę, nescio uos, & fratribus suis, ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum. Quando Iacob ex domo Laban fugit, persequebatur eum Laban, & triplicem ei querelam obijciebat, primam, cur (inquit) ignorante me fu
C gere uoluisti, neque indicasti mihi, ut prosequerer te cum gaudio, & canticis, & tympanis, & citharis? secundam, non es passus (ait) ut oscularer filios meos, & filias. Tertiam, cur furatus es Deos meos? Has querelas habet mũdus aduersus homines ipsum fugientes. Ipse enim primum uolebat, ne homines clam eum fugerent, ut esset, qui eis fugam impediret, dicens, attende te esse debilem, hicque optime posse saluari sine tot laboribus, ut quid nunc in afflictionem istam te immittere uis? secundo uellet mundus singulos in egressu osculari, ut
D prius ipsius uoluptatib. ac turpitudinibus fruerentur, nam quemadmodum oscula, & amplexus in memoria nostra magnopere illos imprimunt a quibus discedimus, sic uellet etiam mũdus, ut qui ab eo recedũt, uoluptatum, ac turpitudinum ipsius prorsus non obliuiscerentur, ut semper illa exoptarent. Idcirco uir prudens neq; egressum suum a mundo manifestare cuiquam, neq. eius amplexib. antea frui uult, ne postea illos gustasse sibi officiat.

Tertio conqueritur mundus, quia qui religionē ingreditur idola sibi subtrahit. A Idola mundi sunt honores, ultiones, atque diuitiæ. Atq; ille hæc ei subtrahit, qui ea contemnit. Ex quo prouenit, ut alij etiam illa negligant, neque adorare uelint, & hoc est ei idola surripere. Idcirco sapientes uiri neque mundo, neq; fratribus, neque parentibus suas sanctas intentiones patefaciunt, nec eas carni, aut sanguini manifestant: quia in his omnibus impedimentum potius, quam auxilium se reperturos esse cognoscunt. Dicitur Deo excitante puerum Samuelem in templo dormientem senem cæcum Heli ei dixisse, reuertere fili, & dormi. Hoc quotidie nunc ad literā B agitur. Excitat quippe Deus filium tuum in templo dormientem, hoc est qui cum Christianus sit, negligens est in Dei ministerio, tu uero ô miser cum pater eius sis, quia passione cæcus existis, & nimia illius affectione caligas, dicis ei, reuertere fili, fruere his diuitijs, quas tibi comparaui. O crudelis homo, qui filium tuum a tanto bono separas. O fratres mei ij, qui expediti estis, nullam eis fidem habeatis, sed confundimini, quoniam penitus iā ab eis non separamini, atq. a propinquis, familiaribus que uestris non prorsus abscedidistis, ut cum maiori spiritus libertate creatori uestro C seruire ualeatis, cum ipse uos docuerit inimici hominis domestici eius derelinqui te illos, quandoquidem salus uestra inter eos adeo periclitatur. Qui in mundo uersantur, in media arena incedunt, magnoq; expositi sunt periculo, in tauri cornua incidendi, atque pereundi, religiosus autem uir in sancta religione quasi in sublimi, securoque loco, idest (*En talanquera*) commoratur, & tanquam homo ex sublimi monte maris procellas prospiciens. Suspirabat Sanctus Hieremias dicens, quis dabit me in solitudinem diuersoriũ uiatorũ, & derelinquam populum meum, & recedam ab eis, quia omnes adulteri sunt, & D cœtus præuaricatorum. Deum deprecamini fratres charissimi, ut uobis oculos adaperiat, sicut huic sancto uiro aperuit, ut idē, quod ipse cupiatis, & oī diligentia id curetis adipisci, nam (ut uera loquar) sicut dicit B. Bernar. homo in religionis solitudine pāsitens cũ maiori cōscientiæ puritate uiuit, rarius cadit, ā culpa citius surgit diligentius uigilat, cautius uiuit, crebrius laborib. suis remediũ, atq; auxilium efflagitat,

Hie. epi. erem. ad Helio. & epi. ad Nepotianum.
Mat. 19
Deu. 33
Gen. 31.
4. Re. 4.
Mat. 10
Hier. 9.

A gitat, maiorem agit pœnitentiam, confidentius moritur, & denique maiori gloriæ abundantia afficitur Et profecto talis est sanctæ religionis status, ut Deum assidue rogare deberetis, ij qui in eam ingredi non cupitis, ut uobis hoc faciendi ardentissimũ concederet desiderium, nam ut D. Iacobus dixit, omne datum optimum desursum est, descendens a patre luminũ. Et ubi nos legimus, domine dabis pacem nobis, omnia enim opera nostra operatus es nobis, septuaginta interpretes transtulerunt: Domine Deus noster pacem da nobis, omnia enim reddidisti nobis. In quib. uerbis ostenditur nos, non solum bona opera di-

Iacob. 1.
Esa. 26.

B uino auxilio perficere sed uniuersa etiam sancta desideria nobis a domino dimanare, quo circa ab eo omnia nos oportet exposcere. Vt autem hi, qui sanctis desideriis flagratis, quid apprehendere conamini cognoscatis, & quem statum susci pere uultis, apertius noueritis, atq. ij qui iam sacrosanctum religionis statum accepistis, quales uos esse oporteat, intelligatis, audite. Beatum Ioannem Climacum diffinientẽ quid sit monachus, his uerbis. Monachus est ordo, & status angelicus in sordido, & materiali corpore consummatus, hoc est, qui in mortali corpore uiuens Angelicam

Ioannes Climac.

C uitam ducere curat. Alteramque secundã diffinitionem addit dicens: Monachus est qui ad Deum solum acie mentis semper intentus ipsum orat in omni tempore, loco, & re. Et hoc est, eum quodammodo Angelo ubique Deum uidenti similem esse. Quod si quis quærat, quomodo mortalis homo hoc possit efficere, siquidem compluribus corporis necessitatibus debet occurrere? Ad hoc respondet idem sanctus aliam tertiam diffinitionem subiungens, & dicens. Monachus est perpetua naturæ

D uiolentia, sensuumque uigilantissima, & indefessa custodia, hoc. n. requiritur ad Angelicam puritatem, & perfectionem contẽplationis habendam, quæ sunt prædictæ res in superioribus diffinitionibus collocatæ. Quid autem mirum; si eos Angelos uocem, cum in sacris literis dii deificati diuina imitatione uocentur? Nã sicut cũ in mundo speculo solis radii reuerberant, adeo splendidũ efficitur speculum, ut quodammodo alter sol esse uideatur, sic anima omni peccati macula purificata, omnique superflua cura expurgata ad diuinum

Simile.

solem per excellam cælestium rerum contemplationem conuersa, sic illustratur, & clarificatur, ut sol potius, & Deus, quam anima esse uideatur. O utinam diuina maiestas nobis permitteret, ut animam hoc splendore illustratam uideremus, quam attonitis animis præ illius uisione maneremus, & quam libenter eum statum eligeremus, ubi tanta est opportunitas his splendoribus, atque illustrationibus recipiendis, qualis est sancta religio Considerandũ est etiam quomodo prouidentia diuina disposuit, ut cælestis regina unigenitum filiũ suum in illis festiuitatibus perderet, quod B fuit prognosticum prænuncians in tantã malitiam, & corruptionem plurimos Christianos esse deuenturus, ut diuinæ festiuitates occasio Dei amittendi eis futuræ essent. Explicauit dominus, quomodo festa debeant obseruari dicẽs, memento ut diẽ Sabbathi sanctifices, sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, septimo autem die Sabbathi domini Dei tui non facies omne opus, tu, & filius tuus, & filia tua, & seruus tuus, & ancilla tua, iumentũ tuum, & aduena, qui est intra portas tuas, Super hæc uerba primo uobis notandum C est, in lege ueteri Sabbathum obseruari soluisse ob honorem beneficii creationis mũdi, quia illo die requieuit Deus ab omni opere, quod patrarat. Post hanc autem obligationem, & debitum alio maiori beneficio sumus astricti, uidelicet beneficio reparationis. Nam quid prodesset, Deum nos creasse, si animi nostri extinctam abolitamque imaginem Deus sanguinis sui rubicũdo colore non reformasset, & reuiuificasset? Cumque Christus Redemptor noster una Sabbathorum, idest die dominico resurrexit, celebratio Sabbathi ad illũ translata est. De lege naturali est, aliquod oportere statutum tempus esse in quo homo se Deo commendet pro innumeris, quæ ab eo accepit, beneficis ei gratias agens, eumque uerum Deum, ac dominum suum esse cognoscẽs, & miserias suas intelligens atque ab ipso remedium illis efflagitans, hoc autem tempus diem Dominicam esse debere sancta mater ecclesia decreuit. Die dominica mundus cœpit existere, in ea Angeli sunt creati, in eadem boni præmio affecti, mali autem in tartarum sunt deiecti, die dñica exierunt filii Israel de Aegypto. Et secundũ Osorii sñiam die dñica de

Exo. 20.

Gen. 1.

D

Osorii.

dit

A dit dominus Moysi legem in tabulis scriptam: & iuxta Origenem die Dominica coepit manna pluere in deserto, eademque die ortus est Christus Iesus Saluator mundi, eadem circuncisus est, eademq; resurrexit & denique Dominica die Spiritũ sanctum in Sanctos Apostolos effudit. Et propter hæc nouissima, & altissima mysteria, quæ Deus in hac die operatus est, idcirco sancta mater Ecclesia hanc diem festiuitatis nostræ esse decreuit. Secũdo super hæc verba Exodi notandum est, quod ad festũ sanctificandum dicit dominus, in eo non prorsus seruile opus esse faciendum: animaduertendumq; est Deum non corporalem nobis laborem prohibere, eo quod malus sit, sed quia intentionem eius impedit, quæ est, vt homo se ipsius ministerio totum tradat; quo uniuersis rebus expeditus liberius diuinis ministerijs, atque seruituti incumbat. Tam facilis est Deus placatu, ut quamuis iuxta maximam obligationem nostram et toto uitæ nostræ tempore seruire, semperque diuinis ipsius laudibus intendere deberemus, solummodo a nobis festa postulet, quæ sancta Ecclesia ipsius nomine nobis præcepit obseruare, quod ad hunc finem facit. Itaque cæteri omnes dies nobis ad ministerium nostri C conceduntur dies autem festi, ut in illis domino seruiamus. At mali, omnia vice uersa faciunt, nam in die festo Deo minus seruiunt, eumq; magis offendunt, nam in illum diem omnes dissolutiones, ac turpitudines differunt, cum tota hebdomada artibus suis occupentur, ut quatuor drachmas acqu rãt, atque vix peccare meminerint. Alij vbi primum dies festus obrepit diluculo surgunt, & libris rationum suarũ onerati ad aliud oppidum se conferunt, deq; alijs ad alia migrantes, septem oppida die festo percurrunt adeo inquieti ac perturbati, ut nec missam, neque concio- D nem, nec diuinum quicquam audire meminerint, arbitrãturq; se a peccato excusari, dicendo, agricolas in dieb. hebdomadæ domi non reperiri sicut die festo quiescunt. O Deus bonitatis infinitæ quam lamentabile hoc est. Per Amos prophetam dicebat Deus Hebrçis, O diui, & proieci festiuitates uestras, & nõ accipiam odorem cętuum vestrorum vestras ait, & nõ meas: si quidem eas in carnis uestræ, non autem in mei ministerio consumit, in eisq; oblectamini, & me offenditis. Magnopere timeo, & merito quidem ne Deus idem de festiuitatibus nostris dicat, siquidem in eis diuinam ipsius maiestatem tant opere offendimus, suspicorq; sicut sanctus propheta Hieremias lamentans dicebat. Viderunt eam hostes, & deriserũt sabbatha eius, sic etiam, & maiori etiam ratione inimices nostros diabolos festiuitates nostras irridere, siquidem illas tot abominationibus inficimus atque prophanamus. O Deus infinitæ maiestatis, per clementiam tuam te deprecor, ut tantis his malis remediũ adhibeas, hisq; fratribus meis sensum atque prudentiam præbeas, quo sciant ad celebrem & perfectam festi sanctificationem B non sufficere vnam missam simpliciter audire, atque aquam benedictam assumere, & valde cõcitos domos suas redire. O miseram hominum cæcitatem, qui tam parum facientes plurima, quæ Deo debent, se persoluere putant. Viri Christiani veritaté scitote, audite quid dicat Deus Hieremiæ prophetæ. Sta (inquit) in porta domus domini, & prædica uerbum istud, & dic; Bonas facite uias uestras, & studia vestra, & habitabo uobiscũ in loco isto, nolite confidere in uerbis mẽdacij dicẽtes, Templum domini, templum domini est: C Etenim arbitrabantur eo quod templum illud habebant, & in illud aliquando ingrediebantur, nullum idcirco incommodum eis uenire posse.

Origе.

Thre. 1.

Hier. 7.

Amos 3

Idem igitur uobis ipse dico, pie, sancteq; uiuere curate, bonaque opera facientes, diuinam legẽm obseruare, ne in aquæ benedictæ sumptione, atque in vna missa simpliciter audienda solummodo confidatis, hæc enim per se non sufficiunt ad salutem, nam quamuis hoc optimum necessariumque sit, cum eo tamen Deus vitæ sanctitatem, morumque integritatem postu- D lat. Tota hebdomada mentimini, murmuratis, iuratis, aliaque quam plurimã scelera perpetratis, & solummodo quia in templum ingredimini omnibus iam remediũ adhibitum esse putatis. Longe quidem fratres opinione fallimini, sans ad literam hoc statim inferius dominus dixit Hebræis his verbis. Ecce vos confiditis vobis in sermonibus mendacij, qui non proderunt vobis, furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, & ire post Deos alienos, quos ignoratis, & uenistis, &

A steristis coram me in domo hac, in qua inuocatum est nomen meum, & dixistis liberati sumus, eo quod fecerimus omnes abominationes istas, hoc est, quia in hoc templum sumus ingressi, eo quod, idest, etiam si fecerimus omnes abominationes istas. Nonne illorum amentium hominū væcordiam admiramini, quia tam stulte semetipsos illis fallacibus verbis decipiebant? quare igitur vosmetipsos non miramini, siquidem in ipsomet errore uersami ni? Attendite quod ei amplius dicit; nunquid ergo spelunce latronum facta est domus ista, in qua inuocatū est nomen meū
B in oculis vestris? quasi dicat non utique, ut arbitremini solum eo quod in eam ingredamini, rapinis iniquitatibusque vestris remedium esse adhibitum. Idem uobis ego ipsiusmet Dei nomine dico, uosq; semel, ac millies deprecor, ut idem faciatis, quod dominus illis paulo ante præcepit, dicens. Bonas facite uias uestras & studia uestra, & habitabo uobiscū i loco isto. Sicque uobis maxime proderit Ecclesiam adire, & rem sacram audire. Nec non uos instantissime rogo, ut non contenti sitis diebus festis priuatam missam audire, sed summa cum reuerentia solenni, cātatæq;
C missæ, & concioni adsitis, magnæ enim cōfusionis est, iam nullum uirum primariū missam maiorem paucosque concionem audire, sed contentos esse priuatæ eiq; breuissimæ recitate missæ interesse, adeo fastidiosæ illi sunt res diuinæ. Ego uos deprecor per ineffabilem illam charitatem, qua nr̄ altissimus reparator, se nobis in hoc sacrosancto altaris sacramento reliquit, quod in diuino missæ ministerio cōsecratur, ut non sic faciatis, sed uos adinuicem ad rem sacram & conciones audiendas inuitetis, nec male consumptam ducatis unam horam, quam in maiori mis-
D sa audienda consumetis, quandoquidem hoc ad Dei gloriam, proximorumque uestrorum ędificationem, piumq; sanctitatis fiet exemplum, atq; ad maius meritū, gratiæq; cœlestis augmentum, & æternæ beatitudinis incrementum valde conducet. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius qui cum patre, & Spiritu sancto uiuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

IN EADEM DOMINICA A
I post Epiphaniam.

Concio Quarta

Cum factus esset Iesus annorum duodecim, ascendentibus illis Hierosolymam, &c. Luc. 2.

LOquens Christus R. N. de malis, eos hædos nuncupauit, dicens, ꝙ cum ad iudicandum uenerit statuet hædos a sinistris, loquensq; cū discipulis suis, illos agnos appellauit dicēs Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Comitēsq; Diuo Petro summum pontificē ei dixit Pasce agnos meos, significans in hoc nō quales sunt Christiani, sed quales omnes esse deberent. Malos autem ideirco hædis comparauit, quia hædus semper ē malis in deteriora progreditur, quo magis accrescit, eo durior, eiuq; redditur difficilior; quando uero iam in pfēcta ætate consistit, non potest comedi, ualde nanq; officit. Talis est peccator, nam licet in initio aliquam cordis habebat teneritudinē, & missam, aut concionē audiens aliquantulum compungatur, præ nimia tamen peccatorum assiduitate in dies durior, ac peior efficitur. Sicut maledictus ille Balaam, qui apparenti sibi Angelo dixit. Peccaui nesciens, quod tu stares contra me: & nūc si displicet tibi, ut uadam, reuertar. Concedentēq; illi Angelo facultatem, ut vlterius progrederetur, ubi primum Israelis castra pspexit, teneritudine correptus dixit. Moriatur anima mea morte iustorū & fiant nouissima mea horum similia. Veruntamen statim sese auaritiæ, ac sceleribus tradidit, maledictumq; hostibus consilium præbuit, quo Hebræos ad Deū offendendum concitarent. Peccatori cuidā dixit Isaias propheta Dei nominē. Quasi pilam mittet te in terram, & quanquam sanctus propheta illic ad literam de lōgissimo quodam exilio loquitur, quo peccator ille mulctandus erat in pœnam scelerum suorum, at singulis reprobis hæc eadē aptissime d ici possunt, uidelicet, quod Deus permittet, ut quemadmodum lusores pilam nunquam quiescere patiuntur, sic ipsi

Mat. 25 — B — Luc 10. — Ioan. 21 — C — Nu. 22. — D — Isa. 22.

A ipsi a dæmone, atque a suis passionis pro- pensionibus de aliis ad alia mala circunferantur, nulliusq; vitij uoluptate contenti alias in dies delitias pquirant. Et hoc est
Psal. 82. etiam, quod dicit Dauid, non orationis, sed in prophetiæ modo, Deus Deus meus pone illos, ut rotam, idest, permittes eos esse instabiles, quasi rotam se uolutantem, & sicut stipulam ante faciem uenti, qui scilicet, eam in uno loco non patiatur requiescere. Et hoc etiam significat, quod di
Eccl. 33 citur. Præcordia stulti, quasi rota carri, & axis uersatilis cogitatus illius, idest, nunquam in uno vitio sistit, sed ex uno semp
B in aliud uolutatur, & ex vna mala cogitatione in aliam peiorem progreditur & de
Gene. 4. Cain dicitur. Egressus a facie domini habitauit profugus, & in Hebræo est non: quod proprie instabilem, & inconstantem significat. Tales enim sunt, qui se a domino separant: iusti autem agnis comparantur, quia sicut agnus, quo magis accrescit melior est, & cum iam aries efficitur; tūc optimus existit, sic iustus semper de uirtute in uirtutem perseueranter accrescit. Maximum est, atque optimum homines feruentissimo spiritus affectu Deo seruire incipere, nam semper ille primus feruor animum ad maiora excitat, neque eum ab in
C cepto deficere patitur. Idcirco Romanis denuo conuersis dicebat Diuus Paulus in ea quam ad eos scripsit Spiritu feruentes:
Ro. 12. domino seruientes, si quis enim tepide incipit, mirum erit eum ad perfectionem peruenire. Quando fundamenta sunt lutea, angusta, parumque profunda, signum est ædificationem non fore sublimem, si
Simile. autem fundamentum profundum, amplum, & firmis lapidibus, ac calce iaciatur, magnum, atque excelsum fore ædificium potest sperari. Pater noster Diuus Franciscus in conuersione sua a sæculo cum ma
D ximo quodā spiritus feruore cepit, omnia penitus sæcularia derelinquens, labiis suis leprosorum vlcera tangens, corpus suum asperrime tractans, noctes, diesq; suspiriis extollendis, lachrymisque effudendis consumens, dolensq; tempus, quod vane consumpserat, & cum hoc profundum fundamentum iecisset, ad altissimum perfectio
Simile. nis gradum, arctissimamq; Dei amicitiam breuissime cōscendit. Cum initio olla feruere incipit, tunc ei multum ignis applicatur, & sic intensissime feruet, postea uero non est necesse illi tot ligna iniungi:
A nam calore, quem in principio concepit, postea calo coquitur, & ad debitam dispositionē, perfectionemq; peruenit. Sic etiam dn̄s plurima ligna applicare, plurimisque fauoribus hominibus ad amorem sui denuo conuersis solet indulgere, ut calorem percipiant, & in bono perseuerent, & licet eis hæc postea indulgentia desint, pari tamen spiritus feruore ulterius progrediuntur, quod si non faciunt, de illis Deus maxime, & merito quidē conqueritur. Et sic
Apoc. 2. dicit D. Ioannes Angelo, idest, prælato: Ecclesiæ Ephesi habeo aduersum te pauca, quod charitatem tuam primam reliquisti. memor esto, itaq; vnde excideris, & age
B penitentiam, & prima opera fac. Idem ego ipsius nomine domini iis dico, qui cum spiritus ardenti affectu, atque feruore, ei seruire cæpistis, & postea in relaxationem deuenistis, memētote, si vnde cecidistis, & isti primi feruores uobis erunt stimuli, quibus erubescentes ad pristinā opera magna cum solicitudine redeatis.

In hac sancti Euangelii lectione dicitur sacratissimam virginem Mariā, cum sponso suo sancto Ioseph preciosissimum puerum Iesum secum deferens ad cuiusdam
C festi celebrationem Hierosolymam ascendisse, qua finita iterum reuersi sunt Nazareth. Et ego certissime credo, etsi festiuitates finitæ sunt, huius tamen cœlestis dominę admirabilem spiritus affectum, ac deuotionem non fuisse finitam. Nam ipsa est singularis illa fœmina, de qua Diuus Ioannes dicit: Signum magnum ap-
Apo. 12. paruit in cęlo, mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius. In eo quod Sole amicta est, feruētissima ipsius charitas denotatur, in eo autem, quod Lunam sub pedibus habebat significatur illam totam mu tabilitatem superasse, semperque in omni
D uirtute, deuotione, sanctitateque perseuerantissimam extitisse Sicq; finitis festiuitatibus non solum ei deuotio non finiebatur, sed cum maiori etiam illius plenitudine, atque abundantia remanebat. Nostrorum āt miserorum nonnullis finiuntur festiuitates, dies menses, & anni, atque etiā tota uita, nec tā plusquam durissimi lapides deuotionis habemus, cuius ærumnæ testes sunt uestiæ metipsorum cōsciētiæ, ipsę quid sentiant, dicant. Videamus nunc quid ex omnibus his festiuitatibus

uobis

A vobis remansit? quid ex sanctissimi pueri Iesu lachrymis elegistis? quid ex Circumcisione? quid ex stabuli paupertate? quid ex præsepis duritate? quid ex Regum aduentu? Hic utique maximam affert admirationem homini profunde aliud considerare uolenti, uidelicet; quod cum isthæc omnia uestri causa perfecta fuisse credatis, cum tanta siccitate, tamque aridi maneatis, quasi ista minime crederetis. Alij uero etsi in ipso die festo aliquid spiritus ac deuotionis habuistis, festo tamen finito, spiritus etiam, & deuotio arefacta est. Idemque quotidie in sermonibus audien-
B dis agitur, nam si qui vestrum illos audientes, timorem aliquem, compunctionem, seu deuotionem concipitis, finita concione, vtrumque finitur. Vnum ex maximis bonis, quæ Christus redemptor noster discipulis suis promisit, fuit quod dixit 15. cap. Ioannis. Posui vos, vt eatis, & fructum
Ioa. 15. afferatis, & fructus uester maneat Hoc interest, inter nostram & sanctorum Apostolorum prædicationem, quod nos diuino auxilio sæpenumero tam in nobis, quam in alijs fructum facimus, & sancta desideria ministerialiter gignimus, at fructus no-
C ster. plerumque non manet. Fructus autem sanctorum Apostolorum quãdiu permanserit, aperte perspicitur, & quandiu sit permansurus fide tenacissima creditur. In supplicium peccatorum Iuda, & Hierusalem dixit Isaias Propheta, Dei nomine:
Isa. 3. Ecce Dominus exercituũ auferet ab Hierusalem, & ab Iuda prudentem eloquii mystici, & septuaginta interpretes hunc locum ita uerterunt. Auferret Dominus exercituum ab Hierusalem, & Iuda prudentem auditorem. Et sic credo ego pœnam esse peccatorum uix unum prudentem auditorem verbi diuini existere, qui quam
D audit doctrinam, prudenter conseruet, ut eam opere exequatur. Magnæ quippe imprudentiæ est in concione colligere gemmas, quibus animus locupletari, atque exornari potest, peracta uero cõcione omnes dispergere, quasi nunquam fuissent auditæ illarum obliuiscendo. O imprudentes homines, quare tantam insaniam admittitis? stultũ diceretis eum, qui gemmam decem aureis æstimatam disperderet, nec uero animaduertitis stultitiam, in quam incidistis pretiosissimas margaritas contemnentes, quibus cœlestis beatitudo comparatur? Cauete fratres ne propterea A in alia grauiora mala prolabimini, quod Diuus Paulus significauit dicens. Propterea Hebr. 2. abundantius oportet nos obseruare ea quæ audiuimus, ne forte pereffluamus: pereffluere est superfluere. Vult igitur dicere Beatus Paulus, ut timeamus, ne in tãtæ ingratitudinis pœnam, postquam gratia, & charitas nobis defluxerit, fides etiã supereffluat, omnique cœlesti dono vacui maneamus. Diuus Ioannes Damascenus Io. Da. dicit hominis cor esse, quasi vas porosum, quod undique aquam diffundit. Quod si vacuum esse nolis, passim ei liquorem debes infundere, sic semper cor sanctis con- B siderationibus refici debet. Missam concionesque audiendo sanctos libros legendo, alijsque sanctis exercitationibus intendendo quibus uacare consuescunt, q Deo placere desiderant. Sicque etsi festo finis imponatur, non tamen deuotio finietur, & non erimus tanquam hædi, qui cum sint teneri duri capri efficiũtur, sed agnos imitabimur, qui ex bonis ad meliora gradiuntur.

Dicit igitur sanctum Euangelium *Consummatis dieb. cum redirent remãsit puer Iesus in Hierusalẽ.* Postea uero cu a sacratis- C sima virgine genitrice sua, eiusque sponso Ioseph repertus est, dixit eis. Nesciebatis quia in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse? In hoc nos diuinus magister erudiuit, quando duo pariter sese obtulerint, quorum alterum ex naturali affectione dimanat, alterum autem ad publicum hominis munus spectat, prius id, quod est de muneere publico, quam, quod naturali affectioni quadrat, esse faciendum. Et hæc est causa, quare pendẽs Christus Saluator noster in cruce prius pro peccatoribus locutus est, dicens Pater ignosce illis, atque etiam prius allocutus est latronem illique; pepercit dicens, Hodie mecũ eris in para- D diso, quam cum sacratissima virgine Maria matre sua loqueretur, eique diceret: Mulier ecce filius tuus. O Christe vere mũdi magister, siquidem domine tantopere nobis commendasti parentes nostros honorare, consolari, eorumque necessitatibus subuenire, quare domine tam sero sanctissimam, amantissimamque tui matrem allocutus es? Aliud utique tẽpus remanebat, in quo cum latrone loqui, æternumque patrem pro atrocissimis istis car

A nificibus posses exorare. O immaculate agne, quare velociter non subuenis oui mã. suetissimæ dolorosis suspirijs iuxta balanti, tuoque sacratissimo sanguine perfusæ? Ad hoc respondetur, cum eius munus esset peccatores saluos facere, & ad hoc in mundum uenisset, prius munere suo fungi, publicæque peccatorum saluti occurrere uoluisse, quam priuato amori, quo charissimam genitricem suam prosequebatur. Prius redemptoris, postea uero filii munus exercuit. Sic etiam hic, etsi filialis amor eum inuitabat, ut a sancta genitricis so-
B cietate minime discederet, illud tamen ad quod missus fuerat in mundum, & quod ad æterni Patris honorem spectabat, eum commouit, ut Hierosolymæ remaneret. Hoc autem sacratissimæ virgini nou reuelauit, non quidem ob ipsius contemptum, sed ut nos erudiret, diuinas res non carni ac sanguini esse reuelandas. At uos qui adestis, interrogo, si in illo triduo, quo sacratissimus hic puer Iesus Hierosolymis remansit solus absque sanctissima matre sua, illic uos commoraremini, cælesti fide qua nunc estis illustrati, illumque ostiatim elee mosyuas mendicari uideretis, quo amore
B ac reuerentia eum ad ostium uestrum accedentem reciperetis? quã humaniter eum tractaretis? quomodo tanto hospite Lætaremini? quanta uiscerum teneritudine illi diceretis? O dulcissime Iesu, omnes cælestes hierarchię altissimã maiestatem tuam laudent, & pro me tibi gratias agant, ego namque rudis & ineptus eas tibi digne agere nescio, pro tanto tamque singulari beneficio, quod apud me manens mihi fecisti, nullus (credo) vestrum hoc omnibus viribus suis totoque conatu non faceret. Nun quid igitur (o fratres) non creditis, quod
Ma. 25. hæc summa ueritas affirmat dicens. Amen dico vobis quandiu fecistis vni de fratri-
C bus meis istis minimis, mihi fecistis? Si ergo hoc creditis, quomodo pauperculos istos uos recipitis, qui ad ostium uestrum accedunt, & quomodo recipientes eos uos Iesum Christum recipere non putatis? Profecto hæc modica pietas, qua hodie in pauperes utimur, aut ex fidei, aut ex amoris, ac considerationis defectu proficiscitur. Animaduertite quæso, animaduertite dominum uobis dicere, ut quicquid ministerii vni de his fratribus suis minimis exhibueritis, illud sibi exhibere putetis. O ineffabilem Dei probitatem, adeo pauperculos A los vulneratos ac nudos diligit, tantique illos æstimat, ut eos fratres suos appellet. O si hoc attente consideraretis, quam suauiter hos domini fratres reciperetis. Nondum Patriarcha Abraham hæc uerba audiera, & tamen de illo dicitur. Abraham Gen. 21. plantauit nemus in Bersabee, & quamuis terra illa aridissima est, ibi tamen ei dominus fontẽ ostendit, vt in eodem cap. patet.

Dicitque Nicolaus de Lira eum illic uiretum amœnissimum, omnique arborum genere refertum seruisse, ut peregrinos illac transeuntes reficeret. Et hoc vocat hic diuina scriptura nemus, & ulterius addit, B & inuocabit ibi nomen domini Dei æterni, in quo significatur, eum nou viretum solum ad peregrinos pauperes consolandos & recipiendos, sed sacellum etiam ibidem habuisse, in quod peregrini post prandium Deo gratias acturi conueniebant, & antea dicitur, quod ubi primum cognouit Abraham ciuitates illas Sodomam & Gomortham fuisse combustas, profectus est inde Gen. 20 (scilicet de conualle Mambre) in terram australem. Cuius causa assignant Hebræi dicentes illum regiones quæsiisse, in quibus melius cum peregrinis hospitalitatis munus exerceret. Cumque usque illud tempus præcipuæ, atque illustres ciuitates essent illæ Sodoma & Gomorrha, magna C peregrinorum frequentia per uallem Mambre Sodomam euntium & ex illa uenientium preteribat, ut autem urbes illæ cælitus combustæ sunt, peregrinatio cessauit, sicq. non erat Abrahæ occasio (sicut antea) illius charitatis exercendæ, atque ideo in aliam regionem profectus est, ubi maiorẽ reperiret opportunitatem. Eo quod sãctus hic Patriarcha tanta charitate floruerit, eamque consanguineum suum Loth erudierit, eos in exemplum attulit Diuus Paulus, hanc nobis uirtutem commendans his Heb. 1. uerbis. Hospitalitatẽ nolite obliuisci per D hanc enim placueruut quidam, Angelis hospitio receptis qui quidem fuerunt hi duo sancti viri, & super illa verba Genesis. Gen. 18. Respiciens uxor (scilicet Loth) post se, uersa est in statuam salis, dicunt Doctores Hebræi, hanc mulierem in salẽ potius quã in aliam statuam marmoream fuisse conuersam, quia nocte proxima, cum uir eius in domũ suam peregrinos, qui erant Angeli hospitio recipiendos deduxit, opus illud mulier

A mulier ægre tulit, neque illorum hospitio
gauisa, imo potius contristata est, neq. eis
sponte seruiuit, & sic cœnam, quam esuri
erant, noluit sale condire. in cuius crudelita
tis & inhumanitatis supplicium uersa est
in salis statua, ut omnibus innotesceret,
quomodo Deus inhumanos punit.

Vbi primum sanctissima Virgo se cha
rissimum filium suum amisisse perspexit,
statim illum intimo cordis dolore quære
re cœpit, sicut apparet ex illis uerbis, quæ
postquam eum inuenit, ei dixit scilicet,
Dolentes quærebamus te. Etsi sine culpa
B sua illum perdiderat, cum lachrymis ta-
men ac dolore perquirit, & anxia per vi-
cos & plateas omni modestia & honestate
discurrit, quærens quem diligit anima e-
ius. Tu uero infœlix peccator, qui Deum
tuis sceleribus amisisti, ne unam quidem
lachrymam effundere nosti, nec magis cũ
perditum doles, quam si calcei corrigiam
Eccle.5. amisisses. Confundere igitur (ô frater) &
amodo summum hoc bonum quærere in
cipe, quod tua culpa perdidisti. Attende
quid tibi consulat Spiritus sanctus, dicens,
Non tardes conuerti ad dominum & ne dif
feras de die in diem. Subito enim ueniet ira
illius, & in tempore uindictæ disperdet te.
C Si cum aliqui per mare nauigant rimam
in naui perspiciunt, qua ingrediatur aqua,
o quam celeriter commouentur, nauim-
que resarcire curant, alii abstrahendæ a-
quæ intendunt, alij tabulas ad reficiendum
foramen afferunt, alii picem ac stupas præ
parant, denique omnes cæteris postpositis
tis huic soli diligentissime inseruiunt. Bo-
ne Deus quare sic acceleratis? nunquid
hoc lente facere non potestis? profecto in
eum qui hoc eis diceret stomacharentur,
& responderent. Quid? Vides in quanto
D periculo uersamur, cui nisi ueclociter occur
rerimus, omnes in profundum demerge-
mur, dicis hoc nobis? O quanto maiori
diligentia animi nostri strages ac deprauati
tiones curare deberemus, ubi primum
peccatum aliquod lethale in nobis perspe-
xerimus, omnem nos diligentiam adhibe-
Psal.9. re oporteret, ut ab illo exeamus. Mirifice
Psal.6. hoc exaggerat Propheta dicens. Conuer-
tantur peccatores in infernum, & alibi di-
cit. Conuertantur, & erubescant ualde ue-
lociter. Infernum uocat hic Spiritus san-
ctus, statum hominis in lethali culpa com
morantis, ut sciatis quid sit peccatum, &
quid oporteat sentire animam in eo existẽ A
tem, quandoquidem illud infernum appel
lat. Valde etiam pensate quoties uerbum
hoc, conuertantur, repetit, & quomodo nõ
est contentus dicere, uelociter, sed addidit
etiam. Valde uelociter.

Tu autem, o peccator etsi te in peccato
atque in condemnationis statu esse cogno
scis, & si credis quod si nunc te incautum
mors occuparet, in profundum inferni de
mergendum esse, tamen securus es, & fa-
cis, sicut gallus, qui unguibus terram fodit,
& retrorsum emittit. Sic tu hæc iterum at Simile.
que iterum cogitas, & post terga demitti,
eorum obliuiscens, quasi parui aut nihili
tua interessent. Non sit ita te deprecor, per B
illam infinitam misericordiam, qua Deus
te hucusque expectauit, & te nunc expe-
ctat, si ex ea fructum percipere uelis. Quod
si dicis, o pater sic aridum, tepidum, ac si-
ne dolore me experior, ut ne unam quidem
lachrymam effundere possim. Non miror
hoc frater, imo potius admiror te aridio-
rem, algidioremque non esse, siquidem ra-
tiones aliquas ac remedia, quibus mollefi-
as ac tener efficiaris, perquirere nescis. Et si
Niniuitæ Ethnici erant, neque magistrum
aut prædicatorem habebant, ut primum
eos Iona corporali morte comminatus Ionæ.3.
est, prædicauerunt ieiunium, & uestiti sunt
saccis a maiore usque ad minorem, præce- C
pitque Rex, ut non homines tãtum uerum
& pueri, ac iumenta ipsa rationis expertia
ieiunarent, & bouesque, & peccora non gu
starent quicquam, neque biberent.

Animaduertite Ethnicorum prudentiã
statuerunt quippe, ut neque infantes lac su
gerent, neque iumenta comederent, ut pue
ri præ fame plorarent, pecoraque rude-
rent atque mugirent, & sic illis ululatibus
& mugitibus ipsi teneri redderentur, atque
ad peccata sua lamentanda mouerentur.
Tu uero, o Christiane, doctrina eruditus
euangelica, æternaque morte ac condem- D
natione perteritus, si quando tibi aliqua
aduenit tristitia, eo quod in peccato cõmo
raris, statim domo exis, & ad ridentes at-
que ludentes te confers, ut tristitia illa ex
corde tuo discedat. O me miserum, me mi
serum, quam mala uia est ista ad confus do
lorum, tristitiamque impetrandã. Erube-
scite fratres, quod uobis Ethnici excel-
lant, modos aliquos exquirite, quibus ad
plorandum, & non ad ridendum concite-
mini.

A mini. Cum Deus per Iohelem prophetam
Ioel. 2. dixisset. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu, addidit, & scindite corda uestra. In quo ostendit, quem modum obseruare debeant, qui conuerti ad Deum, suaque peccata lamentari uoluerint, scilicet, ostendit eos corda sua in plurimas partes diuidere debere, alia est recordatio infinitæ Dei probitatis, & quomodo nos ad ueniam inuitat, alia crebra acceptorum beneficiorum memoria, alia, magnæ ingratitudinis nostræ cogitatio, quia cum Deus talis sit, nosque et tan-
B to beneficiorum numero simus astricti, eum tamen grauiter offendimus, alia denique assidua æternorum suppliciorum, quibus deuincti sumus, animi contemplatio. Diuisumque cor in omnes has partes in teneritudinem, conuersionem, ac planctum maximum deuenit. Ad hoc autem recolle-
Gen. 36. ctio, & solitudo, non uero profanorum hilariumque hominum familiaritas requiritur, ut in Genesi dicitur. Anam filius Sebeon inuenit aquas calidas in solitudine, cum pasceret asinas Sebeon patris sui. Idē uobis spiritualiter eueniet, si sensuum ue-
C strorum asinos sanctis considerationibus, ieiunijs, ac cilicijs, sanctorum quoque librorum lectione in solitudine pasceretis, nam calidas aquas, hoc est, lachrymas deuotas, atque ex contrito corde persluentes inueniretis, quibus scelera uestra lauaretis, sicque Deum reperiretis.

Cum sanctissima virgo magno cum dolore sacratissimum puerum quæsijsset, post triduum tandem in templo in medio doctorum illum inuenit, & dixit ad illum: *Fili quid fecisti nobis sic ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.* O admirabilē doctrinam humilitatis, & obedientię huius
D sapientissimæ magistræ sanctę Ecclesiæ. Discite hinc nuptæ matronæ, & quæ nupturæ estis, quomodo uiros uestros tractare debeatis. Animaduertite, quomodo cœlorum Imperatrix, & superni Dei genitrix pauperem honorat fabrum, cui desponsata erat dicens. Pater tuus, & ego. Etsi uxor egregia, atque illustris, uir autem nō tam nobilis sit, semper tamen eum super caput collocare debet, Sic admonet D.
Ephe. 5. Paulus dicens. Mulieres uiris suis subditæ sint, sicut domino. Diligenter pensate uerbum hoc, sicut domino. Mirabile namque est uxori præcipi viro suo tanquam domino obedire, statimque rationem subdit sanctus Apostolus dicens, quoniam uir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ, ipse Saluator corporis eius, sed sicut Ecclesia subdita est Christo, ita & mulieres uiris suis in omnibus. O mirifica uerba, & omnia, ac singula quæque pensatu dignissima, in quibus satis aperte declaratur obedientia, quam uxores uiris suis præstare debent. Ideoque communiter di- B
citur Deus fœminam ex recurua, atque reflexa costa, non autem ex directo osse formasse, uidelicet, ut hanc humiliationem subiectionemque denotaret. Sancta Sara tanto honori atque reuerentiæ uirum suum Abraham habebat, ut non eum uirum, sed dominum appellaret, & sic dixit. Postquam Gen. 18
consenui, & dominus meus uetulus est, uoluptati operam dabo? At credo, neque Saram, neque uniuersas mundi vxores tantum viris suis honoris exhibuisse, quantum sacratissima virgo sponso suo Ioseph præstitit.

Concluditque sanctum Euangelium di- C
cens. Quod postquam bonus Iesus ab eis est inuentus, descendit cū eis, & uenit Nazareth. *Et erat subditus illis.* In nullo alio sancti euangelij loco uerbū hoc, nisi hic repertis Propter labores, quos in eo quærendo passi sunt, uult unigenitus Dei filius dedici, quod duobus pauperculis subditus erat. Singularis utique uia est ad magnas a Deo indulgētias, ac fauores impetrādos, propter eum labores, atque angustias ęquo animo tolerare. Ecquis deinceps alteri homini obedire dedignabitur, colloque, ac D
ceruicem suam obedientię iugo non libentissime inclinabit, cum potentissimū Deū, rerumque omnium creatorem hominibus subditum esse perspiciat? Vnum autem in hac materia ualde necessarium a nobis uelem adnotari, uidelicet, quod lo- Psal. 39.
quens Dauid, huius diuini Saluatoris nomine dicit. Sacrificium, & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi, idest, eas promptas, atque perfectas ad obediendum tibi reddidisti. Cui sensui facit etiā interpretatio, qua Diuus Paulus hæc uerba explicuit, dicens. Corpus autem adaptasti mihi idest, aptum ad tibi in rebus omnibus obediendum perfecisti. Hæc uerba dicit Christus quatenus homo æterno patri suo, in quibus fatetur: quemadmodum ab eo cuncta, sic et obedientiæ donum se accepisse.

A fe. Ex quo elicimus, quantopere nos oporteat diuinam Maiestatem instanter orare, ut nos ad bene obediendum disponat, & (quę sua misericordia) nobis hoc singulare obedientiæ donum communicet, quo in illa supremo magistro conformes simus, Vellem etiam a uobis attente considerari uerba prophetæ dicentis Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Non dicit ut homo factus sum apud te, nam homo seipsum onerare consuescit, onusque ad libitum, & quando uult sibi imponit; iumentum autem alter onerat quanto ei libet, & quo pondere libet, ipsumque patienter, & sine querelis, aut calcibus suscipit onus Sic uerus obediens nō debet se iis, quibus uult onerare, sed pati debet, ut alter secundum prælati uoluntatem sibi onus imponat, ipseque tanquam iumentum tacere, æquoque animo illud debet asportare. Sicque diuinum magistrum nostrum imitantes gratiam hic recipiemus, qua cælestis beatitudinis gloria comparatur. Ad quam nos perducat Iesus Marię filius qui cū Patre, & Spiritu sancto uiuit, & regnat, in sæcula sæculorū. Amen.

Psal. 72.

B

C

DOMINICA SECVNDA post Epiphaniam.

Concio Prima.

Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, &c. Ioan. 2.

IN hodierna sancti Euāgelij lectione, fratres charissimi celebre illud miraculum refertur, quod dñs ad nuptias inuitatus in Cana Galilææ operatus est aquā in uinum conuertens. Et ualde notandum est hoc miraculum. Magorumque aduentum, & adorationem, sacrumque Domini in Iordane baptismа, uno, & eodem die, licet diuersis annis fuisse operata, quæ tamen sancta mater Ecclesia sigillatim commemorat, diuersisque diebus celebrat. Etenim die Epiphanię Regum aduentum, atque adorationem, in die octaua sacrosanctum Domini baptisma, quæ in eo gesta fuerunt, mysteria, celebrauit, hodie uero de miraculo in nuptijs facto meminit. In quo nos docet diuina mysteria non oportere a nobis coniūctim, atque confuse considerari, sed lentissime, prolixaque mentis contemplatione ruminari, sicut animal, quod in ueteri lege mundum habebatur coniunctim alimoniam recipit, postea uero paulatim illam dentibus ruminat, ut ei in nutrimentum conuertatur. Circa, quod notandum est unum ex ijs, quæ Christiano uiro magis necessaria sunt, esse sacratissimæ Saluatoris nostri uitæ contemplationem, assiduam que aliorum cælestium mysteriorum cōsideratione. Atque hæc est causa, quare cum Dominus tantas Sansoni uires concessent, in capillis eius illas sitas esse uoluit quæ crinibus cū fortitudine similitudo est? Nunquid non sufficeret si brachia, siue alia corporis membra tanta fortitudine roboraret? Hoc utique admirabili prouidentia Dominus effecit. Nam, ut ait Diuus Hieronymus super illud Isaię dicentis. Et erit pro crispanti crine caluitium, per crines cogitationes designantur.

D

Luc. 11.

B

Hie. sup Isa. Isa. 3.

Vt igitur dominus significaret maximam animi fortitudinem in sanctis cogitationibus sitam esse, in crinibus Sansonis uires constituit Vultis fratres uos a diabolo non superari? Sanctis quidem meditationibus intendite, cogitationesque uestras in Deum erigite, & ideo dixit dominus discipulis suis. Vigilate, & orate, ut nō intretis in tentationem Hoc est, ne tentatione superemini. Quod si animæ uestræ his crinibus caruerint, facile diabolus uobis faciet, quod Philistæi Sansoni fecerūt Attendite quam crudeliter illum afflixerunt, ei oculos euellentes, molæque tanquam iumentum applicantes, ut illum deriderent. O quis tanta dicendi efficacia, atque eloquutione polleret; ut hoc sicuti se habet filijs huius sæculi penitus persuaderet. Vnde uobis prouenire arbitramini, quod cæci, & quasi ludibrium Sathanæ tanquā iumenta affrænatæ cupiditatis funibus, uoluptatis molæ deuincti sitis, nisi ex eo, quod sanctarum considerationum crinibus caretis? O quanto spiritus affectu hoc lamentabatur Hieremias propheta dicens. Desolatione desolata est omnis terra, quia non est, q recogitet corde. Aduertite quo modo uerba conduplicat, dicens. Desolatione desolata est, uidelicet, ut qta inter filios

C Iudi. 16.

Mar. 12

D

Hie. 12

A filios Adæ strages existat, amplius exaggeraret, nec uero contentus est dicere. Desolata est terra, ut quam uniuersale sit hoc malum significaret, quia non est qui recogitet corde. Non dicit, qui cogitet: nam quantumcunque homo sit malus aliquando tamen ei aliqua bona cogitatio aduenit: ueruntamen non recogitat corde, idest, non iterum atque iterum profunde cõsideret. Si ergo mundus propter considerationis defectum peruersus, atq; dissipatus est, si uobis remedium uultis adhibere a sancta consideratione debetis exordiri. Ex ea quippe Dei ardentissimum concipietis

B amorem, ueramque peccatorum pœnitentiam agetis.

Hanc suspicor esse causam, ob quam anima iusta toties in libro Canticorum sponsa uocatur. Nam quemadmodũ sponsa pulcherrimum atque amãtissimum habens sponsum, cum adhuc in amore sit tenera & recens, cuimq; amor in eius pectore in initijs maxime feruet, laborans, loquẽs, ac denique comedens semper illum consideratione recogitat, sibique illum adesse credit: uixque ab eo cogitationem semouere potest. Sic anima iusta sponsa dilectissima Christi Iesu omnem cogitationẽ

C suam in eo constituit, & illum semper in oculis ferens quasi, sui ipsius immemor eum assidua animi contemplatione meditatur. O quàm sui ipsius sæcularium que rerum immemor esset ille, qui Deum tam

Simile. ardenter amaret. Quemadmodum poma sacchàro cocta totum proprium saporem amittunt, totumque illud saccarum esse uidetur, sic anima feruentissimo Dei amore capta, nihil carnale in mente iam tenere uidetur. Cum igitur ita sit quòd sancta consideratio animarum nostrarum saluti nimium necessaria est, quomodo hanc sanctam considerationem, meditationem

D que fieri oporteat, nos sanctà mater Ecclesia docet, mysteria, quæ uno eodemq; die facta sint, diuidens atque disiunctim celebrans, quo nos non hæc solum sed alia et sacrosancta mysteria, quæ Deus propter nos operatus est, atque nunc etiam operatur, animi consideratione diuidere ac discernere nouerimus, ut sic maiorem in animis nostris operationem faciant. Dixit

Exo. 30. Deus Moysi, sume tibi aromata æqualis ponderis, & cum in tenuissimum puluerem contuderis, pone ex eo in tabernaculo fœderis. In quo significauit, quid nam a nobis fieri vellet, etenim aromata sunt superna opera, quæ diuinus Redemptor noster pro nobis operatus est, lachrymæ quas effudit, suspiria quæ protulit, sanguis quo peccata nostra diluit, corpus quod passum est, charitas denique ardentissima, qua mortem acerbissimam tolerauit, hæc (inquam) omnia pretiosissimus storax odoriferumque incensum, atque aromata fuerunt, quę æterno patri suo sufficit (idest thurificauit) illumque placauit. Super hæc uerba Exodi, quæ supra recensuimus, dicit

Origenes, quod quemadmodum storax cęteraque aromata nisi cõterantur, atque in ignem mittantur, nullum ex se odorem emittunt, sic nisi reparationis nostræ mysteria lentissimè ruminentur, atque assidua cõsideratione confriengantur, parum ex illis fructus, atque consolationis elicietur. Cum ea quæ filius Dei pro nobis operatus est, quæque tam uerbo, quam exemplo nos docuit, sint tot, tamque pretiosa aromata, quomodo tu ò vir Christiane illa simul gustare, coniunctimque contemplari conaris? Non sic utique, non sic, sed prius ea conteri oportet in pilo cordis tui, posteaq; in affectionis ignem immitti ut animam tuam amore inflamment, gratùque Deo sacrificium offeratur. Quæ post quam dentibus sæpenumero sunt attrita in stomachum emittuntur, maxime proficiunt, quæ verò integra & sine cõfractione deuorantur, officiunt, sicuti quotidiana experientia comperimus. Et sic dicitur, substantia festinata minuetur, quæ autem paulatim crescit, augebitur. Homo prudens ac sobrius non vult sibi coniunctos cibos apponi, sed ubi primum unus catinus aufertur, alterũ iubet afferri, sic oportet facere illum qui in diuinæ sapientiæ mensa manducat, ut ei omnia prosint, sed licet postquam unum mysterium considerationis dentibus contriuerit, illoque in Dei amorem fuerit exercitatus, alterum incipiat ruminare, neque ea simul deuorare uelit.

De hoc miraculo nuptiarum dicit D. Ioannes. *Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galileæ, & manifestauit gloriam suã.* Haec uaque æterno patri curæ fuit filij sui dilectissimi gloriam manifestare, Angelos qui in sacratissimo eius Natali concinerent, pastores ac reges, qui eum adorarent

Orig. (B); Simile. (C)

A rarét immittens, sanctum ac venerabilem Simeonem, laudabilemque Annam mouens, ut eum prædicarent atque laudarent, gloriosum Baptistam erudiens, ut eum digito demonstraret, atque spiritum Sanctum immittens, qui ei super Iordanem appareret, iubensque cælos aperiri, vocem deniq; suã emittẽs, cum diceret: hic est filius meus dilectus. Nec uero his omnibus contentus uerum animarũ Magister, mundiq; Redemptor proprijs operibus gloriã suam voluit demonstrare. Mirabile utiq; Christiano viro exemplum: etenim non solum contentum eum esse oportet testi-
B monio, quod de illo in sacrosancto Baptismate perhibetur, ubi filius Dei adoptiuus instituitur, sed simul operibus suis de
4. Ti. 4. se testimonium reddere debet, ut suum cœlestem Redemptorem imitetur. Hoc optime adimplebat Diuus Paulus, siquidem cum dixisset: repõsita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in
1. Co. 9. illa die iustus iudex. Tamen dicit, castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. In quibus verbis nos docuit & si nos prædestinatos esse certo sciremus, nihilominus tamen quantum est ex nobis
C nos laborare oportere, quasi hoc penitus nesciremus. Nã etsi prædestinatio non cadit sub merito: eius tamen effectus meritis cõparatur, quæ quidem est gloria, quã nullo vnquam tempore Deus nobis adultis concedet, nisi in eius seruitio laborauerimus, diuinamq; ipsius legem (sicut oportet) obseruauerimus. O quam bonum pietatis exemplum Sanctus Abrahã Ethni-
Gen. 23 cis, cum quibus morabatur, perhibebat, siquidem de illo dicitur quod cum uxori suæ Saræ sepulchrum emere uellet, ei responderunt Ethnici: audi domine princeps Dei es inter nos. Attendite quanto
D illũ honore afficiebant, cum eum dominũ ac Dei principem nuncuparent. Quod perinde est, ac si dicerent, adeo pure, atque syncere inter nos uixisti, tamque irreprehensibilem te præbuisti, vt non dubitemus quin sis unus ex præcipuis Dei amicis. princeps Dei, idest, pcipuus, ac princeps in diuino conspectu. Vt cognoscatis, quo modo nos inter proximos nostros viuere, qualeque de nobis testimonium illis per
Simile. hibere debeamus. Quemadmodum malum granatum decoris repletum granis ardentissimis in illud solis reuerberanti- A bus radijs medium aperitur, illaque rubicunda grana demonstrat, sic iustus ardentissimo Dei amore radiatus uiscera sua aperit, exterioribusque operibus interiores uirtutes, inflammatissimamque charitatem aperte manifestat. Etenim sicut inter omnes fructus malum granatum coronæ insignitum est, sic utique illa coronabitur, qui interiori atque exteriori sanctitate fulgebit. Vnde de anima sancta dici- Pro. 31. tur, quæsiuit lanam, & linum, & operata est cõsilio manuum suarum. Lineis interius, laneis autem uestibus exterius operimur. Et sic significat hic diuinus spiritus, ani- B mam sanctam non interioribus quidem virtutibus esse contentam, sed exterioribus etiam occupari atque illis extrinsecus exornari. De iusto etiam dicitur, super ip- Psal. 131 sum autem efflorebit sanctificatio mea, hoc est super eum tanquam flores sanctitates atque uirtutes efflorebunt.

Miraculum, quod dominus operatus est, quoque gloriam suam ostendit, fuit aquam in uinum conuertere. Et sufficit Beatum Ioannem illud scripsisse atque dixisse. *Hoc fecit initium signorum Iesus, & manifestauit gloriam suam*: quo ineffabiliter credatur hoc opus esse, quo Iesu Chri- C sti honor comprobatur &c. quod eũ naturalem Dei filium esse manifestat. Etenim nõ minus potentiæ requiritur ad vinũ ex aqua efficiendum, quam ad uinum ex nihilo creãdũ. Patet hoc exemplo. Si tu iubes sartori uestem efficere, neq; ei das pannum ex qua eam conficiat, ipse ex nihilo (inquit) nihil facere possum. Quod si di- Simile. cas, ecce lapidem, ex quo uestem efficias; pariter respõdebit, tam impossibile mihi est de lapide, quam de nihilo uestem conficere, sic etiam eadem potentia requiritur ad uinum ex aqua, quæ ad uinum ex nihilo faciendum. Siquidem igitur Domi- D nus hoc fecit, gloriam suam, seque uerum Deum esse demonstrauit. Et sic semetipsum celebri illo miraculo confirmans, suã sanctissimam doctrinam illius autoritate comprobauit, illaque tanquam irrefragabili sigillo obsignauit. Miserabile ẽ homines hæreticis credere, quorum doctrina nulli alij sigillo, neq; securitati innititur, nisi quod carnali consonat appetitui, & hoc solum sufficit illam in filiorum perditionis animos inducere. Quæ miracula operati

A operati sunt heretici, quibus suam perniciosam atque pestiferam doctrinam confirmarent, nisi quod carnales sunt, libertatemque amore, pœnitentiam autem odio maximo prosequuntur? Quanto magis, quanquam miracula ab eis fieri uideremus, adeo constantes in catholica sacrosanctæ Ecclesiæ fide persistere nos oportet, vt nulla possimus tentatione, aut controuersia remoueri. Tunc firmiter lapis parieti situs esse dicitur, cum ipsi artifices eisdem instrumentis quibus eum illic statuerunt, illum a pariete nequeunt amouere. Miracula fuerunt instrumenta, quibus

Simile.

B lapides (hoc est, credentes) in hoc sanctæ Matris Ecclesiæ ædificio collocati sunt, Apostolique fuerunt operarij, & artifices Dei, qui hoc ædificium construxerunt. Quod si per impossibile, ipsi nunc uenirent, nosque ab hac ueritate remouere, aliudque nouum illi contrarium prædicare uellent, licet miracula facerent, illos repudiare, nec eorum dictis assentiri deberemus. Hoc dicit Apostolus his uerbis, licet nos, aut Angelus de cœlo Euangelizet uobis præter quam quod Euangelizauimus uobis, anathema sit, sicut prædiximus, & nunc iterum dico, siquis uobis

Gala. 1.

C Euāgelizauerit preter id, quod accepistis, anathema sit. Ex quibus omnibus apparet, quam cæci hi miseri extiterint, cum se tam facilè decipi passi fuerint. Quæ omnia aliorum ingentium peccatorum (quibus inquinati erant) supplicia fuerunt. Illis enim anima disponitur, ut erroribus postea credat. Et sic dicit Diuus Paulus.

1. Ti. 1. Hoc præceptum commēdo tibi fili Timothee, ut milites bonam militiam, conscientiam habens bonam, quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. Ecce quomodo Sanctus Apostolus dicit, eo quod nonnulli bonaque bonam a se conscientiam expulerunt, fidei naufragium

D fuisse perpessos, quapropter fratres caueté, ne tanto uos periculo offeratis, bonam conscientiam habere curate, sicut hic Diuus Paulus admonet. Etenim hoc est præstantissimum conseruandæ fidei remedium, sicut etiam Dauid affirmat dicens, intellectus bonus, omnibus facientibus

Psal. 110.

eum. Quasi diceret, ecquis purum intellectum errorisque expertem in lege domini habebit? qui eam custodierit, qui uere, & ex animo Deo seruiunt, hi bonum, sanum que intellectum habebunt. Fides quippe hinc illuc salire uidetur, uultis fratres e fide e regione uestra discedat? manibus eam tenete, bonis illam operibus conseruate, estote pudici, mites, pacifici, mansueti, misericordes, & iniuriarum dimittentes his quippe manibus fides Euangelica retinetur. O quis satis digne uerbis explicare posset, quanti hoc nostra in his calamitosissimis temporibus referat, cum iam infidelitatem regnis nostris tam propinquam esse uideamus, & quasi aditum quærentem, quo in illa introeat, fidemque ab eis expellat, sicut ab alijs infelicissimis regnis eam relegauit, perspiciamus. O Deus æterne, atque incomprehensibilis pietatis, ecquid domine prodest, quod isthæc ego dicam, nisi tu uerbis meis efficaciam conferas, atque illa in horum fratrum meorum cordibus imprimas? Per tuam ineffabilē clementiam te deprecor domine, vt hæc mea (licet rudis, atque imperita lingua) instrumentū sit tuum, quo istos fratres meos ad hæc, quæ eos tuo nomine exhortor, facienda commoueas. B

In his nuptijs, quæ in Cana Galilææ celebratæ sunt, dicit Sanctum Euangelium, sacratissimam Virginem Mariā dominā nostram extitisse. Ex quo quidam sentiūt inferunt, quod siquidem (cum tam pudica, atque modesta uirgo sanctissima esset) illic aderat, absque dubio nuptiæ illæ aliqua ex parte ad eam pertinebant, & ita communiter habentur fuisse sancti Ioannis Euangelistæ, ex quibus eum sanctissimus Saluator mundi uocauit. Nam ut ille erat Aquila, uoluit eum cito docere, quomodo ei uolandum esset primusque ipsius uolatus fuit ex coniugali thalamo ad Euangelicæ perfectionis sectationem. O quam admirabilis uolatus, ó quam optimum initium, etsi difficillimum? Nō enim sunt modici, nec debiles compedes ad homines detinendos, eorum sponsæ, nec nimium fragile uinculum est homini uinciendo carnalis matrimonij uoluptas. Dixit Deus, quamobrem relinquet homo pattē suum, & matrem suam, & adhærebit vxori suæ. Nunc autem homines, ulterius progressi sunt, nam pro uxoribus suis uiri non solum patrem, & matrem, sed etiam Deum ipsum relinquunt, idcirco qui eas prorsus reliquit, uehementer uolauit. Maximus uolatus est fugere quod omnes diligunt, C D

Gene. 2.

A gunt, illudq; sequi quod omnes effugiunt, quæ est austera, religiosaque uita. Maximum miraculum fecit rex gloriæ in illis nuptijs aquam in uinum conuertens, sed præstantissimum etiam nimisque mirabile opus effecit, sponsum sine cordis dolo-
Simile. re, atque amaritudine Virginem a coniugali thalamo subtrahens. Optimus esset molarum auulsor, qui absque carnis eradicatione, absque dolore, & ferri manusve tactu, sed solo uerbo molã euelleret. Qui sine dolore sponsum ab sponsæ consortio separauit, suam admirabilem potentiam satis apertè demonstrauit, seque a terre-
B stribus huius sæculi rebus corda euellere nosse comprobauit. Voluit autem dominus Diuum Ioannem purum, ac Virginẽ a mundo eripere, quia sacratissimæ Virginis Mariæ Matris suæ minister, & capellanus futurus erat. Atque etiam, ut plus in eo dispositionis existeret ad reuelationes, quas se ei demonstraturum esse decreuerat, & ut maiores in eo amoris sui effectus
Pro. 22. imprimeret. Scriptum est enim, q diligit cordis munditiam, propter gloriam labiorum suorum habebit amicũ regem. Cumque gloriosus hic uir Virgo, mundusque cordis extiterit, eius opera, & uerba cœle-
C sti regi Iesu Christo gratissima fuerunt, & pp illam cordis puritatem peculiari eum amore dilexit. Non solum autem eius uerba Deo gratissima fuerunt, sed uniuersæ etiam Ecclesiæ utilissima extiterunt. De quibus merito dici potest illud quod (etsi ad aliud propositum) dixit Dauid, sagit-
Psal. 119. tæ potentis acutæ. Eius enim uerba sagittæ quædam acutissimæ fuerunt aduersus hæreticos, atque hæreses, quæ in hoc sæculo surrexerunt, sagittam quippe primam emisit dicens; In principio erat uerbum, qua illos prostrauit, atque destruxit,
Ioan. 1. qui filium Dei in tempore incepisse prin-
D cipiumque habuisse dixerunt. Aliamque sagittam immisit dicens, & uerbum erat apud Deum. Hoc est filius, non est pater, sed est in patre atque illa Sabinum hæreticum dissipauit, qui nullam in diuinis personis distinctionem, neque differentiã esse dicebat. Aliã sagittam coniecit dicens & Deus erat uerbum, qua Arrium constrauit dicentem, filium patre esse minorem, neque Deum esse. Aliam sagittam proiecit dicens, omnia per ipsum facta sunt; qua Manichæum euertit, affirmantem res uisi-

biles a Deo non fuisse creatas. Aliam de- A
nique sagittam emisit dicens, & uerbum caro factum est; Apollinariumque hæreticum destruxit, qui asseuerauit corpus Christi esse Deitati consubstantiale, hac etiam sagitta Valentinum hæreticum disperdidit, qui dixit Christi carnem fuisse de cœlo. Admirabiles sagittæ fuerunt hę ad sacrosanctam Dei Ecclesiam protegendam. De his possumus dicere, quod dixit
Dauid, Beatus uir, qui impleuit deside- Psal. 126.
rium suum ex ipsis; nõ confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta. Et in Hebræo contextu habetur, beatus uir, qui
impleuit pharetram suam ex ipsis. Per pharetram mens, & intellectus significatur, B
quem qui his diuinis uerbis huius sacri Euangelistæ plenum habuerit, quiq; ex corde illas dilexerit, ab hostibus suis hæreticis non superabitur, neque confundetur, quando cum eis in porta Ecclesiæ (quæ est fides) disputauerit.

Vocatus est autem Iesus, & discipuli eius ad nuptias. O fœlices nuptias, quibus Iesus Christus filius Dei, eiusque sanctissima mater adest. In nuptijs autem huius miseræ tempestatis plerumque scurræ, garrulatores, perditique homines re-
periuntur. Florebit amygdalus, impin- C
guabitur locusta, & dissipabitur cappa-
ris. Amygdalus insipiens est dominus Eccl. 12.
quidam huius sæculi, qui uanitatum secularisque gloriæ flores producit, plurimas uestium inuentiones proferens, conuiuiaque omnibus epulis refertissima celebrans. Locusta uero nullius utilitatis, maximique detrimenti animal, quod omnia dissipat, nec in uno loco diu persistit, sed hinc illuc semper insultat, est scurra, atque adulator, & hæc est locusta, quæ amygdali floribus impinguescit. Vt autẽ hi pinguescant, & uanis suis pompis, ac ua-
nitatibus floreat amygdalus capparis dis- D
sipatur, per quam infimi atque abiecti agricolæ, ac subditi significantur, quos magnates destruunt, eorumque bona diripiunt, ut suis immoderatis sumptibus satisfaciant. Nunc autem plus est deplorandum, circa hos nimios nuptiarum sumptus, quam pristinis olim temporibus, cũ quia nunquam tam immodici extiterunt, tum etiam, quia quondam principes atque potentes tantummodo his conuiuiorum
sumptibus utebantur. Vnde Salomon la- Eccl. 10.
men-

A mentabatur dicens: Væ tibi terra, cuius principes mane comedunt, Quid? an ne. tantum malum est mane comedere? Non credo illum tam de hac comestione loq, quam de altera perniciosiori. Vult dicere, væ terræ cuius principes statim in initio diei, uitæ suæ patrimonia sua ludēdo atq; edendo cōsumunt, ubi primum primogenituram hæreditant, adeo ludere festināt, & tam immodicos faciūt sumptus, vt omni uitæ suæ tempore pauperes ac perditi maneant. Et sic necessitate oppressi plurimas subditis suis iniurias inferunt, & vix opera misericordię possunt exercere. Ecce
B quomodo Salomon solos principes, terramq; vbi habitant, lamentabatur.

Nunc autem non solum dicere possemus, væ tibi terra, cuius principes mane comedūt, sed etiā, væ tibi terræ cuius omnes habitatores mane comedunt, siquidē hæc est adeo vniuersalis ærumna, ducit adolescens artifex uxorem, & trecenti aurei illi dote donantur, quorum centum sponsa induenda, centum in se exornando, & reliqua centum in nuptiis præparandis consumit; & ita nisi uterque illo anno moriatur, aut eleemosynas mendicaturi sunt, aut miser adolescens tot illicitas
C conuentiones, usurariosq; contractus initurus est, ut Deum offendat, ac demum in carcere summa cum paupertate moriatur. Væ tibi miseræ terræ, cuius omnes habitatores in initio cum statutam uiuendi rationem suscipiunt, ad complura peccata perpetranda disponuntur, in horum utique nuptiis non credo Deum esse conuiuam, sed Dæmonem potius, qui eos ad tot, tantosque sumptus ac prophanitates faciendas stimulat. Fratres in Christo Iesu ego vos deprecor, ut attēdatis uos Christianos esse, arctissimamque istorum omnium Deo rationem esse reddituros: in omnibus, quæ feceritis sacri Euangelii le-
D gibus gubernamini, sicut oportet, Et sic semper unigenitus Dei filius hospes, atq; conuiua uester erit, quem si habueritis, pa-
Ioa. 14. ter etiam, ac Spiritus sanctus vobis aderit: sicut ipse Dominus promisit, dicens; Ad eum veniemus, & mansionem apud eum
Isa. 16. faciemus. Etenim omnes istæ uanitates ex elatissima superbia dimanant, quæ Diuinæ Maiestati infert iniuriā. Et sic vbi nos legimus, Audiuimus superbiam Moab, superbus est ualde, superbia eius & arrogantia eius, & indignatio eius plus quam A fortitudo eius. Quæ verba illis undique quadrant, qui præ nimia animi elatione ampliores sumptus facere uolunt, quam eorum substantiæ atque diuinæ patiuntur. Hic transtulerunt septuaginta interpretes. Audiuimus iniuriam Moab, contumeliosus est ualde. In quo manifeste ostenditur superbiam per antonomasiam Dei iniuriam nuncupari, & superbos ualde cōtumeliosus appellatur. Et credite mihi, nisi uos in meliorē frugē receperitis, quādo minus existimabitis, Deus de uobis supplicium sumet.

Nec uero supernus his Saluator nuptiis B adest, quæ cum debita animi intentione nō fiūt. Quod ut melius intelligatis, oportet uos animaduertere obstupendum casum, quem diuinæ literæ ferunt. Dicitur Sara filia Raguelis septem uiris in matrimonium tradita fuisse, omnesq; illos interijsse, quia Dæmonium occidit eos. Admonē, quę Angelus Raphael Tobiam iuniorem, ut eam in uxorem duceret, & ne a Tob. 6.
Diabolo sicut & alij occideretur, dixit ei: Audi me, & ostendam tibi qui sunt qbus præualere potest Dæmonium, hi namque qui coniugium ita suscipiunt, ut Deum a se & a sua mente excutiant, & suæ libidini C ita uacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, habet potestatem dæmonium super eos. Ne igitur & sanctus iuuenis illam ducens a diabolo necaretur, illud admonuit, ut sanctas quasdam diligentias prius adhiberet, & postea (inquit) accipies virginem cum timore Domini, amore filiorum magis, quam libidinis ductus, ut in semine Abrahę benedictionem in filijs consequaris. Animaduertite, si hæc fratres non enim sunt fabulæ, sed textus sacræ scripturæ infallibilis veritatis, atque hinc discite quo animo uxores ducere debeatis, quiq; iam uxores habetis, quomodo uobis coniugalibus uoluptatibus utendum sit. O Deus quanta circa hoc in sancta Dei ecclesia uersatur abominatio. Etenim maior pars iuuenum plus attentionis, ac considerationis non habent, quam bruta animantia, nihilq; aliud quam pulchritudinem, uoluptatem, utilitatemque considerant, fili dicis, domine duc illam fœminam in uxorem, quia illi deum cus es, statim respondet, ò pater est informis & pauper. O infœlix iuuenis nunquid nō D

 est

A est maius inconueniens te Deum offendere atque in infernum detrudi, quam informem, pauperemque ducere vxorem? maxime vero cum eam dotoraueris? Non utique hæc filij perditionis intelligũt. Neque vero eorum parentes quicquam aliud cõsiderãt, nisi ubi diuites reperiet, quibus liberos suos matrimonio coniugãt. Vult quispiam filiam suam uiro tradere, eum quo perquirit, qui locupletissimus, nõ autem qui optimus sit, dummodo repletam nummis habeat crumenam perditissimũ ac flagitiosissimumquemque in generum suscipiet. Ideo quippe destructus, sceleri-

B busque oppressus est mũdus, nam quales liberos gignet hic lusor, ac populorũ euersor? Dignum utique est, quod sanguineis lachrymis deploretur, quod ad equas uestras foecundas optimum & præstantis generis equũ, quid autem dicam ad equas? imo ad canes etiam, vt ex illis optimi catuli venatorij oriantur, omnes quos potestis modos exquiritis, liberis autem uestris nõ optimum quidem, sed locupletissimum quemque suscipitis. Aliter quidem fecit patriarcha Abraham, qui cum filio suo Isaac uxorẽ traditurus esset, dixit seruo seniori domus suæ. Pone manum tuam subter foemur meum, ut adiurem te per dominum

C Deum cœli & terræ, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chananæorum

Gen. 24

sed ad terram, & cognationem meam proficiscaris, & inde accipias uxorem filio meo Isaac. Plurima hic nobis notanda occurrunt, primum sanctum Abraham uxoris filij sui electionem non insano quidem iuueni, sed maturo iam seni Deumque timenti commendasse, nunc autem adolescentes stulti coniugia moliuntur, qui quanti ponderis ac momenti rem tractant, penitus ignorant, atque etiam sæpe numero lelonibus interpositis coniugia

D sua negotiantur. Secundo animaduertendum est, seruum diligenter admonitum fuisse, nequaquam filio suo Chananæam traderet uxorem, omnes enim erant maledictæ, plurimisque abominationib. plenæ. Neque uero ei iussit, ut decoram diuitemve fœminam eligeret, sed solummodo cu rarct, ut quã filio suo accepturus erat vxorem, esset uirtute prædita. Tertio attendite patris solicitudinem in quærenda filio suo uxore, neq; enim filius eam quærebat, sed illam accepit, quã sibi pater tradidit.

A Pergit igitur seruus in Mesopotamiam ad urbem Nachor, quo ut accessit, sicut seruus Dei dominum uxoratur dicens. Domine Deus domini mei Abraham occurre obsecro mihi hodie, & fac misericordiam cũ domino meo Abraham. O si coniugia uestra fortiente spiritus affectu Deo commendaretis, quam dispatem haberet exitum, atque habent. Verum adeo horũ omnium obliti estis, ac si Ethnici essetis, neque Deum in patrem habueritis. Facta oratione cõuenit eũ Deo prudens seruus, & dicit: Puella cui dixero, inclina hydriã tuam, vt bibam, & illa respõderit. Bibe, quin

B & camelis tuis dabo potum, ipsa est quam præparasti seruo tuo Isaac. Et per hoc intelligam quod feceris misericordiam cum domino meo. Ecce quam conformis erat famulus uoluntati Abrahæ, etenim nõ dicit, quam pulchriorem, ditioremve perspexero, sed quæ maiori in me, seruosque meos usa fuerit charitate, hanc intelligam esse, quam tu præparasti domino meo. Vt autem ad bonum respexit, eam nõ solum virtute, uerum & pulchritudine etiam ac uenustate præditam reperit. Etenim sic solet accidere, quod quando duntaxat honestam, misericordem in pauperes, uirtutisque studiosam uxorem quæritis ad seruiendum melius Deo. Diuina ipsius maiestas

C sic res disponit, ut utrumque reperiatis. Quando autem ad corporalia tantum respicitis, Deus permittit, ut neutrum inueniatis, sed quam sicut stellas pulcherrimam esse ducebatis, post triduum informis tanquam phantasma efficiatur. Per reuerentiam Dei uos deprecor dilectissimi fratres, vt in hoc coercamini, quod per magni uestra interest, lõge quippe a uia ueræ uirtutis aberratis, nec uerba illa obliuioni tradatis, quæ angelus dixit Tobiæ, quæ valde notabilia sunt, maximeque illa posteriora videlicet, accipies virginẽ cum timore Dei,

D amore filiorum magis quam libidinis ductus, ut in semine Abrahæ benedictionem in filijs consequaris. Hoc est, ut tales filios habeatis, quos quicunque uirtutis studiosissimos esse perspexerit, dicat. Benedictus pater, qui eos genuit, & benedicta mater quæ illos peperit. Hoc est benedictionem in filijs cõsequi. Hoc ualde admiror, quod cum in unaquaq; Republica sint singulorum artium, officiorumq; examinatores, alius enim tonsores, alter sartores, alius

sutores

Asutores examinat, nullusque antequã examinis literas habeat, officinam possit instituere, eorum uero qui uxorẽ ducturi sunt, nullus adsit examinator. Nũquid arbitramini uxorẽ habere, nõ esse officiũ? est utique maximũ, atq; grauissimũ. Quare igitur uiri anteq̃ matrimonium contrahant, non examinantur, utrum ea norint, quę ad uxorẽ habendã, ad familiã conseruandam, atque erudiendã, ad rem domesticam moderandã, ad liberos educandos diuinumq; timorem erudiendos spectant? Siquidem autem præpositi reipublicæ nullam harũ rerum curam gerunt, uos patresfamilias filios uestros erudire tenemini, quo aio uxores ducere debent, & reliqua, q̃ eos facere oportet præcipueq; fidem, quam uxoribus suis seruare, amoremq; quo illas diligere debent. Diciteq; illis: Attende fili, quod cum Deus uellet Adæ uxorem tradere, non eam ex pedibus, aut ex capite abstraxit, sed ex costa ipsius, nam uxorem sociam, non aũt ancillam, neq; dominam esse oportet. Filiabus aũt dicite: Animaduerte filia primã mulierem ex osse fuisse formatam, ut significaretur mulierem, pudicam, & castam esse debere. Illud autem os erat costa recurua, debet enim fœmina humilis esse, & modesta, non autem dissoluta, neq; elata, ex interiori parte fabricata est, quia mulierem clausura, atque pudicitia oportet oblectari, oẽs quippe uirtutes in impudica fœmina millies periclitantur. O quot malis obuiaretur, & quot bona fierent, si parentes liberos suos isthæc accuratè docerent. Sic enim eorum matrimonia, & nuptiæ a diuina manu adiuuarentur, cælestiq; ipsius gratia replerentur, qua æternæ gloriæ beatitudo comparatur. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

B C D (marginal letters)

IN EADEM DOMInica Secunda, post epiphaniam.

Concio Secunda.

Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, &c. Ioan. 2.

1. Co. 7. GLoriosus Apostolus Paulus Virginitatem maxime commendat, eiusq; utilitatis rationem reddit dicens: Mulier innupta, & uirgo cogitat, quę domini sũt, ut sit sancta corpore & spiritu, quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat uiro. Maximum equidem bonum est sancta consideratio, siqui dem sanctus Apostolus uirginitatem laudat, quia qui ea floret, plus habet temporis, ac dispositionis, ut se diuinarum rerum contemplationi tradat, qua interiorem, exterioremque sanctitatem dicit. Vt sit (inquit) sancta corpore & spiritu. Nam etsi honor, atque opinio sæpenumero efficit, ut curemus boni exterius apparere, interior tamen splendor, animæque synceritas assidua diuinarum rerum consideratione acquiritur. Quemadmodum enim cera fulua sæpius soli exposita paulatim albescit, & quanto diutius solis radijs illustratur, tanto candidior efficitur, sic anima diuino præsentata conspectui per spiritus eleuationem, purior, atque candidior in dies redditur. Et ita dicit: Ecclesiasticus. Qui timent Deum præparabunt corda sua, & in conspectu eius animas suas sanctificabunt. Quid clarius dici poterat, aut quæ maior laus in sanctam meditationem conferri poterat? Ideo iure optimo dicit Dauid, Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum, & sic Felicianus Episcopus cogitationes prunis accensis confert, quæ si breui tempore manu apprehendantur, parum in ea impressionis efficiunt, si uero diutius teneantur, comburunt. Quamobrem unũ ex ijs, quæ Christianis uiris crebrius prædicari oportet, est, ut quantum uniuscuiusque statui possibile fuerit, sanctis semper cogitationib. intendant, & in cælestiũ rerũ consideratione, eas persentire, ac gustare curẽt. Atque hoc est unum ex argumentis, quibus quanti hoc nostra intersit, comprobatur, scilicet, quod cum pœnitentialia opera multo difficiliora, & laboriosiora sint, quam sanctæ orationis exercitatio, multo tamẽ maiorem repugnantiã sanctæ orationis exercitia habent, quam pœnitentialia opera. Vnde facilius reperientur uiri acerrimæ pœnitentiæ deditissimi, quã qui assiduæ diuinarũ rerum considerationi crebræque orationi incũbant. Ex quo apparet; Dæmonium hæc opera magis, quam illa timere, atque ita diligentius ea tanquam intentioni suæ magis

Marginalia (right): A; B Simile.; Eccle. 2.; Ps. 118. C; D

A contraria propter maximos, atque uberrimos fructus, quos ex illis Christiani elicere possunt, diligentius impedire. In sanctorũ Patrũ historijs legitur, monachũ quendã maxime in cubiculo suo contristari, eiu'q; solitudinẽ illi grauissimã esse cõsueuisse. Cuius cũm a longæuo quodam patre interroganti ille respondit dicens: Huius causa est fili, quia corporũ resurrectionẽ, nunquam perspexisti, neque tormẽta quibus damnati in inferno cruciãtur, uidisti: quæ si uidisses, & si cubiculum tuũ plenũ esset vermibus, qui corpus tuum vndique lacerarent, nẽ pedem quidem ab eo uelles
B subtrahere. In his uerbis significauit uenerabilis ille senex, monachum illum iuuenem non esse considerationi diuinarumq; rerum contemplationi deditum. Etenim hæc, quæ ille dicebat, certũ est in hac uita non posse uideri, veruntamen assidua animi consideratione spiritui possunt proponi, vt id quod in nobis operarẽtur si ea nostrismet oculis cerneremus, idem in nobis illa profunde considerantibus operentur. Harum aũt aliarumque similium rerum considerationem in piorum hominum cordibus nimiũ operari, patet ex illis uerbis, quæ in lib. Iosue de filiis Israel dñr,
C seruiuit Israel domino cunctis diebus Io-
Iosu. 24 sue, & seniorum, qui longo uixerant tempore post Iosue, & qui nouerant oĩa ope-
Iudic. 2. ra domini, quæ fecerat in Israel, & postea sequitur. Omnis autem illa generatio congregata est ad patres suos. Et surrexerunt alij, qui non nouerãt dominum, & opera quæ fecerat cum Israel. Feceruntque filii Israel malũ in conspectu dñi, & seruierũt Baalim, & dimiserunt dominũ. Per ineffabilẽ Dei charitatem uos deprecor fratres, vt ad hæc animaduertatis, etenim quãdiu filii Israel diuina Dei beneficia memoria tenuerunt, Deo seruierunt, ubi primum ve
D ro illorũ cõsideratio defuit, eum derelique runt, seque ad idola contulerũt. Vt quanti nostra intersit sancta consideratio cognoscatis, dicitur Angelũ sancto Esdræ dixisse
4. Esd. 4 vade pondera mihi ignis pondus, aut mensura mihi flatum uenti, aut reuoca mihi diem, qui pretenijt. Et quanuis hæc materialiter sumpta impossibilia sint, omnia tñ quodammodo consideratione cõplentur, illa. n. efficit, vt præterita beneficia homini præsentia uideantur, illa ventum, quæ est vitæ breuitas, demetitur, illa denique gehennalis ignis terrorẽ, grauitatẽq; perpendit. Quæ tria necessario maximam in humano corde operationẽ facere debent. Vt autem hęc consideratio fit utilior, nos sancta mater ecclesia diuina mysteria celebrandi modum dedit, & quomodo non in eis habere debeamus instituit.

Nã hoc miraculum, quod sancti Euangelij lectio hodierna recenset, in ipso Epiphaniæ die factum est. Illud illinc segregans hodie nobis in memoriam reuocandum seruauit. In quo nos docet, quam peculiariter, quam minutim, quamque diuisim, ac lente singula quæque diuina mysteria debent pensari. Idcirco alia ab aliis B tantopere separauit. Verum prob dolor, quã lente obscœnarum ac turpiũ huius sæculi rerum considerationi homines intendunt, & quam velociter, & quasi per transennam saluationis suæ negotia contemplantur, quasi illa per magni, isthæc autẽ parui aut nihili eorũ interessent. Ideo Ec- Eccl. 13. clesiasticus dixit. In ore fatuorum cor illorum, significans, quemadmodum nihil in homine magis publicum est, quam os, sic in fatuis atq; insensatis hominibus nihil patentius, atque apertius corde reperiri. Vineam custodiunt, thecam septem clauibus occludunt, crumenam duos habentẽ C obolos uiginti nodis implicant, miserum tantum cor in eis apertũ remanet, ut quicunque qdlibet ferens quauis hora, quod uoluerit confecturus introeat. O stulti rẽ tã pretiosam, sicut cor in tam periculoso loco, sicut ore collocatis? cũque maxime curetis ne domos uestras suspiciosus quisquam damnum aliquod vobis illaturus ingrediatur, in corda uestra turpes atq; iniquas cogitationes ingredi, & in e.s quãdiu uoluerint demorari sinitis cum animabus vestris tam perniciosæ sint? Deus uos illuminet, quo tantum malum cognoscatis, eique remediũ adhibeatis. Inter seruitia, D quæ Salomon nimis odibilia Deo esse di- Pro. 6. cit, unũ est, cor machinans cogitationes pessimas, & sic uitium hoc seuere a Deo puniri consueuit. Atque ita ubi nos legimus, uisitabo sup fructum magnifici cordis Regis Assur, Septuaginta interpretes verterunt, uisitabo sensum, & mentem magnã Regis Assur. Hoc est vanas, superbasque Regis Assur cogitationes puniã. Qd Isa. 10. si Deus, & merito quidem hoc in Ethnico rege castigat, quanto dignius de Christianis.

A nis uiris, quibus tantum sui splendorem communicauit, propter elatas ipsorum cogitationes supplicium sumet? Fratres dilectissimi per uiscera misericordiæ Dei nostri uos deprecor, ut corda vestra omnimalæ cogitationi claudatis, quod si per negligentiam aliqua introierit, eam statim procul expellatis. Solis autem sanctis cogitationibus, diuinarumque rerum considerationibus corda patefacite, illasq; in eis sinite lentissime commorari.

Postquam gloriosus Euangelista hoc miraculum commemorauit, dicit. *Hoc fecit initium signorum Iesus, & manifestauit B gloriã suã.* Vniuersa opera, quæ Deus quotidie facit mirabilia sunt, omnesque creaturæ non solum ad diuinæ ipsius Maiestatis cognitionem, sed ad singularem etiam ipsius amorem nos perducere deberẽt. Et
August. ita dicit Diuus Augustinus, cœlum, terra, & quæ in eis sunt, omnia mihi dicunt, ut diligam te Deus meus. Omnes hæ creaturę sunt linguę quædam, quæ nos uocibus suis ad conditoris sui laudem exhortãtur.
D. Aug. hom. su. Ioan. 6. Etsi (vt ipse Beatus Doctor Augustin. ait) miracula Dei, quibus totum mundum regit uniuersamq; creaturam gubernat, assiduitate viluerunt. Atque etiam q̃a homi-C nibus peccatorum nebula super mentis oculos est imposita, qua impediũtur, quo minus Deum in creaturis inspiciant. Auarus omnes creaturas in thesauro adaugendo uellet occupare. Hõ libidinosus omnia sibi ad turpitudines suas committen-
Ro. 12. das ministrare cupit. Quando ante oculos rubrum vitrum proponitis, omnia uobis rubicunda uidentur, quod si uitrum sit viridis aut fului coloris, omnia vobis eiuidẽ speciei repræsentantur. Sic proposita ante animum deprauatum peccandi affectu, omnia uitij colorem uidentur assumere: musicã, suauemque concentum, quem au-D dis, pecunias quas habes, cibos quos comedis, hęc omnia te ad carnales uoluptates inuitare existimas. Ob id etiam quotidiana Dei opera, admirabilisque creaturarum compositio mẽtem nostram ad diuinum spiritum non eleuant: atque ideo necesse fuit Deum aliqua opera extra communem naturæ cursum efficere, quæ nos ad infinitam ipsius magnitudinem atque potentiam cognoscendam, diligendamq;
Simile. commouerent. Quod hoc exẽplo cognoscetis. Alit pater filium, omniaque illi necessaria suppeditat, puer autem omnia il- A la sibi iure deberi putat; si autem pater ei drachmam ad ludendum porrigit, illa magis exultat, ardentiusque ad patrem diligendum atque illi obediendum, quam communibus alimoniæ sumptibus concitatur. Sic sumus homines, etenim maius est uniuersum mundum pane ac vino ali, quam parum aquæ in uinum conuerti. Hoc tamen, quod extra ordinariũ est, nos ad Dei cognitionem atque amorem efficacius excitat. O ineffabilem Dei probitatem, quot modos exquirit, quibus nos ad se alliciat. Hæc considerans Beatus August. B Augustin. dicebat; Domine quid sum, quia iubes me diligere te? Quis (inquit) sum ego, aut quid tibi ex me prouenire potest, quia tot modos ac rationes exquiris, vt me ad tui amorem adducas? quid hoc tua interest Deus meus? perspicuum est vtiq; tua nihili, mea autem maximi interesse, ex quo tuus in me amor ardentissimus, saluisque meæ desiderium maximũ manifeste perspicitur.

Dicit igitur sanctum Euangelium. *Nuptiæ factæ sunt in Chana Galileæ. Vocatus est & Iesus, & discipuli eius ad nuptias.* O Christe lachrymarum amator, vereq; voluptatum contemptor, ac supernæ pœnitentiæ prædicator, quomodo te in nu- C ptias confers? Regiæ personæ tuæ grauitatem deducere uidetur hisce rebus adesse. Dico dominum hoc diuina prouidentia fecisse, uidelicet, vt malignantium hominum tolleret offendicula, quo liceret in similibus locis sanctos, spiritualesque viros esse perspiciant, de illis male non iudicent, imo illic cernuntur quales sint spiritales viri. Etenim in concione, aut in missa lachrymari, spiritusque affectum habere bonum est, verum in his temporibus spiritualibus spiritum habere non est D mirum, in nuptiis autem atque conuiuiis quenquam se spiritalem prębere, hoc est maximi æstimandum, in plateis & conuersationibus Christianam grauitatem ostendere, hoc est laude dignissimum. Quapropter eũ in talibus locis viros iustos viderit, considerate illos eo se cõtulisse, vt alios ad Deum laudandum, eique seruiendum inflammẽt. Et sic verba illa, quæ sapientia de se ipsa dicit. In plateis sicut cynnamomũ, & balsamũ aromatizans odorẽ de Eccl. 24 di ad literã intelligenda sunt, q̃ hæc operatur

A ratur sapientia meis, in quibus vere habitat, vnde legitimus sensus horum verborũ est, quod iusti, qui a sapientia gubernantur, in prophanioribus locis, atque ubi plures sunt peccati occasiones, illic suauissimũ præbent boni exempli ac pietatis odorẽ. Ideo ne scãdalizemini cum iustũ in foro, siue in conuiuio uideritis: ibi enim quasi balsamum redolet, atq; est medicina quædam præseruatiua, ut illi qui ibi sunt Deũ non offendant. Atque etiam voluit dominus his nuptiis interesse, illasq; autoritate sua comprobare, primum in eis miraculũ faciens, ut spem coniugalibus uitijs præbe
B ret, quod si matrimonio bene vsi fuerint, nõ solum in hoc sæculo per gratiam illum socium, hospitemque habebunt, verum eius etiam consortes in cęlestibus mãsionibus
1. Ti. 2. efficientur. Dicit Beatus Paulus. Saluabitur mulier per filiorum generationem, si permanserit in fide, & dilectione, & sanctitate cum sobrietate. O quam cęlestis ac necessaria doctrina, quod nuptę mulieres nouerint quid eas facere oporteat ad cælestẽ beatitudinem cõsequendam. Valde autẽ notandum est Sanctum Apostolũ, non dicere mulieres esse saluandas propter liberorum educationem, aut quia eos in diui
C no timore instruxerunt, quo melius Deo seruirent, sed per filiorum generationem, vt intelligatis ex ijs etiam, quę vobis obscœna atque inhonesta videntur meritũ, spiritalemq; salutem elici posse. Maxima profecto est hæc sancti Apostoli ponderatio, maximamq; coniugibus affert consolationem. Nam si ex cõiugalibus uoluptatibus meritum potestis elicere, quãto maius ex matrimonij oneribus æquo animo toleratis, atq; ex assidua diligentia in familia vestra diuini timorem amorẽq; erudienda præmium percipietis? Verum animaduertendum est Sanctum Apostolũ postquã dixit saluabitur mulier per filiorũ genera
D tionem, addidisse, si permãserit in fide. In
Mat. 15 fide (inquam) non solum Deo, sed etiã viro suo debita, de qua sũma ueritas dixit. Erunt duo in carne una. Sin autem fuerit inter eos diuisio, adimplebitur, quod eadẽ ueritas dixit. Duo erũt in lecto, & unus as
Mat. 22 sumetur, & alius relinquetur, hoc est, quia sunt duo, quia sunt diuisi, quia non sunt una caro. Dicet, quippe Deus vni, hic est meus: diabolus aũt dicet, alter est meus, ego illum mecum deducam. Quamobrẽ

Deo, vinisque vestris fidem obseruate. Et A dilectione, inq t. Etenim nõ solum in Dei charitate, sed in proximorum etiam, maximeque in uirorum uestrorũ dilectione perseuerare debetis, atque etiam in sanctificatione. Diuus Chrysostomus super hũc Chrysost. locum nuptis fœminis cõsulit, ut si per totum uitæ suæ tempus uiros suos in sui dilectione uelint conseruare, eos sanctitate, honestate, atq; uirtute ad se curẽt allicere. Nam si uir tuus te propter honestatem ac quo uirtutem amore complectitur, etsi senescas, pulchritudinemque amittas, semper tamen tui amore permanebit. Sin autem illum facis, ac ficta pulchritudine B hoc facere conaris, quamuis te quandiu es adolescentula decora, uarijsq; uestibus exornata diligat, postquam tamen isthæc amiseris, illico te oderit. Ideoque dicit Sanctus Apostolus. Si permanserit in dilectione, & sanctificatione. Postea uero addit cũ sobrietate. Hanc autem sobrietatem obseruare debet, nimis modestam, atq; coarctatam se coram uiro suo prębens, non au Gen. 24 tem dissolutam quasi meretricem. Cum sancta Rebecca ad nubendum Isaac ueniret, illumq; a longinquo in occursum suũ venientem perspiceret, tollens cito palliũ operuit se. Mirabile utiq; non propter se C uum senem, propter unum autem suum iuuenem operitur. Hic maxime exaggeratur compositio, pudicitia, atque honestas quam mulier nupta coram suo viro iuuene habere debet, adeo ut vir eius vultũ ui Cant. 2. dere desideret. Dicit sponsus sponsæ. Ostẽ de mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Tam pudicam, ac perinde nuptam oportet esse adolescentulam, ut opus sit uiro eius hæc illi verba dicere. At quan quã modo nõnullæ non sunt tã modestę, neq; pudicæ, necesse tamen est earum uiris eis dicere. Ostẽde mihi faciem tuam. Nam uix unqnam naturalem eis faciem ostendunt, etenim semper super impositis D coloribus, ac medicaminibus illam insculptam atque fucatam gerunt. O quam miserabile est uisu quod hodie circa hoc agi Matt. 5. tur in orbe terrarum. Dixit dñs. Non potes (scilicet tu ò homo) vnum capillum al- Matt. 6. bum facere, aut nigrũ. Et alibi dixit. Quis autem uestrum cogitãs potest adijcere ad staturam suã cubitũ vnum? Hæc aũt, quæ humanæ potentiæ impossibilia sunt, colorum, crispationum, sublimiumque calcia-

tiuum

A tiuum artificijs atq; fictionibus, mulieres possibilia reddere conantur, quæ oīa parū spiritus, parū humilitatis, ac parū sanctitatis in eis existere aperte demōstrat. Etiam in sobrietate intelligitur de moderatione quæ ornatibus, uestibusq; sibi tm̄ necessarijs uti debet, quod idem Apostolus paulo antea explicuerat, dicens. Mulieres in habitu ornato cū uerecundia & sobrietate ornantes se non in tortis crinibus, aut auro aut margaritis, uel ueste pretiosa. Sed qđ decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. Quid uobis uidetur? quo uestrum, ornamentorumq; uestrorum uanitas atque superfluitas cum his sancti Apostoli monitis couenit? O maximā Christianę gentis cōfusionem: Etenim Mauri atq; Ethnici maiorē in hoc sobrietatē seruāt.

B

Vt autem quantum malū sit hoc malō apertius cognoscatis, scitote duas priores conciones, quas sanctus propheta Isaias prędicauit aduersus iudices, gubernatores, & præsides fuisse directas, tanquā quod per magni interesset, nam ex illis regnorū utilitas, aut detrimenta dimanant. Tertiam autem prædicationem contra prophana, nimiumque polita mulierū ornamēta fecisse. In cuius culpę pęnam captiuitatē, Hierosolymæque euersionem insignat, ex pœna, uidelicet, culpæ grauitatem, ac magnitudinem manifestās. Et sic dicit pro eo, quod eleuatę sunt filię Sion, & ambulauerūt in extenso collo, & nutibus oculorum ibāt, & pedibus suis composito gradu incedebant, decaluabit dn̄s uerticem filiarū Siō, & dominus crinē earum nudabit. In die illa auferet Dominus ornamentū calceamentorū, & torques, & monilia, & mittas & inaures, & annulos, ac gemmas in frōte pendentes, & mutatoria, & palliola, & erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispante crine, caluitium, & pro fascia pectorali cilicium. Pulcherrimique uiri tui gladio cadent, & fortes tui in prælio, & mærebūt, atq; lugebunt portæ eius, & desolata in terra sedebit. O quā metuenda sunt auditu hæc omnia præcipue nobis Hispanis, qui hęc, quæ dicit hic sanctus propheta in mulieribus Hispaniæ nostræ perspicimus. Et quia tam curiose adornātur, gaudēt in templo discoopertis capitibus cōmorari, ut ab omnibus uideātur, quod satis magni mali occasioni est hoibus. Etenim idcirco Diuus Paulus pręcipiebat, dicens. Mulier propter uirū creata est, ideo debet uelamen habere sup caput suum, & propter Angelos, hoc est pro pter uiros Ecclesiasticos. Attendite, quam eximiam rationem reddit D. Paulus. Siquidem inquit, mulier ad hominis bonum creata fuit, ne illi mali occasioni sit, neue ei offendiculum afferat, sed caput suum operiat, compositionemque suam, ac pulchritudinem tegat, & antea dixerat. Omnis mulier orans, aut prophetās non uelato capite deturpat caput suum, quod si non luerit operiri, uidete quid dicat, si nō uelatur, tondeatur, si uero turpe est mulieri tōderi, aut decaluari, uelet caput suum. O si essent homines pleni spiritu, diuinoq; timore, qui hæc sancti Apostoli præcepta complerent, uxoresque suas comminarentur, dicētes. Attendite quod nisi operiamini atque modestissimæ sitis, tondebimini, quod si hoc ignominiosum esse ducitis, operite capita, sic utique plurimis peccatis obuiaretur. Vellem etiam alia uerba eiusdem Apostoli a uobis diligenter aduerti, dicit.n. Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Hoc quippe ualde necessarium est paci in matrimonio conseruādę. Vna enim ex causis, ob quas inter coniuges rixæ, ac dissensiones plerumque esse consueuerūt, hæc est, quod couiuges furiosis uirorum sermonibus, nimium, atque impudicè respondent, nec linguas suas silentii frœno coercent, ne quod uerbum aduersus uiri sui dicta pronuncient. Si hæc obseruauerit, saluabitur mulier per generationem filiorum.

Ista. 3.

C

D

A 1. Cor. 11.

B

1. Ti. 2.

C

Quid pater? nihil de viris dicis? Solæ mulieres p generationē filiorum saluādæ sunt? De illis etiā loquitur D. Petrus. Nam postquam dixit, mulieres subditæ sint uiris suis, sicut Sara obediuit Abrahæ, dominum eum uocans, addidit, dicens. Viri similiter cohabitantes secundum scientiā quasi infirmiori uasculo muliebri impertientes honorem tanquam coheredib gratię vitę, ut nō impediantur orationes vestræ. Ecce quō hic fatetur B. Petrus, si tam uir, quam uxor in officio perstiterint, cū iugalibusque uoluptatibus, sicut oportet usi fuerint, cœlestis utrunque beatitudinis fore cohæredem. Vnum autem ex iis, quæ princeps Apostolorum hic maxime commendat, hoc est, uidelicet, ut uiri magno honori habeant uxores. Liber Canticorum

1. Pet. 3.

D.

A ticorum plenus est honore, quo sponsus spõsam afficit. Et si illa dicebat. Nigra sũ ille tamen dicebat. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias: &, Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Iterũq; illi ait, Soror mea, amica mea, colũba mea, immaculata mea. In his omnibus docet Spiritus sanctus, quomodo uir uxorem suam tractare debeat, quanto que illam honore afficere teneatur. Scito te fratres, quantum honoris uir vxori suæ præstiterit, tãtum ipsam ab alijs extraneis esse perceptuutam. Qualis fuerit uxor tua in oculis atque in ore tuo, talis erit in oculis, & in ore famulorum, vicinorumq; tuo

B Gen. 34 rum. Et animaduertite sanctum Apostolũ dicere. Cohabitantes secundum sciẽtiam. Necesse est enim diu discere, vt quis uxoris suæ ingenium perferre possit, ne confringatur, ideoq; addit dicens. Quasi infirmiori uasculo muliebri impartientes honorem. Plus utique vitreo, quam argenteo vasi honoris perhibetur. Etenim uitreum vas maxima cum cautione pertingitis, ne frangatur: argentum uero manibus obtrectatis, nec tanta illo animaduersione utimini: sic non tot præmunitionibus, & cautionibus opus est ad hominem alloquendum,

C & cum illo cõuersandum, quot requiruntur ad mulierem tractandam. Est quippe vas vitreum, & ideo semper illi honorem, atque indulgentias debetis exhibere, ne perfringatur. Cuius rationẽ reddit S. Petrus illis verbis. Tanquam cohæredibus uitæ æternæ, ut ne impediantur orationes uestræ, quod perinde est, ac si diceret. Non est mirum si eas bene tractetis, quia vobiscum sanguine sacratissimo, diuinaque Iesu Christi gratia, atque sacramentis, & tandem æternæ cœlestis gloriæ beatitudine frunituræ sunt, æquales sunt vobis in participatione gratiarum Dei, at que etiam, quia domesticæ iræ, atq; simul

D tates magno sunt impedimento orationis fructui consequendo.

Sequitur in textu *Et deficiente uino, dicit mater Iesu. Vinum non habent.* Hic nos docet hæc sacratissima magistra, & dña nostra, quomodo hæc temporalia postulare

Di. Gre. debeamus. Diuus Gregorius in homilia quadam dicit: Ecce alius in oratione petit uxorem, alius villam, alius uestem, alius sibi dari deprecatur alimentum, & quidem cum hæc desunt, ab omnipotente Deo ant petenda. Neq; ea petere est errare, sed tamen

A non nimium petantur. Considerate quomodo sanctissima Virgo ab unigenito filio suo remedium in illa temporali necessitate tanta cum modestia deprecata est. Etenim necessitatem tantummodo, defectumq; manifestauit, dicẽs: *Vinum non habent.* Et iuxta hoc intelligi oportet alia memorabilia uerba Diui August. in quadam

August. homilia dicẽtis: Qui verè Christianus est, non ista temporalia petere debet, sed totũ pondus orationis, & intentionis suæ ad expetendam æternam beatitudinem debet impendere. Ista enim temporalia, & quando Deus dat, & quando tollit, gratiæ sibi

B agantur, quãdo enim uoluerit, illa tribuet, & quando uoluerit, illa tollet, tantum est, ut seipsum nobis non auferat. Vbi uerba illa: Non ista temporalia petere debet; intelligenda sunt, quod non nimis illa petere debet. Aliquando concedit Deus hominibus bona temporalia, quæ à se instanter efflagitant, ut quæ pro peccatis suis merentur, exoluant. Rogitas amicum tuum,

Simile. ut equum suum tibi accommodet, at ille dicit: Equus meus est indomitus, & si in eũ ascenderis, prosternet te. Cui tu, non prosternet (inquis) nam ego ei firmiter adhærebo, neq; me deijcere poterit. Ille igitur

C rogationibus tuis molestus, equum tibi accomodat, in quem ubi primum ascendis, te humi projcit, pedibusq; conculcat: ita, ut ad portas mortis appropinques. Honores, diuitiæ, cæteraq; bona temporalia sunt equus indomitus, quæ summa cum cautione tractari oportet. Deus ea tibi cõcedit, quia tu eũ assiduis rogationibus exorasti, quando autem minus arbitraris, occasioni sunt tibi maximæ ruinæ, grauissimorumque peccatorum. Hę vtiq; ruinæ sunt supplicia aliorum scelerum quæ antea perpetraneras. Quæ cum ita sint fratres charissimi, ne Dei manus vinciatis eũ

D rogitantes, ut ea faciat, quæ appetitui uestro conformiora sunt. Sed diuinam Maiestatem exorate, ut circa postulationes uestras ea faciat, quæ sibi gratiora uidebuntur,

Ps. 141. sic faciebat David qui dicebat: Effundo in conspectu eius orationem meam. Qui aquam effundit, non dicit, huc, aut illuc perueniet, sed perueniat quocunque peruenerit, sic orans non debet dicere, domine hoc necessario illuc usq; perueniat, sed quousque tu domine uolueris, atque

idcirco

A ideirco statim sanctus propheta subdidit, dicens: Et tribulationem meam ante ipsum pronuncio, quasi diceret, quando me laboribus oppressum experior, ad Deum confugio, eosque in sinum ipsius effundo, quo tanquam pater misericordiarum, & Deus totius consolationis omnia disponat, sicuti potius animæ meæ viderit conuenire. Ne sitis fratres tanquam pueri, qui plerunque deplorantes ea quæ sibi nocumento sunt, petunt, quousque illorum eiulatu atque singultib. mater molestata, eis petita, quamuis nociua concedit, dicens: Accipe iam, desine me, non tibi proficiat. Deum B rogitas, vt tibi liberos concedat, at Deus dicit, sint tibi liberi, ne me pluries rogitationibus illis molestes, illi tales erunt, qui Gen. 35. tibi officiāt. Cōcedit tibi Deus filios, quos satius tibi esset non habere. Sicuti Beniamin matrem suam occidit, etenim ut eum pareret, mortua est. Quocirca ipsa egrediēte iam anima præ dolore, & imminente iā morte uocauit nomen filij sui Benoni, id est, filius doloris mei. Etiam Rebeccæ liberos habere magnopere desideranti labor maximus accidit, postquam enim se concepisse perspexit, adeo grauata, in tantoque periculo constituta est, præ infantum rixa quam in uentre gerebant, ut dixerit: Si sic C mihi futurum erat, quid necesse fuit conci- Gen. 25. pere? O quot ob liberos adipiscendos lachrymas effuderunt, quos postquam adepti sunt, meritò suspicari potuerunt illos sibi propter peccata sua fuisse concessos, cum se illorum causa maximis afflictionibus oppressos esse perspiciant.

Num. 11. In libro Num. legitur, vulgus promiscuum quod ascenderat cum eis, flagrauit desiderio sedens, & flens iunctis sibi pariter filijs Israel, & ait. Quis dabit nobis ad vescendum carnes? adeoque Deo assiduis rogationibus molesti fuerunt, ut ad ipsorum supplicium eorum desiderio satisfe- D cerit, mittens eis innumeras coturnices, quas comedere atque saturari cæperunt. At attendite quæ protinus subsequuntur, adhuc carnes erant in dentibus eorum, & ecce furor domini concitatus in populū, percussit eum plaga magna nimis. O quot hominibus sicut his bona temporalia dominus ad maiorem ipsorum confusionem concedit. Quapropter fratres in Christo Iesu in necessitatibus nostris ad infinitum misericordiæ pelagus confugite, ucuti sacratissima Virgo confugiens, dicens: *Vinum non habent*. A Necessitatem quippe manifestauit, reliqua uerò prætermisit, vnigenitique filij sui beneplacito reliquit, ut ipse secūdum nominis sui gloriam faceret. In hoc etiam cœlestis hæc Regina, materque misericordiæ nos docet, eum, qui charitate inflammatus est, alienas necessitates ut suas sentire, illarumq; remedium tanquam suarum exquirere. Ideo Spiritus sanctus per Isa. 57. Isaiam Prophetam uiros charitate clementiaq; præditos, uiros misericordiæ uocat, significans misericordiam ipsis dominari, eosq; tanquam ipsius mancipia in eius ministerio semper occupari, ut proximis suis B benefaciant. Verum ô fœlix talis seruitus. Matt. 5. Nam ait dominus; Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et sic ubi nos legimus. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus. Dominus conseruet eum, & uiuificet eum, & beatum faciat Psal. 40. eum, & non tradat eum in animam inimicorum eius. Hæc omnia, quæ in translatione nostra in optandi modo sunt, Beatus Hieronymus transtulit ex Hebræo in futuro dicens. Dominus custodiet eum, & ui- Hier. uificabit eum, & beatus erit in terra, & nō tradet eum in animam inimicorum suorum. Dominus confortabit eum in lecto C infirmitatis, totum stratum eius vertisti in ægrotatione sua. O mirificas Dei pollicitationes, ecquis fratres adeo durus existit hæc audiens, ut non mollesiat, atque amodo egenorum remedium statuat exquirere eadem diligentia, qua necessitatib. suis illud exoptat: Cum tantæ curę sit Deo pietatis opera munerandi, ut non contentus sit, propterea æternam beatitudinem illorum executoribus concedere, verum in hoc etiam sæculo spiritalia dona, corporaliaque auxilia largitur, siquidem dicit se illorum infirmarium esse futurum, & sicut matrem pijssimam ipsorum culcitras, esse D molliturum, quæ est admirabilis quædam exaggeratio. Ipse nos diuina luce sua clarificet, quo omnes ad hæc pia opera exercenda confortemur, atque hæc auxilia, diuinamque gratiam comparemus, qua intercedente cœlestis beatitudo conceditur, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

A IN EADEM DOMINICA I. post Epiphaniam.

Concio Tertia.

Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, &c. Ioan. 2.



Irabile est uisu quam accurate nobis Deus commendat, ut in necessitatibus nostris in eo speremus, & quam se uerè de illis per omnes ferè B Prophetas conqueritur, eosque accusat, qui ipsius diffidentes auxilio humanos fauores exquirunt. O quam terribilia uerba sanctus Propheta Hieremias ad hoc propositum dixit; Maledictus (inquit) homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & a domino recedit cor eius, erit enim quasi miryçæ in deserto, & non uidebit, cum uenerit bonum, sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis, & inhabitabili. Attendite quot uerbis atque metaphoris hic Sanctus Propheta comminatur eum, qui post C habito Dei auxilio spem, fortitudinemq; suam (etenim hoc significat hic brachiū) in carne constituit, hoc est, in homine mortali, hic enim sicut arbor in sterili solitudine (ubi uix in toto anno pluit) plantata, debilis ac sine fortitudine remanebit. Humanum autem auxilium uocatur hic siccitas, & terra salsuginis, & inhabitabilis. Et potissima ratio, quare Deus aduersus Hebræos maximè iratus est, quia Regem petierunt, & dixit Samueli, Non te spreuerunt, sed me, fuit quia existimarunt se Regis fauore tutius, quam fide ac spe in Deo habita esse protegendos, quod satis aperte significarunt, cum Samueli admo- D nenti eos, ut considerarent quid facerent, dixerunt. Nequaquam Rex enim erit super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gentes, & iudicabit nos Rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro bonis. In quibus uerbis aperte dixerunt se instar. Ethnicorum malle Regis suis auxilio atque iudicio adiuuari, quam solo Dei fauore, atque sententia gubernari, quæ quidem maxima fuit abominatio. Et sicut Deus hanc a nobis confidentiam

Hier. 17

1. Reg. 8

uehementer exposcit, perinde ad nobis fauendum manet astrictus. Sic ipse dominus per Isaiam Propheta affirmat dicens; Quærite iudiciū, & subuenite oppresso, iudicate pupillo, & defendite uiduam, & uenite, & arguite me. O quam mirificam uim habet hoc uerbum. Arguite me, quod perinde est ac si dicat, si uobis hæc facientibus ego non succurrero, me tanquam mēdacem Deum accusate. O diuinam exaggerationem, mirificæ cuiusdam confidentię in Christiano pectore causatricem, qua anima tam secura manet, vt cum Dauide dicere possit: In pace in idipsum dormiā, & requiescam, uel ut alij verterunt, in pace simul accubabo, & dormiam, hoc est, vbi primum accubuero, somnum capiam. Nulla humana solicitudine conturbabor, nec uani timores efficient, ut noctem in somnem ducam. Et sanctus Propheta Hieremias uiri iusti securitatem, & quam expers humani timoris viuit, declarat dicens. Benedictus uir, qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius, & erit quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, & non timebit, cum uenerit æstus, & erit folium eius uiride, & in tempore siccitatis non erit solicitum, neque aliquando desinet facere fructum. O quot uerbi exprimit hic sanctus Propheta securitatem illius, qui spem suam in Deo sitam habet, omnibus his verbis manifeste indicat piū hominem uirtutis huius firmitate munitum, nihil prorsus metuere, licet uarijs periculis circundatus teneatur. Quæ res quātum gloriam Deo & homini pariat, breui oratione Beatus Bernardus cōplexus est, dicens. Nihil est, quod omni potentiam uerbi clariorem reddat, quam quod omni potentes facit sperantes in se.. Quam sententiam summa ueritas confirmauit cum hominem quendam fulciens, ut in ipso crederet ac speraret, dixit. Omnia possibilia sunt credenti. O admirabilem dignitatem atque honorem, in quem Dei serui efferuntur. Attamen hoc unum in hac materia notabile, maximeque necessarium uellem uos intelligere, uidelicet iustos nō adeo diuinæ misericordiæ cōfidere, neque in ea requiescere eo quod sperant, res sem per eis ad ipsorum libitum esse euenturas, sed quia sciunt, si Deus uelit, eum sibi posse succurrere, atque hoc sufficit efficere,

A

Isa. 1.

Psalm. 4

B

Hier. 17.

C

Bernar.

D

Marc. 9.

A ut quibuscunque successibus acquiescant. Cum enim infinitam Dei probitatē, atq; potentiam firmiter credant quodcunque illis euenit, cū spiritus tranquillitate supportāt, credētes hoc sibi potius expedire. Qn Nabuchodonosor iussit, tres pueros in fornacem ignis immitti, illi responderunt. Ecce Deus noster quem colimus potest nos eripere de camino ignis ardentis & de manibus tuis, ô, Rex liberare, quod si noluerit, notum sit tibi Rex, quod Deos tuos non colimus, & statuam auream, quā erexisti, non adoramus. Maxime notate hos tres iuuenes, non ideo stabiles in fide B perstitisse, atque statuam adorare renuisse, quia scirent se a Deo esse liberādos, sed quia firmiter credebant se a Deo ex igne posse liberari, si Deus uellet, qui si nollet, gloriosissimum ducerent, pro Deo infinitæ potentiæ, atque probitatis tormenta tolerare. Sic igitur fidem, ac spem nostram perfectā esse oportet, ut cum forte aliqn perspexerimus res nō secūdum uoluntatem nostram euenire, non ideo fiduciam amittamus, cum utrum illud nobis potius conueniat, ignoramus. Hoc optime intelligebat D. Augustinus, q. in quodam soliloquio maximas Deo gratias agit, ꝓpter aliqua, quæ illi aliquibus temporibus acci C derunt, quæ maxima sibi infortunia esse, maximumq; detrimentum allatura uidebantur. postea uero nimium sibi utilitatis attulisse perspexit. Quādo sanctus Ioseph in Ægyptum uenditus, plorās, atq; a Deo remedium postulans ducebatur (quod tñ Deus illi distulit,) quis labores illos ad ipsius honorem, ac gloriam esse iudicaret? hac autē uia Deus illum in tam excelsum dignitatis gradū erexit, sicut omnibus cōpertum est. Quamobrem in necessitatib. uestris ad Deum ita confidenter nos oportet accedere, scilicet, quod si uobis quæ petitis, uident conuenire, libentissime conce D det, sin minus, uobis ad labores æquo animo perferendos patientiam, fortitudinem que donabit. Hoc docet Spiritus sanctus, nā pro eo quod nos legimus, sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius, B. Hierony. uertit. Fortitudo, & exultatio in sanctuario eius. Hoc est, ex sanctuario Dei, etsi quod petitur, nō impetretur, comparatur tñ fortitudo, & exultatio, ad necessitates, atq; labores suauiter perferendos.

Dan. 3.

D. Au. in soliloq.

Gen. 41.

Psal. 95.

D. Hier.

Vt nos hāc fiduciam in sua diuina probitate habere Dominus erudiret, plurima A in mundi discursu mirabilia extra naturæ limites (quæ miracula uocamus) operatus est, ut se super omnem naturam potētiam habere demonstraret, quo, cum nos aliqua tribulatione circunseptos uidecimus, in qua nobis naturale remedium penitus deficiat, ad eum confugiamus, cuius infinita potentia non naturæ quidem legibus, ac terminis septa tenetur. Contra uniuersum Exo. 14 naturæ cursum fecit Hebræos per medias aquas pertransire, cum tanta necessitate premerentur ut Ægyptij iam prope illos occupare uiderentur. In medio famelicorum Leonū Danielem custodiuit. Viduæ B iam pene deficienti parum tamen farinę, Dan. 6. oleiq; habenti misit dūs Eliam prophetā, qui adeo farinam, oleumq; multiplicaret, 3. Re. 17 ut illis comedentibus nunquam cibi fuerint exhausti. Hæc, & alia complura mirabilia operatus est Deus, sicut in utroq; (ueteri, scilicet, atq; nouo) testamento apparet, & in sanctorum monumentis compe ritur, ut nos doceret diuinæ ipsius probitati confidere. Ipse enim affirmat hoc esse quodam sacrificii genus, sibi gratissimū. Non in sacrificiis (inquit) arguam te, holocausta autem tua in conspectu meo sūt semper. Quasi diceret. Non est ô popul C mi, quare de tuis exteriorib. sacrificiis con Psal. 47. querar, nam satis multum animalium sanguinem effudistis, & multa mihi brutorum offertis sacrificia, unum autem ex gratioribus mihi sacrificiis tibi manifestare uolo. Inuoca (inquit) me in die tribulationis eruam te, & honorificabis me. Honorificabis me, dicit, quia gloriosum Deus sibi ducit, quod in necessitatibus nostris ad se, non autem ad mundum, neque ad dæmonem curantes ex illis illicitis rationibus euadere, confugiamus. Etenim plurimi quotidie peccatores, ut a suis corpora libus necessitatib. liberentur plurima, atq; D horrenda peccata committunt. O quot latrocinia, quot fraudes, quotque sensuales turpitudines quotidie in orbe perpetrantur, ut fames, nuditas, atque ignominia fugiātur. Ne sic fratres charissimi Deū uituperetis, sed illum honorate ad eum, tanquam ad clementissimum patrem in necessitatibus confugientes: cum ipse dicit hoc sibi gloriosum esse, ut nobis animum, atque audaciam augeat, qua ad ipsius fores confidentes accedatis.

Atque

A Atque inter alia miracula, quæ domi-
nus ob hanc causam operatus est, unum
fuit, quod fecit in nuptiis in Cana Gali-
læx, de quo hodierna sancti Euangelij le
ctio meminit. Quæ sic exorditur. *Nuptiæ
factæ sunt in Cana Galilea &c Et uocatus
est Iesus ad eas.* Fælix matrimonium, qđ a
Deo exorditur, infelix autem illud, in quo
primus conuiua est diabolus. In matrimo
nio, quod propter carnalem tantum uo-
luptatem, humanamque utilitatem con
trahitur, probabiliter conijci pōtprimum
B conuiuam esse diabolum. Vna ex causis,
quas diuinæ literæ uniuersalis diluuij red-
diderunt, est, quod uidentes filii Dei filias
hominum, quod essent pulchræ, accepe-
Gene. 6. runt sibi uxores ex omnibus, quas elege-
Chryso. rant. Et secundum B. Chrysostomum su-
per hunc locum per filios Dei, filii Seth si-
gnificantur, qui a patre solo diuinum Dei
cultum, amorem, & cognitionem fuerant
eruditi, filiæ autem hominum filias Cain
designauit, quæ uariæ dissolutæque erant.
Præceperat autē Seth liberis suis, ne illas
ducerent in uxores, at illi carnali appetitu
ac libidine concitati contra parentis sui
C præceptum eas acceperunt, solummodo
quia pulchras perspexerunt, non autem,
ut filios benedictionis gignerent. Quocir
ca Deus ira concitatus est, dixitque. Non
permanebit spiritus meus in homine, qā
caro est, id est, carnalis. Et secundum non-
nullorum sententiam, hæc est una ex ratio
nibus, quare Deus diluuiū super terram
immisit. Quapropter Fratres aduertite,
quo animo uxores ducitis, attendite vos
esse Christianos, cœlestis doctrinæ lumine
Tob. 8. illustratos, neque tāquam Ethnicos matri
monia contrahere debere, sic dixit Tobias
uxori suæ. Fili quippe sanctorum sumus,
& non possumus ita coniungi, sicut gen-
D tes, quæ ignorant Deum. Simulque cum
pia intentione rem hanc efficacissime Deo
commendare debetis, ut vobis uxorē con
cedat, quæ uos ad ipsi seruiendum, non au
tem ad eum offendendum adiuuet. Scri-
ptum est enim. Domus, & diuitiæ dantur
a parentibus, a domino autem proprie
uxor prudens. Quid clarius dici potest, do
num Dei esse, bonam prudentemque uxo
rem inueniri: atque idcirco a diuina Ma-
iestate id oportet exposci, & quanquam
hoc Deo debetis commendare, nō tamen
ideo minorem diligētiam debetis adhibe
re in ea quærenda, quæ optima sit, atque A
optimis orta parentibus, idemque opor-
tet patres attendere, cum filias suas uiris
tradere uolunt. Quando Eliezer coniugiū
cum patribus Rebeccæ sancto Isaac con
trahebat, dixit eis. Dominus benedixit do Gen. 24
mino meo ualde, & magnificatus est, & de
dit ei oues, & boues, argentum, & aurum.
Attendite, quomodo etsi argentum, diui-
tiasque Dominum suum plurimas habe-
re recensuit, hoc tamen prius dixit, plurisq;
que æstimauit, scilicet, eum esse Dei ami-
cum, hoc enim maximum thesaurum om B
nium iusti in hoc sæculo esse ducūt. Et iu
re quidem optimo, & fortsitan hæc dicetis,
scilicet, eum esse Dei amicum, existimauit
se illos efficacius commoturum esse, ut do
mino suo filiam suam traderent. Nunc au
tem magnopere curatis filiā uestram Re-
gis amico tradere, quamuis autem amicus
Dei sit, non magis hoc æstimatis. Ideo-
que coniugia uestra plerunque molestiis,
atque laboribus condiuntur, infœlicique
exitu finiuntur.

Rex Ioram, ubi primum pater eius Io 2. Pa. 21
saphat mortuus fuit, ut regni gubernacu-
lum in manu sua perspexit, fratres suos C
omnes occidit gladio, & quosdam etiam
de principibus Iuda interemit, adeoque
eius malitia accreuit, ut sicut Ieroboam
Idola coluerit: volensque sancta scriptura
aliquam perditionis eius causam assigna-
re dicit. Filia quippe Acab erat uxor eius,
& fecit malum in conspectu domini, qua-
si diceret: Vxorem habebat Athaliam fi-
liam Regis Acab, & Iezabel, cumque tam
iniquam comitem haberet, ne admiremi-
ni eum tot scelera perpetrasse, ut uideatur
quantum ex eo incommodum proficisca-
tur, quod quisquam peruersorum paren-
tum filias ducat uxores. Diuinæ etiam lite D
ræ manifestant quantum malum iniqua
uxor uiro suo afferat. Postquam sacra Scri 3. Re. 21
ptura ingentia Regis Acab mala recen-
suit, tandem ait. Igitur non fuit alter talis
sicut Acab, qui uenundatus est, ut faceret
malum in conspectu domini, & post hanc
maximam exaggerationē statim tot abo-
minationum causam reddit, dicens. Con-
citauit enim eum Iezabel uxor sua, & abo
minabilis factus est in tantum, ut sequere
tur Idola, quæ fecerūt Amorrhæi. Liberet
nos Deus a mala uxore, nimis eum potens
est ad uirum peruertēdum. Et quanquam
(ut ibi-

A (ut ibidem dicitur) Rex hic propter Eliæ prædicationem pœnitentiam egit, Deusque eius peccata quantum ad culpam secundum nonnullorum sententiam dimisit (Etenim de pœna satis expressè decla-
3.Re. 2 rat illic sacratus textus) Post triennium autem iterum Deum denuò offendit: Et B. Am-
Amb li. brosius mod. ex illius perseuerantiæ in ser-
de Nab. uitio Dei, rationem reddens, dicit: Quia
c.17. habuit uxorem Iezabel, cuius inflammabatur arbitrio, quæ conuertit cor eius. Itaque propria eius uxor illũ in peccata prolabi atque reincidere fecit. Aduersus hoc
Eccle.9. malũ, saluberrimũ cõsiliũ præbet Spiritus
B sanctus, dicens: Non des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in uirtute tua, & confundaris. Virum fœminę sententia gubernari, uia est per quam in confusionem deueniat, est enim tanquam si quis absque nauta per medios fluctus nauim nemine gubernante nauiget, ideoque dicit: Nõ des mulieri potestatem aïæ tuæ. Indecorum est hominem, qui uniuersum mundum consilio suo gubernare præsumit: & quod peius est literis illustratum, ita mulieris uoluntati subiacere, ut nihil aliud norit efficere, nisi quod ipsa pręcipit. O homo ne adeò insanus sis, ut mulieri a-
C nimæ tuæ potestatem des, ne ingrediatur in uirtute tua. O eximiam exaggerationẽ, in qua significatur, totam hominis uim debilitari, eiusque uirtutem eneruari postquã in eam mulier eius dominatura ingreditur. Hic etiam mulieris superbia atq; elatio denotatur, nihil enim ei placet quousq; se homini dominari perspiciat, ita ut quasi fræno illum huc atq; illuc ad appetituũ suorum executionem deducat.

Quia uero rationi dissentaneum est, quod totum malum mulieribus inesse dicamus, etiam in sancta Scriptura Deus de uiris conqueritur, etenim nonnulli tam
D iniqui sunt, ut uxores suas peruertant. Hiere.44.c. dicũtur mulieres, quæ in Ægypto morabantur. Idola adorasse, quas cum sanctus Propheta Idololatriæ reprehenderet, illę responderunt, etiam uiros suos idem facere, quasi dicentes se ab eis Idola uenerari didicisse. Ideoque illos comminatur,
Hie.54. dicens. Vos, & uxores uestræ locuti estis ore uestro, & manibus uestris implestis, dicentes: Faciamus uota nostra, quæ uouimus, & sacrificemus Reginæ cœli, & libemus ei libamina. Ecce ego uigilabo super

uos in malum & non in bonum, & consu- A
mentur omnes uiri Iuda, qui sunt in terra Ægypti gladio, & fame, donec penitus cõsumantur, uiros solos dicit esse consumendos, quia ipsi præcipuam culpæ partem habebant, eo quod uxoribus suis malum præbuerant exemplum, cum illud eis bonum perhibere tenerentur. O quot uxores uirtute præditæ essent, si uiros haberent, qui eas non peruerterent, multò autem magis si eas uniuersum uirtutis ac pietatis opus erudirent. Eia fratres amodo salutationis uestræ negotium suscipite, spiritaleque uxorum uestrarum salutem pari dili-
gentia curate perficere. O quis uerbis ex- B
plicare posset, quod circa hoc sentio. O Deus infinitæ maiestatis, ecquid prodest quod hæc hisce fratribus meis ego recenseam, nisi tu verbis meis efficaciam concedas, eaque in eorum cordibus imprimas, ut te metuant, atque a uia sua mala resipiscant, neq; super eos ira tua decidat, sicut decidit super eos, quos tuo nomine sanctus Hieremias comminatus est. Ex his omnibus, quæ uobis hic dixi fratres charissimi, oportet uos intellexisse, quanti vestra interest bonas uxores inuenire, & cum eis matrimonia contrahere, quas uirtute præ-
ditas esse perspicitis, quantique vestra re- C
ferat, hęc omnia quæ uobis hic prębui consilia custodire, quo matrimonium animarum uestrarum remedium existat, non autem ad condemnationem propter scelera
uestra contrahatur, præcipueque nunc in August.
lege gratiæ, in qua maximè sanctificatum est. Et sic dicit D. Augustinus tractatu.9. in Ioannem post initium, dominum his nuptijs interesse voluisse, ut coniugalium statum autoritate sua comprobaret. Nec vero cõtentus est, sua diuina pręsentia matrimonium confirmare, sed postea illud sacramentum instituit, gratiæque ac sanctifi-
cationis instrumẽtum, esse uoluit. Quam- D
obrem multo sanctiori intentione illud suscipi oportet, non solum autem hæc necessaria sunt modo, verũ sub nouo mortali peccato ille, q. hoc sacrosanctum sacramentum recepturus est, cum tali præparatione atque dispositione tenetur accedere, ut se in gratia existere probabiliter credat, quapropter operæpretium erit prius peccata confiteri, sanctissimumque sacramentum altaris accipere. Ex eo autem quod matrimonium in remedium peccati, uniuersa-

A uersalisq; Ecclesiæ sacramentum fuerit institutum, sequitur, omnes seruos atque ancillas libere posse cõtrahere matrimoniũ, sicuti cætera omnia sacramenta, quæ in peccati remedium, humanæq. fragilitatis munimen instituta fuerunt, suscipere possunt. Iniustum enim esset seruos Christianos pretiosissimo Iesu Christi sanguine redemptos a medicinis atque beneficijs, quibus corruptam atque subuersam naturam adiuuari ac refici oportet, esse defraudatos, sic vt eis tremendum Eucharistiæ, Baptismatis, & Confirmationis, Extremæque vnctionis sacramentum recipere licet, solummodo sacris ordinib. recipiendis sunt B inhabiles, quia dominis suis debita ministratio prorsus defraudaretur. Quocirca quemadmodum mortaliter peccaret, qui eos impediret quominus baptizarentur, confirmarentur, aut ad sanctissimum altaris sacramentum accederent, sic etiam peccaret, q eis impedimento esset quominus matrimonium contraherent, & in eum culpa conferretur omnium peccatorum, quæ tales cõmitterent eo quod matrimonium eis fuit impeditum. Verum proh dolor quot homines parum timentes Deum ancillis suis impedimento sunt, quominus C nubant easque aliorum cõcubinas esse patiuntur, quo tanquam uaccæ quotannis sibi fœtus producant. Quod si quis dicat durum esse, cum tanto pretio mancipium emerit, ei non posse matrimonium impedire, huius rei causam Deo attribuat qui omniũ vniuersalis est dominus, soluitque legem istam in emendis mancipijs obseruari, ut integra illis libertas remaneret ad spiritualia medicaméta suscipiéda. Quod si vobis durum uidetur, durius vtique fuit quod Deus præcepit, scilicet seruum Hebræum post septennium liberum dimitti. Exo.21. Quia vero populus tempore Sedechiæ re-D gis præceptum hoc non custodiuit, misit Hier.34 Deus Hieremiam Prophetam qui eis nunciaret mala, quæ propter hanc inobedientiam euentura erant, adeoque peccatũ hoc Deus exaggerauit, ut dicat illis, & reuersi estis, & commaculastis nomen meum, & reduxistis unusquisque seruum suum, & vnusquisque ancillam suam, quos dimiseratis, ut essent liberi, & subiugastis eos, ut sint uobis serui, & ancillæ Quanto igitur maiori ratione Deus de vobis conqueretur, si seruos vestros a tam salubri medicina, sicut est sanctissimum sacramentũ matrimonij defraudaueritis, cum ex hoc non A tantum vobis detrimentum proueniat, q̃ si eos liberos dimitteretis? Per charitatem Dei vos rogo, vt ad hæc attendatis, ualde enim vobis necessaria sunt.

Et deficiente uino dicit mater Iesu ad eum. Vinum non habent Cui respondit optimus Iesus dicens. *Nondum uenit hora mea*. O Christe uniuersarum rerum potentissime domine, quomodo dicis domine horam tuam nõdum accessisse? nunqd super omnia tempora potestatem non habes? Nunquid Dauid de te nõ dixit. Tuus est dies, & tua est nox, tu fabricatus es au- B roram, & Solẽ? O ineffabilem Dei probitatem. Etenim & si omnia tempora, atq; Psal.73. hora sua sunt, illam tamẽ peculiarius horam suam appellat, in qua nobis vtilius est aliquod beneficium, quod in nos conferre conatur: sic horam suam horam mortis suæ vocauit, quia nobis futura erat vtilissima. Quia verò miraculum, quod facere decreuerat, vtilius futurum erat hominibus postquam sibi vinum deesse cognoscerent, horam suã nondum venisse dicit, qa nondum accesserat hora maioris illorum vtilitatis, quæ erat quando miraculi cognoscendi, & per illud eum, qui hoc fecerat, verum Deũ esse credendi, maior esset C occasio. In hoc verbo firmissimam nobis dominus fiduciam addit, vt cum ad eum in necessitatibus nostris confugimus, nec nobis statim subuenit, confideremus eum nobis dicere. Nondũ venit hora mea, hoc est. Nondũ tẽpus accessit, quum hoc qđ à me petis ad maiorẽ Spiritus tui vtilitatem te oportet accipere. Ego.n. optime scio quid tibi sit vtile, & quo tempore tibi conueniat beneficium istud accipere. O bene dictus sit talis Deus, & talis amor, qui ad maiorem confugientium ad se vtilitatem cuncta disponit. Hæc est ratio, quare clementissimus Deus multarum pollicitationum quas fecerat, executionem distulit, D vt tunc eas adimpleret, quando hominibus qui eas accepturi erant, vtiliores essent. Dicitur Deus in regem, Dauidem 3.Re.16 elegisse cum adhuc puer esset, sed prius quam illud impleretur multum temporis præterijt, plurimosque labores Dauid perpessus fuit, quibus exactis possessionem regni suscepit, Etiam Archangelus Gabriel dixit sacratissimæ Virgini Mariæ domi-

minæ

A minæ nostræ: loquens de unigenito filio
Lucæ 1. eius: Dabit illi dominus sedē David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternū. Ecquis (nisi spiritus sācti gratia plenus extitisset) cum Iesum Christum bonum nostrum triginta annos in tanta humilitate ac paupertate uideret, postea uero tres illos annos, quibus mundo sese manifestauit, tantō cum opprobrio ac persecutione, & denique illum tanquam sceleratissimum ac flagitiosissimū homicidā inter duos latrones mori perspiceret, promissiones istas ad implendas esse cogitaret? promissiones iam diu factæ tunc
B adimpletæ sunt, cum hominibus commodiores erant: Ipse nouit quando diuinæ maiestatis suæ maior est gloria promissa complere, eius autem gloria est tunc promissis stare, cum nobis utiliora sunt. Idcir
Isa. 28. co in orationibus nostris illis uerbis Isaię Prophetæ uos muniri oportet dicentes, qui crediderit, non festinet. Hoc est, cum longanimitate expectet. Longanimitatem
Heb. 6. Diuus Paulus in sancto Patriarcha Abraham maxime commēdat dicens: Abrahę nanque promittens Deus: quoniam neminem habuit, per quem iuraret maiorem, iurauit per semet ipsum dicens: nisi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te, & sic longanimiter ferens adeptus est repromissionem. In his uerbis significat sanct⁹ Apostolus, etsi Deus firmissimo iuramēto promissiones illas Abrahæ fecerat, tamen patientia, & longanimitatem qua illarum dilationem pertulit dispositionē fuisse, ut illas Deus adimpleret. Idcirco etiam sæpenumero, etsi uiri sancti cum iræ, liuidiæ, luxuriæ, que passionibus quatiantur, & obscœnis, ac turpibus carnis motibus torqueantur, a Deo instantissime se ex illis eripi deprecantur, Deus eorum precibus sordescere uidetur, quocum se liberos animaduerte
D rint, beneficium hoc Deo, non autem sibi attribuant, uidentes se tot exercitationibus, atque diligentijs, hoc per se consequi nequijsse: & sic ex toto corde suo di-
Ps. 117. cant cum Dauid, dextera domini fecit uirtutem, dextera domini exaltauit me, dextera domini fecit uirtutem. O quoties idem repetit, quasi non satiaretur Deum laudare, quia propter suam infinitam misericordiam eum a tot periculis liberauerat.

Itaque ob maiorem postulantium utilitatem respondet dominus dicens: *nondum uenit hora mea:* maxime quando sic perspicit conuenire. Quapropter oportet A nos uiuam quandam spem semper in cordibus nostris conseruare. Nam qui a Domino beneficium aliquod expetentes, nec illud assequentes, patientiam, ac spem statim deperdunt, cum magno salutationis suæ periculo uiuunt. Vnum tātum uobis dicam, quod uos obstupefaciet, ex quo quantum malum sit cōfidentiam amittere cognoscetis, scil. cet quod loquēs Haias Propheta de perditissimis quibusdam ho- Isa 18. minibus dicit: Ite Angeli ueloces ad gen- B tem conuulsam & dilaceratā, ad populū terribilē, uel ut Beatus Hieronymus uertit, ad populum horrib lē, post quem non est alius, ad gentem expectantem, & conculcatam, uel vt Beatus Hieronymus uertit, ad gentem expectantem, expectātem, & cōculcatā. Hic (ut ait D. Hieronymus) D. Hier. loquitur sanctus Propheta per Ironiam, quasi diceret: Festinent prædicatores gē.i conuulsæ a Deo, terribili, atq; horribili prædicare, idest, duræ ac male famæ, quæ oēm spē suam in terra constituit. Vt aūt spem hanc exaggeret, uerbum expectantem, ex pectātem, duplicat, festinent igitur prædicatores his hominibus concionari, parum C quippe illis profuturum est. Hanc literam sic uerterūt septuaginta interpretes. Ibunt, nuntij leues ad gentem excelsam, & peregrinum populum, & pessimum, qui est transeum, gens absque spe, & conculcata. Notate quanta sit hæc exaggeratio postquam n. tot mala de populo illo dixerat, adhuc alium peiorem esse d.cit, uidelicet, qui spem in Deo non habet. In hoc maximas abominationes uidetur includere. Liberet uos Deus fratres, ne in tantū malum deueniatis. Viam autē qua huc perueniatur, uidetur innuere Isaias, siquidē dicit post populū illum auulsum a Deo, durum D atq; infamem, cuius spes in terra sita est, aliam gentem esse sine spe, significans in hoc, per hæc mala quæ superius recepsuit, homines in diffidentiam deuenire.


Perueniēte hora, scilicet uini inopia perspecta, iussit dñs uinum ex hydrijs hauriri, quas ipse aqua iusserat adimpleri, quam sua admirabili potētia ī uinū cō ierterat, dicēs: *Haurite nūc et afferte Architriclino;* Non utique contentus est dñs creaturam

A dominum se ostendere, cum illas in quicquid uoluerit, transformare possit, ipsæq; illi obtemperent, sed uult etiam ut Architriclinus degustet miraculum, qd fuerat operatus. Vultq; altissimus dominus opera sua ab hominibus examinari, quo perspiciatur quam perfecta sunt omnia, quæ in hominum ministerio operatur. Atque ipse etiam Deus, postquam creaturas omnes creauerat, illas examinauit, uidit Deus
Gen. 1 cũcta, q̃ fecerat, & erãt ualde bona. Certum erat, cum Deus per se cũcta creasset, illa optima esse futura, & tamen uult illa examinare, atq; hic vult etiam hinsũ suum
B in examen adduci, quia sunt res quas hominis seruituti disposuit, cui placere, honoremq; exhibere conatur. O maximam cõfusionẽ miseris Adæ filijs, quam parum curant operibus suis infinitæ Dei Maiestati complacere, ideoq; opera, quæ in ipsius ministerio faciant non examinant. Opera
C quæ homines in aliorũ ministerio faciũt sæpenumero examinant, quia eis placere desiderãt, quę autem Deo faciunt, qualiacunque sint, sufficere arbitrantur. O infernalem ingratitudinẽ atq; e irreuerentiam, quod hæc Deo de illis tã bene merito persoluant. Considerate o hoĩes preces quas
C funditis, missas & conciones quas auditis, eleemosynas quas erogatis, ieiunia quæ facitis, qua perfectione, studio, & charitate conficitis, ut hac consideratione cõfundamini. Dicitur agnum, qui decima quarta
Exo. 12. luna immolandus erat, decima luna domum adduci consueuisse, qui examinabatur utrum defectum, aut maculã aliquam haberet, ob quam illum Deo non oporteret offerri. Sic igitur nos faciamus, & sanctis operibus, nostris diligens præcedat examen, atque ab eis omnem imperfectionis maculam, quo melius poterimus auferamus, sicque diligenter examinata illa
D domino offeramus. Dicit spiritus san-
Eccl. 3. ctus: Fili in mansuetudine opera tua perfice, quasi dicat: Opera bona quæ facis, tibi sunt, atque ad utilitatem tuam facis, nullq; hominum tantum, quantum tibi debes. Aequum est ergo, ut liquidẽ ea tibi operaris, cũ mãsuetudine ac tranquillitate perficias: Quæcũque homo facit, nisi cum spiritalem salutem suam operatur, nõ sibi facit, sed aliena sunt opera, ideoq; dicit: opera tua perfice in mansuetudine: omnium fiat sicut oportet, inimicis ex toto corde dimittatur, &c. Verũ nos sumus A tanq̃ artifices, qui omnem perfectionem Simile.
in uenalibus operibus constituunt, ea, uero, quæ sibimet ipsis operãtur, etsi imperfecta sint, nihili sibi interesse ducũt. Videbitis in sartorũ officinis uestes miro quodam artificio perpolitas, si uero eas consideretis, quas ipsi gerunt, adeo rudes atque inceptæ sunt, ut ab eisdem factæ nõ fuisse uideantur. Tales sunt filij huius sæculi: etenim humana negotia maximo artificio perficiunt, domus cõstructionẽ uineæ plantationem, hęc quæ aliena sunt opera (siquidẽ uniuersa in hoc sæculo relinquẽda sunt) quo meli⁹ possunt perficere sata-
B gũt. Opera uero saluationis ipsorum, quæ suamet sunt, nã quia sunt eorũ, illa Deus acceptat, ministeriaque sua uocat quasi illis indigeret) tam imperfecta relinquũt, ut horribilia sint usu. O fratres dilectissimi per illã infinitam misericordiã, ac probitatem, qua æternus Deus ac dominus, noster se inclinauit, ad tot tamque præstantia pro nobis opera facienda, uos deprecor, ut uos amodo talia propter eum faciatis, ꝓpter quæ diuinam in hoc sæculo gratiam, & in futuro cœlestem gloriam comparetis. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen. C

IN EADEM DOMINICA II. post Epiphaniam.

Concio Quarta.

Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, &c. Ioan. 2.


Vcusq; sancta mater ecclesia, (dilectissimi fratres) operib. D quibus æternus Pater comprobauit Christũ uerũ Deũ esse, demõstrauit. Hodie uero ipse Christus uerus Deus, & uerus hõ, primitias diuinitatis suæ charissimæ sponsæ Ecclesiæ dare incipit. Et ita dicit hic B. Ioannes *Hoc fecit initium signorũ Iesus, & manifestauit gloriã suã.* Apostoli etsi præstantia miracula effecerunt, illis tamen gloriam suam non manifestarunt, etenim illis non se Deos esse declarabant, nam in mira-

A miraculis non tam opus, quam finem ob
quem fit oportet attendi. Miracula uero q̃
Sancti Apostoli faciebant, nõ erant ad pro
bandum eos Deos esse, sed Iesu Christi ve-
ri Dei Apostolos atque discipulos esse. Mi
racula ait, quæ ipse dominus faciebat, pro
pter hunc finem operabatur, ut se verum
Ioã. 10. Deum esse comprobaret. Et sic cum dixis-
set, ego, & pater vnum sumus, paulo infe-
rius addidit: opera, quæ ego facio in nomi
ne patris mei, hæc testimonium perhibent
dè me. Dicereque nunc Sanctum Euange-
listam, manifestauit gloriam suam, perin-
de est ac si diceret, manifestauit diuinitatẽ
Isa.7. suam. Et ita, quando Isaias Propheta Dei
nomine dixit: Pete tibi signum a domino
B Deo tuo, ubi nos legimus regem respon-
disse dicentem; Non petam, & non tenta-
bo dominum; septuaginta interpretes uer-
terunt. Non glorificabo dominum, scie-
bat enim si peteret, se accepturum esse si-
gnum & per consequens dominum esse
glorificandum per illud miraculum, domi
nus non solũ gloriam suam manifestauit,
vt homines in eum crederent, sed ut in eũ
credentes ipsi obtemperarẽt, æternamque
beatitudinem impetrarent, sola enim fides
non sufficit ad hunc gloriosum finem con
C sequendum. Quod si quis dicat, Diuus
Galat.3 Paulus probat hominem per fidem, iustifi
Gen.15 cari, citatque illud Genesis, credidit Abra-
ham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam
quomodo ergo tu dicis solam fidem in Ie-
sum Christum ad æternam beatitudinem
non sufficere? Ad huius dubij solutionem
notandũ est plurimos huius loci Genesis
expositores dicere, per illum actum fidei,
quem illic refert sancta scriptura, conse-
quutum fuisse Abraham omnium pecca-
torum suorum remissionem. Et D. Ansel-
mus super hunc locum B. Pauli dicit. Abra
ham per hunc actum fidei originalis pec-
cati; cæterorumque reatuum actualium
D veniam impetrasse, eo quod illic difficilli-
mam quandam rem crediderit, sicut ipse
Beatus Apostolus exaggerat. Quod si ex-
positorũ illorũ sñia uera est necessario cõ
cedẽdum est, q̃ Abraham ante illum actũ
fidei in mortali culpa existebat, q̃ durissi-
mum dictu, durius autem creditu esse ui-
detur. Nam ille ante hunc actũ fidei fide-
lis erat, atque in unum Deum credebat,
utrq; spiritualis erat, & sacerdoti Melchise
dech decimas exoluit, & nonnullæ diuinæ
reuelationes leguntur, quas ipse cælitus ac- A
ceperat, ibidemque Deo altaria erexisse, il-
licque pacificas atque iucundas hostias di-
citur obtulisse. Si ergo tot in eo virtutes
in esse dicuntur, quomodo centesimo æta
tis suæ anno iustificatus est, fidesque repu-
tata fuit illi ad iustitiam? Quamobrem lo
cum illum aliter exponẽdum esse arbitror,
videlicet. Abraham multo ante illũ actum
fidei iustum fuisse, at quia inter oẽs actus Gen.17
fidei illius hic illustrior extitit, quia credi-
dit contra spem in spem, quod cum esset
iam centum annorum, uxorque eius nona B
genaria filiũ cõcceptura esset, atq; ex ipsius
progenie Saluatorem mundi esse nasci- Gen.21
turũ, & quis, triginta fere anni inter prio-
rem promissionem, quæ facta fuit & eius
executionẽ interpositi sunt, de diuina pro-
missione, nullo unq̃ tpe dubitauit. Quam
fidem ut sancta scriptura sublimaret, dixit.
Credidit Abraham Deo, & reputatum est
illi ad iustitiam. Quasi diceret. Et si iã iusti
ficatus erat, ille tamen actus fidei sufficeret
illum ad primã gratiam cõsequendã dispo
nere, nisi illã iã haberet. At qui illam iam
habebat, reputata est illi fides eius ad iu-
stitiam, i. ad iustitiæ augmentum, quæ est C
iustificatio secunda. Queãdmodũ sacramẽ
tum pænitentiæ primam dispositis gratiã
infundit, sed si per contritionem iam eam
habent gratiæ augmentum illis cõceditur.
Mirabile est ãt q̃ idem exemplũ, q̃ san-
ctus Paulus adducit ad probandum. Abra-
ham non per opera, q̃ dem legis, sed p fidẽ Iacob.2
iustificatũ fuisse, adducit ẽt D. Iacobus in
suã canonica, ut probet fidem sine operib.
mortuam esse. Nam affirmans hic sanctus
Apostolus fidem per se non sufficere ad sa-
lutem, dicesq; Tu credis q̃a unus est Deus?
bene facis & Dæmones credunt, & contre
miscũt, addit statim; Vis aũt scire o homo
inanis q̃a fides sine operibus mortua est?
Abraham pater noster nonne ex operibus
iustificatus est offerens Isaac filiũ suũ sup
altare? Quid est hoc? qũo hic unus alteri,
uno eodemq; exemplo Apostolus cõtradi- D
cit? Huic dubio respondet D. Augustinus
dicens, eorũ facilẽ esse cõcordiam, non. n. August
unus & idem Spiritus diuinus diuersis in
strumentis sibi inuicẽ contradicit. Etenim
B. Paulus non opera, nec Diuus Iacobus
fidem excludit. B. Paulus asserit hominem
iustificari per fidem, quæ per dilectionem
operatur, quam vocamus formatã. Infor-

A mem autem fidem reiicit Diuus Iacobus,
qui per opera hominem iustificari dicit,
cooperante autem fide. Et ita addidit di-
cens. Vides quomodo fides cooperatur
operibus illius & ex operibus fide con-
summata est? Et sic nullam in eis esse di-
scordiam, sed maximam quandam fidei
(tanquam totius boni fundamenti) con-
fessionem aperte demonstratur. Verum
Simile. quemadmodum ædificij fundamentum
hominem protegere non sufficit, nisi tota
domus construatur, sic etiam fides sine
operibus hominem saluare non sufficit.
Hoc etiam sanctus Paulus confirmauit di-
Rom. 4. B cens: Nihil ergo nunc damnationis est ijs,
qui sunt in Christo Iesu, qui non secun-
dum carnem ambulant, lex enim spiritus
uitæ in Christo Iesu liberauit me a lege
peccati & mortis. Ecce quomodo dicit, quod
nō solum quia fidei lumine illustrati sunt
nihil damnationis habent, qui sunt in
Christo Iesu, sed etiam, quia non secun
dum carnem ambulant. Ambulare secun-
dum carnem est opera carnis exercere. Et
Gala. 5. ut idem B. Apostolus ait, manifesta sunt
opera carnis, quæ sunt fornicatio, immun
ditia, impudicitia, luxuria, &c. Et quia lex
C Spiritus uitæ non solum liberauit eos a
lege ueteri, sed exercita in illis, liberat eos
ab æterna damnatione.

Ait igitur sanctum Euangelium: *Nu-
ptiæ factæ sunt; & uocatus est Iesus ad nu-
ptias.* Maximam affert admirationē Magi
strum pacis, totiusque sanctitatis atque
virtutis conuiuium acceptare uoluisse, sese
que ad nuptias contulisse. Spiritus sanctus
Eccl. 7. dicit: Melius est ire ad domum luctus, quā
ad domū conuiuij. In illa enim finis cūcto
rum admonetur hominum, & uiuens co-
gitat quid futurum sit. Et inferius ait. Cor
sapientium ubi tristitia est, & cor stulto-
D rum ubi lætitia. Hoc quotidie experientia
comperimus, quod etiam perditissimi qui
que ac flagitiosissimi audientes luctum,
qui in domo defuncti fit, deterreri & a ui-
tijs resipiscere consuescunt, multo aūt ma
gis cum ipsum cadauer aspiciunt in quo
eis repræsentatur qualis existat anima in
peccato. Nam quemadmodum liberi parē
tibus similes esse, ipsorumque indolē atq;
Simile. ingenia hæreditare consuescunt, ita mors
peccati filia (nam ut D. Paulus dixit) per
unum hominem peccatum in hunc mun-
dum intrauit, & per peccatum mors, satis
aperte peccati effigiem manifestat, qualis-
que anima post peccatum manet, osten- A
dit. Sicque cum peccator per se peccati de
formitatem non norit per mortem, quæ
est eius filia in illius cognitionē deuenit,
Ideoque dicit hic Ecclesiastes, quod uidens
homo alterius finem, contemplatur quo-
modo uniuersa finienda sunt, & quod post
mortem de se faciēdum sit mente conside
rat, sicut sancta Ecclesia singulorum pecca
torum nomine decantat dicens, quid sum
miser tunc dicturus, quem patronum roga
turus, cum uix iustus sit securus? Iustus pla
ne erat B. Cyprianus, cūque ob Iesu Chri-
sti fidem uinctus in carcere teneretur nō tā
sibi prominentē mortem, quam diuinū iu
dicium formidabat, & orabat dicens, uæ B
peccatis meis, cui monti dicturus sum do-
mine, ut cadat super me? Si tā sanctus hic
vir, qui quodammodo iterum sanguine
suo baptizandus, gloriosoq; martyrio ab
luendus, imo & consecrandus erat, tanto
huius diuini iudicij metu concutiebatur,
quō flagitiosus homo, qui tam multorum
sibi criminum cōscius est nōn timebit? In
domo aūt conuiuij homo præ lætitia mor
tis, ac suimetipsius obliuiscitur, nimiaque
ciborum abundantia est quoddā uitiorum
seminarium, ideoq; melius est ire in domū C
luctus, q̄ in domū conuiuij. Solinus duos
fontes esse testatur, ex quorū altero qui bi-
bit, adeo ridet, ut tandem moriatur,
si uero alterius aquā bibat, cessat a risu & Solinus.
mortem euadit. Prior horum fontium est
mortis obliuio, posterior aūt est ipsius re-
cordatio. Etenim cum in obliuionis fonte
potamus, absque prudentia, & animaduer-
sione ridemus, atque delectantur secularí-
bus rebus, appetitibusque nostris deuncti
post eos laxis habenis decurrimus, quous-
que in æternum interitū deuenimus. Si au D
tem opportune ex alterius fontis aqua bi-
bimus, quæ est mortis recordatio, in nos
metipsos reuertimur, & a uanis risibus, &
uoluptatibus resipiscimus, easq; in amari-
tudinis lachrymas cōuertimus. Nullis uer
bis satis digne exaggerari potest quantum
humanæ uoluptates homines peruertunt.
Quando Nabuchodonosor fecit statuam
auream, illamque iussit adorari, præcepit
adorationem fieri, cum tubæ, citharæ, tym
pana, aliaque musica instrumenta per-
sonarent. Optime namque rex idololatra Dan. 3.
cognouit, cum homines musicæ suauita-
te

A te distracti,& quasi concentu illo soporati esset, facilius peruerti posse, ut ante statuam prosternerentur, eamq; adorarent. Ex quibus omnibus infertur quam necessarium sit seruis Dei uanas huius sæculi uoluptates effugere, modosq; perquirere, quibus ad mortē sæpenumero contēplandam inuitentur. Vt enim dicit B. Hieronymus, facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturū. Cū igitur hæc ita sint, o Christe summe mūdi Magister, quomodo te ad nuptias,& conuiuia confers? Ad hoc nobis responderi potest, nullum esse tam licitum conuiuium, quam
Hie. epi. ad Paul. de scrip. eccl.
B quod in nuptijs ad honorem coniugalis status celebratur,& nisi diabolus tam turpe re conuiuia prophanasset, non turpe esset uiris Ecclesiasticis eis interesse, sicut in illo tempore Iesus Christus spiritalis uitæ reformator cū suis Sanctis Apostolis in illo conuiuio non male usi sunt, neq; illis nuptijs interesse eis indecorum fuit, in illo (inquam) tempore, quo in nuptijs non fiebant dissolutiones, quæ modo fiunt.

Voluit autem dominus his nuptijs adesse, ut homines doceret, ꝙ ad nuptias,& conuiuia sua uiros spiritales, uirtuteq; prę ditos propter sancti sacramenti matrimo
C nij honorem semper inuitent, atq; ne intelligeret Christianos uiros dedecere sanctissima sacramenta leuibus hominibus, rebusq; lasciuis, atq; inhonestis prophanare, quæ omnia grauium, sanctorumque hominum præsentia remouentur. Præcepit Deus Hebræis ne in festiuitatib. suis
Deu. 14 leuitarum obliuiscerentur. Comedes (inquit) coram domino Deo tuo,& epulaberis tu,& domus tua,& leuita, q intra portas tuas est, caue ne derelinquas eū. Semper sæcularem hominē in festiuitatibus, gaudijsq; suis aliquos ecclesiasticos uiros
Deu. 16 secum habere oportebat, qui eum docerent,& de dño Deo loquerentur, illiq; tan-
D quam frænum essent, ne dissolueretur, aut malū aliquod faceret. Præcipiebat etiam Deus idem Hebræis, ut rem hāc amplius exaggeraret dicens: epulaberis corā dño Deo tuo tu,& filius tuus,& leuites, q est intra portas tuas,& aduena,& pupillus,& uidua, qui morantur uobiscum. Animaduertite dñm non solum eis præcepisse, ut uiros probos, sed pauperes etiā in eorum oppidis commorantes, atque peregrinos illuc concurrentes inuitarent. Nunc autem

tem cum conuiuia non coram dño fiant, A non pauperes, nec seruos Dei ad illa inuitatis, sed alios diuites, ac perditos sicut & uos accersitis. Quod si quos pauperes inuitatis, hoc facitis, quia sunt scurrę garrulatores, quo dissolutionib. uaniloquioq; suo uobis afferant uoluptatem, quod quidem parum uobis, aut nihil uirtutis inesse demonstrat. De iustis enim dicitur, iusti epulentur,& exultent in cōspectu Dei,& Psal. 67. delectentur in lætitia. Non prohibet Spiritus sanctus iustos epulari, atque delectari, sed pcipit, ut ita uoluptatibus utantur, sicut decet eos, qui in diuino Dei conspectū commorātur. Et sic cum Iethro ad uisendum generū suū Moysen accessit, Aa- B ron, senioresq; Israel conuenisse dicūtur, ut comederent panē cum eo coram dño. Non uult dicere sacra scriptura (ut notat D. August. super hunc locū) eos coram tabernaculo Dei ad uescendum consedisse: August. nondum.n. tabernaculū fuerat instructū, sed quāquam cū hospite comesturi conuenerūt, ut lætitiā, quā ex eius aduentu perceperāt, demonstrarent, illūq; eo conuiuio celebrarēt, tantā fuisse illorū cōpositionē, atq; religionē, ac si corā Deo epularentur, quē (ut arbitror) ipsi semper ante oculos ferebant. Quia hoc nūc deest, nihil est uo C bis odibilius, quā conuiuijs, gaudijsq; uestris spiritales uiros adesse, eum.n. illi adsunt, detrahendi, ludendi, atq; ridēdi libertatē uobis deesse iudicatis. Ex eo uel maxime horum hominū pietas conijci potest, ꝙ dñm ad nuptias suas inuitarunt.

Vt autem nuptijs matrimonijsque uestris Iesus Christus spiritaliter adsit, sicut & illis corporaliter interfuit, sanctis quibusdam admonitionib⁹ uos instruere uolo. Vt autem quam necessarię sint, melius cognoscatis, notate prius, qđ dicitur: Adā Gen. 2. non inueniebatur adiutor similis illi: noluit Deus, ut Adam adiutricem, aut comi- D tem inueniret: uolebat enim ipsemet illā ei dare, quo illū hoc beneficio arctius deuinciret. Et pēsandū uobis est, Deū paulo antea illi dixisse, nō est bonū hominē esse solū uidelicet, ut cognosceret Adā quanto pere societatis indigeret,& sic eā maxime cōcupisceret,& sic fecit, ut eā inter uniuersa animantia quæreret, dicit.n. sacratus textus, ꝙ formatis cunctis animantibus adduxit ea ad Adam,& paulo inferius dicit; Adam uero non inueniebatur adiutor

A similis eius. Vnde apparet Adam inter omnia animalia societatem quæsisse, nec eam inuenire potuisse. Hæc omnia fecit Deus, ut cum ipse illam ei concederet, eã pluris æstimaret, atque ardentius amaret. Maximumq; fuit Dei artificium, ut homo naturaliter uxorem diligeret illam ex ipsiusmet costa subtrahere, quo sicut homo naturaliter corpus suum diligit, sic etiam naturali, non autem adiectiuo amore vxorem diligeret, eo ꝙ sit caro ex carne eius, & os ex ossibus eius. Et quemadmodum pp carnem suam patrem, ac matrem relinquit, sic etiam propter uxorẽ suam eos

B dimittat, illiq; adhæreat. Et quãuis Deus his omnibus artificijs usus est, sunt tamen homines adeo crudeles, atque inhumani, ut uxores suas odio habeant, & affligant. Hinc colligere merito potestis, qđ si mulier illa, quam dñs dedit Adæ, ut esset adiutrix eius (hoc enim significatũ est sicut per

D. Ambro. lib. de ope. paradisi. pẽdit D. Ambrosius in eo, ꝙ quãdo Deus creauit Adã non addidit dicẽs: uidit Deus quod esset bonũ, sicut in cæteris operibus dixit, postquã autem u itum, ac mulierem formauerat, dicit sancta Scriptura, uidit Deˀ cuncta, q̃ fecerat, & erant ualde bona. In quibus uerbis il los etiã comprehẽdit, qđ

C ita factũ fuit, ut magnã perfectionis uiri partem ex bona mulieris societate pendere cognoscamus (etsi a Deo illi data fuit cũ hac intentione, vt eũ adiuuaret, & tñ illũ destruxit) qđ igitur faciet vxor uiro, q̃ non Deus quidem, sed diabolus illi cõiunxit? O quã metuendum est dictu, atq; auditu nonnullos esse uiros, quos non Deus quidẽ, sed diabolus potius uxoribus sociauit. Etenim illi, quib. diabolus persuasit, ut propter pulchritudinem tm̃, quã in fœminis perspexerunt, ut in eis suis turpibus appetitibus satisfacerent, quodammodo dici possunt a diabolo uxores accepisse, si-

D quidem eis persuasit, ut cũ eis matrimoniũ contraherent ad maiorẽ ipsorum condemnationem (Deo in pœnam aliorũ peccatorum, quæ forte præcesserãt, permittẽte) Fratres dilectissimi ne fœminarum pulchritudine decipiamini, ne fit condemna-

Gen. 12. tionis uestræ laqueus. Sanctã Saram dicit sacra Scriptura, adeo pulchrã esse, ut cum plusquam septuaginta esset annorum uir eius ei dixerit, noui ꝙ pulchra sis mulier. Et unũ ex maioribus periculis, quibus expositus fuit Abraham, fuit propter illius speciem, siquidem propter illam corporalem uitã se amissurum esse credidit; at, secundum nonnullorum doctorum sententiam spirituali uita priuatus est, quod longe peius fuit, nam secundũ illos, mortaliter peccauit, q̃a quantũ ex se erat mortis timore perculsus uxoris pudicitiã prostituebat, cũ ei dixerit, cum uiderint te Aegyptij, dicturi sunt, uxor illius est & interficient me, & te reseruabũt. Dic ergo obsecro te, ꝙ soror mea sis, ut bene sit mihi ꝑ pter te, cũ tñ omnia ab eo postponi oporteret, ne Deũ offenderet. Quapropter ad uirtutem, quæ uobis ad saluandas animas fauere potest, non autem ad pulchritudi-

nem respiciatis, quæ magni mali uobis occasioni esse potest. Nec uero in sciendum censeo prudentis uiri esse, illam deligere uxorem, quæ tã speciosa non sit, ut ab omnibus cupiatur, nec tã informis, vt ab omnibus negligatur, illiq; alicuius dissolutionis occasioni sit. Itaq; ut in hac re rectum sicut oportet faciatis, necessariũ uobis est, omnium cõiugiorum uestrorũ fundamẽtum esse Dei ministerium, finemq́ue, quẽ diuina ipsius Maiestas matrimonij esse cõstituit, ad quod sanctis meditationibus, assiduisque orationibus uti debetis. Sanctus

Isaac quadragesimum iam attingebat annũ, nec uero uxorem quærebat, nec patri suo dicebat, ut eam exquireret. Tãta puritate iuuenes illius tempestatis nitebãt, sicque appetitus suos coercere di scebãt. Qñ autẽ senex ille sponsam ei ex Mesopotamia deferebat, attendite ubi repertus fuerit, dicit quippe sacratˀ textus, ꝙ egressus fuerat ad meditandum in agro inclinata iam die. Non vtique ludis intẽdebat, nec ad nuptias uanitates inanes exquirebat: sed in agro, & solitudine persistebat, dicitque ibi diuina scriptura, accepit eam vxorem, & in tm̃ dilexit eam, vt dolorem, qui ex morte matris eius acciderat, tempera- Gen. 24.

ret. Considerate filij pietatẽ, etenim plus q̃ triennium erat, ex quo mater eius obierat, & adhuc eius obitum deplorabat. Et quanquam vxorẽ duxit, præ vxoris amore nõ dolorem penitus amisit, sed exultatio hæc eius mærorem aliquantulũ temperauit. O quanto amore, atq; reuerentia matri suæ uiuæ seruiebat, qui eius obitũ tantopere sentiebat. Nunc aũt vbi primum liberi vxores ducunt, statim uiuorum etiã, quanto magis defunctorũ parẽtum obliuiscun-

A uiscuntur. O quanta est hæc confusio, & quam parum tam graue malũ sentimus. Ex hoc igitur sancto uiro fratres charissimi discite, qui siquidem in lege naturę tanta perfectione pollebat, quanto magis nũc in lege gratiæ illa uos oportet excellere?
Gene. 2. sicque matrimonio copulati id, quod Deus instituit, custodire curate. Etenim ubi primum hominem creauit ei præceptum imposuit dicens, ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas. Hoc illi præcepit prius quã mulier formaretur. O Deus infinitæ sapiẽtiæ, ut quid domine mulierem prius nõ formas, & postea utrique præceptum istud
B impones, quo audiens illud mulier ex tuo diuino ore maiori illud habeat reuerentię? O admirabilem Dei prouidentiam noluit utique dominus, ut uxor ex viro, quæ
1. Co. 14 esset Dei uoluntas addiscere, illumq; haberet in magistrum. Ideo B. Paul. ait mulieres, si discere uolunt, domi uiros suos interrogent. Hinc etiam apparet uiros diuinas res scire debere, ut eas uxores suas doceant. Verum proh dolor, quam pauci huiusce modi reperiuntur.

Pẽsate etiam quomodo Eua ex Adæ doctrina cognouit pręceptum viro suo impositum a Deo, ut ipsum docere etiam sibi datum fuisse, seque ad illius obseruantiam
C teneri, & si Deus peculiariter dixit Adæ;
Gene. 2. ne comedas, in quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris. Siquidem ipsa dixit serpenti, de fructu ligni, quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus. Non dicit, præcepit uiro meo, sed pręcepit nobis. Aliud etiã mysterium circa hoc adnotate, scilicet hominẽ a Deo ad ipsius imaginem factum fuisse; dixit enim Deus, faciamus hoiem ad imaginem & similitudinem nostram, postea uero mulierem uiro similem formauit, si quidẽ dixit, faciamus ei adiutorium simi-
D le sibi, & per consequens factum fuit ad similitudinem Dei. Verum attendite diuinũ artificiũ. Etenim quia mulier Deo similis erat, voluit Deus ut hanc similitudinem haberet, eo quod uiro similis erat, uoluit ut eius similitudo cum ipso per conformitatem cum homine fieret. Vt ex hoc uxor intelligeret ad conformandum se diuinæ uoluntati ualde necessariũ esse in boni uiri sui arbitrio adhærere: scire: quę si uoluntati uiri sui repugnat, Deo etiam se fore discordem quæ si uos o coniuges omnia A obseruabitis, maximam, atque latissimam aperietis, ianuam, per quam dominus ad nuptias uestras libenter introeat *Et deficiente uino dicit mater Iesu, ad eum. Vinum non habent.*

Videamus nunc, an tã intemperantes erant conuiuæ illi, aut tam improuidi, atque negligentes erat coniuge ut medio conuiuio præcipuum quod est uinum illis defuturum esset? Dico hoc factum fuisse diuina dispositione, uidelicet, ut illic clemẽtissimæ genitricis pietas, unigenitique filij eius omnipotentia ostenderetur, O virgo B sacratissima quam fortunati sunt clientes tui, qui sese tibi affectuose commendant, siquidem cum adhuc rogata non sis, ipsa tete offers, remque non nimis necessariam sicut uinum, sine quo mediocriter conuiuium finiri poterat, exposcis, quid facies cum assiduis supplicantium precibus rogiteris in rebus præcipue ad animarum salutem spectantibus? Vsitatum est a sancta Ecclesia cælestem hanc dominam uerbis illis Ecclesiastici glorificare, dicentis, transi- Ecc. 24.
te ad me omnes, qui concupiscitis me, & C a generationibus meis adimplemini, in quibus significantur, illam nos ad sui deuotionem, atque ad patrocinium suum inuitare, nã si eius clientes, ac deuoti fuerimus omnes eius generationes pro nobis habebimus. Ipsa enim Saluatoris nostri Iesu Christi naturalis est mater, spiritualisque sanctorum omnium genitrix, à quibus cis ctis credibile est eos omnes esse iuuandos; qui fideles ipsius serui fuerint, atque deuoti. Notandum est etiã sanctissimã hãc pietatis matrem non expectasse, ut uinũ omnino deficeret, dicit, n Sanctus Euangelista. Deficiente vino, ne illi sui deuoti, atq; amici uerecundiã paterentur. O quam merito D debetis erubescere, pudoreque confundi ij, qui nõ solũ proximorũ uestrorũ calamitatib. remedium non exquiritis, sed sæpenumero etiam illas in lucem proferus ut fratribus uestris illudatis, & cauillationibus deturpetis. O pectora totius charitatis expertia, o impia uiscera, quo uultu, aut quibus oculis a domino misericordiam petere audebitis, siquidẽ uos in pauperes (qui i ipsius loco sũt) misericordia nõ utimini?

Dicit ei Iesus, quid mihi, & tibi mulier? Nõdũ uenit hora mea Sanctissimã Virginẽ mulieris, non aũt matris nomine non pp

A amoris reuerentiæ defectum diuidus Redemptor appellauit. Neque hoc purissime ipsius virginitati derogauit, nam Eua virgo erat, quando eam Deus ab Adæ costa subtraxit, virgoque fuit quandiu in paradiso uoluptatis habitauit, eam tamen Adā coram Deo mulierem nuncupauit dicens; mulier, quam dedisti mihi sociā dedit mihi de ligno, & comedi. Et ipsam Spiritus sanctus mulierem uocat dicens, & ædificauit Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem. Sed eam hoc nomine appellauit, ut una ex admirabilibus illius excellentijs designaret. Nam mulier idem est

Gene.3.

Gene.2.

B quod molliens herum. Hoc est mollefaciens dominum, unde apparet nullam puram creaturam hoc nomen mulieris tam dignè fuisse promeritam, quam beatissimā hanc cælorum Imperatricem, siquidē nulla vnquam Dei furorem sicut ipsa placauit. Vult igitur dn̄s dicere. O mollefaciēs, & placans Deum optimè nosti nostrum non esse vini defectum supplere, sed coniugum potius saluationi consulere. Ad istud autem, quod me facere desideras nondum uenit hora, nondum enim inopia uini cognita fuit, & si nunc miraculum istud efficerem non tam ab omnibus cognosceretꝰ,

C quamobrē illud in aliud tempus differamus, cum maius conuiuis emolumentum ex eo obsequuturum sit. In hoc significauit dn̄s quando præceptum occurrit, quod in certa hora obligat, illud non oportet in aliud tēpus differri. Verbi gratia die festo rem sacram audire, aut in uigilia ieiunare tenemini, non potestis isthæc in aliū diem differre, quamuis arbitremini, alio in tēpore aptiorem ad hoc faciendum dispositionem uobis esse futuram. Quando autem opus non est de necessitate præcepti, bene potest in aliud tempus differri, quando uobis opportunius fieri posse, aut maius ex

D eo emolumentum subsequendū esse videbitꝰ. Possetis utique uni hodie, & alteri cras eleemosynā pauperi erogare, sed dicit uobis auditor pœnitentiarius, ut si in his eleemosynis distinctim erogandis centum aureos, aut aliquā notabilem pecuniæ quantitatem consumpturi estis, illam congregetis ad uirginē uiro tradendā, aut ad captiuum redimendū, bonum est ad perfectius opus faciendū pecuniā illā differri. Filius Dei non contentus erat bona opera facere, sed in omni perfectionis genere illa longè

præstantissima faciebat. Non contentus A est ieiunium qualecunq; ieiunare, sed perfectissimū ieiuniorū, quæ in orbe fuerunt, ieiunium ieiunauit. Non cōtentus est esse pauper, sed pauperrimus oīum extitit. Idē que in patientia, castitate, cæterisq; omnibus uirtutibus obseruauit. Ideoq; aptiorē coniunctionem, opportunitatemque expectauit, ut miraculū illud efficeret. O quam miserabile est visu quō temporū opportunitates homines ad sua negotia conficienda expectant. Si centū aureos habes, quib. aliquid emere uis, eam temporis occasionem expectas, cū uilius rē illā emere possis, quod si quid vendere conaris, illud tem B pus, & locū obseruas, in quod id carius uēdas. In spiritualib autem mercimonijs nihil expectamus tanquā homines, qui nulla spiritualia lucra desideramus. Etiā ad peccata perpetranda homines tēpora, modos atq; artificia exquirunt, quibus peccata coram diuina Maiestate grauiora reddūtur. Videns Deus quod multa malitia hominū esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intēta esset ad malū quod de hominib. huius miseræ tēpestatis dici eū posse suspicor. Quēadmodū inter artifices nōnulli sunt adeo perfecti, periti, atque exacti, ut artificiosissima quæque semper excogitēt, sic etiā ma- C litia hominū nouos semper peccandi modos inuestigat. Atque ita in orbe terrarum mala dies accrescūt. Videbitis superbum, qui de homine suo ulcisci conatur, excogitātē quomodo iniuria, quā illi illaturus est, grauior, & contumeliosior fieri possit, ad quod temporis, & loci occasionem exquirit, curatq; iniuriam die, in foro, corā frequenti hominum multitudine illi inferre, atque dirieque potius quam ligno illum percute re decernit, aut ligno potius quam gladio eum cedere conatur. Idemque de reliquis omnib peccatorū generib. dici potest: iam enim omnia fere magno artificio perpetrantur quo perfectissima, nimiumq; consummata committuntur. Opera autē virtutis adeo imperfectè a nobis fiunt, ut illa Deo odibilia esse existimem. Etenim nonnulli die festo vndecima hora sine attentione, deuotione, atque reuerentia rem sacrā audiunt. Præceptum confessionis Sabbatho sancto, aut etiā post Pascha adimplent, quod si propter morbū eis præcipitur ut cōfiteatur, id tempus expectāt, cum iam rationis expertes existunt. Alienæ pecuniæ restitutionem

Simile.

D


tionem

A tionem in testamentum differunt. Cum ieiunant, adeo noctu reficiuntur, ut cœnare potius, quam collationem facere dici possint. Omnes eorum eleemosynæ in modicum panis fragmentum, aut in obolum resoluuntur quem etiam tanquam inuiti, plurimisque pauperum clamoribus compulsi largiuntur. Denique uix quisquam tempora, modos, aut artificia exquirit, quibus opera sua coram Deo præstatiora sint: plurima autem hæc excogitant, ut peccata sua grauius Deum offendant. Cuius miseriæ unam causam esse suspicor, quia opera bona pp Deum; mala uero propter nos efficimus, cumque nosmetipsos plusquam
B Deum diligamus, hinc est, quod ea, quæ nostri causa facimus efficacius, quã ea qua propter Deum facimus, operemur. O maximã filiorum Adæ peruersitatem, nulla quippe sunt uerba, quibus satis digne ualeat explicari. O lux beatissima, quãdo nos illuminabis, ut ab his erroribus exeamus? O sol iustitiæ, quando nos cœlestibus radijs inflammabis? O ignis infinitę actiuitatis, quando hæc corda nostra combures fæcesque istas, quibus pleni sumus, consumes, hasque tam algentes animas in ardentissimas prunas conuertes, quo sic tuo diuino amore inflammati, rationes, artesque quæramus, quibus tibi gratius seruiamus?
C Quo diuina gratia referti te in cœlesti sempiternaque beatitudine fruituri, ad ętherea regna conscendere ualeamus. Amen.

DOMINICA TERTIA post Epiphaniam.

Concio Prima.

Cum descendisset Iesus de monte, secutæ sunt eum turbæ multę, &c, Matth.8.
D


N excelsi montis cacumine diuinus magister cũ discipulis cõmoratus fuit, illicque quõ orandũ, amandũ, ignoscendũ, atq; et quõ docendũ sit, hoies erudiuit. Illis quippe dixit. Vos estis sal terræ, & uos estis lux mundi: cumque tam sublimibus, atque necessariis exercitationibus intenderet, non tamen A eorum oblitus est, qui eum in conuallibus expectabant, erant, etenim ibi plurimi languidi, uarijsque morbis laborantes. Tamque arduis negotijs relictis, quia egenorum, languentiumque necessitas ex inferiori clambant, de monte illos curaturus descendit. O mirificum exemplum ijs, qui in Dei ministerio libenter se gerere cupiunt quo eum proximi necessitas poposcerit; filium sanctarum exercitationum infringant, eique subueniant, præsertim si sunt prælati. Sepenumero uobis prædicauimus exteriora opera quantumcunq; bona sint interiorum exercitationum spiritualium quæ operum societate indigeren. Sicq; eos, qui misericordiæ operibus intenditis admonuimus, ut aliquam diei partem in cordib. uestris ad Deum eleuãdis consummere curetis, quod etiam in corporalibus exercitationibus uobis magnopere curandum sit consuluimus. Ecclesiasticus enim ait: Beatus vir, qui in sapientia morabitur, Eccl. 14.
& qui in iustitia sua meditabitur, & qui in sensu suo cogitabit circũspectionem Dei. Singula hæc uerba diligenter pensate, dignissima sunt enim animaduersione. In priori enim parte beatum illum dicit, qui conscientiæ suæ puritate sanctarumque re C
rum meditatione sapidam quandam Dei scientiam curat adipisci, omnibusque uiribus, ac toto conatu conseruare intendit. In secundo loco illum beatificat, q cum cõsideratione meditatione que id quod tenetur, efficit, & hoc secũdum status sui conditionem. I. antequam eleemosynã tribuat, aut aliqd aliud p etatis opus efficiat, intra se cogitat, quõ id perfectius operetur. Et hoc significat, qui in iustitia sua meditabitur. In fine tandẽ beatũ eum appellat, qui se a Deo passim cogitat aspici. O D
si quis in tantã perfectionem perueniret, q circunspectus, cõpositus diuinoque timore plenus incederet. O quantum ex his spiritualib. exercitationibus thesaurum cogeret, qui eis diligẽter incumberet. Ecqs peccaret, si sp se a Deo perspici cogitaret? Isa. 40.
Idcirco Isa. propheta dissolutiones nostras obiurgans earum cãm huius considerationis defectum esse affirmat dicens, quid dicis Iacob, & loqueris Israel, absconditia est uita mea a dño, & a Deo meo iudicium meum transiuit? Nunquid nescis, aut non audisti, Deus sempiternus dominus, qui

A qui creauit terminos terræ, & non deficiet, neque laborabit, neque est inuestigatio sapientiæ eius? O quot sunt hodie, qui licet idem ore non proferant, corde tamen sibi non potentius persuadent Deum illis semper adesse, neque sibi iudicium futurum existimant, sicut stulti illi Israel, quib. cum hic Isaias loquitur. Vna ex causis perditionis Cain fuit, quod existimauit Deum nō videre, quod in hoc orbe fit, sicque sibi persuasit, cum non uidisse necem, quam fra-
Gene.1. tri suo intulerat. Ideo interroganti cum domino, vbi est Abel frater tuus? ille respondit, nescio, nunquid custos fratris mei
B sum ego? O scelestissime in hunc errorem
Psal.93. incidisti? num quid plantauit aurem non
Exo.25. audiet, aut qui finxit oculum non considerat? dicebat Dauid. Maximæ esset stultitiæ arbitrari eum, qui oībus uisum tribuit, cæcum esset futurū. Præcepit Deus Moysi dicens. Facies lucernas septem, & pones eas super candelabrum, ut luceant ex aduerso. Vt quid domine domi tuæ candelabrum septem candelas accensas habens uis? scilicet, ut tu o homo tibi persuaderes in domo Dei, qui est uniuersus orbis, nihil
C tam absconditum, atque obscurum esse posse, quod ipse non aperte perspiciat: Dauid Dei nomine dixit. Fortitan tenebræ
Psal.118. cōculcabūt me, & nox illuminatio mea in delicijs meis? Respondetque dicens. Tenebræ non obscurabuntur a te, & nox sicut dies illuminabitur, sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Tam aperte uidet Deus nocte, quam die, unde luminaria illa noctu, dieque lucebant. Quæ cum ita sint, impii quomodo coram diuinæ maiestatis oculis
D peccare audetis? Vnus utique ex fontibus, unde tanta audacia dimanat, est considerationis defectus. Ideoq; dicit Spiritus sanctus Beatus uir, qui in sensu suo recogitabit circunspectionē Dei Non dicit, cogitabit, sed recogitabit. Sæpe nanque nos cōsiderare oportet, nos a Deo undique conspi- hoc enim significat circunspectionem Dei. Quemadmodum igitur eos, qui corporalibus exercitationibus intendunt, tanquā ad rem longe maxime necessariam quotidie exhortamur, ut his etiam spiritualibus occupationibus uacent, sic etiam nunc eos admonemus, qui cælestium rerum contemplatione delectantur, spiritualibusque plerumque operibus occupantur, ut exterioribus etiam pietatis actibus se tradere curent, notintque non omne illorum studium interiores actus esse opor- A
Exo.30. tere. Cum Moyses in montis fastigio legē a Deo populo suo tradendam acciperet, in medio dulcissimi illius, cælestisque colloquii ei dixit Deus. Vade, & descende, peccauit populus tuus, quem eduxisti de terra Aegypti. Quid domine, nūquid Moysi dulcius non erat tecum ibi: ic conuersari? Sic utique, uerum cum eius proximi necessitate premantur, rationi cōsentaneum est, ut quamuis Deum cum uerbo (ut aiūt) in ore derelinquat, eis remedium adhibiturus descendat, præcipueque cum neces- B
sitas spiritualis sit. Quoties Christus redēptor noster in horto Gethsemani ab oratione cessauit, & si oratio illa magis necessaria, atque utilis erat omnibus orationibus, quæ in orbe factæ sunt, neque ullo unquam tempore fient, ut discipulis suis occurreret, Discite igitur fratres dilectissimi ab hoc diuino magistro, proximorū quoq; Haba.2.
uestrorum necessitatibus cum charitate succurrite. Habacuc propheta dicit. Iustus in fide sua uiuit, idest, iustus suam uiuendi rationem secundum fidei suæ præcepta dirigit, atq; gubernat. Ecquid n. fax ac- C
censa prodest, nisi ea illumineris? Fides est fax accensa, qua hō uitam suam gubernare dēt. Si Rex tibi literas mitteret, in q b. te aliquid in sui ministerio facere iuberet, ma- Simile.
xime esset impudentiæ factum, si literis intellectis, regiaque uoluntate perspecta, contentus esses illas tantummodo legisse, nec quicquam amplius faceres, sed magnum regi ministerium a te exhibitum fuisse iudicares, quia illius epistolam legisti Scitote fratres uniuersa, q̄ a catholica fide docemur, literas esse a Deo missas, cumque oratis, atque illa animo contemplamini, tunc literas istas legitis, fideique documenta ruminatis, atque hinc intelligetis, hominibus, absque diuinarum rerum consi- D
deratione fidem esse tanquam epistolam obsignatam, sigilloque munitam, in qua licet maximæ lætitiæ, aut mæroris nuncij referantur, tamen quia obsignatam epistolam præ manibus habent, neque eam peruertunt, atque legerunt, quasi illam nō accepissent, ad neutrum istorum commouentur. Nihil potest maioris esse terroris, atque lætitiæ, quam ea quæ nobis a catholica fide prædicantur. At, quia mali epistolam hanc nunquam adaperiunt, ut quid

in

A in ea referatur, aspiciant, hoc est, quia diuina sacrosancta fidei nostræ mysteria nunquam, aut rarissime certe considerant, nec metuendis inferni comminationibus deterrentur, nec suauissimis cœlestis beatitudinis promissionibus delectantur: quod quidem grauissimum quoddam malũ est. Cum igitur sanctissimæ fidei diuinæque legis, quam ipsa nos credere docet, mysteria sint literæ a Deo missæ, una ex caulis, quare illas legere, ac ruminare debetis, est, vt quæ nobis Deus in eis imperat, cõpleatis. Ex quo intelligetis, quam stultum sit, homines esse contentos, hanc epistolam

B solummodo legere, solique cælestium rerũ contemplationi tradere, atq; hoc tantũ modo faciẽtes arbitrari se iã Deo satis fecisse, lõge opinione, fallimini fratres: animaduertite: Quod iustus in fide sua uiuit: vitãque suã iuxta fide: documẽta moderatur, siquidem autem fides uos docet Deum uobis præcipere, vt proximorũ uestrorum necessitatibus succurrere curetis secundum vires vestras, summa animi contentione ista Dei præcepta adimplere curate. Hoc significatum, atque insculptum est in libro Cant. 5. Canticorũ, ubi sponsa dicit. Ego dormio, & cor meum uigilat, hoc est, ego corpora-

C libus rebus dormio, cor autem meum in spirituali exercitatione peruigilat. Et contingere potest, animam ita se contemplationi tradere, actionique ianuas claudere, ut Deus in hac contẽplatione nõ inueniatur, sed foris existat. Vnde statim subdit spõsa dicẽs. Vox dilecti mei pulsantis, aperi mihi soror mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. Spõsus ille, qui suorum necessitatibus se solet induere, illasque proprias facere, siquidem dicit quandiu fecistis uni de his fratribus meis minimis mihi fecistis: ille (inquam)

Mat. 25 est, qui in pauperibus suis ad fores pulsat,

D necessitatibusque suis remedium exposcit acclamans. Contemplatiuus autem uir ex intus respondet, spoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quo modo inquinabo illos? pulsat pauper ad ostium madidus & frigore contremiscẽs, atque necessitati suæ in nomine Iesu Christi remedium efflagitat, contemplatiuus autem respondet, iam me ab omnium tẽporalium rerum cõsortio, & actione separaui, totum contemplationi tradidi. Videns autem hoc sponsus manũ suam misit per foramen, Deus enim aliquando pro A pria necessitate illum tangere consueuit, qui proximi sui miseriæ succurrere se excusat. Et ita necessarium est spõsæ exurgere, sicut ibidem ipsa fatetur dicens: surrexi, vt aperirem dilecto meo, manus meæ distillauerunt mirrham. Quando uir contemplationi deditus exurgit ad proximorum suorum necessitatibus occurrendum, tunc eius manus odoriferam distillant myrrhã, quod diuinæ maiestati gratissimum est. Chron. In chronicis nostri ordinis dicitur, Fratri ord mino. 2. p. Accursio in oratorio infirmorum conuẽtus B. Francisci Florentino oranti sacratis c. 46. sima virgo Maria Domina nostra apparuisse, ciusque sanctissima verba audiens B cuiusdam infirmi gemitum auribus percepit, pietateque commotus dulcissimo illo colloquio derelicto ad ei subueniendum se contulit, quem postquam consolatus est ad orationem rediit, cui iterum clementissima pietatis mater apparuisse dicitur, & de pio illo opere facto gratias retulisset.

Dicit igitur sanctum Euangelium. *Cum descendisset Iesus de monte, &c. Et ecce leprosus ueniens adorabat eum.* Diligenter hãc sancti Euãgelistæ exaggerationem pensate, dicit enim. Ecce leprosus ueniens. O uerbũ dulcius melle, ac dit* cælo, eadẽ C exaggeratione, qua regum aduentũ recensuit, dicẽs. Ecce Magi ab oriẽte uenerunt, nunc pauperis leprosi aduentum exaggerat. Hæc est diuini ingenij generositas, atque amplitudo, tanti namque pauperum quam regum ministeria æstimat, non quippe hominis qualitatem, sed eius potius animum, atque affectum attendit. Minus donum erat duo minuta pauperis uiduæ, vilisque personæ qualitas, quam potentes, ac diuites Hierosolymorum, & tamen illud pluris quam pinguia aliorum munera dominus æstimauit dicens. Vere dico uobis, quia uidua hæc pauper plusquam om- D nes misit, cuius ratio est, quia qualitates, & circunstantiæ, quibus ministeria Deo grata sunt, sunt gratia, spiritus & feruor amoris ardentissimus: quibus omnibus fieri potest, quod pauper magis, quam diues abundet. O benedictus sit talis Deus, o glorificatus sit tam clemens dominus. Eia pauper exulta, si ad Deum tuum adorandum velis accedere: tanti tuum quanti præpotentis Imperatoris, & pluris etiam, si cum maiori spiritus affectu accedas aduentũ æstimat.

Vnde

A Vnde loquens Isaias Propheta ad literam
Isa. 11. de superno mūdi Saluatore dicit. Non secundum uisionem oculorum iudicabit. Et septuaginta interpretes transtulerunt, Nō secundum gloriam iudicabit, dominus non. ... ad pompam gloriam atque autoritatem ... accedentium; sed ut supra diximus ad eorū affectū, & deuotionem respicit. Satis aūt huius leprosi dispositio apparet, si quidem dicit S. Euangelium. *Ecce leprosus veniens adorabat eum.* Et B. Lucas
Luc. 5. eandem historiam referens dicit. Et procidens in faciē suā. Gratissimum est Deo ... tum spiritu, & corpore atque omnib. quæ
B ipse nobis dedit adoremus. Miserabile est uisu quā irreuerēter homines hodie Deum alloquuntur: Vix enim cum ab eo misericordiam postulāt, genua in terra prosternere norūt. Si vos o fratres mei Manichæi essetis, q solam animam se a Deo accepisse credebant, non esset mirum si cum illa tantummodo eum coleretis. Siquidem autem Christiani estis, uobis q; tam corpus, quam animā diuina eius manu datā fuisse creditis, utroque uos illum oportet adorare, spiritum scilicet ad eum in cœlum eleuantes, corpus autem in diuino eius conspectu in terram humiliter prosternentes.
C Moyses atque Aaron dicuntur in faciem
Nu. 16. proni cecidisse, atque dixisse. Fortissime Deus spirituū uniuersæ carnis nū uno peccante contra omnes ira tua desæuiet? Perpendite quam reuerenter orabant. Orabat
2. Re. 12 Dauid pro paruulo, & iacuit super terram.
Psal. 94. Qui nos inuitat dicens. Venite adoremus & procidamus ante Deum, & de Christo redemptore nostro dicitur, & progressus
Mat. 26 pusillum procidit in faciem suam orans, & dicēs. Pater mi si possibile est, &c. & una ex rationibus, ob quas quicquid petijt, impetrauit, fuit maxima reuerentia quā suo æterno patri quatenus homo præstitit. Et
D ita non dicit Diuus Paulus, eum propter
Hebr. 5. ieiunium, aut prædicationem fuisse exauditum, sed dicit. Exauditus est pro sua reuerentia. Non solum intelligatis pro sua reuerentia, passiue, hoc est q̄a filius Dei erat, idest quod Hispane dicim⁹, *Por ser qui en era*, sicut viro religioso dicere consueuistis. Ego hoc faciam pro tua reuerentia, q̄d si alter mihi iuberet, minime facerem, sed etiam uerba hæc intelligēda sunt actiue, hoc est, quia Deum maxime reuerebatur: omnemque famulatum, & adorationē patri præstabat. Ideo nō contentus est B. Pau-
A lus dicere. Cum metu uestrā salutem operamini, sed post uerbū metu, addidit, & tremore. Nā metus respectu animæ, tremor
Phil. 2. aūt respectu corporis dicitur. Etenim corpus tremore, atque humiliatione animam debet adiuuare saluationem suā operari.

Consternatus leprosus ante dominum dixit ei. *Domine si uis potes me mūdare.* Ei⁹ omnipotentiā confitendo omnia in ipsius uoluntate relinquit. In quibus verbis dicit D. Lucas eum remedium salutemq; suam postulasse. Et sane multo efficacior erat huiuscemodi tacita postulatio, quam si dixisset, domine quia potes mūda me. Nam
B tacita illa precatio, & maiorē præ ferebat modestiam, ac humilitatem, & submissionem quandam totius negotij sub uoluntate dñi exprimebat, nec dixit, si uis, quasi de eius benignitate dubitaret, quia ex ijsdem omnino didicerat quanta esset, ex quibus didicerat potentiæ ipsius magnitudinem: sed quod eius uoluntati modeste submitteret negotium, quem solum sciebat nosse quid maxime expediret, facere. Tam substantialis, & efficax est hæc oratio, ut Christus Saluator noster ea apud æternū
Mar. 14 patrem suum usus fuerit dicens in horto.
C Abba pater, omnia tibi possibilia sunt, & alibi, si uis trāsfer calicem istum a me. Dicit utique *Si vis potes.* Nā diuina uoluntas
Luc. 23. non semper cum Dei potentia pari lance rependitur. Si Deus uellet omnia quæ potest, quid esset tibi, o infœlix peccator? Est ne hic aliquis concubinarius? aliquis homicida? aliquis, qui proximo suo diuitias aut famam subtraxent? Dic infelix, siquidē Deus facere potest, ut terra aperiatur, teque uiuum deglutiat, quid tibi esset, si sicut potest, uellet? vult autem te ad pœnitentiam expectare. O quam insensibilis es, si hæc non sentis, Deique omnipotentiā considerans toto corpore nō contremiscis. Si
D uniuersam hanc mundi molem Deus solo
Ps. 148. verbo construxit, ipse dixit & facta sunt, resq; facilius labefactantur, quam fiunt, tæque facile isthæc omnia, quæ oculis perspicimus, Deus effecit, quam difficile arbitraris illum hæc omnia in momēto posse destruere, quā difficile aūt erit ei te in instāti occidere, atq; in profundū Auerni præcipitare? O ineffabilē Dei misericordiā. Etenim cū in hoc instanti de te suppliciū sumere posset, te ad pœnitētiā expectat, nec solum

te

A te non punit, verũ plurima etiam in te beneficia confert ex quibus quanto te amore prosequatur, agnoscas. Postquam Isaias
Isai. 63. propheta plurima Hebræi populi demerita recensuit; propter quæ destructione dignissimus esset, dicit, circumspexi, & non erat auxiliator, quæsiui, & nõ fuit, qui adiuuaret, & saluauit mihi brachiũ meũ, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Videns Deus scelestissimũ illũ populũ omni ope, atq; auxilio destitutum, potentiãq; quod est ipsius brachiũ, quo eũ adiuuit, dicit dñs sibimetipsi fauisse, significans in hoc se adeo gaudere populo illa auxilium
B ferre, quasi ipsemet illo, auxilio iuuaretur. Dicitq; ipsam indignationem sibi auxilia tam fuisse, ut bonũ illud efficeret, ut cognoscamus, si Deus ex sceleribus nostris nos adiuuandi occasionem sumit, quid faceret, si ei seruiremus? At animaduerte o peccator, nisi ex his Dei auxilijs fructũ percipias, uniuersa tibi in malum esse conuertenda. Hoc est, quod ad literã affirmat
Rom. 2. D. Paulus, metuendis quibusdam uerbis, dicens. An diuitias bonitatis eius, & patiẽtiæ, & lõganimitatis contẽnis? ignoras quõ benignitas Dei ad pænitentiam te adducit? Secundũ aũt duritiam tuam, & impœ
C nitens cor thesaurizas tibi irã in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, q reddit vnicuiq; secundũ opera eius. Diuitiæ bonitatis Dei sunt uitæ product o, uindictæ dilatio, interior, & exterior uocatio, pia receptio, amicabilis remissio, tot preces, promissiones, & deniq; cõminationes, atq; ad pœnitentiam diuturna expectatio, hæc oĩa sunt diuitiæ bonitatis Dei. Magna utique est D. Pauli põderatio dicẽtis. An di
uitias bonitatis Dei contẽnis? Interrogatiue loquit acsi d ceret. Nunquid fieri põt qd talis in te ingratitudo cadat? quõ fieri põt q tñ bonum contemnas? non uidebatur
D possibile esse, q homo in tantũ malum incideret, ideoq; sub dubio rem hanc constituit, ut eã amplius exaggeret, atq; hoc interrogatio ista significat, an diuitias cõtẽnis? nã incredibile uidetur tot, tantaq; bona per tñ concessa largitorẽ ad tã excelsũ finem, atq; ut te a tanto malo eripiat tibi præsertim adeo indigno, a te negligi posse. Quia uero non solũ ex his diuitijs fructũ nõ percipis, imo ea cõtẽnis, dicit S. Apost, te thesaurizare tibi iram. Origenes super
Orige. hunc locũ dicit, thesaurũ appellari multa rum diuitiarũ, preciosissimorumq; moni A lũ, rerũmq; magni ualoris aceruũ congregatũ, atq; conseruatũ; etenim obolorũ, aut minutorũ nõ dicit thesaurus. Sic in spiritualibus rebus thesaurus in bonã, & in malam partẽ accipitur. In bonã, ut dicit dñs. Thesaurizate uobis thesauros in cęlo, id diuersa meritorũ gñra cõgregate, in malã
Matt. 5. ãt partem accipitur hic, quemadmodum enim in terra thesaurizans plurimas diuitias resq; preciosas accumulat, q uero in cælo thesaurizat, plurimas atque heroicas uirtutes operatur. Sic homo duri cordis plurima, ac grauissima peccata coaceruat. Et sicut qui thesaurizat anxius sp incedit, sic B peccator, quotidie, atq; etĩ singulis horis tãta cũ solicitudine, peccat, quasi in eo ipsius salus consisteret, quapropter grauissima supplicia in dies promeretur, q per irã significantur, ut idẽ D. Paulus ait. Nunquid iniquus est Deus, qui infert irã? hoc est pœnam, & ultionẽ ab ait. Rationẽq; reddẽs dicit, quia iniquitas nostra iustitiã Dei com- Rom. 3 mendat. Et Michæas. Irã dñi portabo, quĩ M ch. 7 peccaui ei, idest, ultionem, uocatq; hic S. Apostol⁹ dĩe iudicij, dĩe iræ Dei, ultionis & reuelationis, quia ibi reuelabunt abscõdita tenebrarũ, omniaque manifeste patebunt, aperteq; pspicietur, q iuste iniqui a C dño puniunt. ecce peccator, quẽ finẽ duritias tua patientiæq; diuinæ contẽptus habiturus est. Dũ quis preciosum liquorẽ in Sim le. uas conatur infundere, illud semel emundat, quod iñ adhuc remanet obscœnũ: ille uero iterũ, atq; iterũ illud abluit, sed vas nihilo minus manet immundũ, qd eũ ille perspiciat iã abluẽdo fatigatus uas in terrã deijcit, illudq; cõfringit. O q ad literam hoc inter Deũ, & te peccator quotidie agitur. Etenim, ut te in preciosum gratiæ liquorẽ infundat, te quasi uas immũdũ rephẽsionibus, ac laboribus perfricat, tu vero in dies immũdior redderis, & obscænior, animaduerte, & caue ne tuis turpitudinib. mole- D status idẽ tibi faciat q alijs fecit, etenim te per mortẽ in terrã projiceret, illinc q; in perpetuos inferni cruciatus detrudet, sicut vas cõfractũ, & immudũ in sterquilinium deferet. *O sancta Maria seniora*, talia profecto sunt hæc, quæ si assidua mẽtis cogitatione pensaremus, penitusq; intelligeremus corda nostra confringere, nosq; in speluncam includere sufficeret: sicut B. Athanasius se inclusit, ut huius sęculi maliciã euitaret,

Domino

A *Domine si uis potes me mundare*. In diuitibus, atque potentib. huius sæculi plerũque potestas, atque uoluntas circa res pessimas pariter decurrunt, quippe fere cuncta, quæ possunt, volunt. Acab Regi pla-
3.Re.21 cuit uinea Naboth: potest illam vsurpare; utique. Accipit igitur eam contra iustitiã, dominoque eius morte illata. Dicunt domini huius sæculi, possumus inferioribus nostris noua pedagia, & tributa imponere, siquidem non est, qui nobis resistat, ergo uolumus. Nullusque plerumque Dominus tyrannus existit, qui statim iuriscõsultum non reperiat, qui hoc sibi licere affirmet. De radice colubri egredietur regu-
B lus, & semen eius absorbens uolucrem, di-
Isa. 14. cit Isaias. O recutue coluber iurisperite iniquæ conscientiæ, qui legum sensus reflectis, ut iniquitati faueas. Atque hinc oritur basiliscus: nam cautelis iurisperiti malę conscientiæ desæuit tyrannus, & tanquam basiliscus efficitur erga inferiores suos, semen autem, quod ex utroque procedit, pauperculos debiles deuorat. At ipsi isthæc aliquando persoluent, siquidem uita breuis est, & cito finienda, tunc autem omnium harum immanitatum rationem
Psal.36. arctissimam teddent. Loquens Dauid de hac materia dicit? Adhuc pusillum, & non erit peccator, & quæres locum illius, &
C non inuenies, & paulo post. Obseruabit peccator iustum, & stridebit super eũ dentibus suis Dominus autẽ irridebit eum quoniam prospicit, quod ueniet dies eius. Attendite quam manifeste dicit hic Dauid, quo tempore peccator tyrannides suas exercet Deum illum deridere, quoniam prospicit, quam cito eius uita finienda est, uniuersaque scelera, atque iniquitates acter nis tormentis soluturus est. Et hoc significat
Psal, 9. quoniam prospicit, quod ueniet dies eius. Idemque mirifice exaggerat dicẽs, Vides quoniam tu laborem, & dolorem considerans, scilicet, quem tyranni paupe culus
D afferunt. Vt quid autem illum consideras? ut tradas eos in manus tuas. Statimque rationem assignans dicit. Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Itaque considerat Deus contumeliosa verba, quæ pauperi locutus es, & afflictionem qua eũ persecutus es, mercedem quam ei non persoluisti, tributum denique, quod ei iniuste impositum, hoc autem, ut tradat te in manus suas: libere nos Deus ab ipsius mani

bus, sunt enim grauissimæ, de quibus dicit A
B. Paulus. Horrendum est incidere in manus Dei uiuentis. Attendite quomodo noluit Deus ab Aegyptijs Hebræos oppimẽ- Heb.10
tibus vindictam sumere, quibus paleas auferebant, & laterum conficiendorum numerum adaugebant. Deus autem aquas eorum in sanguinem vertit, eosque alijs plurimis verberibus conrorsit, quousque tandem in mari demersi remanserunt. Quomodo etiam crudelissimum Aman puni- Heste.7
uit, propter crudelitatem atque tyrannidẽ, qua in captiuos Hebręos usus est, uno enim eodemque die in regia mensa consedit, atque in furca pependit. Nemo eo
ꝗ potens sit, seruis Dei iniuriam inferat, B
nam, illam in septuplum persoluet. Dixit sanctus Propheta Samuel Agag regi Ama 4.Re.15
lech. Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua, & in frusta concidit eum Samuel coram domino in Galgalis. Vt autem intelligatis quam præsentia sint Deo hæc mala, atque iniuriæ seruis suis illatæ, vt de ijs supplicium sumat, animaduertite quod dicunt diuinæ literæ, quando iussit Deus peccatum Iezabel, & Acab aduer-
sus Naboth puniri, dicitur enim ibi, Helm 4.Re.7.
dixisse, quod dominus onus hoc leuaue- C
rit super eum dicens, si non pro sanguine Naboth, & pro sanguine filiorum eius quẽ uidi heri, ait dominus, reddam tibi in agro isto, dicit dominus. Diligenter pensate Deum dicere se crudelitatem illam heri perspexisse, & si plurimi fuerant dies, ex quo commissa fuerant, dicit tamen illam heri a se fuisse perspectam, quia in diuino ipsius conspectu ad eam ulciscendam recens erat. Vt enim dicit Dauid. *Mille anni* Psal.80.
ante oculos tuos tanquam dies hesterna, quæ præterijt. Ob hanc causam regna atq; imperia ab aliquibus auferre, alioq; transferre consueuit. Assyriorum, Medorum, D
Chaldæorum, Romanorum denique imperia propter iniquitates eorum de manu in manum translata sunt. Et de Hebræis dicit Dauid. Propter iniustitias enim suas Ps. 106.
humiliati sunt. Et ꝗ peius est, ꝑpter hoc peccatum peculiariter dicit sancta scriptura, Deum peccatores e manu sua dimittere solere, ut in grauissima quæque peccata prolabantur, sicut apparet. De illa enim maledicta Babylone dicitur. Et lux lucer- Apoc.8.
næ non lucebit in te amplius, & uox sponsi & sponsæ

A & sponsæ non audietur adhuc in te, quia mercatores tui erant principes terræ: quia in ueneficijs tuis errauerunt omnes gẽtes; & in ea sanguis prophetarum, & sanctorũ inuentus est, & omnium, qui interfecti sũt in terra. O terribilem comminationem? Ecquod est quantumcunque durum cor, quod illam audiens non trepidet? Lucerna est sanctissima Christi humanitas, intra quam lucet uerbum diuinum, & splendor huius lucernæ est doctrina Euangelicæ. Hic autem splendor iam in se plurimis orbis partibus, ubi vehementer illucescere consueuerat, omnino cessauit. Nouum

B enim Euangelium, quod filij Sathanæ in Germania, alijsque regionibus prædicant, non est Euãgelium, sed abominatio. Nec in illis regionibus sponsi aut sponsæ uox auditur: iam enim illic nec Iesu Christo, neque eius Ecclesiæ obeditur. Peccata uero, quorum causa hæc omnia cessarunt, dicit B. Ioannes tria esse, scilicet auaritiam, luxuriam, atque tyrannidem. De auaritia dicit, quia mercatores tui erant principes terræ. Eo quod sæculares principes pecuniarum cupidissimi erant, errori crediderunt; sanctissimæque Ecclesiæ uectigalia sustulerunt, quibus peruersis plebei homines facile peruersi sunt. De luxuria dicit, quia ueneficijs tuis errauerunt omnes gentes. In ueneficijs tuis (inquit) quia luxuria quos tangit, ueneficijs deuouet atque peruertit, hoc

C est, *Los enhechiza*. De tyrannide autem dicit. Et in ea sanguis prophetarum, & sanctorum inuentus est. Qui pauperi subtrahit alimoniam, hic eius sanguinem effundit, qui subditum suum destruit, modo casque quas possidet diuitias distrahit, eumque in carcerem detrudit, propter debita, quæ soluere non potest, merito sanguinis

Isa. 25. sanctorum uocatur effusor. Eos quippe, qui æquo animo has iniurias, atque tyrãnides

D perferunt, sacra pagina sanctos appellat, & ita vbi nos legimus. Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentium robustarũ timebit te, (idest gens prædita uirtute, ac sanctitate timebit te) septuaginta interpretes transtulerunt: propterea benedicet tibi populus pauperum, & ciuitates hominum iniquitatem sustinẽtium benedicent tibi. Vnde idem esse apparet: gens fortis & robusta, quod populus pauperum iniquitatẽ sustinens. Quod si propter hæc peccata & tyrannides, illi fidem sanctæque Ecclesiæ obedientiã amiserunt, quomodo uos non timemus, ne in eadem damna incidamus, siquidem eisdem culpis sumus inquinati. A O fratres in Christo Iesu per reuerentiam Dei uos rogo, ut hæc profunde consideretis, hæcque terribilia Dei supplicia timeatis, potentiamque, quam a diuina ipsius manu accepistis non in eo quidem offendendo, sed in ei seruiendo consumatis.

Domine si vis potes me mundare. Quando tẽporalia bona cum hoc leproso a Deo popo scerimus, oportet nos dicere, domine si uis. Quando autem spiritualia dona poterimus, non est necesse dicere, si uis, nam Deus cum sit summum bonum, summam B habet propensionem suam diuinam gratiam communicandi. Ex parte autem nostri, e. s recipiendis dispositio deest. Et hoc est quod B. Paulus dicit. Deus fidelis permanet, negare seipsum non potest, ualde 2. Ti. 2. pẽsandum est uerbum illud, seipsum. Alia etenim extra seipsum potest negare, sicut sæpenumero negare consueuit, quia sic ipsius clementiæ, aut iustitiæ conuenit Quã obrem hoc unum deest, ut ex nobis disponamur ad ea recipienda quæ Deus negare nõ potest, quæ nisi receperimus, hoc ex culpa nostra prouenies, & sic dixit Dauid. Tu 1. Pa. 28. autem Salomon fili mi, scito Deum patris C tui, & serui ei corde perfecto & animo uoluntario. Omnia enim corda scrutatur dominus, & uniuersas mentium cogitationes intelligit, si quæsieris eum, inuenies, si autẽ dereliqueris eum, proijciet te in æternum. O quam sanctum consilium, quasi a tali patre prolatum, ubi maximè pensandum est illũ dicere, semper ex nostra parte prouenire, quòd Deum non inueniamus. Ideo dixit frater Ægydius uir sanctus ordinis nostri, gratiæ quam homo accepit, & illius quam non accepit, in diuino iudicio ratio nem esse redditurum. Gratiæ quam accepit rationẽ reddet, quomodo ea usus fuit, D illius autem quam non accepit, quia se ad illam recipiendam disposuit, Deus enim illi concedere paratissimus erat. Quod cũ ita sit fratres charissimi, non est opus dicere, domine si uis confer mihi tuam gratiam, sed corda nostra purificare, sanctisque desiderijs & considerationibus nos oportet ampliare, confidenterq; eum exorare dicentes, domine confer hic mihi tuã gratiam, & in futuro gloriam sempiternam. Amen.

A

IN EADEM DOMINICA Tertia, post Epiphaniam.

Concio II.

Cum descendisset Iesus de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ, &c. Matt. 8.

Eccle. 3. OMnia tempus habēt, & suis spaciis transeunt uniuersa
B sub cęlo. Tempus nascēdi, & tempus moriendi: tempus plantandi, & tēs euellē di quod plantatū est, &c. Hoc uoluit Spūs sanctus scribi, quo homo ratione sua, atq; iudicio tēpora discernere, rebusque faciendis opportunitatē quærere sciat. Vnde per
Hier. 3. Hieremiā ꝓphetā homines obiurgat bruta animantia eis obiiciens & dicens. Miluus in cælo cognouit tēpus suum, & turtur, & hirundo, & ciconia, populus autem meus non cognouit iudiciū domini, hoc est, cœlestibus auibus hanc legem natura sanciuit, ut ad specierum suarum conser-
C uationem, certis anni temporibus fœtus suos producerent, quam ne puncto quidē prætergrediuntur. Populus autem meus (ait dominus) non uult meis legibus gubernari. Hæ temporum diuisiones, quas hic Salomon assignat, sunt respectu dispositionis hominum in humanis actionibus & conuersationibus, ad negotia uero cum Deo agenda omnia tempora commoda
Psal. 54. atque opportuna sunt, & ita dixit David. Vespere & mane & meridie narrabo, & annunciabo, & exaudiet uocem meam. Agricola uno anno fundū sinit esse otiosum, sperans se in futurum annum pinguiores
D in duplum fructus ex illo esse percepturum, nam si eum continua cultura fatigaret, modicos aut nullos ferret fructus. Hominem autem non annum, nec diem, nec si fieri posset horā, oportet esse otiosum: statim enim deperdetur. Idcirco semper, & ubiq; cum Deo animarum nostrarum salutem agere debemus, semper quippe opportuna ad eam negotiandam dispositio esse potest. Nec uero in omni solum tempore, sed in omni etiam loco id fieri potest. In templo etenim adultera misericordiam impetrauit: in sterquilinio sanctus A
Iob cum Deo loquebatur, in ciuitate Centurio serui sui ualetudinē negotiatus est, in uia Chananæa mulier sibi filiæque suæ misericordiam est adepta: in solitudine ac ces sit hic leprosus ad dominum, ibiq; corporalem spiritualemq; ualetudinem comparauit. Ex quo apparet nullum esse locū, ubi homo ad Deum alloquendum occasionem nequeat inuenire.

Ecce leprosus ueniens. Leprosi secūdum Leu. 13.
legis consuetudinem atque præceptum, in solitudine morabantur: ideoque hic leprosus in campo ad dominum accessit: hoc autem præcipiebatur, ne alios inficerent. B
O utinam in rebus publicis Christianis idem circa res maioris ponderis seruaretur, siquidem in mediis ciuitatibus homines grauiori morbo, quam lepra laborantes habitare perspicimus, qui quidem suo deprauato exemplo uicos, in quibus habitant, inficiunt, atque coinquinant, hi autem spirituales morbi, non tanquam corporales sentiuntur, si es iuxta ægrum, & in se gemit, bene illam audis, si uero procul ab eo distas, quamuis uociferetur, eum nō audis. Cum corpus per proprium amorem tam coniunctum nobis sit, eius querelas audimus, ipsiusq; necessitatibus subuenimus, cum autem iam procul ab spiritu existamus, propter parum amoris & affectionis qua eum amamus, eius miserias non sentimus, neque illis remedium adhibere curamus. Ideoq; de spiritualibus leprosis, tam parum curatur, qui cum mundum fœtore suo inficiant, nobis tamē male non olent. Hoc deplorabat Isaias propheta dicens: Facta sunt morticinia eorū quasi stercus in medio platearum, quod si quis hic Isaiam de cadaueribus loqui dicat, scilicet quando Babylonici Hebræos oppugnarunt, dico, illum multo tristius spiritualia cadauera deplorasse, quæ quidem corporalium necium causa fuerunt. O quam miserabilis est uisu sedula diligētia, qua gubernatores ciuitatum uias publicas mūdari præcipiunt, ne immunditiarum fœtor incolas inficiat, & ob hanc causam statuunt, ut carnificia in eo urbis loco semper instruantur, unde canalis per quem animaliū occisorum defluit cruor extra ciuitatem facile possit erumpere, cum tamen in ciuitatibus constitutas ludorum domos, publicasque tabulas, ubi

Simile. (beside "tem spirituales morbi")
C
Isa. 5.
D

prin-

A principes atq; optimates populi ad ludendum conueniunt, in quibus innumeræ iugulantur animæ, pinguesque dissipantur substantiæ, aliasque meretricum publicas domos, ubi plurimæ turpitudines committuntur, esse cognoscant, nec tamen tot tantisque malis obsistant. Hæc utique omnia ex eo proueniunt, quod pluris corpora, quam animas æstimat, modicusque, aut nullus Dei timor, neque amor eorum pectoribus inest. Comminatus est Deus Hebræos dicens. Si nō nolueritis recipere disciplinam, sed ambulaueritis ex aduerso mihi, ego contra uos incedam, & mittam pestilentias in medio uestri, sic utique credo Deum in pœnam scelerum nostrorum permittere ut alia inter nos periculosior atque nociuior pestis quam corporalis grassetur, quæ est publica corruptio, morumque pestifera deprauatio, atque nociua malorum hominum exempla, nec tñ est uirtus, neq. uirilis animi robur ijs, quorum ex munere interest, isthæc ex ciuitatibus relegandi. Væ terræ cymbalo alarum, ait S. Isaias: Cymbalum alarum est homo inanis diuiniq; amoris uacuus, qui alicui reipublicæ muneri præest. Væ auté terræ, quæ ab huiuscemodi homine gubernatur. Væ terræ cuius gubernatio cymbalo, hoc est insipienti, diuinique honoris zelū non habenti homini cōmittitur, nam propter huiusmodi negligentiam respublica deprauatur, bonorumq; hominum mores corrumpuntur. Hunc auté ipsum locum septuaginta interpretes sic transtulerunt, Væ terræ nauium alarum. Naues plurium alarum hoc est uelorum, capacissimæ sunt plurimis rebus recipiendis. etenim vix vna totius oppidi spolijs pōt adimpleri. Ideo, quæ hæc metaphora cupidis gubernatoribus aptissime quadrat, qui nihil aliud curant, nisi se temporalibus bonis ad implere. Væ auté reipublicæ, cui huiusmodi iudices præsunt. Etenim quemadmodū præpotens nauis ex uno in alterum oppidum, alia mercimonia affert, & illinc alia defert, sic etiam hi cupiditate sua ciuitates diuitijs spoliatas, uitijsque refertas relinquunt. O domini mei, & quicunque rebus publicis præfecti estis, ego uos depræcor per uiscera misericordiæ Dei nostri, in quibus uisitauit nos oriēs ex alto, ut Christiano pectore tot, tantorumq. scelerum remediū curetis, ne uenenosa hæc atq; pestifera lepra uniuersum populum inficiat. Vos aūt leprosi peccatorum lepra referti, Deum timete, nec uestro deprauato exemplo mundū coinquinetis, est enim hoc maximum quoddam crudelitatis genus. Qñ duæ illæ tribus, & dimidiū petierunt se citra Iordanem relinqui, neq. enim eum trāsire uolebāt, ad promissionis terram expugnandam, Moyses illas acerrime reprehendisse perhibetur Nunquid (ait) fratres uestri ibunt ad pugnam, & uos hic sedebitis? Cur subuertitis mentes filiorum Israel ne transire audeant in locum, quem eis daturus est dñs? Nonne ita egerunt patres uestri qñ missi sunt ad explorandam terram? iratusque dominus aduersus Israel circumduxit eum per desertum quadraginta annis, donec consumeretur uniuersa generatio, quæ fecerat malum in conspectu eius. Et ecce, inquit, vos surrexistis pro fratribus vestris incrementa, & alumni hominū peccatorum, vt augeretis furorem domini cōtra Israel. Quia si nolueritis sequi eum in solitudine, populū derelinquet, & uos causa eritis necis omnium. O quā efficax argumentum ac testimoniū hinc elicitur, quo, quātum malum exemplum alijs officiat, aperte demonstratur. Pensate, quæso, Sanctum Moysen eis dicere, illos paucos deficere, illicq; remanere uelle causam esse futuram, ut alij etiam deficerent, atq. in irā Dei inciderent, illudque grauius peccatum quam exploratorum scelus esse affirmat, qui quidem terræ promissionis detraxerunt, populumque ad desperandum, atque in Ægyptum redeundum induxerunt, populumque uniuersum a domino percutiendum, quarum necium causam illos futuros asseuerat. In quo significatur unum tantum in uirtutis uia deficere, neq; ulterius progredi uelle, maximam esse occasionem, ut alij etiam relaxētur, atque in peccata prolabātur. Quid igitur erit illis, qui non solum in uirtute deficiunt, sed plurima etiam scelera committunt, hæcque (quod peius est) publice, atq. in omnium conspectu facientes alios ad peccandum, tam uerbis, quam persuasionibus inducunt? O infœlices uos, quam merito dicere possumus, uos causa eritis necis omnium, Et ita alij suorum tantummodo, uos autem uestrorum, alienorumque criminum pœnas dabitis. O Deus infinitæ Maiestatis utinam eam his meis uerbis efficaciam

Marginalia: Leu. 26. — Isa. 18. — Nu. 32. — B, C, D (section letters)

A caciam conferres, quam illis Sancti Moysi sermonibus contulisti, quo talē in his fratribus meis operationem facerent, qualem illi in tribubus Israelis operati sunt, quæ illis minis perterriti dixerunt, nos ipsi armati pgemus ad prælīū ante filios Israel, donec introducamus illos ad loca sua. Eia fratres in Christo Iesu, idem vos cum firmissimo quodam proposito dicite, scilicet à modo non solum scandalum fratrib. nostris esse uolumus, verum adeo ueram ex animo pœnitentiam agere volumus, vt eissimus in hoc spiritali conflictu ductores præstantissimi, quousque omnes æternam
B beatitudinem consequamur.

Ecce leprosus ueniens adorabat eū dicēs, Domine si uis potes me mundare. O q̄ insignem magistrum nobis hic diuinus spiritus proponit, ex quo quæ ad uos pertinent addiscamus. Quando frater mi, te scelerū tuorum lepra coopertum perspexeris, ad hunc diuinum medicum, ad quem hic leprosus confugit, eadem confidentia animique submissione te confer. Quod si peccata tua tibi magna esse uidebuntur, siquidem infinitam ipsius potentiam tibi parcere posse non dubitas; de incomprehensibili eius misericordia, qua tibi uo-
C let ignoscere, dubitare non debes. Ipse
Psal. 50. namque te saluum fieri maxime cupit. Considera humilitatem, qua Dauid accessit, cum se leprosum animaduerteret, dicens. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Non dicit,
Ps. 131. miserere Dauid, sicut iterum dixit, Memento domine Dauid. Quod propter humilitatem fecit: nam cum diuinam gratiam amisisset proprio se uocabulo erubuit nū cupare. Nec vero ausus est dicere, misere-
Psal. 62. re mei Deus meus, sicuti dixit cum in gra-
Psal. 17. tia persisteret. Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Et alibi; Deus meus adiutor
D meus. Quia peccans eum perdidit, diabolumque sequens ab ipsius obedientia alienatus est. Accede igitur ô frater cum hac humilitate, eademque uerba recenseas;
Luc. 19. Miserere mei Deus. Tu domine dixisti, uenit filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat. Tuum est domine uerbum hoc, tu illud tuo diuino ore protulisti, ego autem sum vnus ex perditis, qui saluari uolo, hoc in me uerbum adimple. Tu domine dixisti, ego sum flos
Cant. 2. campi, & lilium conuallium, vt significares te non esse clausum sicut flores uireti, A
& horti conclusi, sed in agro, & valle esse plantatum, omnibusque expositumq; ui adire colligendum voluerint accedere, siquidem autem omnes te sicut rē communi uti possunt, sim quæso vnus ex illis. Nec vero hoc in me beneficium secundū magnam misericordiam tuam conferatur exposco. Si Alexander princeps Ethnicus uile quicquam a se petentem pauperem ciuitate donauit dicens, quanuis te talia petere non oporteat, meam tamen liberalitatem talia donare decet, uolo enim humilitatem talia donare decet volo enim humilitatem, vilitatemque tuam, sed largita- B
tem potius, atque magnitudinem meam animaduertere. O princeps regum terræ, supernoque cœlestium Hierarchiarum imperator, Iesu Christe fili Dei, fac mecum domine misericordiam, non secundum miseram uilitatem meam, sed secundum maximam clementiam tuam. O ineffabilem probitatem Dei mei, in ministerijs tibi ab hominibus exhibitis non tuam quidem magnitudinem, excellētiamque, sed eorum potius paruitatem consideres, in beneficijs autem, quæ illis confers, non ad eorum utilitatem, sed ad munificentiā liberalitatemque tuam respicis. Ideoque C
sicut parua munera ab eis acceptas, sic tanquam Deus præstantia in eos beneficia cōfers. De misericordia nostra dicit Oseas Osee 6.
Propheta, misericordia vestra tanquam nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens. Quemadmodum enim ros minimo quoque uentorum flatu arescit, sic humana misericordia minima quaque occasione consumitur. Misericordia uero tua domine cum sit infinita, nulla prorsus occasione potest exhauriri. De te domine decantat Ecclesia Deus, cui proprium est misereri semper & parcere. Magisque proprium tibi est ignoscere, quam D
igni comburere, nam aliquando ignis actiuitatis suæ oblitus non combussit, vt apparet cum tres pueros in fornacem ignis ardentis immissos non combussit, tu autem domine nunquam oblitus es facere Dan. 3.
misericordiam: quia apud te propitiatio est dicit Psalmographus. Quasi di- Ps. 129.
cat, domine apud te, & non apud me, in te non in me causam cur mei miserearis habes. Quod si ego scelus admisi, cuius causa me inferno damnare potes, tu il-

A lud non amisisti, quo peccatores ad te conuersos saluare consuescis, scilicet naturalem, infinitamque probitatem, atque
Psalm.9 clementiam. Et Regalis propheta dicit, sperent in te qui nouerunt nomen tuum, quoniam non derelinquis quærentes te Domine: qui nouerunt nomen tuum, id est, qui longa te, atque diuturna clementiam tuam experientia compererunt. De hac etenim hic cognitione loquitur, quæ maximam petenti spem, atque animũ addit. O domine quam diuturna infinitam misericordiam tuam comperimus experientia: scimus enim te cum nonnullis, quia te rogauerunt (sicut hic leprosus) misericordiam fecisse & cum alijs propter
B aliorum preces (sicut cum filia Chananææ seruoq; Centurionis) misericordia usum fuisse, aliorum autem preces non expectasse, uerum eos ad beneficia capienda inuitasse, sicuti Samaritanam, & paralyticum in piscina commorantem. Hoc autem maxime admirandum est, quod alijs misericordiam fecisti ipsismet contradicentibus, sicuti cum in cruce ab æterno patre ijs misericordiam, ueniamq; deprecatus es, qui te cruci affigebant, morteque crudelissima afficiebant, & Paulum
C gratiæ cõtradicentem conuertisti. Ecquis igitur cum tam longa experientia infinitam clementiam tuam norit, ad ueniam exposcendam dubitante accedet?

Et extẽdẽs manũ Iesus tetigit eũ dicens, uolo mundare. O ineffabilem Dei pietatem, animaduertite quanta cum benignitatem clementissimus Iesus manum suam ei porrigit, illumque solo uerbo emũdat. Cõsiderateq; illum manus tactum quoddam indulgẽtiæ & blanditię fuisse genus: quasi diceret: ne arbitreris ò paupercule quod qa sic lepra coopertus es, te exhorreo. Pensanda est etiam liberalitas; qua di-
D cit: volo. In quo quanta benefaciendo, ac hominibus beneficia conferendo uoluptate afficiatur, aperte demõstrauit, sicut antea per Hieremiam prophetam his me
Hie.32. morabilib. verbis prædixerat, lętabor (inquit) super eis, cum eis benefecero, & plãtabo eos in terra ista in ueritate & in toto corde meo, & in tota anima mea. O dulcissima uerba. Ecquod est adeo durum marmor, quod hæc audiens amore non liquefiat ex huius diuinæ probitatis consideratione, atque ex cœlestis gratiæ participationeãustis etiam prouenit, quod hilari A
uultu diligentique animo proximis suis Pro.21.
benefaciunt. Vnde dicitur, gaudium est iusto facere iustitiam. Quando frater mi ò diues, pauper ad te accesserit dicens; Domine si uis potes me adiuuare, cum uerũ sit te posse, cum hilari animi promptitudine dicito sicut dixit Dominus, uolo. Ne crumenam tuam consulas, hæc enim dicet tibi, ut diuitias obserues, ne forte tibi deficiant. Sed crede Spiritui sancto tibi consulenti, atque dicenti. Honora pauperem de tua substantia, & de primitijs omnium frugum tuarum da pauperibus, & Prou.3.
implebũtur horrea tua saturitate, & uino Eccle.9
torcularia tua redũdabunt. Hoc et Eccle- B
siastes commendat dicens: omni tempore sint uestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat. Valde notabilia sunt hæc verba, difficilisque in eis contradictio videtur inesse, nam quomodo vestimenta candida esse possunt, si nunquam oleum ex capite deficit, sed semper ex eo decurrit, quo vestes infici consuescũt? Dico Spiritum Sanctum hic nõ de materiali quidem oleo loqui, sed de misericordia, quæ opera bona illustrare ac candidiora reddere solet. Hoc autem oleũ vult Deus ne unquam a corde tuo deficiat, sed ex eo C
semper misericordia (tãquam aqua ex perenni fonte dimanet. Depingens Zacha- Zac.4.
rias propheta duos uiros Deo cõiunctissimos atque amicissimos (quos nonnulli Eliã, & Enoch, alij vero, & Eliam, & Moysẽ esse uolunt) ut Angelus qui cum eo loquebatur, illos altius sublimaret, dixit ei, isti sunt duo filij olei splendoris, qui assistunt dominatori uniuersæ terræ. Quasi diceret, hi sũt duo uiri ualde misericordes, nã secundum Hebraicam proprietatem qui in aliqua re excellens existit, illius rei filius dicitur. Mirabilis est consideratu promptitudo, qua ueteres illi quondam D
patres ante Euangelicam, atque etiam ante sceiptam legem pauperibus eleemosynas erogabant, atq; opera misericordiæ exercebant. Attendite Rebeccæ. Ethnici cuiusdam filiæ promptitudinem, quæ petenti famulo Abrahæ aquam ad bibendum respondit, Bibe domine mi, celeriterque deposuit hydriam super ulnam Gen.24
suam, & dedit ei potum. Cumque ille bibisset, adiecit, quin & camelis tuis hauriam, aquam donec cuncti bibant. Effun-

A densque hydriam in canalibus recurrit ad
puteum ut hauriret aquam, & haustam
omnibus camelis dedit. O quã sedula ad
utrumque diligẽtia, celeriter (inquit) & re-
currit. Virgo tenella decem camelis (tot
enim erant, ut ibidem dicitur) aquam ex
profundo quodam puteo, atque ad alios
qui cum eo uenerent, mira cum charitate
hausit. Nec uero his omnibus contenta
est, uerum illum etiam inuitauit, ut in do-
mum patris sui diuerteret dicens, palea-
rum quoque & fœni plurimum est apud
nos, & locus spatiosus est ad manendum.
O maximam Christianorum hominum
B confusionem, quomodo pudore non con
fundimur animaduertentes quam inhu-
maniter nunc peregrinos ac pauperes tra-
Matt. 5. ctamus, præsertim postquam nobis sum-
ma ueritas dixit Beati misericordes, quo-
niam ipsi misericordiam consequentur.
Intelligebat (credo) Rebecca parẽtes suos
gauisuros esse peregrinos illos in domum
suam excipere, siquidem eos tãta cum be-
nignitate inuitabat. Non arbitror nunc fi-
lios nostros idem facere ausuros fuisse, nõ
enim hanc liberalitatem atque humanita
tem vobis inesse cognoscunt.

Tangente autem illum Domino sua di
C uina manu, atque dicente *Mundare* Mun
Leu. 13. data est lepra eius. Super quo notandum
est, etsi Deus præcepit, ne quis leprosum
attingeret, hoc fuisse ne contaminaretur,
at si quis leprosum tangens, non modo non
inquinaretur, sed illi etiam salutem cõfer-
Nu. 19. ret, hunc non esse legis transgressorem.
3. Re. 17 Nam etiam cautum erat ne quis cadaue-
4. Re. 4. ra pertingeret. Elias autem & Eliseus, cum
mortuos suscitarũt, super eos incubuerũt.
Conterens uerus humilitatis amator, atq;
Magister egregius huic leproso salutẽ di-
xit ei. Vide nemini dixeris. In quo nos do
cuit, ne opera nostra bona ideo faciamus,
D vt ab hominibus videamur, itaque facien
tes illis, sed Deo soli placeamus. De illis
quatuor mysteriosis animalibus, quę vidit
Ezec. 1. Ezechiel propheta qui dicit, & pennas per
quatuor partes habebant. Et duabus uo-
labant, seque inuicem attingebant, dua-
bus uero corpora regebant. Duæ (inquit)
pennæ singulorum iungebantur, & duæ
tegebant corpora eorũ. In quo docemur
quod ursi nos oportet extẽdi ad bona ope
ra proximis nostris facienda (etenim hoc
est extẽsis alis proximorum corpora tan
gere) illis tamẽ uni Deo placere cupientes A
quo melius poterimus ea regere debemus.

Simulque dominus dixit leprosos. *Vade & ostende te sacerdoti*. Quid domine?
lepra eum liberas, nec vero a debita sa-
cerdotis obiectione atque ostensione red-
dis immunẽ? Non utiq; eum ab ista obli-
gatione uendicat, quia legem ministrosq;
suos autoritate donare vult, illisq; sæcula-
res omnes subiici præcipit, quod si in le-
ge quæ umbra fuit hoc obseruauit, in le-
ge quæ est spiritus, multo melius obserua-
ri uolet. Immensus Deus, qui tãta presby-
teros autoritate stabiliuit, ut eorum pro-
latam in terra sententiam ad eam in cœ- B
lo confirmandam expectet, nunquid non
eos ab uniuerso mundo maximæ reue-
rentiæ, atque honori haberi uolet? Mirabi Act. 10.
liter hoc apparuit in illa sindone, quam
Diuus Petrus è cœlo descendentem in
spiritu perspexit immundorum animaliũ
plenam, dixitque dominus illi: Petre occi-
de & manduca. Cui ille respondit, absit
domine, quia nunquam manducaui om-
ne commune, & immundum. Comede
hoc Sancte Apostole, quod enim tu co-
mederis, atque comprobaueris, hoc Deus
bonum esse ducet, quod autem respueris
ac repudiaueris, hoc Deus malum esse iu- C
dicabit. Volo dicere: quodcunque ligaue-
ris super terram, erit ligatum & in cœlis,
& quodcunq; solueris super terra, erit so-
lutum & in cœlis. Quantũ igitur honoris
huic, quem dominus adeo honestauit, per
hiberi debet? Apud omnes totius orbis
nationes maximo semper honori sacerdo
tes Idolorum habiti sunt, quem honorem
tam populares, quam principes, ac reges
illis exhibebant, quia eos qui dijs suis con
iunctiores erant, alijs omnibus præferen-
dos esse iudicabant. Hanc rationem Gre-
gorius Papa Mauritio Imperatori obie-
cit, ut eum confunderet, eo quod Christia
nus cum esset sacerdotes Iesu Christi ma- D
ximo non haberet honori, ut habetur un-
decima, q. 1. c. Sacerdotis. Quam etiam ti. q. 1. c.
Theodoretus refert. Et concilium Mathi sacerdo-
sconense secundum, dicit: statuimus quod tib. theo
si quis laicus sacerdoti obuius fuerit, usq; doret. l i.
ad humiliorẽ uenerationis gradũ sese illi in Ge c.
humiliet, siquidem talis sacerdos tã uene- 106. Cõ
rabilem in Christiana religione dignitatẽ ci. Ma-
promeritus est. Qđ si laicus equitãs sacer- tisconẽ
doti equiti obuius fuerit, laicus caput suum se. 2.

A detegat debitam sacerdoti exhibens reuerentiam, si uero laicus equitans sacerdoti pediti obuius fuerit, cum primum ad eum accesserit, ab equo descendat, illiq; honorabilem, atque charitatiuum præbeat honorem, quem ei sacerdotalis dignitatis ratione perhibere debet. O quis verba, & efficaciam haberet, quâ quantus hodie defectus circa hoc in mondo uersatur, digne satis exaggeraret. Suspicor autem hoc vel maxime ex modica charitate, atque reuerentia quæ Deo habetur, & ex modica sublimium, diuinorumque ipsius sacramentorum æstimatione, hanc modicam mini-

B strorum ipsius æstimationem atque reuerentiam proficisci. D. Antoninus refert, quod cum gloriosus Episcopus Beatus Martinus cum Maximo Imperatore pranderet, illique prius, quam Imperatori pateta, seu poculum porrigeretur (hoc quippe infallibiliter fieri consueuerat) postquam bibit, illud capellano suo, qui etiam mensæ consedebat, porrexisse. Ideoque prudentissimæ animaduersionis ab omnibus circunstantibus satis fuisse commendatum, eo quod sacerdotalem imperatoriæ prætulerit maiestatem. O infælicem tempestatem nostram, in quâ omnia fere uice uersa geruntur, nec simplices sacerdotes qui Ecclesiasticis redditibus carent, pluris quasi, quam plebei homines æstimantur.

D. Antoninus. 2. p. c. 10.

C Dicit ei vlterius: *Et offer munus quod præcepit Moyses in testimonium illis.* B. Hieronymus (quem sequitur Caietanus) sic intelligit hæc verba, in testimonium illis, id est, ut hæc tua oblatio pro emundatione tui, meam illis potestatem restetur, ut aut credant, aut fint prorsus inexcusabiles. Et sic illud, in testimonium illis, non cum uerbo præcepit, sed cum uerbo, offer, coniungendum est. Verum hæc omnia, aliaq; ineffabilia miracula non solum eis non

D. Hier. Caiet.

D profuerunt, sed ex illis etiam occasionem acceperunt contra tantorum mirabilium perfectorem dirius sæuiendi: tanta utique eorum cæcitas, atque malitia erat. Quemadmodum cuiusdam natura morbo prostrata, atque diuturna consuetudine dissipata, sæpenumero medicamina quæ illi apponuntur, grauiorem illam reddunt, atq; in uenenum conuertuntur, eique magis officiunt: sic etiam illis infælicibus contigit. Fratres dilectissimi diuinam maiestatem suppliciter exoremus, ne unquam in tam miserum statum nos deuenire patiatur, ut ex diuinis ipsius beneficijs deteriores nos efficiendi occasionem sumamus.

Simile.

A Sanctus propheta Esaias Deum efficaciter precabatur dicens: utinam dirum peres cœlum, & descenderes, a facie tua mõtes fluerent, aquæ arderent igni. Hoc S. Prophetæ desiderium tunc adimpletum est, quando verbum caro factum est, & tamen montes integri, aquæque frigidæ remanserunt: siquidem omnes illi sacerdotes, ac pharisæi, neque defluxerunt, neque igni exarserunt. Itaque diuinus domini conspectus ipsorũ culpa maiorem eorum condemnationem operatus est. Quod enim Sanctus propheta prædixit, intelligitur, quod ex domini

Isa. 64.

B parte talia opera facienda erant, quæ grauissimos atque durissimos quosque peccatores conuertere possent, nisi ipsi malitia sua eis impedimento esset. Et tamen tanta fuit eorum malitia, ut nullam in illis operationem fecerit. Eia fratres nunquid hic adest mons aliquis per superbiam, aut aqua per luxuriam? Ego uos Dei nomine adiuro, ut diligenter ad erratis nos hæc miracula in testimonium uobis prædicare, quo destinans, & igni ardeatis: sin minus omnia uobis in æternam condemnationem esse conuertenda.

C Præcipit etiam dominus huic homini, ut offerat munus quod præcepit Moyses: quo illud ingratitudinis signum in templo offerens, Deo pro accepto beneficio gratias ageret, hoc enim est unum ex gratioribus, ac acceptioribus diuinæ Maiestati. Ideo sponsus sponsam laudans postquam genitricem dixerat, quam pulchra es amica mea, quam pulchra es, uolens partes in quibus pulchritudo refulgebat peculiariter recensere, prius oculorum eius pulchritudinem commendauit dicens: oculi tui columbarum. In quo eam gratitudinis adnotauit. Columba enim singula grana rostro deglutiens rostrum, atque oculos in altum extollit accipit unum, & oculos in altum eleuat, accipit alterum, & iterum oculos erigit, & denique sic facit, cum singula grana deglutit. O beatam animam, quæ pro singulis beneficijs oculos in cœlum erigit, Deoque gratias agit quotidie, & sicut semper Deus in nos beneficia pluit, sic etiam semper nos Deo gratiarum actiones referre debeiemus. Hoc enim efficit animam speciosissimam in

Cant. 5. 1. 15.

D Simile.

A in diuino conspectu, eamque colũbarum oculos habere facit. Et hoc præsertim Spiritus sanctus in iustis commendat dicens: Vox exultationis, & salutis in tabernaculis iustorũ. Hoc est, nunquã cessant Deum laudare. Vix in domib. atque in oribus iustorum aliud auditur, nisi laudetur dominus. Et hoc vocat Spiritus sanctus uocem exultationis, & salutis. Exultationis (inqt) quia ex gratitudine, tam singulare iustis gaudium oritur, quod illos exultare facit, quod est interiorem cordis lætitiam exterioribus signis demõstrare. Et salutis (ait) quia gratiarum actio, non solum animam

Psl. 117.

B in gratia perseuerare facit, sed etiã ad plura atque ampliora beneficiã comparanda disponit. Tam excellens est gratitudo, ut non contentus fuerit Dauid pro acceptis beneficijs gratias agere, sed pro ijs etiam quæ se percepturum sperabat, gratiarum referret actiones, & sic dicebat, Laudans inuocabo dominum, & ab inimicis meis saluus ero. Atque ex hoc cognoscetis quantum malum sit, nõ solum pro acceptis beneficijs Deo gratias non agere, sed ex illis ansam assumere ad supernum eorum largitorem ostendendum. Si Rex quotannis mille aureos tibi dari iuberet, tu uero illos

Psal. 17.

Simile.

C omnes in emendo ueneno ad eum occidẽdum, armisque ad ei bellum inferendum emendis consumeres, nõne maximam iniquitatem te admisisse, grauissimumque supliciũ meruisse iudicares? dicitur Deus Aegyptios, auro, rebusque pretiosis spoliasse, illasque Hebræis tradidisse, ut diuites ex eorum seruitute euaderent. Eodemque auro, quod eis dominus dedit fecerunt uitulum in Horeb. Nunquid fratres mei tam execrabilem ingratitudinem non miramini? ab omnibus utique uobis illam abominari, atque condemnari credo. Quare igitur ingratitudinem, in quam quotidie incidistis, non potius admiramini? Etenim

Exo. 11

Exo. 32

D pulchritudine, ualetudine, scientia, honore, diuitijs denique vobis a Deo concessis, ipsimet Deo bellũ infertis, & quantum est ex uobis eum quotidie crucifigitis. O cælum, o terra, o maria, o lapides, o insensibiles creaturæ super tam execrabili iniquitate obstupescite, siquidem homines rationis participes in tantam insensibilitatem deuenerunt, ut uix eam sentiant. O quãta cum exaggeratione Deus de hoc conquerebatur admirabili quadam metaphora

Ezec. 17

regis, qui maxima in virginem quandam A beneficia contulit, quæ post quam potens regina facta est, magna atque execrabilia adulteria illi fecit. Et postquam beneficia plurima, quæ in eam contulit recensuerat, dicit: Perfecta eras in decore meo, quem posueram super te, & habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo. Exposuisti fornicationem tuã omni transeunti, ut eius fieres, & tulisti uasa decoris tui de auro meo, & argẽto meo, quæ dedi tibi, & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis. Et tulisti filios tuos, & filias tuas quas generasti mihi, & immolasti eis ad deuorandum. Nunquid B parua est fornicatio tua? Immolasti filios meos, & dedisti illos cõsecrans eis, & post, omnes abominationes tuas, & fornicationes tuas non es recordata dierũ adolescentiæ tuæ, quando eras nuda, & confusione plena. Væ, væ tibi, ait dominus Deus. O terribilia uerba exaggerantia quantum quãque graue sit ingratitudinis malũ. Constituat unusquisq; uestrũ fratres mei oculos in suã viuendi rationẽ, & cognoscetis uos eademmet culpa esse submersos. Etenim etsi illas Ethnicorum statuas nõ adorastis (quod hic dñs fornicationum nomine intelligit) alia tamen plurima Idola, honorẽ C scilicet, uoluptatem, saturitatem, atq; alia quamplurima uitia coluistis, eisq; cũ omnibus ijs, quæ vobis a dño data sunt libentissimẽ seruijstis. Cũ omnia uos ad Deum amandum, atque laudandum inuitare deberent, ex omnibus peccandi occasionem sumitis. Liberis ad vltiones utimini, diuitias uero in uoluptatibus ac uanitatib. cõsumitis: nec uero meministis uos e terræ puluere, ad sublimẽ statum, in quo persistitis, fuisse a dño sublimatos. Væ, væ uobis: ait dñs Deus. Terribiles erũt pœnæ vestræ, siquidem culpæ sunt adeo horribiles. Etsi Seneca Ethnicus erat, tñ loquens de grati- D tudine dixit: Non uidemus quidem talib. hominibus a lege pœnam aliquam constitui, q.d. propter sceleris immanitatem relicta ut Deo discernenda, humana utique iustitia de latronib. homicidis, alijsque delinquentib. supplicium sumit, nec uero ingratos homines punit (ait hic Ethnicus) quia tantam iniquitatem rigorosæ atq; seueræ Dei iustitiæ remittit, ut uideatis q.d. de ingratis hominibus Seneca sentiret. Quæ cũ ita sint fratres charissimi, Deũ timete, deque

Sene. li. 3. de benef. c. 1. & 6.

que

A que præteritis ingratitudinibus pœnitentiam agite, & amodo gratissimi essecutate ut diuinæ maiestati placentes, cœlestique ipsius gratia exornati ipsius gloria fruituri ad cœlestia regna transire mereatis. Amen.

AD LECTOREM.

DE hac Dominica duas conciones in feria quinta post cineres in quadragesimali volumine super posteriorem huius Euangelij partem, in qua agitur de Centurione, reperies.

Gen. 1

B

IN CONVERSIONE B. Pauli Apostoli.

Concio Prima.

Saulus adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos Domini, &c. Act. 9.

IN sancta hodiernæ epistolæ lectione fratres charissimi, admirabilis, quædam aduocatio recensetur, qua Deus Opt. Maxi. animam satis longe a via veritatis errantē ad se potenter allexit. Quæ fuit vnus ex mirabilibus infinitæ miæ ipsius effectibus. Dulcissimum utique, atque suauissimum est d diuina mia loqui. Quō Deus ab æterno nō is, quas nunc in tempore perépimus, nobiscum fa- C cere decreuit. Merito quidem hoc Yfaias p pheta iudaico populo exaggerabat d cēs: Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te, in momento indignationis abscondi faciem D meā parumper a te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui, dixit Redēptor tuus Dñs Israel (ait Dñs) ne contristeris, nam & si ad modicū tempus ira concitatū me præbeo ergā te, ne tñ suspitiosum meū arbitreris amorem: siquidem mea in te misericordia sempiterna est. Maxima nobis inest in hac cōsideratione doctrina. Vtinā in ea dñs diuinum nobis spiritum suum largiatur. Æterna cognitione, uoluntate, ac misericordia Deus pater noster scelera nostra respexit, miseriisq; nostris remediū

Isa. 54.

adhibere, ac paupertatē nostram locupletare decreuit. Ab æterno, gloriæ suæ filios A nos voluit adoptare, ab æterno constituit ut quum nos nasceremur, sacramenta cœlesti gratia perfluētia, diuinaque sanctifica tione repleta præparata inueniremus. Ecquis ista cōsiderans in admirabilem huius clemētissimi patris non rapitur amorem? Etenim quadraginta, sine quinquaginta anni sunt, ex quo ego esse cæpi, quorū plurimos cognitionis expers fui, alios uero in Deo offendendo consumpsi, ipse autem ab æterno meeum misericordiam fecit. O q̄ suauis est qœstio inter ardentissimos amatores disceptare uter alterutrū prius ama- B rit! Hoc nos docent diuinæ literæ dicentes nos prius a Deo fuisse dilectos, siquidē ipse nos ab æterno dilexit. Et ita dicit D. Paulus, quis prior dedit & retribuetur ei? qm̄ Ro.11. ex ipso est, & per ipsum & in ipso sunt omnia ipsi honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amē. Vnum nobis ualde desiderabile esse oportet, uidelicet vitam æternā. Cuius præcipuus finis esse debet, ut siquidem nos Deus uria æternitate ante quàm essemus, aut illum cognosceremus, charitate superauit, saltem postquàm in fortunato illo æternæ beatitudinis statu collocabimur, in posterum amor noster æternitatis C respectu illius amori cōpar existat. Ex hac æterna misericordia tam gloriosi prodeūt effectus, quales sunt peccatorum conuersiones. Et sic dixit Deus per Hieremiam Prophetā, in charitate perpetua dilexi te: Hie.31. ideo attraxi te miserans, scilicet te, ubi ual de pensandum est uerbum illud; attraxi, quod quandam denotat uiolentiam. Tot namque sunt D i uocationes, inspirationes atque artificia, quæ ad peccatorem ad se conuertendum exquirit, ut quodammodo illum cogere uideatur, uel saltem rationi consentaneum sit, quod peccator eis adeo sese deuinctum experiatur, ut nihil aliud se facere posse, nisi ad Deum conuerti sibi ui- D deatur. Et quanquam in omnibus peccatorum conuersionibus Deus suam infinitam misericordiā aperte manifestat, multo tamen clarius illam ostendit, quando eos actuali ex peccatis conuertit. In ecclesiasticis historijs dicitur Iudæum quendam Christiani hominis domum in Syria emisse, in qua Christianus oblitus crucifixi imaginem reliquerat, cumque plurimi Iudæi domum ussuri conuenirent, imagi-

A nem reperernnt, in qua plurimas ac maxi-
mas immanitates exercuorunt, quodã au
tem lãcea latus eius perforante, adeo abũ-
danter sanguis profluere cœpit ut per ter
ram decurreret. Qui tam nouum miracu-
lum admirati, omnes uniuersaq; ciuitas ad
Iesu Christi fidem conuersi sunt, & bapti-
zati deinceps fideles, ac boni Christiani ex
titerũt O immensam Dei misericordiam;
quid dñe te gloriosum in cœlo regnantem
hi crudelissimi in terra iterum crucifigũt,
non solum autem eos non confundis, sed
B sacratissimum sanguinẽm tuũ eis tribui-
sti, quo uulnera spirituum suorũ curent,
seque abluant, atque tuam diuinam gratiã
consequantur? ex hoc utique insignis Dei
misericordia, & bonitas perspici potest.
O quam crebro hoc ad literam fit. Etenim
cum tu actualiter pecces, illic te Deus uo-
cibus, ac conscientiæ morsibus ad se ac-
cersit, quo his clementissimis admonitio
nibus culpam tuam cognoscas, ueniamque
illius facias pœnitentiam.

De hac materia satis aperte sacra histo-
C ria, quæ in missæ epistola decantata est, lo-
quitur. Et ita dicit D. Augustinus, Aposto
D. Aug. lib. de libe. arbi. cap. 6. lus Paulus, quem certe inuenimus sine ul-
lis meritis bonis, imo cum multis meritis
malis Dei gratiam consequutũ reddentis
bona pro malis. Hoc idẽ sanctus Aposto-
1. Ti. 1. lus exaggerat dicens. Fidelis sermo, & om
ni acceptatione dignus, quia Christus Ie-
sus uenit in hunc mundum peccatores sal
uos facere, quorum primus ego sum, sed
ideo misericordiam consecutus sum, ut in
me primo ostenderet Christus Iesus om-
nem patientiam ad informationem eorũ,
qui credituri sunt illi in uitam æternam,
Omnem patientiam, idest perfectissimam
patientiam. Singula hæc uerba fratres cha
D rissimi ualde perpẽdite, singula enim sunt
ardentissimæ prunæ ad corda nostra diui-
no amore inflammanda. Quia autem tan
topere diuinam misericordiam, probita-
temque ostendunt, postquam ea sanctus
Apostolus protulit, singulari quadam gra-
tiarum actione prorupit dicens: Regi autẽ
sæculorũ immortali, & inuisibili soli Deo,
honor, & gloria in sæcula sæculorũ. Amẽ.
O quã optimo iure dixit hic sanctus Apo-
stolus. Omnia enim uestra sunt, siue Pau-
lus, siue Apollo, siue Cepha, siue mundus
siue uita, siue mors. Et posset etiam adde-
1. Co. 3. re dicens, mea peccata uestra sunt. Hoc est
ad utilitatem uestram, siquidem cum ego A
tam grauis peccator essem tantã dñs mi-
sericordia usus est mecum, quo uos eius pro
bitati fidatis, qui sine meis meritis miser-
tus est mei, mihique remedium adhibuit.

Ecce qualia erant eius merita siquidem
de illo dicit hic Diuus Lucas. *Saulus ad-
huc spirans*. Pallia lapidãtiũ Beatũ Stepha-
num seruarat, cogitans se solum parum
esse profuturum, si uero omnium illorum
uestimenta reseruaret, fieri posse ut cũcti
eum atrocius lapidarent. Et adhuc spirans
nondum illic persistit, Ananias enim dixit
Dño. *Audiui a multis de uiro hoc quanta
mala sanctis tuis feceris in Hierusalem*. Et
adhuc spirans Seruos Iesu Christi mortis-
bus cõficiendi maxime cupiebat, & hac ra B
bie exagitatus accessit ad principẽ sacer-
dotum, & petijt ab eo epistolas in Dama-
scum. Erat tanq̃ folles, quib. fornax insuf
flatur & accenditur. Sic ille principes sa-
cerdotum in iram aduersus Christianos
inflammabat. In hoc uerbo spirans signi-
ficatur quãto cum feruore, & efficacia pec Prou. 1
catores passiones suas exequuntur, pecca
tisque suis deseruiunt. Ita dicitur. Pedes
impiorum ad malum currunt. Et Hiero-
nimas. Omnes conuersi sunt ad cursum
suum, quasi equus impetu uadens ad præ Hier. 8.
lium. Tam festinanter accelerant mali pec-
cata perpetrare, quasi præmium aliquod C
diligentioribus esset præparatum, Isaias
Propheta dicit exercitum Assyriorum, q̃
do Hierosolymam destruere conabatur,
uelocissime fuisse conflatum, neque labo Isa. 5.
ribus fatigatum dicens. Ecce festinus ue-
lociter ueniet, scilicet exercitus Assyrio-
rũ, & non est deficiens, neq; laborans in eo,
non dormitabit, neque dormiet, neque
soluet cingulum renum eius, neque rum-
petur corrigia calciamentorum eius, sa-
gittæ eius acutæ, & omnes arcus eius ex-
tensi, arma omnia in promptu, vngulæ D
equorum eius ut silex, idest nullius equi
euulsa est solea, neque ullus eorum claudi
cauit, In his omnibus significat sanctus
Propheta quam ulociter mali ad malum
operandum conueniunt, quamque indefa-
tigabiles sunt, & quam prosperum eis red-
ditur iter ad tyrannides, atque iniustitias
suas exercendas. Contra uero quam lachry
mabilis est uisu tepiditas ac negligentia,
qua uirtutis opera exercemus.

Dum igitur Saulus Damascum cum li-
teris,

A teris, ac mandatis proficisceretur, ut sacratissimum Saluatoris nostri Iesu Christi nomē penitus ab orbe deleretur, cumque tam crudelibus negocijs intenderet, ei Deus obuiam exit, suam cum illo misericordiam facturus. O benedictus, & glorificatus sit talis Deus. Hæc fratres mei attentis animis considerate, atque confundimini, cum enim aliqua uobis iniuria fuit illata, & uos quisquam Dni nomine ueniam deprecatur; respondere consuescitis; Adhuc recentissima res est. Animaduertite quam recens erat iniuria cælorum domino illata, qui cum in cruce suomet

B cruore conspersus penderet, sanctissimum que eius corpus crudelissimis undiq; uulneribus esset confossum, quantum est ex se illis ignoscit, suumque æternum Patrē instanter exorat dicēs: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Sic prædixe-

Isai. 53. rat Isaias propheta de illo ad literam loquens. Et pro transgressoribus rogauit. O Christe uitæ reparator dulcissime, animorum nostrorum amor, quomodo domine in cruce loqueris, interrogatus autem a præside cōticescis? Sic utique. Nam quia in cruce de uita nostra agitur, quamuis non interrogetur loquitur, in domo

C autem Pilati, quia de sua ipsius uita agitur, interrogatus obmutescit, uidelicet, ut suum in nos amorem ardentissimum demonstraret. Attendite etiam quanto furore insaniens Saulus bellum ei illaturus in Damascum properabat, ipse autem de cęlo descendit, ut eum ad ueniam, & mise-

Matt. 6. ricordiam inuitaret. Et uos cū dicitis: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, nonne ipsa met die, qua Deum offenditis, uobis ignosci uelletis? quo non ueremini ne Deus ex suo diuino consistorio uobis respondeat.

D Vide scelestissime, q in ista oratione te cōdemnari, atq; in infernum detrudi deprecaris; nam dicis: Dñe ne mihi ignoscas: ego enim offensoribus meis non parco,

Simile. q si quis mihi dicit, ut ei ignoscā respōdeo iniuriam adhuc esse recentem. Præterea si quis uos aureis tegulis lapidaret, & si illis aliqua uobis uulnera infligeret, nonne illa æquo animo pateremini, tegulasq; illas colligeretis? siq; ille qui uos lapidauit, uos ueniam precaretur, facile illi parceretis considerantes utilitatem, quā uobis lapidando uos attulit. Quātum autem utilitatis, atque prouentus, iniuriæ æquo animo toleratæ animæ afferat ignoratis? Hæc est ratio ob quā Diuus Paulus nos admonet, ne inimicos nostros timeamus, paruo enim labore nostro nos ditāt.

A

Phil. 1. Et ita dicit: In nullo terreamini ab aduersarijs, quæ est illis causa perditionis, uobis autem salutis. Verum attendite illum ulterius dicere, & hoc a Deo, quia uobis donatum est pro Christo non solū, ut in eū credatis, sed ut etiam pro illo patiamini, idem certamen habentes quale, & uidistis in me, & nunc audistis de me. In quibus uerbis ostendit Beatus Apostolus Deum nos pati sinere, patientiamque nobis in laboribus præstare, utrunque ipsius Dei esse donum, hocq; per merita Iesu Christi Saluatoris nostri concedere. Quapropter instantissime nos hoc oportet exposcere, magnopereque gaudeamus uidentes nos per illam quam a Deo deduci, per quam & sanctissimi eius Apostoli ducti sunt. Nam hac etiam exhortatione fulciebat hic sanctus Apostolus Philippenses, dicens donū esse Dei eos idem certamē habere, quale in seipso perspexerant, deq; illo audierāt: & hæc uerba, uidistis, & audistis significāt certamina, quæ sanctus Paulus Philippis in eorum conspectu, atque alibi tolerauerat. Ecce quanto iure aduersarijs uestris debetis ignoscere, siquidem quot uobis mala faciunt, tot gēmmas in anima uestra relinquunt. Hoc optimè intellexit Da-

2. Reg. 16. uid cum dicente illi Semei, egredere, egredere uir sanguinum, uir Belial, dixit seruo suo uolenti iniuriam illā ulcisci, ut patet, Dimitte eum, ut maledicat iuxta praeceptum domini, si forte respiciat dominus afflictionem meam, & reddat mihi dominus bonum pro maledictione hac hodierna. Et sicut dixit, ita fuit, nam pro illa patientia eum dominus consolatus est, atque ab illa persecutione liberauit. Aduertite utrum satis recens esset, uulnus, siquidem Semei actualiter lapidibus simul, & iniurijs illum infestatte, sanctissima hæc uerba, & patientiæ plena Dauid protulit. Profecto nōdum Iesus Christus æternum Patrem suum pro persecutoribus exorauerat, neque Euangelicam legem commendauerat, nos autem post tam præstantia exempla, totque accepta beneficia, adeo duri, atque proterui remanemus, acsi nihil unquam tale crederemus.

Et

A Et subito circumfulsit eum lux de cœlo, & cadens in terram audiuit uocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris? Plinius refert Aquilam, etsi altissime Plin. peruolet, nimiumque à nido recedat, nunquam tamen ab eo neque à pullis suis oculos remouere, quod si quis ad nidum damnum aliquod eis illaturus ascendit, statim velocissime ad eos protegendum descendere. O diuine mundi Saluator, tu es aquila regia; de te quippe dixit Moyses, sicut Deu.32 aquila prouocans ad uolandū pullos suos, & super eos uolitans expandit alas suas. Hæc igitur diuina Aquila etsi in admirabili Ascensione sua ad cœlū cōscendit, non

B ideo a nido suo (quæ est sancta ipsius Ecclesia) oculos semouit, neque pullos suos penitus dereliquit, sed semper in eos oculos intendit. Vidensque a dextera Dei Patris Saulum tanquam rugientem Leonem in eos imperū facere conari, ut si quos inueniret huius uiæ uiros, ac mulieres, uinctos perduceret in Hierusalem. Quādo autem se iam omnia fecisse putarat, cœlestis aquila magno impetu è cælo descendit, illumque occupat, ex equo in terram prosternens, & dicens: Saule, Saule, quid me persequeris? Nunquid horum Christianorum

C nullum arbitraris esse patronum? animaduerte, illos meos filios esse, meq; nunquam ab eis oculos semouere. O benedictus sit talis protector, & felices, qui alarum eius refugium quærunt. De illo enim dicitur: Oculi domini super timentes eum protector potentiæ, firmamentum uirtutis, tegumentum ardoris, umbraculum meridiani. Nemo de diuina pietate, ac protectione diffidat, quamuis se persecutionib. afflictum uideat. Considera frater mi te a Deo aspici, & quando tibi potius conueniret perspexerit, eum tanquam Aquilam esse descensurum, ut te sua admirabili poten-Eccl.34

D tia liberet, siquidem uere persecutiones tuas, suas esse ducit. Aduerte, quid dicat Saulo, quærens. Cur me persequeris? O Christe uere hominum amator, quandiu in hoc orbe terrarum, passibilis atq; mortalis tot laboribus fatigatus uixisti, non es conquestus, & sic dicit de te Dauid: Sicut mutus non aperiens os suum, nec quādo sanctissima facies tua tanquam sterquilinium conspuita fuit, nec quando sacratissimæ maxillæ tuæ alapis cędebantur, nec quando columnæ deuinctus uerberum diPsal.37. luuio coopertus es, nec quando sacrosan- A ctum caput tuum spinea corona redimitū fuit, nec quando membris omnib. dissolutus cruci durissimæ affixus es, uerbum aliquod querelæ ore protulisti. O cœlestis lingua, quę tot mutis uocem reddidisti, quo modo in laborum, atque opprobriorum abysso non quereris: nunc autem, cum ad dexteram Dei Patris gloriosus corpore, atque anima sedes conquęreris, quia inimici tui te persequuntur? Ad hoc respondet dominus dicens: Scitote illos tunc corpus meum tetigisse, nūc autem animam meā. Anima etenim mea est Ecclesia mea, electique mei: quādo ego in cruce æterno Pa- B tri dixi. In manus tuas commendo spiritū meum, spiritus, quem ego tunc æterno patri meo commendaui, est Ecclesia mea, spiritus meus, cor meum, & anima mea, hanc autem hic Saulus insequitur. Magisque sentio hanc animam, spiritumque meum tangi, atq; affligi, quam meum proprium corpus uerberibus, uariisque tormentis fuisse concussum. Hunc amorē, quo Deus suos complectitur, multo antea Zacharias Zac. 2. propheta prædixerat his verbis. Qui tetigerit uos, tanget pupillam oculi mei. Nūquid tu domine, oculos, aures, aut manus habes? quomodo ergo dicis. Qui tetigerit C uos, tanget pupillam oculi mei? Hoc utiq; dicit, ut singularem suum erga nos amorem significet, nihil est enim tenerius, & in quo magis ictum sentiamus, quam pupilla oculi. Ecquod est adeo marmoreū cor, quod tam suauibus uerbis non mollescat? huius rei consideratio nos ardentissimi amoris igne accendere sufficeret, si ei profundissime uacaremus.

Vnde inferri potest fratres charissimi, si Deus tam grauiter conqueritur, quia sanctorum suorum corpora tanguntur, & cum hoc martyres efficiuntur, quāto magis de illis queretur, qui eorum animab. D officiunt, eosque peruertunt, quo sicut diaboli efficiantur? O quam durissimum est, tam immaniter spiritum domini cōpungere. Cum Iudæa grauiter peccasset, atque ad colenda idola te transtulisset, grauissimis suppliciis Samariam dominus per Michæam prophetam comminatur, eo quod Samaria Hierosolymā; Hierosolyma vero uniuersam Iudæam hæc peccata doceret. Et ita dicit Michæas. Quod scelus Ia- Mich. cob? Nōne Samaria, & quæ excelsa Iudæ? nonne

A nonne Hierusalem? & ponam Samariam quasi aceruum lapidum in agro cum plantatur vinea, & detraham in vallem lapides eius, & fundamenta eius reuelabo, & omnia sculptilia eius concidentur. Tam Idololatras, quam Idola dñs hic se destructutam esse comminatur: eo quod non contenti fuerint mali esse, sed alios etiam peruerterint. Idemque vobis faciet fratres, etenim substātias vestras, q̃ sunt Idola vestra simul & vos destruet, eo quod mala proximis vestris exempla perhibetis. Nec vero uestra tantum, sed illa etiam omnia
Gen. 4 quæ vestra culpa commissa sunt, peccata
B soluetis, reique eritis pro omnibus bonis, quæ illi facerent, nisi a vobis fuissent peruerti. Vbi nos legimus: Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me. In Hebræo ē: Vox sanguinum fratris tui, in plurali numero. In quo significatur Cain non solū vnius sanguinis, idest in vna vita Abelis sed etiam in plurimis sanguinibus, id est, in pluribus vitis liberorum, qui ex eo oriri poterant, nisi ab eo fuisset interemptus, reum esse condemnatum. Hoc initiū est initio alicuius boni, aut alicuius mali. Etenim qui boni fuit initium, particeps efficietur omnium bonorum, quæ inde proce-
C dunt, qui vero mali fuit inuentor, omnia damna quæ ex eo proficiscentur particeps. Quomodo ergo ij, qui vere cognoscitis vos proximos vestros peruertisse, hæc audientes non contremiscitis? & forte fortuna nōnulli pp̄ea peccata, quæ vestra cā commiserunt, perpetuis iam inferni cruciatibꝰ cōtorquentur. O Deus infinitę Maiestatis, quid hic facio domine? vel quid in hac solitudine vociferor? vbi homines tam terribilia hæc audientes, non ea plus quā si durissimi lapides essent sentiunt, domine per infinitam clementiam tuam te deprecor, vt eorum corda mollefacias, quo
D tantum malum vere cognoscant, & ex animo illius pœnitentiam faciant. Vos autē eos, qui adhuc horum persecutorum Iesu Christi telis nondum estis transfixi deprecor, Deique nomine maxime commendo, vel quod poteritis ab eorum consortio recedatis: cōtēplamini dominum efficacissima quædam vobis verba dicentem, quæ per Zachariam Prophetam Hebræis inter quosdam Idololatras commorantibus, sic
Zach. 2. dixit clamans. O, ô, ô, fugite de terra aquilonis, dicit dominus. O Sion fuge, quū habitas apud filiam Babylonis. Quamob-
A rem, siquidem vos etiam inter filias Babylonis estis commisti, ab eis diligēter recedite: maximi namque vestra interest, nē cum eis in perpetuum pereatis.

Iacens Saulus sic in terra has querelas audiens dixit. *Quis es Domine?* At ille, *Egó sum (inquit) Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare.* Equus aduersus stimulum calcitrans sibimetipsi officit. Talis est qui ad uersus inspirationes, & supplicia Dei facit. Et tremens, ac stupens dixit, domine quid
B me vis facere? Ecce quid lux cælestis operatur; hic enim dicit sacratus textus, illū cælesti luce circūseptū in terram prius corruisse, statimq; se diuinæ voluntati subiecisse dicentem, domine quid me vis facere? Vnum ex clarioribus argumentis, ex quibus conijci potest gratiā animæ aduenisse, est illam prostratam, humiliatam que videri. Nam diuina gratia homini cui aduenit, viuam quandam sui ipsius perspicuamq; vtilitatis suæ cognitionem affert. Postquam autem se cognouerit, quomodo persistere poterit, quin diuino Dei beneplacito subigatur? O si cælestis hæc lux
C nos illuminaret, illaque irradiati mentis oculos aperiremus, ut vtilitatem nostram perspiceremus, quam profunde ex elato æstimationis nostrę throno laberemur: humiliatique statim obediremus, diuinamque voluntatem adimplere cuperemus, humilitas quippe obedientiam parit. Et ita dicit D. Paulus. Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem.
Phili. 2. Animaduertendum est autem aliam esse intellectus, aliam vero voluntatis humilitatem, hoc est veritatis, & amoris. Humilitas intellectus est, cum ego cogito & cognosco id, quod sum, verbi gratia, cogito me esse peccatorem, ingratum, atque vilissimum, qualis re vera sum: nec idcirco egovlterius in humilitate progredior, vt me minoris æstimem. Altera est humilitas voluntatis & amoris: & quia amoris est triū
D phare, illi autem qui triumphant, ante se hostes suos catenis deuinctos ducūt. Ideo quando voluntas huius humilitatis amore capta est, huiuscemodi virtutis amore animā, & corpus deuincit, atq; prosternit, quo vtrunque negligat, & nihili pendat. Atque ex hac humilitate (ut supra diximus) oritur obedientia, animus enim humilis

A milis atque submissus in nulla re iudicio suo gubernari vult, sed cum eximia promptitudine dicit: *Domine quid me uis facere?* Circa quod hoc maxime necessarium a vobis animaduerti vellē, scilicet, Christianorū nōnullos, per viā consuetā, alios vero per viam rectam ambulare. Videbitis uirum religiosum orationib. ieiuniis, atq; uigilijs assuefactū, quæ omnia plurimos annos facit, quapropter ab alijs sanctus existimatur, multum autem ad hoc, illi deest, quod experiamini si quidquam, ei eius prælatus iusserit, eorū quæ facere non solet, statim enim grunniet & queretur: nescit utique per aliā viā, nisi per factam, & diu cōsuetā ambulare. Attamen

B hæc non est via recta, nā uia recta, q̄ ducit ad cœlum, est obedientia, in qua propria voluntas abnegatur. Iustus nullam uiam voluntati suæ conformem factam habet: qua enim ire illi iubetur illac tendit. Nūquamque illi una uiuendi ratio, aut exercitatio, vel cœnobium adeo placet, quod si derelinqui ei iubeatur, id libentissime nō faciat, & quocunque præcipit obedientia, pergat. Septuaginta quinque annorū erat

Gen. 12. Abraham, cum egrederetur de Aram, quādo ei domin⁹ dixit: Egredere de terra tua,

C & de cognatiōe tua, & de domo patris tui. O admirabilem uiri sancti obedientiam, & si iam senex erat, noluit excusari, neque dicere: quid domine nunc senio confectus cum sim, me domum meam relinquere, & extraneas regiones peragrari iubes? sed submisso capite simpliciter obediuit, deque patris sui domo, & cognatione sua exiuit: & sic statim sacratus text⁹ addit. Egressus est itaq; Abraham sicut præceperat ei dñs, & iuit cum eo Loth, nā boni uiri semper de cognatis suis orphanis rationem, curamque gerunt, ac si proprij eorum filij essent. Tamque prompta fuit eius obediē

D tia, vt neque ipsum dominum uoluerit percontarj, in quam regionem esset abiturus, sperans se a domino esse ducendum, quo diuinum ipsius beneplacitum decreuisset.

Heb. 11 Hoc autem valde Beatus Paulus exaggerat, dicēs: Fide qui uocatur Abraham obediuit, & exiit nesciēs quo iret. Primum bonum quod de beato Paulo legitur est hoc, videlicet, quid me vis facere? in quo diligēter curare debemus, vt eum imitemur. Cōsterne te frater in diuino conspectu, considerans que quomodo Christus Iesus te redemit sanguine suo, atque postquam eum millies offendisti, te ad ueniam clementer inuitat, dic illi, domine siquidem tot rationibus atque nominibus tuus sum, tuque Dominus, Creator, Redemptor, Rex, atq; liberator es meus. Hic me tibi in mancipium offero, quo tu iuxta uoluntatem tuā quicquid libet de me disponas, si vis ut uiuam, aut moriar, vt valeam, aut infirmer, vt diter, aut indigeam, ut nobilis, aut ignobilis sim, ad quæcunque uoles me tibi offero, tuisque sacratissimis manibus resigno, vt quod tuum est iure, uoluntate tu etiam mea possideas. O beatam animam, quæ hoc ex toto corde perfecerit. Verum scito-

B te fratres mei, Beatum Paulum Spiritus sancti dona recensentem, inter illa hoc etiam annumerare, dicentem: domino seruientes, quod perinde est, ac si dicat: Donum Dei est, quod simus domino seruientes, scire Deo secundum ipsius uoluntatem seruire, atque obedire, donum eius est, ideoque instanter nos ab eo illud oportet, exposcere. Ro. 12.

Et Dominus ad eum. surge, & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi, quid te oporteat facere. O Christe uere Magister ac doctor animarū, quare domine illi uoluntatem tuam ilico non reuelas, sed eum ad il-

C lam ex alio addiscendam mittis? Ad hoc respondet Beatus Bernardus, dicens: Ne quis alius inde occasionem acciperet aliorum hominum consilium spernendi diuinas experens reuelationes, & ne quis alium hominem, id quod dubitat percontari, se sequo illi humiliare erubeat. Hoc autem non ad idiotas solum, sed peritos etiam doctosque homines spectat, quando enim in propria causa scrupulum habent, aut quicquam dubitant alios interrogare tenentur. Ne innitaris prudentiæ tuæ, ait Salomon. Et paulo inferius. Ne sis sapiens apud te ipsum Et Ecclesiasticus dicit. Fili mi sine consilio nihil facias, & post factū non pœnitebit. Circa quod uobis consulo, ut semper optimum quemque virtuteque prædium consulere curetis, & sanctioris potius, quam doctioris consilio ducamini, dummodo ille sufficienti literarum peritia polleat. Maiorem fax quam parua lucerna lucē emittit, sæpe vero cum magnati epistola legenda traditur, dicit pueto suo, tolle hinc facem, & affer lucernā, quid; nunquid facis nō est maior splendor Bernar. Prou. 3. Eccl. 32 D Simile.

A dor quam lucerne, utique. Verum cũ fax magnum de se fumum immittat, ipse fumus lucem impedit, eamque aliquantulũ caliginosam reddit, lucerna uero cum nõ fumiget, etsi parua est, clariorem tamẽ, & commodiorem lucẽm mittit. Sũt hic duo uiri scientiarum periti, quorum alter est doctior altero, sed in mortali peccato cõmoratur: alter uero licet non iam doctus vir probus. Deique seruus est. Habes tu rẽ ad conscientiam tuam spectantem, circa quam utrum eorũ consulere conaris. Cõsulo tibi, ut seruum Dei potius, quam aliũ licet doctiorem, iniquum tamen, & peccatorem consulas. Ratio est, quia hic vir nimium peritus, licet magnam habeat literarum lucem, tamen cum malæ uitæ depravatorumque morum caligine sit obscuratus, non tam recte, quam alter, licet tam peritus non sit, conscientiæ tuæ necessitatem cognoscet, nam amicus Dei cum ipsius gratia, & fauore iuuetur, clarinẽ habet mentem, nec illa effrænatarũ passionum caligine, fumoq; obscuratam, sicque melius, quod tibi conueniat, dignoscet.

B

Ad manus aũt illum trahentes, introduxerunt Damascũ & erat ibi tribus diebus nõ uides. In quib. siue in quorũ fine ipsius anima in cælum rapta fuit, de quo raptu ipse loquitur, dicens. Scio hoiem in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit, raptum huiusmodi, usq; ad tertiũ cęlũ, & scio huiusmodi hominem, siue in corpore siue extra corpus, quoniam raptus est in paradisum, & audiuit arcana uerba, quæ non licet homini loqui. Raptus est utiq; ut per illam supernam ciuitatem, eiusque uicos deambularet, atque ut urbanitatem cælestium illorum ciuium experiretur, eãque homines in hoc orbe doceret. Raptus est ad illud diuinum tribunal, in quo quãta cum sedulitate, animeque contentione uniuersi beatorum spiritus salutẽ nostrã negotiantur, aspexit. Vnde dixit. Omnes sunt administratorii spiritus missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Raptus est, ut in diuinos thesauros manus immitteret, quantasque diuitias dominus diligentibus se præparauerit, intueretur: Et pretiosissimam rem in mentis manibus habuit, quæ fuit essentia diuina, quam intellectu cognouit, & uoluntate fruitus est, & quãdo minus arbitratus est,

C

1. Co 12

D

ab eius manibus excidit illamque amisit. Raptus est ad celeste conuiuium, in quo cito buccellam accepit, quæ illi adeo dulcis atque suauis uisa est, ut omnes huius seculi labores, atque amaritudines suaues esse, dixerit, quo iterum tanto illo conuiuio frueretur, quo se aliquando tãdem fruiturum minime dubitabat. Raptus est in diuinam cellã uinariam, ubi haustum cælestis illius uini percepit, ex quo beati bibunt. Postea uero triginta quinque annos labia relinxit, hoc est. (*Se anduuo relamiẽdo los labios y por a q̃l trago mil tragos de muerte.*) Vt per uniuersum orbẽ uinum illud, q. libauerat præconio declararet. O infinitam Dei liberalitatem, statim quippe in initio conuersionis huius peccatoris diuina maiestas tam supremum in eum beneficium conferre uoluit, ut eum fortius in ipsios amore roboraret. Qui optimi uini cuppã uenalem habet, dicitque præconi, ut eam præconio manifestet, præco omnibus uinum degustandum gratis tradit, qui uero illud gratis libauerunt, si postea illud bibere uelint, nommis suis emere debent. Illis primi haustus gratis donãtur, ut homines uinũ cupiant, & quod bibituri sunt, emãt. Sic facit Deus hominibus ad amorem sui denuo conuersis: gratis namque illos spiritualibus gustibus, ac suauitatibus afficit. Postea uero ipsi eas sanctis exercitationibus, diuturnaque perseuerantia emere debent. Dicit sponsa loquens de sponso suo. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, & prospiciens per cancellos. Hic interpres noster uertit simpliciter hoc qd in Hebræo est positum translatẽ, & eleganter. Nam verbum Hebræum, qd illic est, dicitur proprie de rosis, & floribus, quando incipiunt erumpere, cũ supremus tantum eorum uertex apparet, & sic transfertur similitudo ad sponsum, qui profert caput suum per fenestram. Flores enim cum incipiunt erumpere, pulchriores, iucundiores, & nitidiores sunt, quam postq̃ omnia folia proferunt, & ille rosę, aut floris circuitus efficitur. Et sic (*En estos assomos del esposo, como assomos de rosas,*) noui gustus, atq; delectationes significantur, quas Spiritus sanctus animabus denuo conuersis communicat, ut eas ad sui ministerium suauiter alliciat, non ad earum quidem merita, sed ad infinitam ipsius pietatem, atq; clementiam respiciẽs.

A

B

Simile

C

Cant. 2.

D

Atque

A Atque hinc intelligetis, quare plurimis accidit, quod cum ad Deum accedere incipiunt, affectum spiritualemq; consolationem sentiunt, post paucos autem dies sicci, tepidique reperiũtur, quod sæpenumero propter dispositionis eorum defectum solet accidere. Vult enim Deus, ut prætteritis illis prioribus gustibus, atque suauitatibus gratiæ, quas ipse largitur, aliqua congruitate, quæ postea eis dona daturus est, homines mereantur, quia vero sese nõ disponunt, neque hoc faciunt, ea denegare consuescit. Huic autẽ glorioso Apostolo
B non sic contigit, siquidem dicebat Benedictus Deus, & pater domini nostri Iesu
2.Cor.1 Christi, pater misericordiarũ, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus, & ipsi cõsolari eos, qui in omni pressura sũt. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. Etenim nos hic ipse dominus consolabitur, si huic sanctissimo viro nos conformabimus, & postquam hic diuina ipsius gratia fruiti fuerimus, nos ad cœlestis beatitudinis suæ gaudia in æternum duratura perducet. Amen.

C

IN EADEM CONuersione S.Pauli.

Concio Secunda.

Saulus adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos Domini, &c. Act.9.

Exo.33
D 
CVM Moyses a Deo peteret. dicens. Respice populũ tuũ gẽtem hãc, atq; rogaret, aut ipse Deus tam se, q̃ populũ comitaret, dixit dñs ad Moysen. Vt verbum illud, quod locutus es faciam, statimque rationem, ob quam eum tam cito audiuit, & petitia concessit, adiũxit, dicens. Inuenisti enim gratiam coram me. Vt autem Moyses Deum benignum atque affabilem perspexit, amplius petiit, dicens. Ostende mihi gloriam tuam. Statimque eis respondit dominus dicẽs. Ego ostendam omne bonum tibi. Omniaque hæc beneficia in eo nitebantur, quod sicut hic dominus dicit, Moyses cotã ipso gratiam inuenerat. Nec vero nimis mirãdum est Moysen diuinam gratiam reperisse, siquidem illam tanta animi contentione quæsiuit, sicut in ijs omnibus apparet, quæ sanctus hic vir in Domini seruitute perfecit. Hodie autem aliam rem prodigiosiorem, quæque plus affert admirationis habemus, uidelicet, hominem cum neque gratiam, neque gloriã quæreret, imo actualiter res illi contrarias faceret utramque tamen inuenisse: qui est gloriosus Apostolus Paulus, de quo sacra hæc histo- B
ria, quam præ manibus habemus loquitur. O rem admirabilem, quod cum Iesum Christũ persecuturus properaret, ipsius gratiam, ac misericordiam reperit. Vt sanctus propheta Dauid tyrannorum hominum immanitatem execraretur, dixit: Psal.32.
Qui oderunt iustum delinquent. Quid in hoc vis dicere sanctus propheta? An q̃ iustum odio habent, hoc odio non actualiter delinquunt? quomodo, igitur tu dicis in futuro, delinquent? Vult dicere, in pœnam huius actualis culpæ, quam iustum odio prosequentes admittunt, illos a domino esse relinquendos diuinaq; ipsius manu dimittendos, quo in alia horrenda C
peccata prolabantur hodie vero hæc omnia viceuersa perspicimus. Etenim cum Saulus iustum iustorum Iesum Christum filium Dei odio haberet, actualiterque ad eum in seruis suis prosequendum pergeret, non solum Deus eum in alia peccata corruere non est passus, sed etiam illum sua diuina misericordia præuenit, ne id quod in animo se facturum proposuerat, exequeretur, eumque ex persecutore fidelissimum defensorẽ effecit. Tãta est unius lethalis culpæ malitia, ut Deus eam dimittere gloriosissimum sibi esse ducat. Præpo- D
tens quidam Rex non de paruis rebus, sed de maximis gloriatur, illudque est efficax argumẽtum, ex quo illius rei magnitudo conijci potest, quod Rex de illa gloriatur. Quanto igitur melius dicere possumus Deum infinitæ maiestatis non nisi de maximis rebus esse gloriandum. Et siquidem per Isaiam prophetam, quasi de hoc maxime se gloriãs, dixit. Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me: Isa.43.
sequitur ergo ex his maximum malum esse peccatum. Vnde quãdo Deus sese Moy-

si ma-

A si manifestauit. Cœpit eum Moyses lauda-
Exo.34. re, & inter alias eius commendationes una fuit, qui aufers iniquitatem & scelera atq; peccata. Hic est unus ex ineffabilibus Dei titulis. Cumque tam graue malū sit unum peccatum, & Deus peccatorē quærat, tot, que modos atque artificia excogitet, quibus peccator ad tantum beneficium percipiendum disponatur, in hoc etiam infinita Dei probitas, & misericordia, maximaque hominis miseria, atque vilitas clarius demonstratur, quod necesse est eum quodammodo quasi inuitum ad hoc tantum bonum percipiendum attrahi, quod bo-
B num, ut David significaret, plurima uerba repetijt, dicēs: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata,
Psalm.3 Beatus uir, cui non imputauit dominus peccatum. Quando sacra Scriptura quicquam exaggerare vult, illud bis repetit.
Gene.1. Faciamus hominē ad imaginem, & similitudinem nostram, idest simillimum in
Psalm.8 superlatiuo gradu. Et in Psalmis: domine dominus noster, id est, ualde dominus noster. Hic autem non contentus est David hāc beatitudinem duplicare, sed illam ter repetijt, ut eos qui peccatorum suorum veniam consequuntur, beatissimos esse de-
C monstraret. Et tamen adeò uiles, atque in-
Psal.17. sipientes sunt homines, ut ad eos inuitandos, ut hanc veniam accipiant maximis at, que exquisitissimis quibusq; artibus Deus vtatur, quas David diuinitus depingit, dicens; Intonuit de cœlo dominus, & altissimus dedit uocem suā, hoc est magna animi cōtentione, maximisque vociferationibus Deus peccatores accersit, ut a sceleribus suis exeant. Explicansque quam præpotens sit uox Dei dicit. Grando & carbones ignis. At ne quis unquam tale perspexit? dicit quippe sanctus Propheta Dei uocem grandinem atque carbones esse suc-
D census. Ad cuius intelligentiam animaduertendum duplex esse genus hominum peccatorum, atque a Deo recedentium. Nonnulli enim plerunque diuina præcepta custodiunt, neque crebro peccare consuescunt, veruntamen propter imbecillitatem aliquando delinquunt, alij autem sunt dissoluti atque corrupti creberrimisque sceleribus assuefacti. Prioribus mittit Deus uocem suam tanquam carbones ignis, hoc est illos ad præteritam necessitudinem amore inuitat, inspirationes ardentissima charitate inflammatas eis mittit, A ad eorum corda sic loquens. Considera quanta pro te feci, animaduerte me cœlestem tibi beatitudinem præparasse, hisque interioribus uerbis eos mollefacit, atque ad sui obedientiam redigit. Proteruis autem & male moratis vocem grandinis immittit, nam morbis atque laboribus illos lapidans, ad sui amorem eos curat allicere. Intelligensque dominus adhuc non esse futurum, vt hęc sufficerent, alia remedia adhibuit, & ita dicit ulterius sanctus Propheta. Misit sagittas suas, & dissipauit eos. Hæc suos diuina uerba terribilibus cōminationibus plena, quæ tanquam penetrantes sagittæ peccatores a sceleribus suis B diuertunt. Quia uero non hoc quidem profuit plurimis, ut ad Deum conuerterentur, idcirco fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.

Hæc sunt splendidissima miracula, quæ diuinus Saluator mundi in hoc orbe operatus est. Et apparuerunt fontes aquarum, quia tot, tantisque artificijs plurimi peccatores conuersi sunt, & facti sunt lachrymarum fontes, & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum. O gloriose Paule, quam firmum, ac stabile fundamentum Ecclesię fuisti. O Beate Petre, ò beati Apostoli quā C meritò uos totius orbis fundamenta uocamus. Sic vos nominat Spiritus sanctus, Christianos consolans, quia sunt superædificati supra fundamentū Apostolorum, Ephe.2. & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, qui quidem omnium fundamentum est. Hæc autem fundamenta terra cooperta erant, terrenis affectibus atque passionibus plena erant, sed admirabilibus artificijs uocib. & comminationibus, promissionibus, atque miraculis superni Saluatoris nostri Iesu Christi, reuelata sunt fundamenta orbis terrarum, relictis que terrestribus passionibus, ac spirituales penitus effecti, hanc sanctissimam D Ecclesiam instruxerunt. O utinam uerba, quæ vobis hodie dicturus sum, acutissimæ essent sagittæ, quæ corda uestra transfigerent, consiliaq; & admonitiones essent tonitrua & fulgura, quæ viscera uestra conturbarent, atque hinc lachrymarum fontes effecti proficisceremini, ita ut merito dicere possemus. Et apparuerunt fontes aquarum, quibus lachrymis peccatorum vestrorum maculas lauaretis. Vniuersa

Oceani

A Oceani aqua neque unum veniale peccatum abluere, neque vnam purgatorij pœnam sufficit extinguere. Vna autem affectuosa, & qualificata lachryma ex oculis diffluens, totum cor abluit, gehennalesq; flammas extinguit. Nō solum verò in his Dei artificijs eius infinita charitas ac misericordia splendet, sed infinita etiam ipsius sapientia atque potentia illucescit. Ex

Simile. nouo panno splendidam vestem effici, nō est mirū, vestem autem attritam atque disse. flam ita resarciri, vt noua, & melior etiā noua videatur, hoc ingentis atque mirabilis est artis. Deum, innocentem puerum

B qui post baptismatis gratiam uix peccatū mortale cognouit, ad cœlorum regna perducere, parum affert admirationis, quod autem hominem moribus dissolutum, plurimisque scelerib. obsessum, Deus ita resarciat atque iustificet, ut alijs qui nunquam sic peccauere splendidior maneat & gloriosior, in hoc infinita Dei potentia, & sapientia clarius innotescit. Et ita Diuus Paulus de hac mercatia loquens, postquam dixerat, tam Iudæos, quam Gentes incredulitate peccauisse, subdidit, di-

Ro. 11. cens: Conclusit enim Deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur, statimq;

C supernæ pietatis opus admirans, exclamauit, & dixit: O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Hic, verbū conclusit, significat quod quemadmodum ex præmissis conclusio elicitur, sic conclusit Deus, idest conuicit atque coarguit eos omnes in incredulitate commorari, vt omnium misereretur. Non eos Deus in incredulitate constituit, imò ab omnibus fidem postulabat, verum per occultum, & valdè iustum iudicium illos in suo libero arbitrio relinquens, eos in infidelitatem permisit incidere, & illinc ad

D gloriosum hunc effectum faciendum occasionem sumpsit, qualis fuit omnium misereri, in eis simul infinitam sapientiam suam ostendens.

His omnibus artificijs vsus est Deus ad Beatum Paulum conuertendum, suamque in eo misericordiam, atq; sapientiā ostendendam; sua quippe diuina prædicatione illum accersiuit suorum cælestium verborum sagittas ei immittens, quæ ex D. Stephani ore percepit, & credibile est illum aliorum etiam Apostolorum concionibus affuisse, qui Hierosolymæ prædicarunt,

A plurimaq; ex miraculis, quæ ipsimet Hierosolymæ operati sunt, oculis perspexisse, nam de his omnibus intelliguntur ad literam uerba illa, quæ dominus dixit ei: Durum est tibi contra stimulum calcitrare, q. d. oīa illa erant stimula contra quę calcitrabat Saulus. Cum autem nihil horum profuerit, ipse dominus descendit, vt eum sua admirabili potentia conuerteret, & sic dicit sacratus textus. *Saul adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos Domini.* Diligenter pensate verbū hoc, aduc spirās, in quo agon, & animi contentio, qua malus appetituum satisfactionem exquirit, o-

B stenditur. Hoc etiam Isaias Propheta significauit, dicens: Væ qui cōsurgitis manè ad ebrietatem sectandam, & potandum vsq; Isa. 5. ad vesperam, vt vino æstuetis. Si homines tam cito, diligenterq. ad Dei ministerium consurgerent, & in eo vsque ad vesperam perseuerarent, quàm diluculo ad se humanis, terrestribusque voluptatibus inebriandos, atque in hoc totum uitæ suæ tempus consumendum consurgunt (etenim hoc significat, surgere mane vsque ad vesperā, ex quo ratione utuntur vsque ad senectutem, atque etiam vsque ad mortem, in his rebus occupari) sancti quidem essent, uerum ad res uirtutis ac bona opera facien- C da, uix est qui robur habeat, quod si qui aliquando incipiunt, statim deficiunt, quodcunque minimum offendiculum eos retrocedere facit, solummodo ad mala facienda sunt vires ac perseuerantia. Ideoq; paulo inferius idem Propheta subdidit, dicēs: Væ qui potentes estis ad bibendum vinū, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Vbi uinū nomine hæc tēporalia, honores scilicet, diuitiæ, voluptates, vltiones denique intelliguntur, propter quæ homines spiritaliter labefactantur.

Vt autem rabiem, indefessamq. animi D contentionem, qua hic homo has immanitates exercebat intelligatis, animaduertite quod ibi illo dicitur. Saul autem deuastabat Ecclesiam per domos intrans, & Act. 8. trahens uiros, ac mulieres tradebat in custodiam Nec verò cōtentus est malis, quæ fecerat Hierosolymis. *Sed adhuc spirans, &c. Accessit ad principē sacerdotū, & petijt ab eo epistolas in Damascū.* O Deus, quæ hęc Isa. 57. hominis erat immanitas, ac rabies leonina. O quam meritò dicit Isaias Propheta.

A Cor impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest. O quam timide procellę fluctuant in miseri peccatoris corde, quot iræ, quot inuidiæ, quot denique ambitionis fluctus illum undique concutiunt? quã tam autem quamque admirabilem tranquillitatem homo ad Deum conuersus in corde persentit? Tanta utique est, ut ipse homo se ipsum admiretur, secumque loquens, atque admirans idem iure optimo
Ps. 113. dicere possit, quod dixit Dauid cum mari loquens. Quid est tibi mare, quod fugisti? O cor meum, quod tanquã mare fluctuabas, irarumque, inuidiarum, cupiditatum,
B aliorum denique turpium desideriorum fluctibus æstuabas, quomodo nunc pacatum tranquillumque existis? o tumentes æquorei cordis, procellæ quo recessistis? Hoc Dei mirabili facto, quod in humano corde operatur, obstupefact? Dauid exclamat,
Psal. 45. dicens. Venite & uidete opera Dei, terribilis in consilijs super filios hominum, qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede, ibi lætabimur in ipso. Quomodo non lætabuntur in Deo, qui tam mirabile perspiciunt opus infinita ipsius misericordia, admirabilique potentia factum, cum tempestuosum mare in ho-
C mine in firmissimam terram conuersum videant? fluuiumque præ passionibus, effrænatisque cupiditatibus, atque impatientia extra alueum exeuntem, postea iam mitem, atque pacificum cernant, ut ab omnibus se conculcari patiatur? O gloriose Paule, quis te vidit adeo spirantem, atq; in Damascum iter facientem, tanquam mare furiarum tempestatibus tumescentem, & post triduum in angulo amarissime lachrymantem, atque a Deo misericordiam implorantem perspexit: quis tale cernens spectaculũ diuinam Maiestatem nõ glorificabit? Notandum est etiam super hunc locum, san-
D ctum Apostolum hanc festinationem atque furorem, blasphemiam postea nuncupasse. Agonem autem, & inuidiã, qua Pharisæi dominum Iesum, & sanctam ipsius Ecclesiam persequuti sunt, ignorantiam & ęmulationem appellasse. Ex quo una ex iustorum excellentijs demonstratur, videlicet quod aliorum peccata minuunt, & quomodo possunt, excusant, sua uero grauissima esse ducunt. Vnde ipse Apostolus dixit, loquens de Pharisæis, & principibus sacerdotum; Offenderũt enim in lapidem offensionis; posteaque addidit: Testimo- A
nium enim perhibeo illis, quod æmulationem quidem Dei habent, non secundum scientiam, ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quærẽtes statuere, iustitiæ Dei nõ sunt subiecti. Ecce quomodo cõtradictionem ab Hebræis domino factam ignorã- 1. Ti. 1.
tiam, & zelum uocat. Cum uero de seipso loqueretur, dixit; Qui primus blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus. Cum unum idemque suum, & pharisæorũ peccatum extiterit, suum aggrauans, blasphemiam, aliorum autem peccatum æmulationem (illud aliquo modo excusans) appellauit. O quam uice uersa nos facimus. B
Etenim cum quis peccatum, quod ipsemet admisit, in alio perspicit, in se uix id peccatum, in alijs autem scelus maximum esse ducit, hoc utique ex proprio amore proficiscitur. Grauissimum homicidium, atque adulterium commiserat Dauid, grauissimum (inquam) quia Rex erat, cuius ex munere referebat illa delicta punire, in quibus etiam furtum mente admissum interuenit, siquidem filium alieno patri imponere conatus est, unde subsequebatur, quod eius, qui pater suus non erat, bona hæreditaret, homicidiumque non fortuitum quidem, sed ex consulto factum, ducι C
que suo Ioab reuelatum. Præterea non solum obijt Vrias in periculoso illo conflictu, sed ut hom cidium celaretur, alij plurimi eidem periculo expositi sunt, cum hac sola intentione, vt innocẽs moreretur, quo Regis luxuriæ locus cederetur. Etenim vix vnquam magnum aliquod peccatum solum committitur, sed sicut catena ex pluribus annulis confecta, alia plurima peccata secum affert, sicut hic contigit. Quod cum ita esset, quando Nathan propheta 2. Re. 12.
accessit ad Dauid, illumque casum dixisset, qui pauperi nullam aliam habenti ouem sustulerat, proposuit, iratus indignatione D
Dauid aduersus hominem illum timus dixit ad Nathan; Viuit dominus, quoniam filius mortis est vir, qui fecit hoc. Considerare quot verbis hic sancta Scriptura exaggerat indignationem, quam Rex hic concepit aduersus hominem, qui furtum illum admiserat, siquidem dicit; Iratus indignatione nimis, quæ omnia maximam quandam indignationem significant, nec uero sua grauissima peccata animaduertebat.

A *Et cum iter faceret, contigit, ut appropinquaret Damasco, & subito circũfulsit eum lux de coelo.* O infinitam Dei clementiam, qui tunc temporis cum terræ iussurus esse uideretur, ut aperiretur, eumque uiuum deglutiret illũ tam admirabili apparitione præuenit. Verè enim illic ei supernus mundi Saluator apparuit, sicut postea Ananias declarauit, dicens: *Dominus Iesus misit me, qui apparuit tibi in uia, qua ueniebas.* Hac tam, ineffabili misericordia, qua dñs cum

Rom. 11. Diuo Paulo usus est, Israelitarum postea conuersionem ipse probauit, dicens. Nunquid Deus repulit populum suum? Absit,

B nam & ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Beniamin, non repulit Deus plebem suam quam præsciuit. Dicit utique Iudæos non reprobari, quia nulli denegat Deus auxilia necessaria quibus conuertatur, & quia non est facta lex de negando auxilio speciali, & efficaci Iudæis, quia in dies conuertuntur ad fidem, ergo non sunt reprobati, quod sanctus Apostolus inde confirmat, nam & ego (inquit) Israelita sum, quasi diceret. Si quis a Deo reprobandus erat, ego essem. At cum tam urgens sanctæ Ecclesiæ suæ persecutor extiterem, tanta mecum usus est mise-

C ricordia, ut non quidem reprobus, sed electus sim. Posset utique alios Iudæos conuersos in exemplum adducere, non autem nisi seipsum affert, ut cum se omnium pessimum esse ducat, rem amplius exaggeret. O admirabilẽ uiri sancti cognitionem atque humilitatem. Hæc uerba Diui

D.Hier. tomo 2. & tomo 7.c.7.in Eccl. Pauli maximam conferunt quibusdã Beati Hieronymi uerbis autoritatem, quæ dicit in Epistola de ijs, quæ in scriptura Deo attribuuntur. Super illa uerba, quæ Deus

Exod. 4. dixit Moysi, ego (inquit) indurabo cor eius, scilicet Pharaonis, & multiplicabo si-

D gna, & ostenta mea in terra Aegypti, & nõ audiet uos, scilicet, quod etsi alij Doctores dicunt Deum aliquando consuescere peccatoribus ob maxima ipsorũ peccata non necessaria quidem ad eorum conuersionem, sed alias diuersas, atque extraordinarias rationes, & media denegare, quibus Deus animas ad se conuertere solet, & hoc est homines è manu sua dimittere propter eorum rebellionem atque duritiem. Hic autem gloriosus Doctor dicit Deum non solum nunquam peccatorum corda indurare, illa ad duritiem commouentem (etenim hoc assertum, esset hæreticum) uerũ ne ullo unquam tempore Deum peccatores obdurare, non illos uocando. Sed cum hac sententia quomodo compatiũtur tot sacræ paginæ loci, in quibus Deus se duritiẽ peccatoris puniturum esse comminatur? Respondet Diuus Hieronymus, dicens. Scitote nunquam id quod Deus facit, nec id quod non facit, animam obdurare. Quando autem Deus secundum magnam misericordiam suam animam sæpe numero uocat, animaque ei non respondere consuescit, uerecundiam amittit, consuetudinemque acquirit, ita ut nihil iam æstimet se tãta quotidie inurbanitate uti,

B ut Deum absque responsione dimittat, atque ita ex assiduis uocationibus peccatoris malitia ipse peccator occasionem assumit, se se obdurandi. Hoc declarari potest illis uerbis, quæ dixit dominus Moysi. Indurabo cor eius, quomodo dicis domine, te Pharaonis animum indurare uelle, cum tot coram illo signa fieri iubeas, tamque præstantia, ut ex se durissimum quemque peccatorem sufficiant mollefacere, atque etiam saxa ipsa possint conterere; Hoc est (ait Diuus Hieronymus) quia signis illis durior effectus est Pharao, in dies quippe magis ac magis uerecundiam amittebat, il- C

laque mirabilia opera, quæ omnia diuinæ Dei erant uocationes in dies contemnebat. Verum quomodocunque res sit, ut ille cuius scelera eo dissolutionis peruenit, ut clementissimis Dei uocationibus uerecundiam sic penitus amittat, ut eas audire sit prorsus indignus.

Prostratoque in terra B. Paulo, dicentique; *Domine quid me uis facere?* præcipit dominus in ciuitatem ingredi, ut ibi quid sibi faciendum esset erudiretur. In quo nos docuit nos non oportere omnia a Dei ore discere uelle, uerum si rectè facere uelimus, alios homines humilitatis causa in magi- D

stros nos habere debere, singulareque Dei beneficium iudicare nos oportere, cũ eos reperimus magistros, qui nos cælestia doceant, qđ ex cõtrario manifeste patet. Nã unũ ex præcipuis supplicijs, quib. Deus sacerdotem Heli, propter ipsius peccatũ cõmi- 1. Re. 2.

natus est, fuit ei dicere. Et nõ erit senex in domo tua omnibus diebus. Quid dñe? nũquid istud est suppliciũ, & pœna? Imo tranquillitas, & reges mihi ista uidetur, pp̃ter molestias quas secum senes afferre cõsuescunt

A sciunt, sint minus, interrogate nurus adolescentulas, quam molesti eis sunt domi soceris senes. O inhumanitatem maximam. Etenim mittit uobis dñs hospitale, ut domi uestræ, quo opera misericordiæ exercere possitis; nec uero uos tam opportuna occasione utimini. Ergo Deus meus quodnã genus hoc est supplicij? Maximum utique: senes quippe non ad labbrandum quidem, sed ad saluberrima consilia alijs præstanda, propter experientiam quã pollent, maxime prosunt. Hoc autem de sacerdote Heli propter grauissimum eius peccatum supplicium sumit. Non erit (inquiens) senex

B in domo tua. Non erit, qui tibi sanctum consilium præbeat, nec qui te mali quod feceris, reprehendat, nec quæ ad animæ tuæ salutem spectant erudiat. Vtigitur hoc maximum est Dei supplicium, sic econtra sapientes, sanctosque magistros reperire, donum est excelsi.

Mittensq; Dominus discipulum suum qui erat Damasci nomine Ananiam, qui ad Diuum Paulum baptizandum se conferret, cum ille se excusaret dicens; illũ esse tyrãnum, Ecclesięque acerrimum persecu-

C torem, dixit ad eum Dominus. ***Vade quoniam uas electionis est mihi iste.*** Vnũ ex ijs, quæ difficilius in terra hominibus persuadentur, hoc est, Deum ex lapsis plurimos liberare, bonosque efficere. Etenim cum primum uirum, uue fœminam in peccatũ aliquod prolapsos perspicimus, statim eos sicut Angelos: nunquam iterum surrectutos ccc d ffe iudicamus, ac si Deus illos suscitare atque in instanti in alios commutare, hoc est de malis bonos nequiret efficere. Hoc uoluit Deus per Hieremiã Prophe-

Hie. 18. tam docere cum ei diceret, surge & descende in domũ figuli, & ibi audies uerba mea.

D In domum figuli descendi, ait sanctus Propheta; & ecce ipse faciebat opus super rotam, & dissipatum est uas: quod ipse faciebat e luto manibus suis conuersusque fecit illud uas alterum, sicut placuerat in oculis eius, ut faceret. Quare Dñe plane huic Prophetæ quid uelis non indicas? quare illũ in domum figuli inducis, ut uideat quomodo uas ex artificis manib. excidit, & ex illo confracto aliud sicut uoluit, fecit? Videlicet ut in illo luto, atq; in illius artificia manibus quid ego facere possim perspiciat, intelligatq; me ex hominibus, qui ex manibus meis excidunt, nouos uiros efficere solere. Et ita dixit ei dominus. Nun- A quid sicut figulus iste non potero uobis facere domus Israel? Ecce sicut lutum in manu figuli, sic uos domus Israel in manu mea. Sicut diuina Dei manus potest efficere ne homo iniquorum hominũ uiã sequatur, si potens est eum in hac uia ambulan- Isai. 8. tem ab ea reuocare. Et sic ubi nos legimus sicut forti manu erudiuit me, ne irem in uiam populi huius, septuaginta interpretes transtulerunt. Forti manu recesserunt ab itinere populi huius. Vnde colligitur, eandem manum quæ hominẽ a culpa præseruat, illum post lapsum ab ea subleuare. Quodque una translatio in singulari nu- B mero dicit, alia in plurali numero habet. Vt significetur Deus tã potẽs esse ad multos, quam ad unum e lethali reatu liberandum. Etiam uerba illa, fecit illud uas alterum sicut placuerat in oculis eius ut faceret, sunt pensatu dignissima. In quibus significatur, si Deus hominem conuertit, eũque ex iræ uase in miser cordiæ uas redidit, hoc non propter hominis merita fieri sed q a sic diuinæ maiestati complacuit.

Ex hoc uerbo, quod Dominus hic dicit. ***Vas electionis mihi est iste,*** occasionem sum- C psit B. Chrysostomus in quibusdã homilijs, quas fecit de laudibus Pauli dicendi, hoc uas gemmis, pretiosisque margaritis, idest omnibus aliorum sanctorum uirtutibus fuisse exornatum, omnium (inquam) sanctorum, qui ex Adamo, ad ipsum usque miro uirtutum splendore floruerunt, fuit hic uir tanquam Mappa mundi, in quo uniuersæ mundi uirtutes recopilatæ sunt. Vt portet nomen meum (addit Dominus) Coram gentib. & regibus. De leone, quem Samson in uia necauit, dicitur in Iudi. 14 eius ore postea mellis fauum fuisse reper- D tum. Pergentem Diuum paulum tãquam sæuientem leonem per uiam Damasci occidit diuinus Samson Iesu Christi filius Dei, illum (inquam) mundo q peccato occidit, in cuius ore postea dulcissimus ille fauus repertus fuit, qui est sacratissimum nomen Iesus, q nunquam ab eius ore excidit, & quemadmodum uas quando teg- Simile. men ab eo subtrah t, hoc est. [***Quando le quitan la sobrecopa***] quæ interius la ent manifestat, sic quãdo huius gloriosi Apostoli caput amputatum est, sicuti uasis tegmine sublato, quod intus habebat foris ostẽdit, dicens ter Iesus, Iesus, Iesus.

A Postquam ingressus est Ananias domū, ubi uir sanctus erat imponens ei manus dixit: *Saule frater, Dñs Iesus misit me &c. Vt uideas, & implearis spiritu sancto.* Attēdite quanta cum mansuetudine ac suauitate illi Dei seruus loquitur, etsi eum acerrimum iustorum persecutorem fuisse cognoscat. Quando accipiter aucupem fugit, plurimis ad eū uocibus acclamat, illique cibum, qui dicitur [*sénuele*] manu tenēs sæpe demonstrat, ut eū ad se reducat: & postquam redit, non eū dilaniat, nec ad parietem collidit, quin potus eū permulcet suauissimisque carnibus cibat, ut cum iterum discesserit, indulgentijs allectus facile reuertatur. Sic Deus plurimis peccatorē inspirationibus atq; artificijs accersit, q̄ postquam ad se redit, uarijs indulgentijs, spiritualibusq; suauitatibus eū permulcet, atque ab eius oculis lachrymas abstergit, quo illum igni sui amoris ardentius inflammet. Vnde non solum indulsit Dominus Diuo Paulo, mittens ad eum sanctum illū Ananiam, qui ei tanta cum mansuetudine ac dulcedine loqueretur, sed (ut communiter habetur) in hoc triduo, aut in eius fine diuinam illi reuelationem demonstrauit, quando raptus fuit usque ad paradisum Dei, quapropter eum postea efficacius secutus est. Canis uenatorius dupliciter ad insectandam prædam allici solet, primo modo uenationem suismet oculis perspiciēdo, posteriori modo, illam odoratu percipiendo, at efficacius, certiusque quando eam uidet, quam quando eius odorem naribus percipit, attrahitur. Quando eam solo odoratu insectatur, huc atque illuc inscius diuagatur, & sæpenumero illam amittit; quando autem illam oculis intuetur, absque ambitibus decurrit quousque eam apprehendit. Præda quam omnes nos sequi oportet, quousque illam apprehendamus, est Christus Iesus, dulcissimus animarum nostrarum amor, quod autem hoc non facimus, ipse conqueritur dicens. Pretij fuga me, & non est qui requirat animam meam. Hoc est, non fugio sed expecto, nec vero est, q̄ me uelit exquirere. Huius diuinæ prædæ odoratus, est eximium quod sacratissimæ vitæ suæ reliquit exemplum, cęlestis ipsius doctrina, sanctissimum Euangelium, diuinæ denique eius promissiones, hæc omnia sunt odor quidam respectu eorum quæ in cælesti beatitudine sunt, & hoc est quod nunc Christianos commouet Diuo autem Paulo prædam ipsam ostendit, uidit & fruitus est illa, ideoque maiori impetu & uelocitate diuini Saluatoris nr̄i uestigia secutus est, maiori (inquam) impetu, & instantius quam nos, qui passim detinemur, & in hac sectatione deficimus. Nam quamuis odor Iesu Christi filij Dei efficacissimus sit, nos tñ ob culpam nostram satis parum eo cōmouemur. O gloriose Apostole, per hæc singularia beneficia, quę ex diuina manu percepisti, te quæsumus, nobis perpetuus adsis intercessor, quo mirabilis potentia, quæ te a tot malis euulsit, atque ad tot bona sustulit, mirabiliter etiam in nobis operetur, ut per ueram pænitentiam relictis sceleribus, diuinaque exornati gratia te imitemur, quousque tecum cœlesti beatitudine fruituri ad paradisi regna peruenire mereamur; ad quæ nos perducat Iesus Marię filius, Amen.

Simile. (margin, A)

B (margin)

C (margin)

Simile. (margin, C)


D (margin)

Psa. 141 (margin, D)

DOMINICA QVARTA post Epiphaniam.

Concio Prima.

Ascendente Iesu in nauiculam secuti sunt eum discipuli eius, &c. Matth. 8



Hic ipse gloriosus Euāgelista dixerat. Videns Iesus turbas ascendit in montē, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. Ex quo apparet, solos discipulos in mōtis ascensione illū fuisse secutos. Nunc etiā in maris ingressu dicit solos discipulos ipsū fuisse comitatos. Etenim illi eum per asperas & per planas vias, per mare atque per terram sequebantur. Nonnulli sunt qui dominum non sequuntur, nisi per planam firmamque terram, non nisi in eis quæ sibi placent, eum imitantur, hoc autem ex proprio amore pficiscitur. Vnum ex maioribus malis, quæ nobis ex peccato processerunt, est nos nosmetipsorum nimio amore captari. Vbi primum primus homo peccauit, statim

Matt. 5. (margin)

D (margin)

A tim exquisiuit frondes, quibus se operiret, nuditatique suæ remedium adhiberet. Et cum audisset uocem domini deambulantis in paradiso, abscondit se a facie domini Dei in medio ligni paradisi, Vocantique eum domino dixit. Vocem tuam audiui in paradiso, & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me. Non dixit, quia te offendi, sed eo quod nudus essem. Quid Adam? nunquid satius non esset te prius in aliam peiorem, turpioremque nuditatem (quæ erat gratiæ amissio in quam per culpam incurristi) oculos coniecisse, teque maxime doluisse, eo quod tam bo-

Gene. 3.

B num Deum offenderis? In istam solummodo corporalem nuditatem oculos conijcis? O terribilem cæcitatem. Culpa est offensio Dei, & contra Deum: pœna uero est offensio propria, & contra ipsummet hominem: priusque homo, quod est contra se, quam quod est contra Deum, respicit. Hominem quippe prius, quæ sua sunt, quam quæ Dei quærere, peccati est effectus: seipsum polum, & finem, centrumque in quem omnia dirigantur efficere, est proprius amor, & proprium interesse. Ideo dixit Aristoteles: Amicabilia quæ sunt ad alterum ex amicabilibus, quæ

Arist. 9. Ethic. c. 1.

C sunt ad se. Atque hinc prouenit quod vnum plus, quam alterum diligam, uidelicet quia me amo: quia ille mihi placet, plus quam alter. In omnibus, quæ diligit, & efficit homo, prius ad se ipsum respicit, vnde pl' sibi utilitatis adueniet. Etsi Isaac sanctus erat, cum duos haberet liberos, alterum Iacob iustum, alterum Esau peccatorem, dicit tamen sacra Scriptura; Isaac amabat Esau, eo quod de uenationibus illius vesceretur. Hoc non est diligere Esau, sed seipsum amare, amabat enim eum, quia de auibus, & feris quas uenabatur, illum cibabat. Vsque etiam, & Deum

Gen. 25

D diligit homo propter seipsum. Et sic dicebat Dauid: Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem; quasi diceret: O domine tanta est cordis mei rusticitas, hoc est (villania) atque durities, ut nisi memetipsum mihi ante oculos meos proponam, ad nihil prorsus boni faciendum valeam commoueri. Idcirco mecum egomet fœdus pepigi dicens mihi: saltem utilitate commotus Deo serui. Et ita dicebat Diuus Augustinus: Vix quæritur Iesus propter Ie-

Ps. 118.

August.

sum. Quid amplius vultis, nisi quod dicunt diuinæ literæ, quod sanctus Iacob uouit uotum dicens, si fuerit dominus mecum, & custodierit me in uia, per quã ego ambulo, & dederit mihi panem ad uescendum, & vestimentum ad induẽdum, reuersusque fuero prospere ad domum patris mei, erit mihi dominus in Deum. Et ex hoc proprio amore dimanat, quod homo non vult Deo seruire, nisi in ijs, quæ sibi grata, suauiaque sunt, & in ijs, in quib. parum, aut nihil difficultatis inest. Singulari quodã stylo hoc Spiritus sanctus exaggerat dicens: Dicit piger, leo est foris, in medio platearum occidendus sum. Quasi dicat: facillima quæque sibi nocitura existimat, etenim si unam horam in oratione perseuerat, hoc sibi capitis dolorem allaturum existimat. Vnumque ieiunium unus leo esse videtur, qui eum interficiat. Denique quodcunque pœnale uirtutis opus, qđ est uia planissima atque tutissima, per quã facillime præterire posset, leonem sæuissimum esse putat, a quo interficiendus sit. Contra uero quæcunque in Sathanæ ministerio facit, facillima esse ducit, & si ex se laboriosissima sunt omnia eius opera, sicut sacra pagina plurimis in locis perpendit, maximeque Isaias Dei nomine quandam malorum hominum congregationem comminatur dicens: Ponam eam in possessionem hericij. Hericii sicci, sunt opera mala quæ peccatores faciunt, ut ex illis aliquam humanam uoluptatem eliciant: sicuti pueri hericiorum spinis compunguntur, sanguineque digitos perfundunt, ut ex illis castaneas auferant, & ita priusquam eas comedant, illisque fruantur nimium laboris patiuntur. O quot labores patiuntur auari, ut nummos suos accumulent. Quot labores perferunt superbi, ut ab eis a quibus affecti sunt iniurijs ulciscantur, quot laboribus anguntur ambitiosi, ut dignitates consequantur, quot angustiis, atque molestiis affliguntur libidinosi, ut turpibus appetitibus satisfaciant. O quam acutis atque crudelibus spinis hi omnes compũguntur, prius quam castaneis perfruantur. Ideo Spiritus sanctus malorum opera, & negotia hericios aptissime uocat. Et quãquã hæc adeo compungunt atque contorquent, obstupenda est usu diligentia, qua illa peccatores amplectuntur. Hoc etiam exagge-

Gen. 28

Pro. 26.

Isa. 14.

A geravit David dicens: Iniquitates meæ si-
cut onus graue grauatæ sunt super me.
Psal. 37. Peccatores autem hæc non onera esse du-
cunt, quia diabolus eos illa comportare
adiuuat: tempus autem adueniet, quando
totum onus eorum humeris imponet,
quod fiet in inferno. Et tunc dicent, quod
Sap. 5. dicunt damnati in inferno: Ambulaui-
mus uias difficiles, lassati sumus in uia ini
quitatis, quousque in inferno se se demer-
sos perspexerũt, illas difficiles vias esse nõ
cognouerunt, neque maximam defatiga-
tionem ac laborem afferre intellexerunt.
Simile. Lignum innatans in flumine quantum-
B cunque graue sit, facile huc atque illuc po
test dimoueri; aqua enim maxime adiu-
uat, at uero cum ad littus accedit, tũc eius
grauitas persentitur. In hoc sæculi mari, et
si peccatum ex se grauissimum est, uolu-
ptatis tamen, passionis, & affectionis aqua
illud adiuuat cõportare, ne eius grauitas
tantopere sentiatur. Postquam autem ani-
ma peccatum lethale baiulans ad mortis
littus accesserit, cum illic uoluptatũ pas-
sionum, affectionumque aqua finiẽda sit,
tunc eius grauitatem sentiet. O cæci nũc,
nunc, quandiu tempus haberis, oculos ape
rite, istisque tam grauibus oneribus vos
Eccle. 6. exonerate, summaque animi contentione
C Iesum Christum terra, mariq; sequimini,
ne creatori vestro idem faciatis, quod falsi
atque dolosi amici faciunt alijs hominib.
quos Spiritus sanctus obiurgat dicens; est
amicus secundum tempus, non permane-
bit tempore tribulationis. Quod si cum
hominibus hac perfidia uti reprehensibile
est, quanto reprehensibilius erit, illa erga
Deum uti. In hanc infidelitatẽ inciderunt
Hebræi, qui cum hostes suos iu mari de-
mersos perspexerunt Deum collaudarũt,
dicentes; Cãtemus domino, gloriose enim
Exo. 15 magnificatus est. Cum autem ipsis post
paucos dies deesset alimonia, dicit sacra
contextus, & murmurauit omnis congre-
D gatio filiorum Israel contra Moysen, &
Aaron in solitudine, dixeruntque filij Is-
Exo. 16 rael ad eos; Vtinã mortui essemus per ma-
num domini in terra Aegypti, quando se-
debamus super ollas carnium, & comede-
bamus panem in saturitate, cur induxistis
nos in desertum istud, ut occideretis om-
nem multitudinem fame? Vniuersa utiq;
hæc murmuratio erat contra Deum, qui
eos de terra Aegypti educi iussit. Vt horũ
hominũ iniquitatem perspiciatis, Deum A
enim tantummodo in prosperitate cole-
bant. O quot sunt hodie horum Hebræo
rum imitatores, qui Deum tantummodo
in plana terra sequuntur, eumque malunt
amittere, quam uel minimum quodq; uo-
luptatum suarum punctum prætermitte
re. Etiam hi Genesaræis illis comparari
optime possunt, cum dominus facultatem
dæmonibus cõcederet, ut in porcos introi-
rent, eosque in mari demergerent, dicit D.
Matthæus. Tota ciuitas exijt obuiam Ie-
su, & uiso eo rogabant eum, ut transiret a
finibus eorum. O infælices homines, qui Matt. 8.
cum porcorum suorum incommodo, do- B
mini societatem nolebant. Infæliciores au
tem sunt Christiani, qui cum fidei lumine
sint illustrati, Deum malunt amittere, quã
corpora, turpissimosque sensus suos morti
ficare. O fratres charissimi per ineffabilẽ
Dei charitatem uos deprecor, ne tantam
perfidiam admittatis. Animaduertite diui
num spiritum, hominem fidelem alterius
amicum laudare dicentem: Omni tempo-
re diligit qui amicus est, & frater in angu-
stijs comprobatur. Multo igitur maiori
laude dignior erit, qui fidelitatem hanc er
ga dominum obseruauerit, nec uero solũ
dignus atque probatus uerus Iesu Christi C
frater, sed etiam æternis præmijs corona-
bitur. Maxima utique est hominum stul- 3. Reg.
titia arbitrantium se tam sublime, atque vlt.
excelsum cœlorum regnum sine meritis
suis esse consecuturos. Dicitur David so-
lemne Deo sacrificium offerre uoluisse, ad
quod offerendum aream ab Areuna Iebu-
sæo petijt, qui respondit ei dicens; Acci-
piat, & offerat dominus meus Rex, sicut
placet ei, habes boues in holocaustum, &
plaustrum, & iuga boum in usum ligno-
rum. Omnia dedit Areuna regi, cui re-
spondit rex, nequaquam ut uis, sed emam
pretio a te, & non offeram domino Deo D
meo holocausta gratuita, emit igitur Da
uid aream & boues. Attendite sancti regis
deuotionem, piumque affectum, nolebat
enim Deo, quod sibi nihili staret offerre.
O si eum in hoc imitari uellemus pretio-
saque, & chara Deo sacrificia offerremus,
quæ plurimis lachrymis, defatigatione,
ac laboribus emeremus, siquidem infalli- 1. Co. 3.
bilis veritas est, quã dicit beatus Paulus,
quod unusquisque propriam mercedem Philip. 1
accipiet, secundum suum laborem. Ideo
ipse

A ipse Apostolus singulare Dei donum esse ait propter ipsum labores perpeti dicens: Vobis donatum est pro Christo non solũ ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini. Igitur fratres mei æternum Patrem suppliciter exorate, ut per merita unigeniti filij sui uobis robur concedat, quo plurimos labores in gloriosæ ipsius uitæ sectatione patiamini, sicut sacri eius discipuli cum terra, marique sequentes libentissime pertulerunt.

Ingrediente igitur bono Iesu, cum sanctis discipulis suis in mare. *Ecce motus ma-*
B *gnus factus est in mari, ita ut nauicula operiretur fluctibus.* Hoc ãt non casu accidit sed diuina prouidentia cõstitutum fuit: de qua dicitur: qui educit uentos de thesauris suis (idest, de potentia sua) qui con-
Psa. 134. turbat profundum maris. Hoc unique fecit dominus ut Sanctos Apostolos humiliaret, atq; ut suam modicam fidem agnoscerent, ne de se quicquam præsumerent. Etenim uana præsumptio est quædam ani-
Eccl. 37 mi pestis. De qua dicitur, præsumptio nequissima unde creata es, cooperire aridam malitia, & dolositate illius? hic explicat Spiritus Sanctus quam extensum existat hoc malum, quamque uniuersale sit, quantum officiat. Vniuersam terram dicit Spiri-
C tus Sanctus nequissima quadam præsumptione esse coopertam. Pensate quomodo præsumptionem nequissimam in superlatiuo gradu esse dicit, tanquam complurium malorum ueneficum fontem. Ideo
Eccl. 6. Spiritus sanctus ununquemque nostrum admonet dicens, ne extollaris in cogitatione tua uelut taurus ne forte elidatur uirtus tua per stultitiam & folia tua comedat, & & fructus tuos perdat, & relinquaris uelut lignum aridum in eremo. O quam perniciosa est præsumptio, siquidem tot damna homini afferr, illum enim folio-
D rum, fructus, ac denique uirtutis relinquit immunẽ. Etenim in his tribus interior gratia, bonum exemplum, bonaque opera exteriora significantur. Quæ omnia dicit ab hoc uitio deperdi: est enim tanquam immanis bellua, quæ omnia radicitus carpit. Sæpenumero cum in communia uitia nõ incidamus, arbitramur, nos sicuti debemus existere, adueniente autem tentatione, siue occasione, hæc nostra falsa opinio
Simile. detegit. Quemadmodũ aliqñ suo cinere tã absconditus latet ignis, ut nihil illi tale in esse uideatur, cum autem paulisper accedi- A tur, & cinis insufflatur delitescens ignis apparet. Ideo permisit dominus beatum Petrum a Pontificis ancilla sæpius molestari, atq; ab alijs ministris iniquitatis fraudulenter interrogari dicentibus; Nunquid & tu ex discipulis eius es? ut de illa uana præsumptione decideret, imbecillitatemque suã agnosceret, arbitrabatur enim in alijs imbecillitatem, in se uero esse non posse, sicut manifestauit cũ dixit, etsi omnes scãdalizati fuerint, sed non ego. Sic etiam Hebræos tentauit, quãdo præcepit Moysi, ut uirga rupem percuteret, & ex illa aquam B eijceret, sicut per prophetam Dauid affirmauit dicens, probaui te apud aquam contradictionis. Nã quia populus ille tot Dei perspexerat in Aegypto, atque in eius profectione mirabilia sese iã firmissimum in fide iudicabat. Vt igitur filij Israel suam modicam stabilitatem agnoscerent, atque humiliarentur, eos aquæ defectu tentauit, statimq; illam ostenderunt, siquidem illic de diuina prouidentia, atque potentia diffiderunt. Ob eandem causam hanc procellam suis sanctis discipulis accidere uoluit. Quod si quis dicat, Beatus Iacobus dicit, Iacob. 1 nemo cum tentatur, dicat: quoniam a Deo tentatur. Deus enim intentator malorum C est? Ad hoc respondeo, Deum non sicut Sathanam tentare, ut hominem destruat, atque prosternat, & hoc est quod dicit B. Iacobus. Solet autem Deus tentare, ut homines ad maximam puritatem, excelsamque sanctitatẽ attollat. Et ita intelligitur illud Genesis. Tentauit Deus Abrahamũ, & ita dixit Angelus sãcto Tobiæ, quia acceptus Gen. 22. eras Deo, necesse fuit, ut tentatio probaret Tob. 12 te. Vt autem horum discipulorum gratior esset tentatio. tẽpestatis tpe ipse dormiebat super quo mysterium hoc notare debetis huuc somnum quem Christus Saluator noster dormiuit procellæ tempore, etsi D ad maiorem discipulorum tentationem fuit, ad eruditionem etiam nostram fuisse, ut quid in futurorum temporum discursu cum seruis suis esset facturus, nos erudiret, etenim sæpenumero illos mari, laborumque procellis obsider, seque alto sopore dormire simulat, ne illi ipsum uocando dormitent. Quemadmodum mater se habet cum filio suo charissimo, sic se Deus cum seruis gerit. Simile. Scit parens filium suum esurire, & ede-

 re

A reuelle, ipsa uero se dormientem fingit, quod infans quod vult, ab ea postulet. Accendit igitur infans, cumque illam dormientem putet, eam cutat excitare, manus ac velamen eius apprehendit: ipsa nihilominus se dormire simulat, cor autem eius interiori gaudio exultat, quia modos, quos puer ad eam excitandam exquirit, aduertit. Ille clamat: ipsa uero tacet, cum tamen ei ardentius cupiat subuenire, quam infans famem sibi exoptet extingui: sed illum sic afflictum perspicere gaudet. Videns autem puer illam a se excitari non posse sese angere, ac lamentari incipit
B considerans nullum aliud sibi superesse remedium Quem cum mater si aduertat afflictum, nec amplius dissimulate possit, exurgit, illumque clementer amplectitur, suauissimisque uerbis affatur dicens tace fili mi, tace, accipe amor mi quod vis, ta ce ne plores. O Deus meus, & infinitæ miæ pater, tu dormis, ut ego te excitem, te in necessitatibus meis dormiétem simulas, quia gaudes me ad te excitandum artificia, atq; modos qui sunt orationes, suspiria, lachrymæ, ieiunia, &c. exquirentem perspicere. O benedictus talis Deus, te Domine cœle-
C stiũ spirituum Hierarchia glorificet, quia nos vilissimos terræ uermiculos tam ardenti amore complecteris, nostramque spiritualem salutem, atque utilitatem tam instanter exoptas.

Fratres mei nonnunquam vos morbis, aut liberorum multitudine, quam alere nõn potestis, siue grauissimis tentationibus, siue tyrannorum persecutionibus afflictos experiemini. Deus autem uobis cõticescit, seseque dormientem simulat, sperans, ut vos eum excitetis. Delectatur quippe Deus diligentias vestras perspiciens cũ uos nunc ieiunantes, nunc orantes, nunc
D plorantes, nunc alios rogantes, ut pro uobis deprecentur, nunc cilicijs uos opertos, nunc denique corpora uestra uerberibus affligentes cernit, ipse autem tacet, ac dormire se fingit, cum tamen vobis remedium adhibere magis exoptet, quam uosmetipsi cupiatis, & adhuc magis dormit, ut deploretis, ac suspiretis cum Dauide dicentes. Exurge quare obdormis Domine? Exurge, & ne repellas in finem, quare faciem tuam auertis, obliuisceris inopiæ nostræ, tribulationis nostræ? Exurge Domine adiuua nos, & redime nos (Psa. 43.)

A propter nomen tuum. Tunc illa infinitæ misericordiæ uiscera dirumpuntur, cum tam diuturnum silentium infringitur, suis uos diuinis brachijs suscipit, vestra denique afflicta corda consolatur. Accipite (inquiens) filioli mei quod a me petitis, ego uolo, ut ab istis laboribus exeatis. Quod si quæ petitis uobis incommodum allatura cognoscit, propter hoc illa non concedit, & alijs spiritualibus consolationibus uobis laborem, quem patimini mitigans, ad æternam salutem necessarium esse significat. Hoc ingenue fatetur Dauid dicens, cum inuocarem exaudiuit me Deus iustitiæ meæ, in tribulatione dilatasti mihi. Hoc est cordis amplitudinẽ mihi dedisti, quæ interior consolatio, qua tribulationem patienti, atque hilari animo ualeam tolerare. Dilatasti mihi, scilicet præcordia, & spiritum meum. Etenim quemadmodum cor tristitia, atque mærore perstringitur, sic lætitia ipsum cor, & spiritus amplissime dilatatur. Et iuxta hunc locum alios similes oportet intelligi, ut ille, eduxit me in latitudinem, & ambulabam in latitudine, & ibidem. Viam mãdatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Itaque fratres mei Deus in laboribus nostris dormit, ut nos uigilemus. Quod cũ intelligeret Hieremias Propheta, Deũ que tanquam dormientem in laboribus Israel perspiceret, Deum efficacissima quadam oratione rogauit, omnes rationes quas ad eum excitandum reperire quiuit, adducens, & dicens, si iniquitates nostræ respondetint nobis domine, tu fac propter nomen tuum, quoniam multæ sunt auersiones nostræ, quasi diceret, etsi scelera nostra in tuo diuino conspectu nos accusant, tu dumine nihil aliud, nisi infinitam misericordiam, & probitatem tuam considerес. Et addit ulterius dicens. Tibi peccauimus expectatio Israel, Saluator noster in tempore tribulationis, & paulo inferius, tu autem (inquit) in nobis es domine, & nomen sanctum tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas nos. O quam dulcia uerba, quamque efficaces rationes hic Propheta sanctus adducit, ut Deum leniat. Et inferius dicit, cognouimus domine impietates nostras, iniquitates patrum nostrorum, quia peccauimus tibi. Deinde Dei honorem, autoritatemque adducit, postea vero pactum, quod cum eis fecit, objicit dicens:

Marginalia: Psalm. 4 (beside "significat"); B (beside "hi. Hoc est"); Psa. 17. (beside "le, eduxit"); Psa. 18. (beside "torum tuorum"); Hie. 14. (beside "meum. Itaque"); D (beside "que tanquam"); D (beside "mus expectatio")

A dicens, ne des nos in opprobrium propter
nomen tuum, neque facias nobis contume
liam solij gloriæ tuæ. Recordare ne irri-
tum facias fœdus tuum nobiscum. O effica
cissima uerba unumquodque horum, quæ
so, perpendite, atque sic feruentissimas ora
tiones facere discite, hæ namque diuinam
iram maxime placant.

Et accesserunt discipuli eius, & suscitaue runt eum dicentes. Dñe salua nos perimus. Et dicit eis, quid timidi estis modicæ fidei O
Christe mitissime agne, quare illos dñe tan
ta cum acrimonia reprehendis qui ad te ne
Rom. 5. cessitatis tempore confugiunt, & ideo eos
modicę fidei uocas? nunquid Diuus Paulus
non dicit: ad Deum habemus accessum per
B fidem? & tu etiam non quęreris domine
per prophetam de hominibus qui in neces
sitatibus suis aliunde subsidium quærunt,
Psalm. 4 dicens filij hominum usquequo graui cor-
Hiero. de, ut quid diligitis uanitatem, & quæritis
mendacium? vbi Beatus Hieronymus ex
Hebræo transfert hoc modo, filii uiri usq;
quo inclyti mei ignominiose diligitis uani
tatem quęrentes mendacium? est enim uox
Dei: quæ homini nobilitatem suam propo
nit, deque ipsius abiectione conqueritur. Fi
lii viri, id est, ex rationali creatura nobilissi
Felix. ma progeniti. Et Fœlix sic transfert, filii ui
ri usquequo gloria mea opprobrio, supple,
erit, aut fiet a uobis, acsi dicat: quandiu glo
riam meam uertitis in opprobrium, &
ignominiam caducarum peritura rumque
rerum (in quibus nulla quies, nec uera con
C solatio vobis manet, siquidem omnia ua-
nitas) amorem amori meo iniuste præfe-
rentes? Acsi dicat: si Deus non præsto esset
confugientibus ad se in tribulatione, non
ita mirum esset, quod filii uiri diligerent
uanitatem. In Hebræo contextu est dictio,
Isch, quę significat uirum nobilem, & illu-
strem, & quasi cælestem. Et nonnulli dicūt
dominum hominib. Abraham, aut Iacob
obiecisse in his uerbis. Hæc omnia signifi
cant, cum talem tantumque Deum habea-
mus, qui nos in tribulatione recreat, si ad
eum confugiamus: maximam esse abomi-
D nationem, nos ad creaturas recurrere, crea
tore relicto maxime cum talis parentis li-
beri simus. Et subdidit dicens, scitote quo
niam mirificauit dominus sanctum suum
ubi Felix, & B. Hieronymus uerterunt, sci-
tote quoniam mirabilē reddidit, aut segre
gauit Dñs sanctum suum, id est, Christum,
acsi dicat Spiritus sanctus: nolite uana quę A
rere, sed considerate uos talem apud æter-
num patrem intercessorem, patronumque
habere, propter quem ipse uniuersis neces-
sitatibus uestris remediū sit adhibiturus.
Illud autem, quod statim Dauid addit di-
cens. Dominus exaudiet me cū clamauero
ad eum, sic intelligendum est: Deus exau-
diet nos, cum clamauerimus ad eum. Quia
sic habet usus, ut cum dico. Si benefecero,
reddet mihi Deus mercedem bonam, si ma
le fecero puniet me, hoc singulari dicendi
modo uniuersalem iustitiam, quam Deus
cum omnibus obseruat, significens, statim
que nos docet, quomodo ad Deum accede
re debeamus dicens. Irascimini, & nolite B
peccare, quæ dicitis in cordibus uestris, &
in cubilibus uestris compungimini. Sacri-
ficate sacrificium iustitiæ, & sperate in do-
mino. Vbi Felix uertit, cōtremiscite, & no
lite peccare, hoc est cum sancto timore, ac
reuerentia accedite. Et aduersus uanitates,
sceleraque uestra debetis irasci, & sic contri
ti diuinoque iustitiæ sacrificio in confessio
ne celebrato, in confessione (inquam) in re,
uel voto suo tempore facienda confidenter
in domino sperate. Et pro sacrificate sacri-
ficium iustitiæ habet Chaldaica Paraphra
sis, domate concupiscentiam uestram, & re
putabitur uobis, sicut sacrificium iustitię, C
& sperate in Domino.

Quod cum ita sit clementissime Iesu,
quare hos sanctos discipulos tuos tam ue-
hementer obiurgas, quia in hac vrgentissi
ma necessitate a te remedium deprecātur?
Ad hoc responderi potest illos a domino
modicæ fidei fuisse reprehensos, quia susci
tauerunt eum, quasi eis dormiens reme-
dium non posset adhibere. Et animaduer-
tendum est, quia Dominus sanctos Aposto
los suos reprehensurus erat, ideo eos solos
in nauim induxisse, nec alios præter eos
in illam conscendere uoluisse, uidelicet, D
ut prælatos doceret, eos non oportere sub
ditos suos coram secularibus homini-
bus reprehendere, ne cum subditi se detur-
patos uiderint confundantur, atque ad im
patientiam moueantur. Singularis qui-
dem, nimiumq; necessaria est reprehensio
unde postquā Deus dixerat, quid est, quod Isa 5.
debui ultra facere uineæ meæ, & non feci?
An quod expectaui, ut faceret vuas, & fe-
cit labruscas? quasi maximam commina
tionem diceret, addidit, ostendam uo-
b:s

A bis, quid ego faciam uineæ meæ, auferam sepem eius, & erit in direptionem. Diruam maceriam eius, & erit in conculcationem quasi diceret, in supplicium grauissimorũ scelerum uestrorum uos absque correptione dimittam, ut prælati delicta uestra dissimuleut, cumque non corripiamini, in infernum descendatis. Dicitque ulterius, non putabitur, & non fodietur, & ascendent super eam uepres, & spinæ, & nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem. Terribile Dei supplicium est, uos reprehensio-
B nibus, atque admonitionibus sanctisque inspirationibus non coli, ut sic usque ad oculos (ut aiunt) uitijs repleamini, quod si tanta est pœna, & supplicium correptionis ademptio, manifeste sequitur correptionem maximum ualdeque necessarium esse beneficium. Necessarium est autem illam prudenter fieri, vt non officiat, sed proficiat. Ideoque Dominus discipulos suos secreto uoluit reprehendere. Atque etiam, ut nos doceret sacerdotum delicta quantum fieri possit, esse tegenda, ne populo scandalum afferant. Vnde Nicolaus Papa Ludouico Imperatori ait, in scripturis nar-
C ratur Constantinum Imperatorem dixisse, vere si proprijs oculis vidissem sacerdotem Dei, aut aliquem eorum, qui monachali habitu amicti sunt, peccantem, chla-
Cap. 11. mydem meam spoliarem, & cooperirem
scriptur. eum ne ab aliquo uideretur. Hoc intelli-
d, 96. gitur quando peccata sunt secreta, nam si sunt manifesta, publice seuerius ea puniri oportet. O quantæ confusioni est hæc huius pij Imperatoris sententia hominibus huius sęculi, qui sic de Ecclesiasticis detrahunt, illosque diffamant, ac si animarum suarum salutem in hac murmuratione lucrarentur, defectusque, in quos eos incidisse norunt, cum maximo animarum suarũ detrimento diuulgant, maximumq; popu-
D lis incõmodũ inferentes, sacratissimumq; sacerdotalem statum maxime vituperantes. Beatus Paulus probat ministros legis gratiæ maiori honori esse habendos quam ministros ueteris legis, & si maxime colebatur, & ita dicit, quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria ita: ut non possent intendere filij Israel in faciem Mosis propter gloriam uul-
2. Cor. 3 tus eius, quæ euacuatur, quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis in gloria est, multo magis abundat ministerium iu- A
stitiæ in gloria, idest, si Moyses, eo quod legis illius, quę ministratio mortis erat, minister, & prædicator esset, tanto afficiebatur honore, lex (inquam) uetus erat administratio mortis quia illius transgressores, sicut blasphemi, & adulteri corporali morte mulctabantur. Etiam mortis ministratio erat, idest mortalis, quia præ sexcentorum præceptorum multitudine grauissima erat. Ideoque ministratio mortis, & damnationis appellatur. Erat enim obseruatu difficillima. Quanto igitur magis rationi consentaneum est, quod ministri legis gratiæ, qui iustificationis ministerium exer- B
cent, quique suauitatis, & amoris munere funguntur, a populis honorentur. O admirabilem exaggerationem. Etenim dicit gloriosus Apostolus, sacerdotem Euangelicũ maiori gloria, atque honore dignum esse, quam Moysen fulgenti facie coruscantem, & hoc propter excelsum ministeriũ, quod exercet. Vt autem hoc uobis clarius Eccl. 7.
innotescat, animaduertite Spiritum sanctum dicere, in tota anima tua time dominum, & sacerdotes illius sanctifica, in omni uirtute tua dilige eum, qui te fecit: & ministros eius ne derelinquas, honora Deum ex tota anima tua, & honorifica sa- C
cerdotes. Vbi perpendendum est Spiritum sanctum postquam debitum Deo amorẽ, honorem, atque timorem hominibus commendauit, tanquam rem maxime necessariam immediate præcipere, ut eius ministri honore afficiantur, diligantur, & sanctificentur. Quod si spiritus sanctus hoc illius temporis sacerdotibus præstari commendabat, quid huius tempestatis ministris fieri uolet, quorum manus sunt excelsus maiestatis ipsius thronus? Quid ad hoc respondetis ij, qui potiorem conuersationum uestrarum partem in Ecclesiasticis uiris infamandis consumitis? O infe- D
lices vos, quam manifeste in hoc quam parum vobis diuini amoris, atque timoris, insit, ostenditis, per illam ineffabilem charitatem vos deprecor fratres mei, qua diuinus ille dominus hoc sacrum instituit ministerium ad vtilitatem animarum uestrarum, ut ad hæc attentis animis aduertatis, atque a uobis hoc pestiferum uitium relegetis. *Tunc surgens imperauit uentis, & mari, & facta est tranquillitas magna.* O admirabilem uniuersalis domini potentiam,


quę

A quæ sic hanc mundi molem dispofuit, ut nulla insensibilium, atque irrationalium rerum ei resisteret, neque a diuino ipsius beneplacito dissentiret. Sola rationalis creatura, quia eam dñs libertate ditauit, passim ei audiet inobediente. Quomodo fratres hanc nostram ærumnam, atque infælicitatem sanguineis lachrymis non lamētamur, quod ventos, & maria nobis in diuina obedientia præstare permittamus; De
Hier. 5. hoc grauissime Deus queritur per Hieremiam Prophetam dicēs: audi populo stulte, qui non habes cor, qui habētes oculos non videtis, & aures, non auditis. Me ergo
B non timebitis, ait dñs, & a facie mea non dolebitis? Qui posui arenam terminū mari præceptum sempiternum, quod nō præteribit: & cōmouebuntur, & nō poterunt. Et intumescent fluctus eius, & non transibunt illud: populo autē huic factū est cor incredulum, & exasperans. O seuerissimā reprehensionem, dñs nobis det mentes, quibus illam sentiamus. Vnum ex ijs, quæ hominis inobedientiā, atque duritiem magis condemnat, est ille promptissimus insensibilium creaturarum respectus, atque obedientia erga Deum. In arenæ carcerem (ait dñs) turbulenti maris furorem, & fo-
C ribundos fluctus inclusi illasq; elatissimas vndas arenæ compedibus alligaui, ibique tantopere me reuerentur, ut cum ira ferventi impetu desæuiunt, atq; superbiunt, vt aridam absorbere velle videantur, illā solummodo comminentur, statimq; decident, & arenæ vinculis submittantur, nec carcerem, quem eis statui dirumpant. Solus homo ratione præditus, obedientiæ meæ vincula dirumpit, & post passionum suarum indomitos impetus decurrit. Erubesce frater, quia res tam impetuosa, atque furibunda, sicut mare, cuius fremitū vniuersa fere arida cōtremiscit, quādo ad
D sublimiorem elationis suæ gradum peruenit, se humiliter prosternit, paruulæque arenæ vinculis continetur, tu uero Deo tuo subimitti recusas. Submitte te frater quando furiosæ passionū tuarū alæ te arripuerint, atque sustulerint, deijce te ad pedes Dei tui quasi mare, ne te a diuina eius lege absoluas, diuinæ ipsius voluntati te subijce. Nam enim hic captiuitate gratiæ libertas, postea uero gloriæ imperium comparatur. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

IN EADEM DOMINICA IIII. post Epiphaniam.

Concio II.

Ascendēte Iesu in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius, &c. Matthæi. 8.



Valde notandum est, spōsam quotiescunque sponsum suum quæsiuit, in custodum manus incidisse, nullibi vero custodes ei fauisse, ut spōsum conquisisse dicantur. Nam dicit spōsa, inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem. Num quem diligit anima mea vidistis? qui ne verbum quidem ei respondérunt. Et paulum eum pertransissem eos (ut ibidem dicitur) inuenit quem diligebat anima eius. Et alibi dicit, vigiles non solum sibi non fauisse, sed etiam ipsam percussisse, palliumque sibi arripuisse dicantur. Inuenerunt (inquit) me custodes qui circuierunt ciuitatem, & percusserunt me & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum custodes murorum. Nunquid erедi, aut dici possunt ministri iustitiæ seruis Dei non solum non prodesse, verum etiā obesse? Vere litera sacra hoc significat, neque ab hoc mysterium dissonat, Et prōfecto quemadmodum recti gubernatores atque prælati Reipublicæ maxime prosunt, multumque conducunt, quo animæ Deum reperiant: ita etiam qui publicum munus suscipiunt, vt sibi tātummodo cōsulant, vt se honorent, aut locupletent perniciosissimi sunt, & potius Dei ministerio resistunt, quam fauent, & de his proprie in Canticorum loci loquuntur. Ideo quē dicit Spiritus sanctus. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios & ad bella doctissimi. Vbi per hos fortes boni præsides Ecclesiastici proprijssime significantur, qui robore, virtute, scientia, pioque exemplo suo sanctam Ecclesiam protegunt, quæ est lectulus veri Salomonis Iesu Christi, & animaduertendum est, non incassum bis repetitum fuisse, fortes, ex fortibus Israel. Nam plurimi sunt fortes ad mille labores in suis ambitionibus

Cant. 3.

Cant. 5.

C

D Cant. 3.

perse-

A perferendos, qui vbi primum, quod expectunt consequuntur, omnia in profanitatibus consumunt. Hi vtique fortes sunt, nō autem ex fortibus Israel, non est eorum virtus, atque fortitudo similis Israelis q̄ soceri sui oues depascens virili animi robore frigora, calores, plurimosq́; labores passus est. Et sic eos pluresque atque maiores etiam patiuntur, qui sunt ex fortibus Israel, vt Dei oues custodiant, nec vero cōtentus est dicere, illos fortes esse, sed addidit illos gladios manibus tenere, quib. pugnarent, dicens. Omnes tenentes gladios:

Ephe. 6. singuli singulos gladios præ manibus habebant. Vnusquique horum ensium est,

B de quo dicit Diuus Paulus. Assumite gladiū spiritus, quod ē verbū Dei. In Hebræo autem contextu verbum passiuum pro actiuo collocatur: ī quo significatur, illos non solum gladium tenere, sed ipsos ab eisdem gladijs teneri debere, gladijs (inquam) potentiæ, sapientiæ, & muneris, idest, illos non debere potestatem, ac officium in vtilitatem suam conuertere: sed ipsos potius dignitati, ac muneri seruire oportet Etiam Centurio etsi Gētilis hoc

Matt. 8. intellexit, & ita dixit. Ego homo sum sub potestate constitutus. Attendite quomo-

C do potestatem onus sibi dicat impositū: & tanquam hoc intelligens tā prudenter, atque benigne suos gubernabat: ex hoc q̄ propè promptissima eorum obedientia dimanabat, & sic addidit. Dico huic, vade, & vadit, & illi, fac hoc, & facit. Ecce quomodo ex mira gubernatoris prudentia, eximia subditorū proficiscitur obedientia, q̄ au-

Simile. tem tales non suut, hi sancti Dei Ecclesiā perturbant. Videbitis, domum vietam, atque recuruam, quod si huius deformitatis cām quæsieritis, respondebitur uobis; in illa ædificatione virides, & extra maturū tēpus excisas trabes fuisse collocatas,

D & p̄ nimio pondere fuisse reflexas, quibus reflexis, vniuersum ædificium incuruatū est. Quæ enim maturæ exciduntur, ventisque & imbribus obduratæ collocātur sp̄ in sua rectitudine perseuerant Sic in sanctæ Ecclesiæ ædificatione sunt nonnullæ trabes vietæ, atque reflexæ quæ illā reflecti, & incuruari faciunt in plurimis eius membris, hæ autem trabes sunt imperfecti præsides, q̄ cū sint passionibus virides, nec uirtutibus, atque orationib. macerati spiritali p̄dita rectitudine in causa sunt, vt alij quā plurimi eā amittant. Vt Chri- A stus Saluator noster hæc damna, q̄ iniquorum prælatorum causa mundo adueniūt, significaret, sua admirabili prouidētia decreuit, vt se dormiente mare desæuiret, q̄ fuit prognosticū quoddā, in quo significabatur plurimas ex procellis, quæ in huius sæculi mari aduersus sanctæ Ecclesiæ nauim insurrecturæ erant, ex maiorum atque gubernatorum somno & negligentia esse prouenturas.

Et ita dicit Sanctum Euangeliū. *Ascendente Iesu in nauiculam ecce uentus magnus factus est in mari, ipse uero dormiebat.* Ideo loquens Beatus Paulus de probis su- B perioribus non contentus est dicere, vigilant, sed dixit, ipsi uero peruigilant quasi Heb. 13 rationē pro animabus reddituri. O domini mei qui tantum, tamque graue onus, sicut animarum regimē humeris uestris Iposuistis, oculos aperite, nec dormiatis. Multum cōducit ouiū vtilitati præsentia pastoris sui. In cuius rei testimonium legitur, Beatū Apostolū Petrum plurimos æ- Actor. 5 gros vmbra sua sanasse, quod de nullo alio Apostolorū dicitur. Quod ideo factū est, vt ex hoc intelligeremus pastoris umbrā, eiusque præsentiā, atque autoritatem plurimis spiritalibus infirmis mederi compluribusque animi morbis obuiare. Vn- C de quasi magnum beneficium pollicebatur Deus Hebreis per Isaiam prophetam, Isa. 32. dicens. Principes in iudicio præerunt, & de hac præsidentia maiorum plurima bona prouentura testatur, quæ statim singulariter annumerat dicens. Et erit vir sicut qui absconditur a vento, & celat se a tempestate, sicut riui aquarū in siti, & umbra petræ prominentis in terra deserta. Ecce quam eximijs metaphoris explicat hic Spiritus Sanctus huius præsidentiæ commoda, quam dicit homines a ventis, tempestatibus, siti, atque calore, hoc est a furoribus, cōtentionibus, ex cupiditatis siti, & D calore luxuriæ esse liberaturam. Luna multo minor est stellis, & tamen multo efficacior est ad hæc terrestria commouenda, quam cunctæ stellę, cuius rei causa est, quia propinquior est terræ. Sic prælatus, pater, ac dominus, quanto propinquior est subditus suis, tanto melius eos gubernat. Et quamuis præsens indoctior sit altero absente, sua tamen præsentia plus, quam ille conficiet. At si præsens pigritia,

&

A & negligentia dormit, parum eius præsentia prodest, tuto namque lupi eius oues rapere poterunt.

Valde etiam notandum est, uentum antequam dominus in nauiculam ascenderet, non flasse, ubi primum autem in eam ingressus est, statim ita furibunde flare cœpisse, ut discipuli se iam perire putarent. Et hoc etiam quodammodo prognosticũ fuit illius, quod quotidie accidit, uidelicet plurimos pænitentes, ubi primum sese conuerterunt, pænitentiamque agere incipiunt, & Christum dominum in se recipiunt statim uanitatis uento inflari, & hoc dicit B.

Gregor. Gregorius significasse illud, quod dicitur in Numeris, Nazaræos non abscidisse crines, sed illos crescere fuisse, quousque ad pedes usque descendebant. Erant hi homines Deo dicati, abstinentes, qui communibus cibis, nec potibus utebantur, & in tam sancta uiuendi ratione crines procreare, significabat, ipso facto quo quis toto animo totoque conatu uirtutis operibus intendit ei longissimos crines esse nasrituros, quæ sunt uanæ cogitationes, & satisfactio sui ipsius. Vnde cum Deus accederet, ut loqueretur Adæ, in animumq. illi induceret, ut peccati sui pænitentiam ageret, dicit sacra pagina, illum uenisse ad auram post meridiem. Quid opus erat Spiritum sanctum

Gene. 3. explicuisse, quando Deus uenit, aerem flasse? Respondeo, hoc ita dictum fuisse, ut significaretur, ubi primum diuina inspiratio in animum tuum ingreditur, quæ te ad bonum faciendum impellit, statim etiam uanitatis auram, atq. miseriam simul introire. Quid ergo remedii erit, ut hæc uanitatis aura bona opera non destruat? Remedium utiq. est quod siquidem hæ uanæ cogitationes excusari non possunt, eis aurem

Simile. non præbeamus. Quemadmodum cum quis uobis uult loqui, ut quod uelit sciamus, finimus eum loqui, & ubi primum dicere incipit, eiusque animum intelligimus statim si eius oratio nobis non placet, dicimus, tolle, tolle isthęc hinc, ne talia dicas,

D sic etiam ubi primum uanæ cogitationes obrepserint, ne eis aures præstetis, sed dicite illis. Abite, abite, malæ cogitationes, displicet mihi postulatio uestra, simulq. Deũ feruidissimis orationibus deprecamini, ut

Cant. 4. uobis aduersus eas uictoriam largiatur. Idcirco laudans sponsus sponsam ei dicit, sicut uitta coccinea labia tua. Crines, qui sparsi fœminam deturpant, compositi uitta que deuincti, pulchram reddunt, nec ei usum impediunt. Sic uanę cogitationes orationis robore alligatę non solum animam non deturpant, sed illã etiam condecorãt. Et hoc significat, sicut uitta coccinea labia tua, hoc est tua feruida oratio uocalis uanas cogitationes, sicut, uitta corporales crines deuincit. Simile.

Et accesserunt discipuli, & suscitauerũt eũ dicentes Salua nos, perimus. Et dicit eis. Quid timidi estis modicæ fidei. Vbi alii uerterunt, quid timidi estis exigua præditi fiducia? Illos tã aspere diffidẽtiæ repræhendit, q̃ cũ tot diuinitatis suæ mirabilia i terra pspexissent, in mari timebãt. Tales sunt hodie plurimi, quib. cum Deus in præteritis laboribus subuenerit, non confidunt se ab eodem Deo in aliis esse iuuãdos. Ita Hebræi de quib. dicit Dauid. Et male locuti sunt de Deo, & dixerunt. Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto, quia percussit petram & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt? Nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? O inauditam hominum amentiam! Etenim unde spei, maximæq; ac firmissimæ confidentiæ occasionem sumere deberent, inde diffidentiæ ansam accipiunt. A tędite qualem dubitationis rationẽ assignẽt: sicut (inquiunt) eduxit aquam de petra, nunquid & panem poterit dare? & quare non, siquidem par requiritur ad utrunque potentia? O stulti nisi tanta cæcitate teneremini, aliter quidẽ illaturi essetis, scilicet, percussit petram, & fluxerunt aquæ, ergo panem poterit nobis dare. Et sciendum est. Deum hac diffidentia adeo indignatum fuisse, ut maximum quoddam ad ipsorum incommodum miraculum fuerit operatus, dicitur n. inferius. Ideo audiuit dominus, & distulit & ignis accensus est in Iacob, & ira ascẽdit, in Israel, Ita secunda pars, scilicet, ira ascendit in Israel, est declaratio prioris, scilicet, ignis accensus est in Iacob. Et quare hoc? quia non crediderunt in Deum, neq; sperauerunt in salutari eius. Et supplicium fuit, quia pluit super eos sicut puluerem carnes & adhuc escæ eorum erant in ore ipsorũ, & ira Dei ascendit super eos, & ita comedentes in pœnam diffidentiæ suæ mortui sunt. O quot hodie in eãdem incidunt culpam, quia ex præteritis beneficiis, quæ a Deo acceperunt, ad futuros successus cõfidentiam

Margin: A, Simile., B, Psal. 77., C, D

A non concipiunt. Dicitur cum Assyrii in 3.Re.20 montib. cum filijs Israel bellum gererent, superatos fuisse Assyrios, ipsi uero non Israelitis quidem, sed montium dijs uictoriam attribuerunt. Ideoque sequenti anno cum eis in plano decertare decreuerunt arbitrantes Deos illos illic eis fauere non posse. Et ita dicitur ibi: serui Regis Syriæ dixerunt ei: Dij montium sunt dij eorum, ideo superauerunt nos, melius est, ut pugnemus contra eos in campestribus, & obtinebimus eos. O amentissimam fraudem Deus utique, qui in montibus subuenit, in campestribus etiam succurrit, & qui in terra B adiuuat, etiam in mari auxiliatur, quique in uno labore hominem iuuat, in altero etiam illi subuenire potest, siquidem infinita potentia pollet.

Tanta, tamque excellens est hæc confidentiæ uirtus, ut ad eam in hominum cordibus imprimendam plurima Deus mirabilia fuerit operatus, plurimisq; artificijs usus. Dixit Deus Mosi. Loquere filijs Israel. Reuersi castrametētur e regione PhaiExo.14 roth, quę est inter Magdalū, & mare. Quando Hebręi diligentissime properabant Pharaonis copias fugere, tūc eis præcepit Deus C reuerti, & in monte iuxta mare castra construere, qui quidem locus periculosus erat, & in conspectu Pharaonis, ut ibidem dicitur, ubi eum ad iracundiam ardentius concitabant, cum tutius eos posset occupare uidens illos iuxta mare, nec habentes cymbas, aut remedium aliquod, quo illud pertransirent. Et ita dicit sacratus textus, in conspectu eius, scilicet, Pharaonis, castra ponetis super mare: dicturus est Pharao super filius Israel, coarctati sunt in terra, conclusit eos desertum. Vt quid autem Deus hos Hebræos in tantis angustiis collocauit, ut se undique obsessos, hinc scilicet, ma D ri, illinc autem hostibus circundatos cernerent, ita ut nequaquam fugere possent? Statim ille rationem addit dicens. Persequetur uos, & glorificabor in Pharaone & in omni exercitu eius, scientque Ægyptij, quia ego sum Dominus. Omnia hæc artificia exquisiuit dominus, quo Hebræi acceptum beneficium pluris æstimarent, eoque magis uictoria delectarentur, quo maiores perpessi fuerant tribulationes, atque labores. Vt inde discerent in infinita Dei potentia, & misericordia sperare, quando se aliis periculis, atque laboribus quantuncumque grauibus afflictos aduerterent. Propter hanc etiam rationem, quando eis manna pluit, præcepit, colligat unusquisque ex eo quantum sufficit ad uescendum gomor per singula capita. Vnumquodque horum uerborum ualde perpendite, ualde namque notabilia sunt. Exo.16.

Primum illud, colligat unusquisque ex eo. Non dicit colligant diuites, & postea uendant illud pauperibus, sed colligat unusquisque tam pauper, quam diues. Non ubique sic modo fit, sed plerunque communibus ciuitatum, atque oppidorum bonis plus diuites, quam pauperes perfruuntur; cum tamen uiceuersa esse deberet. Dicit B secundo quantum sufficit. Non dicit colligat ad superfluitatem. Iam tunc uolebat dominus ab eis obseruari, quod postea Beatus Paulus ad Timotheum dixit: Habentes alimenta, & quibus tegamur, iis contenti sumus. Dicit tertio, Gomor per singula 1. Ti.6. capita. Hoc fuit maximum miraculum, quod cum unus homo uoracior, procerior, isque esset staturæ, quam alter unicuique tamen manna ad unum gomor in singulos dies sufficeret. Dixitque Moyses ad eos: Nullus relinquat ex eo in mane, qui non audierunt eum, sed dimiserunt quidam ex C eis usque mane, & scatere cœpit uermibus, atque computruit.

At, dicet aliquis, quare eis semel in totū annum, aut mensem, aut saltem in totam hebdomadam manna non dedit, ne illis quotidie id colligere necessum esset? Dico Deum hoc sua mirabili prouidentia decreuisse, quo illi discerent diuinæ ipsius liberalitati confidere, ac crederent, sicut eis hodie manna concedebat, sic cras, & aliis diebus esse daturum. Hoc etiam fecit, ut eos sui amore, ac timore coerceret, ut cognoscentes se diuino ipsius auxilio quotidie indigere tam facile non peccarent, quod si peccarent D citius conuerterentur.

O fratres mei si assiduo uos diuino semper auxilio indigere, attente consideraretis, quam efficax frænum esset hæc consideratio, quo in diuino Dei timore, atq; amore contineremini. Omnia hæc, & alia plurima artificia atq; inuentiones, quas Deus exquisiuit, ut in illorum hominum cordibus suimetipsius confidentiam induceret, non suffecerunt hoc in eis operari. Vnde B. Paulus cum pluribus in locis eos filios diffidentiæ uocat, ut patet ad Ephesios 5.

&

A & inferius. Et ad Colossenses, quod in He
braica phrasi homines diffidentissimos si-
gnificat. Non utique talis erat sanctus
Moyses sed infallibili Dei uerbo fretus
ad mare populum deducebat, cum nec na-
Exo. 14. ues haberet, nec apertam uiam, qua præ-
terire posset, quamuis Pharaonem cum
eius copijs furentem prospiciebat accede-
re, qui eos iam prope occupare uidebatur,
nec arma ad se protegendos haberent, cum
que uniuersa Israelitarum multitudo pro-
clamaret, collacrimansque diceret, forsi-
tan non erant sepulchra in Aegypto, ideo
tulisti nos, ut moreremur in solitudine, ut
B quid hoc facere uoluisti, ut educeres nos
de Aegypto? nihilominus tamen tam fir-
miter sanctus Moyses diuino Dei uerbo
nitebatur, ut eis diceret, Nolite timere, sta
te, & uidete magnalia domini, quæ factu-
rus est hodie. Aegyptios enim, quos nunc
uidetis, nequaquam ultra uidebitis usque
in sempiternum. O admirabilem uiri san-
cti fiduciam, qui in medio tot tamque con
trariarum rerum, quibus ad diffidentiam
C poterat prouocari, tam firmiter Dei solo
uerbo confidit, atque in eo indubitanter cor
de sperauit: quod merito quidem fecit,
quandoquidem uerbum hoc est infallibi-
lis ueritatis. Eadem confidentia adeo re-
Psal. 26. fertus erat sanctus Dauid, ut diceret, do-
minus illuminatio mea, & salus mea, quem
timebo? Postquam autem ad hoc proposi-
tum plurimas adduxerat exaggerationes,
hoc quod maximam affert admirationem
addidit dicens. Si exurgat aduersum me
prælium, in hoc ego sperabo. Illud, hoc, du
bium gignit, uidelicet utrum de prælio, an
de Deo sermo habeatur, hoc est utrum Da
uid se in prælio, an in Deo speraturum es-
D se dicat. Hoc autem dubium in Latina so
lummodo translatione est, in Græco nam
que, & in Hebræo contextu nulla est oc-
casio ambigendi. Clare enim patet illic Da
uid aduersariorum arma demonstrare, in
quibus se salutis suę spem constituere di-
cit, ut diuinæ potentiæ magnitudo clarius
illucescat. Etenim qui Deum perfecte di-
ligunt, eum in corde recipiunt, ut in ma
ioribus (humano uideri) laboribus, atque
aduersitatibus non solum non frangan-
tur metu, uerum etiam isthæc omnia, quæ
sibi contraria uidentur, pro se stare, ipsosq;
maxime iudicent adiuuare.

Nam dupliciter Deus suos adiuuare cõ-
suescit: uno modo mala diuertens, ne ad
eos accedant: altero modo illos iam in la-
boribus persistentes mirabiliter liberans:
hic autem posterior modus est utilior, & in
quo Dei omnipotentia clarius splendet.
Et ita dicit Sanctus Isaias, loquens de He
bræis. Factus est eis Saluator in omni tri-
bulatione eorum non est tribulatus. Ideo
que sperabat sanctus Dauid, quamtumuis
durũ esset prælium, quod aduersus se exur-
geret, in bonum sibi esse conuertendum.
Quapropter fratres mei, siquidem ipsum
Deum in patrem, adiutoremque, quem
Dauid habebat, habemus in omnibus la- B
boribus, atque aduersitatibus nostris totã
in eo spem nostram constituamus. Maxi-
me nos hoc consolari debet, quod Deum
nostrum potentissimum esse credimus, ut
nos tam hilares, & consolatos in pauper-
tate, laboribus, atque infortunijs reddat,
quã alij in imperijs, ac prosperitatibus con
stituti exultant. & ita Beatus Chrysosto- Chrysc. ho 2. ad pop. Antioch.
mus uerba illa Psalmi octogesimi decla-
rat, dicentis: *De petra melle saturauit eos*,
Nam si necessitas rerum saporem sic ad-
auget, ut frigidam aquam mel dulcissimũ
sapere faciat, qui infinita Dei potentia
facere non poterit, Dei, (inquam) qui la- Isa 4.
bores nostros diligentius, quam nos ip-
si appendit?

Hac consideratione sanctus Isaias pro C
pheta sanctam hanc Ecclesiam consola-
tur: postquam enim de mundi reparatio-
ne, deque Spiritus sancti super credentes
aduentu fuerat locutus addit, dicens. Et
creauit dominus super omnem locum
montis Sion, & ubi inuocatus est, nubem
per diem, & splendorem ignis flammãtis
in nocte. Super omnem enim gloriam pro
tectio, & tabernaculum erit in umbracu-
lum diei ab æstu, & in securitatem & ab-
sconsionem, a turbine, & a pluuia. O dul-
cissima uerba. Ecquis hæc audiens huius
clementissimi Dei amore non capitur? sin D
gula hæc fratres mei peculiariter pensate.
Præsertim uero quomodo dicit, prote-
ctio eius est super omnẽ gloriã. Ecqua enĩ
humana gloria par est illi, quam iustus ha-
bet, qui Dei auxilio, ac protectione in om
nibus calamitatibus adiuuatur? Alludit
hic sanctus Propheta ad admirabilem cu
ram, quam Deus illius rebellis populi ges
sit, cum eum ex Aegypto per inuiam soli-
tudinem deduxit. Etenim nubem in um-
braculum

A braculum diei, columnam vero igneam in splendorem noctis illis immittebat. Et per hanc periphrasin denotare vult quantam de Ecclesia sua deq; singulis fidelib. suis curam gerit.

Hac igitur sancta confidentia plenos ad hunc clementissimũ Patrem nos oportet accedere, non autem absolute petentes, vt nos a laborib. quibus affligimur, liberet, siquidẽ quid nobis potius expediat
Ps. 118. ignoramus Et hũc arbitror esse legitimũ sensum illorum uerborum Psalmi centesimi decimi octaui, dicentis. Aspice in me & miserere mei secundum iudicium dili-
B gentium nomen tuum. Respicere in aliquem in sancta scriptura est curare res illius, & eum in necessitatibus adiuuare. Et ita dicit hic Dauid, domine non a te peto, vt sicut ego arbitror me tractes, nec mecũ ijs misericordijs vtaris, quas ego misericordias esse puto, sed ijs misericordijs, q secundum iudicium diligentiũ te verae misericordiae sunt. Etenim qui diligũt te, misericordiam tuam esse ducũt, quicquid eis occasioni est, te ardentius diligẽdi vniuersa, quae eis occasioni sunt recordandi tui, maxima beneficia esse ducunt. Atque ex nobismetipsis addiscamus animaduer-
C tentes quanta animi contentione ad Deũ confugimus deprecantes, ut nos a malis poenae liberet, & multo maiori diligentia recurramus submissis animis supplicantes, vt nos a malis culpae eruat.

Cũ ij sancti discipuli sese procellae fluctibus iam pene demersos perspicerent, omni humano auxilio diffidentes ad dominum confugerunt, in quo bene nos illos imitamur, in malis videlicet poenae: nõ autem quando nos malis culpae concussos aduertimus, nam adeo caeci sumus, ut vix illa sentiamus, aut aestimemus: quasi nihil mali nobis acciderit, ideoque illorũ
D remedium tepidissime exquirimus, cum tamen vice uersa esse deberet. Nõ sic vti-
Thre. 5. que Hieremias Propheta faciebat, qui postquam magna poenae mala recensuerat, addidit dicens. Vae nobis, quia peccauimus: propterea maestum factum est in dolore cor nostrum: ideo contenebrati sunt oculi nostri. O admirabilem sensum ac Spiritum sancti Prophetae: dixerat quippe antea. Haereditas nostra versa est ad alienos, pupilli facti sumus absq; patre, matres nostrae quasi viduae, aquam nostram pecunia bibimus: ceruicibus nostris mi- A
nabamur, lassis non dabatur requies, serui dominati sunt nobis; non fuit qui redimeret de manu eorum, pellis nostra quasi clybanus exusta est a facie tempestatum famis: propter nullum autem horum laborum dixit. Vae nobis, nisi ad, peccauimus. Non dicit, vae nobis, quia haereditas nostra uersa est ad alienos, nec vae nobis quia captiui ducti sumus, nec vae nobis quia fame, sitique oppressi sumus, quasi nihil horum laboriosum esse ducẽs. Solummodo dicit. Vae nobis, quia peccauimus, propterea moestum factum est cor nostrum, non contristati sumus propter B
temporalia detrimenta, sed quia mala culpae commisimus, qua Deum offendimus. O Christe dulcissime animarum nostrarum amor, & lux uera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, illumina domine mentes nostras, quo cognoscamus, nisi malum culpae habuerimus, sed in tua semper gratia perstiterimus, nullum nobis poenae malum esse nociturum. O quam perspicue hoc intellexit Sanctus Habacuc, cum dixit. Fi- Haba. 3
cus enim non florebit, & non erit germẽ in vineis, mentietur opus oliuae, & arua non afferent cibum, abscindetur de ouili C
pecus, & non erit armentum in praesepibus. Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Deus dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi ceruorum, & super excelsa mea deducet me victor in Psalmis canentem. Eũ nobis Deus spiritum concedat, quo ex toto corde nostro haec uerba dicere, & simul animo percipere valeamus, in quibus hic Sanctus Propheta fatetur se licet sibi uniuersa temporalia desint, dummodo Deum in anima sua habeat, spiritalem laetitiam, & consolationem non esse amissurum, sed ex his omnibus laboribus uictorem euasurum, & propter uictoriam Deũ D
esse laudaturum.

Ex hac caelesti doctrina infertur, quam necessarium nobis sit ad Deum confugere, cum sanctae Ecclesiae nauim uarijs peccatorum, atque haeresum ictibus agitatam perspiciamus. De hoc mundo dixit Regius, ac diuinus Psaltes Dauid. Hoc Psal. 103
mare magnum, & spatiosum manibus, illic reptilia, quorum non est numerus, animalia pusilla cum magnis. Hic in huius

A ius sæculi mari pisces magni deuorant paruulos, & quemadmodum in mari (inquit Sanctus Thomas) quando cete comedere vult, os aperit, magnumq. ex illo emittit odorem in flatu ex uiscenbus exeunti, ubi habet electrū (*Vulgo Ambra*) pisceſq. illo odore allecti in os eius ingrediuntur, & ita eos deuorat, sic magnates huius sæculi dulcibus sermonibus, fallacibusq. promissionibus paruulos, simplices, agrestesque homines decipiunt, eosque uiuos deglutiunt, eorum substantias deuorantes. In hoc mari uanitatū spumas pspicietis, hoc mare mortuos a se reijcit, neque enim illos sustinere potest, uiuos autem natantes sustentat, iustos peccatis mortuos non potest mundus tolerare, uiuos autem malitiæ hos libentissime sustinet. In hoc mari syrenem reperitis, quæ cantus sui fallaci suauitate nautas soporat, neque vero eam sentiunt, quousque in profundum pelagi demergūtur. Hoc est uitium carnis, ô quā dulce illud cibi diabolus depingit, quam amarum autem est postquam deuoratur. Momentaneum enim est quod delectat, & æternum quod cruciat.

Simile. D.Tho. sup Ioā.

B

In hoc mari una tantum nauis incedit, quæ ad salutis portum perducit, hæc autē est sancta Ecclesia catholica. Hanc nauim C (*assegurò*,) diuinus mercator Iesus Xps in nocte suæ sanctissimæ passionis dicēs nautæ, qui est Beatus Petrus. Ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando cōuersus confirma fratres tuos, hoc est, ne timeas, ô Petre, ne nauis tua demergatur, maximis quippe, atq; tumentib. hæreticorum fluctibus quatietur, uarijsq; uitiorum ictibus oppugnabitur, non tamen submergetur, ego enim sum protector, atque patronus.

Luc. 22.

O q̄ merito nūc dicere possumus. *Ecce motus magnus factus est in mari, ita ut nauicula operiretur fluctibus.* Hęc magna tempestas est diuersarum hæresum, & errorum pullulatio, quæ in hac misera tempestate consurrexit, magis, quam in alijs temporibus. Quodam tempore in tantam dissolutionē, & corruptionem Hebræi deuenerunt, ut eis dominus per Hieremiam Prophetam dixerit. Secundum numerum ciuitatum tuarum erant Dij tui Iuda. In singulis urbibus singula Idola colebantur non quippe omnes unum, & idem Idolum adorabant. In hanc uarietatem deuenerunt infælices homines, qui ex orthodoxæ fidei unitate exierunt, cum enim in hac nauigatione verum polum amiserint, nec cœli ductore gubernentur, singuli singulas uias tenentes per vitiorum mare imprudenter aberrant, nec uero solum singulæ ciuitates, sed singuli etiam hæretici singulos, atque diuersos sequuntur errores. Quid autem dicemus de contradictionibus, quæ in ipsa sanctæ Ecclesiæ naui uersantur? Siquidem exteriores tempestates illam tam acriter impugnant, ipsi tamen, qui intus sunt inter se sæpenumero dissident. Si ij, qui in una sunt naui secum ipsi decertarent, periculosa nimis esset nauigatio. O sancta Dei Ecclesia, non solum te ab hæreticis oppugnari uideo, sed intra te tantam in ipsis Christianis contra dictionem, tot contentiones, lites, atque simultates esse perspicio, ut dictu, quanto magis uisu sit miserabile. Fratres in Christo Iesu per reuerentiā huius altissimi domini ante singulorum pedes constratus uos rogo, ut ad sanctæ Ecclesiæ necessitatem respiciatis, neq; eam dissensionibus vestris conturbetis, sed ad inuicem omnibus possibilibus rationibus, uos adiuuare curetis. Quando in mari magna tempestas excitatur, uniuersi in naui commorantes sese adinuicem adiuuant, ut aduersus tempestatem præualeant, ualde quidem reprehensibilis esset, qui tunc otiosus esse vellet, quanto igitur reprehensibilior, qui alios uellet impedire? multo autem diligētius nos hoc facere oportet, qui in sacrosanctæ Ecclesiæ naui commoramur cum proximis nostris nimium pacifici, atque concordes esse curantes. Circa quod hoc saluberrimum vobis consilium præbere volo, scilicet, quod cum consanguineus tuus iniuria affectus a te auxilium ad ulciscendam iniuriam petiturus accesserit, ei dicas, domine tu es consanguineus meus: Deus autem est pater, ac dominus, & illi potius, quam tibi teneor obedire. Hoc autem tui causa faciam, quod ad omnia, quæ uir Theologus timens Deum me facere posse dixerit, me deuinciam, dummodo hoc sine peccato faciam. Cæterum nec ego facere debeo, neque te hoc a me petere fas est. Simulque uos moneo fratres, ut pro hoc tam præstāti beneficio, quod Deus in nos confert in fide, vnitate, atque obedientia

A

B Simile.

C

D

D

Hiere. 2.

A tia sacrosanctæ Ecclesiæ nos conseruans. ei gratias semper agamus. Etenim peculiare omnipotentis eius manus est donũ.
Isai. 26. Vnde loquens Isaias Propheta, de hac sancta Ecclesia ubi nos legimus. Vetus error abijt, alij transtulerunt, error noster ablatus est, siue, cogitatio nostra firmata est. In quibus verbis significatur errores, quos in omnibus hæreticis perspicimus. Deum a nobis sua misericordia sustulisse cum nos illos incidere non permiserit, nobis fauens, vt firmi in orthodoxa fide persisteremus. Et ita dicere debemus, error noster ablatus est, noster enim esset, nisi nos ab
B eo diuina misericordia custodiret, & cogitatio nostra firmata est, ut non circunferamur omni uento falsæ doctrinæ.

Tunc surgens imperauit uentis, & mari, & facta est tranquillitas magna. Voluit dominus in hoc naufragio discipulos suos a morte liberare, quia ipsi miraculorum ipsius prædicatores futuri erant, iustumque
Simile. erat, vt ipsi ea prius experirentur. Et quædam hominum congregatio Medicũ laudans: prodit autem quispiam, quem ipse a tethali morbo liberauit, efficacissimeque ac feruentissime dicit. Ecce adsum, qui eius scientiam, atque peritiam satis super-
C que expertus sum, ipse enim me ab omnibus desperatum, atque depositum morte liberauit. Eo quod medici peritiam fuerit expertus, feruentius quam alij locutus est. Ob hanc causam voluit Christus Redemptor noster, vt sancti Apostoli, qui vniuerso mundo mirabilia sua prædicaturi erant, prius illa gustarent, & potentissima ipsius manu ab acerrimo necis periculo liberarentur, quod illa efficacius prædicarent. O si diuinis nos rebus occupare, illasque exercere curaremus, maxime uero prædicatores, quam efficaciter de illis ageremus. Bene illas expertus fuerat sanctus
D Dauid, siquidem maximo spiritus feruore
Psal. 65. dicebat. Audite, & narrabo omnes, qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ. Nõ solum autem prædicatores, sed omnes etiam si diuinarum rerum exercitationibus intenderemus, Dei præcones essemus alijque alios cum spiritali prouentu, & gratia animaremus, qua locupletati ad cœlestem gloriam conscenderemus. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

AD LECTOREM.

IN Quadragesimali uolumine Sabbatho post Cineres, duas conciones inuenies, quæ conuenientissime huic quartæ Dominicæ post Epiphaniam, adaptari possunt.

DOMINICA QVINTA post Epiphaniam.

Concio Prima.

Simile factum est regnum cælorum homini, qui seminauit bonum semen in agro suo, &c. Matth. 13.



ISta verba sic exponẽda sunt sic contingit in regno Dei, quæ est sancta Dei Ecclesia militãs, quemadmodum si quisquam bonum semẽ in agro suo sereret. Et sic exponatur tota parabola vsq; ibi. *Triticum autem congregate in horreũ meum.* Dicit sanctus hic Euangelista, quod dimissis turbis, quib. hanc parabolã dñs pdicauit, venit in domũ, & accesserunt ad eum discipuli eius dicẽtes. Edis-
C sere nobis parabolam zizaniorum agri, in quo quid inter pdestinatos, & præscitos interfit, ostenditur. Etenim præsciti vana discere cupiunt, non autem necessaria scire student, prædestinati autem non vana quidem, sed necessaria intelligere desiderant. Dixit dominus de prædestinatis. Scriptum est in Prophetis, erunt omnes doci- Ioan. 6.
biles Dei, hoc est, erunt omnes apti diuinæ doctrinæ recipiendæ, auidique intelligendi eam. Et hoc sancto desiderio inflammati ea scire student, quæ ad spiritalem ipsorum salutem necessaria sunt, quæque D
ad spiritale proximorum bonum conducunt. Consiliumque obseruant Spiritus Eccle. 7.
sancti, dicentis. Ne plus sapias, quam necesse est, ne obstupescat, quemadmodum Simile.
enim si cultro ferrum, aũt saxa, siue alia duta frangantur, hebes manet ijsque frangendis inhabilis, ad quæ factus est, sic intellectus impertinẽtibus, curiosis, uanisque rebus intelligendis intentus, inhabilis efficitur ad ea intelligenda, quæ voluntatem diuino amore inflammãt. Ideo nos facere Simile.
oportet

A oportet sicut uenatores, qui canes huc, atque illuc diuagari non patiuntur, ut olfactum purum in illud tempus obseruent, quando uenationem oportet indagari. Idcirco illos catenis uinctos deducunt, si enim quolibet diuagarentur, eorum olfactus facile corrumperetur. Sic intellectum oportet deuinciri, ne uana, ac curiosa perquirat: postea enim ad necessaria percipiendum inhabilis remanet. Hoc etiam Beatus Paulus docuit, dicens. Noli altum sapere, sed time. Et si Beatus Hieronymus in commētarijs super hanc Epistolam uerba hęc

Ro. 11.
Hieron.

B ad uoluntatē refert, dicitq; illa perinde esse, ac si diceret, noli superbire. At Beatus Augustinus illa ad intellectum refert, ac si diceret Diuus Paulus: cura tibi necessaria nosse, sublimia uero Dei arcana, quæ ipsi sibi reseruauit, scire ac perscrutari nolito. Si igitur in diuinis rebus ītellectum oportet infrænari, quare etiam in alijs uanis, & multo magis in lasciuis fræno retineri nō debebit? Plinius dicit quandam esse regionem, in qua mel uenenosum, atque pestiferum est, cuius ratio est, q̄a apes ex uenenosis floribus, qui illic sunt illud conficiūt. Dulce quidem illud est, attamen occidit. Sic uanorum, atque lasciuorum scri

D. Aug. 16. anno ta. aduer sus Pelagianos.
Plinius.

C ptura librorum, & si corrupto sensui suauis existat, attamē spiritū necat, est enim mel ex uenenosis floribus conflatum, quales sunt turpitudines, prophanitates, mendacia, errores, atque alia huius generis, quos libros fratres charissimi uobis maxime commendo, ut propter Deum in sacrificium comburatis. Sic in primitiua Ecclesia fieri consueuerat, ut Diuus Lucas refert dicens. Multi autem ex ijs, qui fuerunt curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt eos coram omnibus, & cōputatis pretiis illorum inuenerunt pecu-

Act. 19.

D niam denariorum quinquaginta milliū. Cum illo feruenti spiritu arderent, nihil aliud audire, aut legere uolebant, nisi quod eos ad spiritalem affectum, & deuotionem feruentius eōcitaret. Ecce quomodo se docibiles Dei esse demonstrabāt. O utinam diuinus hic spiritus in cordibus uestris dommaretur, quo eosdē illorum effectus operaremini. Verum proh dolor, in quam modicis hominib. has affectiones, & desideria cognoscendi ea, quæ ad ipsorum salutem spectant, perspicimus, & quam pauci ea exquirunt, interrogant, aut in sanctis uoluminibus legitant. Contra uero, plurimi iis legendis interrogandis, atque sciendis intendunt, quibus tanquam alis ad impiorum sedes aduolant. Aduertite quid nunc dicat sanctum Euangelium, scilicet cum Dominus hanc parabolam frequenti hominum multitudini prædicaret, omnes quasi eius intelligentia parui, aut nihil eis interesset, tanquam banausos [*Vulgo Bausanos*] abijsse. neque illius expositionem quę siuisse, quod fuit satis manifestū reprobationis illorum signum. Soli sancti discipu A

B li pio salutis suæ, & proximorum desiderio Dominum rogauerunt, ut eam sibi explicaret.

Quia respōdēs ait illis. *Qui seminat bonū semē est filius hominis.* O dulcissimum, ac suauissimum uerbum. Attendite quo se plerumque altissimus Dei filius uocabulo nuncupabat. Filius (inquit) hominis. Beatus Dionysius dicit, præcipuum nomen, quo se Deus in sacris literis nominat esse bonitatem, q̄ omnia alia sub se comprehendit. Cum enim proprium sit bonarum rerum munus sese communicare, hoc est uocabulum, quod Domino aptissime quadrat, cuius quidem munus est assidua in nos influere beneficia, cæteraque omnia nomina sunt tanquam expositio, & commentaria huius. Etenim si creator appellatur, est quia se creando, communicat, dicitur uita, quia uitam nobis tribuit, dicitur sapientia, quia nobis sapientiam communicat, nosque sapientissime moderatur, & si formaliter & essentialiter uita atque sapientia sit. Itaq; omnia nomina, quibus infinitæ Dei excellentiæ significātur, simul infinitam ipsius explicant bonitatem. Vnde uocabulum hoc, quo Deus humanatus sese uoluit nūcupare, filium se hominis uocans, infinitam eius bonitatem magnopere manifestat. Et quantum ei se nobis communicare placuerit, satis ostendit, quando nō contentus est homo fieri, sed totum etiam se hominis ministerio tradidit, hoc quippe significat filius hominis, idest hominis ministerio deditissimus. O si hoc uerbum adeo cordibus nostris afferremus infixum, ut nunquam ab eis excideret, quam acuta esset sagitta, quæ in uoluntatibus nostris diuini amoris, uulnera infligeret. Postquā regius propheta Dauid in spiritu cum

Dionysius d̄ diuini. no. cap. 2.
C
D
Psal. 44.

A vnigenito filio Dei loquens dixerat: accingere gladio tuo super fœmur tuum potentissime, & postquam statim explicauerat quisnam esset hic gladius dicens, specie tua, & pulchritudine tua intende, prospere, procede, & regna, hoc est tuis pulcherrimis, ac præstantissimis operibus, prospere hominum dominaberis, illico subdidit dicens, sagittæ tuæ acutæ (populi sub te cadent) in corda inimicorum regis. Hoc est, dulcissima tua uerba tuæ acutissimæ erũt sagittæ, quę cum inimicorum tuorum nõ corpora quidem, sed corda penetrarint, populi tuæ diuinæ obedientię subditi sub te cadent. Vnum igitur ex suauiorib. verbis, quæ cœlestis hic rex gloriæ locutus B est, fuit, se hominis filium nuncupare, in quo nobis manifestauit se totum seruituti nostræ incubuisse. Vnde celeberrima est sacræ paginę regula, quod vniuersa beneficia, quæ Deus in homines confert, maxime vero illa, quæ ad culpę remissionẽ, gratiæq; collationem, & gloriæ denique communicationẽ spectant, per Iesu Christi Saluatoris nostri merita confert. de culpæ remissione dicitur, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est, idest, remissio culpæ, quæ per gratiam confertur. De col- Ioan. 1.

C latione gratiæ, deque communicatione gloriæ dicitur, etiam ibidem. De plenitudine, scilicet meritorum eius, omnes accepimus gratiam pro gratia, hoc est, pro gratia iustificationis gratiam glorificationis.

Ephe. 2. Et Beatus Paulus vniuersa hæc beneficia comprehendit dicens, Deus autem, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chr̃o, cuius gratia estis saluati, & consuscitauit, & consedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu. O benedictus sit hic filius hominis, qui in tanta animi con-

D tentione ministrauit, totque ac tanta dona in æterni patris conspectu nobis promeruit, si tamen nos ex eius beneficijs fructum percipere velimus ea facientes, quæ iure tenemur.

Hic igit. *Filius hominis est qui seminat bonũ semen. Ager aũt est mundus. Bonum uero semen hi sunt filij regni.* Iusti vocãtur. hic filij regni, cœlestis. In phrasi autem Hebræa quemadmodum filius hominis significat, q hominis ministerio deditissimus est, ita filij regni sunt, qui cœlestia

A maxime diligunt, ijsq; operibus diligentissime intendunt, quibus beatissimum illud regnum comparatur, quorumq; tota cogitatio est quomodo rationes, atq; artificia exquirant, quibus Deo magis placeant. Sicuti uiceuersa filij huius sæculi dicuntur, qui mundi seruituti diligenter incumbunt, quorumque vniuersæ curæ, atque inuentiones sunt terrestres. Et sic loquens sacra scriptura de filijs huius sæculi, de filiis Cain dicit illos musicæ instrumenta reperisse, quibus oblectarentur in terra, armaq; inuenisse, quibus proximos suos læderent, atque necarẽt, artemque terrestrium rerum cumulandarum, quib. ditarentur, exquisisse, in fine autem capitis B dicit de Seth benedicto filio Adæ, cui natus est filius, quem uocauit Enos, iste cœpit inuocare nomen domini, ecce quid interest inter filios huius sęculi, & filios Dei illi quippe modos exquirunt, quibus hilares, contenti, liberi, ac denique diuites in hoc sæculo uiuant, isti autem rationes excogitant, quibus Deum inuocent, laudẽt, atque glorificent. Hi sunt semen, quod Christus filius Dei in mundo serit. Nam sunt quidem iusti ꝓpter ipsius doctrinam exempla, & merita. Et dicit Beatus Iacobus in sua canonica, uoluntarie enim ge- C nuit nos uerbo ueritatis. Atque etiam Beatus Paulus, uos estis in Christo Iesu, qui factus est uobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, ut quemadmodum scriptum est qui gloriatur, in domino glorietur: O mirificum uerbum, animaduertite fratres diuinum artificium, quo sanctus Apostolus loquitur. In primo utique loco sapientiam collocat, prius enim nobis supernus Dei filius sapientia fuit homines erudiens, postea uero illos iustificauit, nam nisi prius ab eo edocti fuissent, nequaquam iustificationis, sanctificationis, neq; redemptionis ipsius parti- D cipes fierent. Idcoque prius nos erudiuit, & postea redemit, quia sapientia, quam nobis communicauit, est uia ad alia beneficia impetranda.

Gene. 4. — Iaco. 1. — 1. Co. 1.

Prædicatores etiam Euangelici diuini verbi administratores huius diuini agricolę nomine sapientiam istam prædicãt, atque communicant. Sic affirmat Beatus Paulus dicens: pro Christo legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos. Finis aũt huius ministerij est peccatores conuerti, 2. Co. 5.

A conuerti, quod filij regni, non autem filij
Heb.4. tiæ huius sæculi. Nam ut ipse Beatus Pau
lus dicit, uiuus est sermo Dei, & penetra-
bilior omni gladio ancipiti. Videlicet, ut
omnem effrænatā terrenarum rerum con
cupiscentiam abscindat. Ideoque prædica-
tores ualde curare oportet, ut ipsorum ser-
mo sit unius omnique spiritali uirtute di
uinaque efficacia plenus, hic enim cor uul
neret, & in eo impressionem faciat. Si cui
Simile. quam a te distanti epistolam immittere
conaris, illuc peruenire nequit, leuis enim
est, nec pedes ad ambulandum habet, si
tamen ei intus pondus aliquod colloces,
B eamq; immiseris, quo cupis pertinget, &
peruenit. Tale est uerbum Dei diuino ip-
sius spiritu, & uirtute repletū. Dixit Deus
3.Re.19 Heliæ Prophetæ: uade & unges Hazael
Regē super Syriam, & Iehu unges super
Israel. Eliseum autem unges Prophetam
pro te, & erit quicunque fugerit gladium
Hazael, occidet eum Iehu, & quicunque
fugerit gladium Iehu, interficiet eum Eli
seus. Mirabile quidem, erant hi duo for-
tissimi, ac crudelissimi, & tamen fortio-
rem Elisei gladium fore dicit. O Deus in
finitæ clementiæ Prophetas, qui tibi sacri
ficia offerebant, totiusque mansuetudinis
C exemplar futuri erant, tam acutos gladios
habere decebat, ut maiorem in homini-
bus quam crudeles reges stragem ederēt?
O diuinam exaggerationem. hoc utique
dixit dominus, ut diuinum uerbum omni
materiali gladio penetrabilius esse signi-
ficaret. O si nunc plurimos Deus in mun-
dum mitteret Eliseos, qui sic acutissimis
gladijs homines interficerent, eosque, qui
mundo uiuunt, peccatis occiderent, uni-
que Deo uiuos illos relinquerent. Hoc p
Isa.27. fecto beneficium Deus mundo promise-
rat per Esaiam, & ita ubi nos legimus, in
die illa uisitabit dominus in gladio suo
D duro, & grandi, & forti super leuiathā ser
pentem uectem, & super leuiathan serpen-
tem tortuosum, & occidet cetum, qui in
mari est, septuaginta interpretes uerterūt,
in die illa inducet Deus gladium sanctum
& magnum, & fortem super draconem
colubrum fugientem, & tortuosum, &
occidet draconem, qui in mari est. Hic
gladius fortis, & sanctus est diuinus ser-
mo, quo peccator uenenosus draco mun-
do mortuus est, qui non contentus fuit
esse malus, sed uectis quidam est, qui in-
nuas occludens illis, quos suis malis exem
plis peruertit, & in peccatorum mari sub
mersus moratur, hic igitur, mundo mo-
ritur, atque disponitur, ut gratiæ diui-
noque amori reuiuiscat. O Christe uere
huius sancti seminis sator, suppliciter te
deprecor, ut hoc uerbum meum, quod
hic tuo nomine prædico in acutum gla-
dium conuertas, quo dracones, & serpen-
tes istos, qui adsunt, occidam. Eia draco-
nes, eia serpentes, istud iam uenenum de-
ponite, peccata ista enormia per ueram
cōfessionem antequam super uos ira Dei
descendat. Et ita de uobis dicetur: uos
estis in Christo, qui factus est uobis sa- B
pientia, & sanctificatio, & redemptio, eri-
tisque filij regni, & bonum semen. Dili-
genter aduertite fratres Diuum Paulum
conclusisse decentem, ut qui gloriatur, in
domino glorietur, significando nos de
hac generis nobilitate gloriari oportere,
eo quod filij simus Dei rerum omnium Tit.3.
Imperatoris, qui regenerauit nos per la-
uacrum regenerationis, & renouationis
Spiritus sancti, quem effudit in nos abun-
de per Iesum Christum Saluatorem no-
strum, ut iustificati gratia ipsius hæredes
simus secundum spem uitæ æternæ. Vbi
notandum est Diuum Paulum, cum di- C
xisset hæc uerba, protinus addidisse, fide-
lis sermo est. Magnopere enim, oportet
homines tam feli ces nuncios audientes
consolari, deque illis maxime gloriari. De
hoc quippe glori abatur Propheta cum di Psal.21.
ceret, apud te laus mea in Ecclesia ma-
gna. Hoc est, quia tuus sum maiori lau-
de dignus sum, quam quia Rex sum, nec
tam de uniuersis mundi titulis, atque ho-
minibus, quam de hoc, quod tuus sum
gloriari possum. His autem laudibus non
in hoc sæculo uolo commendari, ubi ip-
sæmet laudes ab humilitatis uirtute, quā
tuę diuinę Maiestati gratissimam esse co- D
gnosco, spoliare me possunt. Sed in fu-
turum sæculum, & in Ecclesiam magnam
illas differo, ubi tutius illis frui potero.
Vnum ex ijs, de quibus homines inanius
gloriari consueuerunt, est carnalis generis
nobilitas, hæc enim inanis gloria nul-
lum habet fundamentum. Si in homini-
bus idem esset, quod in plantis, in bru-
tis, in leguminibus, inter quæ in uno eo-
demq; genere magnum est discrimen atq;
uarietas. sicuti in pomis (etenim licet om

A nia sint poma, satis aperte perspicitur quã tum in odore, atque sapore alia alijs excellant, quantumque inter alia intersit. (Vna camuesa gran ventaia ha ce en el color, sabor, y olor a otra mançana desas communes) Idem est in brutis, in equis, quantum inter equum belhoum, & Galeciũ caballũ interest. (Grã differẽtia ay de un cauallo de Ruaia un rocin de Galicia) In canib. autem quantum molossus caniculo præcellit. Mucho excede un mastin, o un lebrel, o un galgo, a un gozquillo.) Merito quidem equus gloriari posset se caballo speciei suæ nobiliorem, præstantioremq; B esse, idemque canis cum altero cane facere posset, habent enim in suamet natura de quo glorietur. Homo uero de quo gloriari potest, cum humana natura una, & eadem, ac simplicissima sit? Nũquid inter homines nobiles, & ignobiles est discrimẽ quod inter pstantem, bellicumque equum & uilẽ caballum? Dicite quæso, in quo nobiles ignobilibus excellunt? nunquid non infirmantur? non esuriunt? non sitiunt? non algent? non deficiscuntur? non utriq; pariter moriuntur: an forte nobilitatis causa pceriores, fortiores, pulchriores, saniores deniq; sunt alijs? anne subtiliori ingeC nij acumine, quam cæteri pollent? non utique, siquidem complures plebeios in omnibus his illustres uiros excellere cernimus. Et licet in humanis corporibus tãta esset differentia, quantũ inter canes, atque inter equos interesse diximus, nõ tamẽ de quo glorientur haberent, cũ præcipua hominis pars in anima consistat, corpus aũt qua si nihilum reputetur. Quæ cũ ita sint, unde o miser homo tanta tibi uanitas prosiscitur? O maximã filiorum Adæ cæcitatẽ, in quot errores eos induxit. Propter hoc arbitror naturam humanam adeo D unam a Deo fuisse fabricatã, ut in ea species, sicut in Angelis multiplicare noluisset. Videlicet quia hominum nouerat arrogantiã, nequid unus homo plus initium haberet a natura, quam alter, de quo gloriari posset. O incõmutabilis Deus, ecqs hominum arrogantiam perferre posset, si inter eos ipsorum natura tantum quantum inter Angelos interest, inter esset? cũ nos æquales natura produxerit, hominem alterũ negligere perspicimus, acsi bellua esset, ac quid faceret, si se alter compositum, dissimilisque, ac præstantioris speciei perspiceret, quam alterum? Tollite, tollite fratres mei uanam istam elationem e cordibus uestris, & de illa noua regeneratione gloriamini, de qua dicit Beatus Ioãnes, dedit eis potestatem filios Dei fieri, q non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uolũtate uiri, sed ex Deo nati sunt. Hoc est honor, decusq; nostrum super hoc contendamus quisnam maiores pro hoc beneficio gratiarum Deo referat actiones. Hoc uero inficiendum censeo liberos plurimas a parentibus propensiones accipere: nam sicut liberi a patribus suis morbos, colorem, uultus speciem, atque alia huiuscemodi ducunt, sic ex cholericis, ac furiosis progenitoribus furiosos filios, a mitibus mites, ab ingeniosis ingeniosos, a rusticis denique rusticos pspicimus proficisci. Itaque si parentum causa aliquo honore afficiendi sumus, futurum hoc est, non quia diuites, ac potentes fuerunt, sed quia optima indole, moribus, ac uirtutibus floruerunt. Quod (quæ nostra est miseria) parui nunc æstimari uidemus. Ioan. I.

De hoc bono semine dicit S. Esaias, omnes qui uiderint eos, cognoscent eos, quia isti sunt semen, cui benedixit dominus. O metuendam sententiam. Animaduertite fratres Spiritum sanctum hic dicere iustos ita uiuere, ut exterius iusti esse cognoscantur. Etenim hoc significat omnes, qui uiderint eos, cognoscent eos. Iusti quippe non interioribus operibus contenti sunt, sed adeo exterius sanctis exercitationibus componuntur, ut interius, & exterius, eorum iustitia allucescat. Beatus Augustinus uersum illum exponens; Beati immaculati in uia, qui ambulant in lege Domini, dicit, o homo scio quid quæris: quæris beatitudinem? si ergo uis esse beatus, esto immaculatus. Vita autem illius immaculata dicitur, qui exterius, atque interius bonus existit. Hoc maxime desiderabat Diuus Paulus in omnibus Christianis uidere. Et sic postquam fidelibus magnopere commendarat, ut orationes facerent, dicens: obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus, & unum ex ijs, ob quæ illos obsecrari rogat, hoc est, ut vitam agamus in omni castitate. Quid? nunquid plus quam una castitas inuenietur. utique. Est etenim in corde, oculis, manibus Esa. 61. C Au. sup. Psal. 118 D

nibus

A nibus, pedibus, uerbis, an in omni deniq; exteriore apparentia castiras. Verusque ex stus in omnibus est castus, ita ut omnes q viderint eum cognoscant eum. Hoc etiam significauit idem Paulus dicens, ueritatem
Rom. 9 dico in Christo Iesu, non mentior: & Bea-
Hierson tus Hieronymus ait, quod autem dicit in
epist. ad Christo se dicere ueritatem, ostendit ho-
Rom 9. minem baptizatum, qui per communicationem corporis, & sanguinis Christi in ipso manet, & ipse in illo, quicquid uel fecit, uel loquitur in Christo eum loqui, uel agere, cuius est membrum. O rem mirabilem, quam sanctus hic doctor Diui Pauli verbo innitens dicit, scilicet, ut tu o Chri-
B stiane animaduertas, os tuum, manus, pedes, atque oculos tuos, os, manus, pedes, ac denique oculos esse Iesu Christi, totumque corpus tuum corpus esse Iesu Christi. Quapropter omnibus membris tuis opera Iesu Christi te loqui, atque perficere oportet. Si hæc fratres charissimi cõsideraretis, quomodo Iesu Christi lingua mentiri auderetis? quomodo Iesu Christi manibus proximis ueitris officeretis? quomodo Iesu Christi pedibus gressus turpes, atque illicitos faceretis? Impossibile esse deberet, quod uobis tantum sacrilegium
C admittere persuaderetis. Verum proh dolor quãtus hodie in orbe terrarũ huius piæ apparentiæ exterioris defectus existit, qđ satis manifestum est modicæ uirtutis interius delitescentis signum. Lamentabatur Hieremias Propheta dicens, candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicũdiores ebore antiquo, Saphyro pulchriores, denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis. Hoc etiam nunc de plurimis Christianis viris possumus lamentari, qui ita prophane, ac dissolute viuunt, ut uix Christiani esse uideantur. Plurimæ quondam, nimiumque
D dissimiles philosophorum Sectæ Athenis extiterunt. Alijnamque Stoici, Academici alij, alij Peripatetici, Pythagorici alij, alij denique Epicurei, fuerunt, quorum singuli secundum susceptam scholam, atque doctrinam uiuebant. Non opus erat interrogari qualem scholam, doctrinamve sequerentur, sed ubi primum unũquemque illorum uideretis, statim illũ in habitu, aspectu, fastuque dignosceretis. Si Stoicum reperiretis, hominem grauissimum, honestissimum, maxime sobrium, immobilem quasi lapidem uideretis: quales erant Xenocrates, & Zeno, si uero Epi- A
cureum inueniretis, hominem dissolutum, garrulatorem, leuem, ac scurram cerneretis, quales erant Aristippus, Hysippus, atque alij. Deniq; unusquisque doctrinam, scholamque, quam sequebatur, sua uiuendi rõne demonstrabat. O maximam Christianorum hominum confusionem, quomodo non erubescimus uidentis, cum Euangelicam doctrinam profiteamur, nosque Iesu Christi filij Dei discipulos esse dicamus, totque lectiones atque documenta in sanctæ Ecclesiæ gymnasio audierimus, hæc omnia non opere, aut certe ver- B
bo demonstrari? Fratres per ineffabilem Dei charitatem uos rogo, ut de hac celesti Philosophia gloriemini, ut quicumque uos uiderit, uos Dei seruos, semenque, cui benedixit dominus, esse cognoscat.

Zizania autem filij sunt nequã. Sic etiã illos Esaias Propheta nuncupauit dicens: Esa. 1.
uæ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam. Est autem ualde notandum, illos, qui diaboli artificio, atque industria mali sunt (etenim ideo dicit dominus, inimicus autem, q seminauit ea, est C
diabolus) etsi malitia accreuerunt, non tamen efficere potuisse, quin triticum, accresceret, maturesceret, atque ad fortunatã messem perueniret. In quo significatur, etsi plurimi sint mali in orbe terrarũ, nõ id bonos in meritis, ac uirtute deficere. Nam malorum iniquitates, ac persecutiones omnes in iustorum hominum bona conuertuntur. Vt enim ait Diuus paulus, diligentibus Deum omnia cooperantur in bo- Rom. 8.
num. Balaam regi Balac, inuitanti eum, ut Hebræos maledictione persequeretur, dixit, quõ maledicã cui non maledixit Deus? Nu. 23.
illosque plurimis benedictionibus repleuit. D
In quo significatum est uniuersas maledictiones, quæ dicuntur, atque persecutiones quæ iustis fiunt in ipsorum bonum conuerti. Hoc intelligens diuinus Psaltes aiebat. Maledicent, et tu benedices. Sicque ipse Balaam dixit inferius, dñs Deus eius cum eo. Ibiq; huius rõné assignãs, de summis (inquit) silicibus uidebo eũ. Quasi diceret. Deus huic populo tanropere auxiliatur, assiduamq; de illo curã gerit, ppter san- Psa. 105
ctos patres, a quib. originem ducunt. Vñ infertur, plurima, que Deus hodie in Christianos beneficia confert, ne illis iniquorum

A rum hominum astutiæ, insidiæq; officiant esse ppter sanctorum patrum, qui illos pręcesserunt, merita. Dicensque ibidē, non est Deus quasi homo ut mentiat, denotat omnipotentiam, q Deus ad eas maledictiones oēs labefactandas, atq; dissoluendas habet quaq; illos protegere potest. Sicuti per Zachariam Prophetam promittit dicens: Ero murus igneus in circuitu eorū. Inferiusq; aliam adducit rōnem; ob quam super eos malorum hominum maledictio nō cadet dicēs. Non est idolū in Iacob. Hoc est non sunt idololatræ, unum quippe Deum uenerantur. Beati qui pp creaturarum affectionem Deum non derelinquunt: in his enim merito dici potest non esse idolum. His utique labores in bonum conuertuntur. Et sic ubi nos legimus in Isaia, egredietur dominus de loco suo, ut visitet iniquitatem habitatoris terræ: septuaginta interpretes transtulerunt, ecce enim dominus de sancto inducet iram super habitatores terræ, ubi per habitatores terræ peccatores significantur, nam iusti quanuis corporaliter in terra commorentur, cæli tamen habitatores esse dicuntur, illic enim corde, ac desiderio habitant. Ita autem dñi super eos cadere dicitur, quia supplicijs C affecti magis confunduntur multoq; peiores afficiuntur. Labores autem iustorum non super eos quidem, sed subter illos cadunt, ut eos ad maiorem perfectionem, ad maius meritum, ad sublimiorem denique gloriam afferant. Ad quæ nos perducat Iesus Marię filius, Amen.

Zach 2.

B

Isa. 26.

IN EADEM DOMINICA V. post Epiphaniam.

Concio II.

D *Simile factum est regnum cęlorum homini, qui seminauit bonum semen in agro suo, &c. Matth. 13.*

Aristot. an ist. 2. de. 3. im ca. 4.



Hilosophorum Aristoteles Princeps semen esse, affirmat, ad generationē ppetuo conseruandā. Sic iusti sunt semen Dei, ut iustorum generatio in perpetuū in orbē conseruetur. Nam quemadmodum ex uno tritici grano sato, & mortificato, plurima grana producuntur, sic unius iusti mortificatio spiritualisque prouentus efficacissima occasio esse solet, ut alij eius exemplo atque doctrina ad dominum conuertantur, atque ab ipso iustificentur. Ideoque semen appallantur, semenque Dei, & a Deo satum esse dicuntur. Deus namque illos serit, fidem, spem, gratiam, & charitatem suam in eis infundens, quo nunquam in hoc sæculo iusti desint, sed alijs mortuis alij succedant. Et si Deus dixit Iosue: Hodie incipam exaltare te coram omni Israel, ut sciant, qđ sicut cum Moyse fui: ita & tecum sim, uidelicet ut mundus manum meam, non abbreuiatam esse cognoscat, sicut enim unum Moysen facere potui, sic alterum Iosue facere potero, idcirco in conspectu totius Israel te nunc extollere volo. Quando quisquam sanctitate insignis e uita descedit, statim in eo cuncta finiri putamus, nunquamq; ei similē alterum vēturum esse opinamur, ac infinita Dei omnipotentia prorsus exhauriretur. Non autem sic est, sed ut ait David pro patribus tuis nati sunt tibi filij, & sic hæc sacrosancta Dei generatio usque ad mundi consummationem perseuerabit. Super quo mysterium maximum uos oportet aduertere, uidelicet aliter Deum Angelis atq; aliter hominib. dona sua cōcessisse. Doctrinæ quippe est Diui Dionisij & Magistri sententiarum, quam sequutus B. Thomas Deum iuxta naturæ qualitatem, qua Angelos creauit, eisdem gratiam contulisset. Itaque spiritibus perfectioris, pręstantiorisque naturæ maiorem communicauit gratiam. Vnde quia excellentioris Archangelum, quam Angelum naturæ creauit, plus Archangelo gratiæ dedit, Principatibus aūt plusquam Archangelis, & sic per cœlestes Hierarchias ascendendo usq; ad ardentissimos Seraphim, quos quia excellentiori quā Cherubim natura donauit, illis ēt plusquā omnibus gratiæ cōtulit. Homini aūt non sic, etenim non ei dñs secundum eius indolem, atq; naturam gratiam largitur, Aristoteli, cuius tam acutum, atque sublime fuit ingenium, ut a Beato Hieronymo prodigium naturæ fuerit nuncupatus: Platonique, qui ob intellectus acerrimumque ingenij acumen diuinus appellatus est, alijsque huiuscemodi Deus gratiam, charitatemque suam non communicauit, sed ut Beatus Augustinus ait, perpetuis

Iosue. 3.

B

Psa 44

C Dionisi. li. de. diuinis nominib.

Magist. 2. sen. di 3. par. 2.

D. Th. 1 q. 64. ar. 6.

D Hieron.

Augusti.

A tuis inferni cruciatibus contorquentur. Reperietis autem pastorem, & fratrem laicum in sancta religione, qui uix Dominicam orationem recitare norunt, quibus Deus ardentissimam charitatem, singularemque communicat gratiam. Cuius discriminis ratio hæc assignatur, quia in illis nullam, in his uero maximam, aptissimamq. Deus dispositionem inuenit.

Quæ cum ita sint fratres dilectissimi, efficacissime nos disponere curemus, utilitatem nostram uere & ex animo cognoscentes, profunde humiliati, peccata nostra intimo, intensissimoque cordis dolore plangentes, nosque amplius non peccaturos ui
B taque tanquam execrabiliora uniuersis mundi damnis euitaturos propter unum Deum esse proponentes, quo sic diuinam ipsius gratiam recipiamus. Etenim propter huius dispositionis defectum plurimi in misero condemnationis statu insciȷ, ac ni
Ose. 7. hil tale cogitantes remanent: Hoc admirabili quadam similitudine Oseas propheta dicit: Ephraim factus est subcinericius panis, qui non reuersatur, comederunt alieni robur eius, & nesciuit, sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit ꝙ panis, q̃ sub prunis, ac cinere coquitur, nisi sæpe, ac sæpius uoluetur, hinc comburitur, & inde non coquitur, & sic inutilis, & incomestibilis manet. Tales sunt, qui nunquam uere,
C & ex animo se ad Deum conuertere norūt, sed semper suis deprauatis moribus deuincti permanserunt, nec unquam a malis suis penitus recesserūt. Hoc admirabatur Deus per Hieremiam prophetam dicens. Nun-
Hiere. 8. quid qui auersus est, non reuertetur? populus autem hic auersus est a me auersione contentiosa, apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti. Quorum obstinationem inferius explicat Oseas dicens, comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit. Dæmones latrones, omne gratiæ, meritiq. robur ei surripuerunt, & ipse nesciuit, sed securum se esse arbitratur. Quomodo
D autem incognito malo remedium poterit adhiberi? Atque hoc amplificat, cum dicit, sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit. Hoc est, ne tunc quidem in ista ætate quando canis opertus est, cum appetitus remissiores, atque imbecilliores esse consueuerunt, penitus a malo recedit, & ipse ignorauit. Et hoc est, quod dicit Dauid, putrue
Psal. 37. runt, & corruptæ sunt cicatrices meæ, a facie insipientiæ meæ. Liberet nos Deus a tam perniciosa ignorantia. Ideo dicit Spiri- A
tus sanctus, de propitiato peccato noli esse Eccle. 5.
sine metu. Vult spiritus diuinus nos etiam postquam omnes diligentias adhibuerimus, semper de præteritis peccatis uereri, & Simile.
q̃ñ in memoriam nostram redierint, quasi adhuc uigerent, illa timere. Qui in uale aliquo uenenum inscius bibit, etiam post recuperatam ualetudinem uidens illud corpore contremiscuit. Digladiatus es cum uiro forti, qui te plurimis uulneribus percussit, post aliquot tandem annos obijt, atque in eius tumulo ipsius simulacrum, clypeū, gladiumque manu tenens depictum est, quotiescunque illac præteris, illudq. cernis animo conturbaris, recordans uulne- B
rū, quæ tibi inflixit. Peccati penitus dimissi, nihil aliud nisi simulacrum, & statua manet, quæ est recordatio ipsius, illud enim iam mortuum est, uerum cum adeo crudeliter peccatorum tractauerit rationi cōsentaneum est, ut eius statua, quæ est ipsius memoria, eum faciat trepidare. Quanto magis cum nullus norit, utrum peccatum suū mortuum, hoc est, demissum fuerit. Ideoq. oportet, quod de propitiato peccato non sis sine metu. Vatablus hic legit, super data uenia noli esse securus, ut peccata peccatis Vat. b.
amplius accumules. Hęc omnia fratres C
mei uobis dixi, quo magna cum uigilātia magis, ac magis in dies disponamini, ut Deus suā diuinā gratiā uobis infundat, atque ut sitis semen bonum, ab eoque instantissime ad hoc faciendum auxilium postuletis, siquidem Deus iuxta maiorē, aut minorem animarum nostrarum dispositionē plus, aut minus gratiæ communicat.

Cum āt dormirent homines uenit inimicus eius & superseminauit zizaniā in medio tritici, & abiit. O quam multa hodie sum mus mundi magister nobis hic dete- D
git. Hic inimicus homo, est diabolus (ait ipsa ueritas) & sic dixerat Dauid, exurge Psalm. 9.
domine, non confortetur homo. Dicitur diabolus homo, eo quod hominem superarit. In ueteribus libris uictores a uictis nomen accepisse dicuntur. Scipio dictus est Africanus, quia Africam superauit, quia igitur diabolus hominem deuicit (ut enim Ioannes dicit, ille homicida Ioan. 8.
erat ab initio, quia hominem interemit) ideo hominis cognomen accepit, atque homo dicitur. Et hic maledictus homo super

semi-

A seminauit zizania: zizania Græca dictio est, & deriuatur a uerbo zanizo, quod est officio, seu damnum affero. Et sic dicit Beatus Ambrosius in Exameron, quam cunque malam herbam inter triticum ortam, quæ illi officit, zizaniam appellari, Vnde uniuersis peccatoribus in toto genere lethalis culpæ hoc nomen zizania quadrat; quantum enim est ex se, triticum, idest, iustos malis exemplis inficiunt, illis-B que persecutionibus suis, quibus eos ad impatientiam prouocăt, maxime nocent. Cum filii Israel ad terram promissionis pergerent, in Edon nuncios misisse dicuntur, qui dicerent ei: Obsecramus, ut nobis transire liceat per terram tuam, non ibimus per agros, neque per uineas, non bibemus aquas de cisternis tuis, sed gradiemur uia publica, nec ad dexteram, neque ad sinistram declinantes donec transeamus terminos tuos. Cui respondit Edon. Non transibis per me, alioquin armatus occuram tibi, statimque (dicitur inferius) C Egressus est obuius cum infinita multitudine, & manu forti, ut contradiceret transitum per fines suos. O quam ad literam hoc inter iustos, & peccatores agitur. Iusti nihil seculare uolunt, sed per medium malorum cito decurrunt oculis in cælum defixis, & tamen sæpe illis mali contradicunt quibuscunque modis possunt officientes. Illis etiam magnopere suis malis exemplis nocent, necnon, & persuasionibus, quib. ad malum eos commouere student. Hoc significauit diuinus spiritus, ubi loquens sponsus sponsæ dicit, sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Quid autem illic sponsus per spinas intellexerit, explicat B. Bernardus super hunc locum diD cens spina culpa est, spina pena est, spina falsus frater: spina uicinus est malus. O cădens lilium, o tener, & delicate flos, increduli, & subuersores sunt tecum, uide quomodo caute ambulas inter spinas, Plenus est mundus spinis, in terra sunt in aere sunt, in carne tua sunt. Versari in his, & minime lædi diuinæ potentiæ est, non uirtutis tuę. in his verbis explicat Diu. Bernardus contradictiones acerrimas, quibus iusti in hoc seculo oppugnantur, quæ in hodierna sancti Euangelii lectione zizania, in canticis autem spinæ acutissimæ nű cupantur At tamen oportet iustos, non deficere, cum Deus eorum auxiliator sit. Vnde Isaias cum sancta ecclesia loquens dicit; Paupercula tempestate conuulsa, absque ulla consolatione. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos & fundabo te in Sapphiris, & ponam Iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. O sancta ecclesia uariis inimicorum persecutionibus tribulata, ne mærore conficiaris, neque tot tribulationibus affligaris, ego te Sapphiris ornabo qui sunt cœlestis coloris, idest, contempla tiuos uiros tibi dabo, qui cœlestes potius, quam terrestres esse uideantur. Gemmisque te circumseptam, idest, iustos uariis uirtutib. exornatos, plurimisque laboribus, ac persecutionibus insculptos. Iaspis est species quædam gemmę, variis coloribus illustrata, ut autem splendida fit plurimis malleorum ictibus concuti debet. Sic ut eximia iustorum uirtus clarius illucesceret, conueniens fuit, quod plurimis laboribus quaterentur, quia propter uos in hoc mundo non tribulari, neque laborib. affligi, fælicissimum esse non ducetis. Sicque dicit Isaias cum domino loquens, Indulsisti genti domine, indulsisti genti, num quid glorificatus es? quasi diceret; Nunquid quia imperfectos homines non punisti, ideo ab eis magis glorificatus fuisti? & septuaginta interpretes hunc locum ita uerterunt. Adde eis mala domine, adde mala gloriosis terræ. In quibus uerbis significat spiritus diuinus, ex eo, quod Deus de malis in hoc seculo supplicium non sumit, illos ad plura peccata perpetranda occasionem accipere. O si hoc penitus intelligeremus, quantas diuinæ maiestati, gratias ageremus, quando nos laboribus, ac contradictionibus circunseptos perspicimus, hoc enim est suaue quoddam purgatorii genus, salubrisque nostris imperfectionibus medicina. In libro numerorum dicitur, quod misit dominus in populum igniros serpentes. Cum autem Hebræi propter peccata sua se a serpentibus morsos perspexissent, ad Moysen confugerunt, ut pro ipsis dominum precaretur, cui pro eis oranti dixit Deus. Fac serpentem æneű, & pone eum pro signo, qui percussus aspexerit eum, uiuet. O diuinum artificium eodem quippe instrumento, quo illos percussit, postea sanauit. Serpente illos percussit, & serpente illos sanauit. In quo significat...

Marginal notes: Ambro. | Nu. 20. | Cant. 1. | Bernar. | A Isa. 54. | B | Isa. 20. | C | D Nu. 21.

A gnificatum est, ipsos labores, quib. nos per cutit, atque compungit instrumenta esse, quibus spiritus nostri uulneribus mederi conatur. Etiam quando Philisthæi arcam captiuam duxerunt, plurimis suppliciis a Deo percussi fuisse dicuntur, quorum vnũ fuit quod plurimi mures exorti sunt, quibus uniuersa terra dissipata est: ad placandum autem Deum aureos mures conflagunt, eosque illi obtulerunt. Naturali quodam lumine illos consecutos fuisse videtur plurimum apud Deum ualere illud ei patienter offerre quo nos affligat. Quod B quidem uerissimum est. Gratissimum nãque diuinæ maiestati est te ei dicere, domine, hanc proximi mei persecutionem: hãc necessitatem, in quam me induxit, hũc honorem, quem a me detraxit, hæc denique vulnera, quæ mihi inflixit, tibi ex toto corde offero ad iram tuam mitigandam: hæc etenim omnia peccatis meis promerui, sicque zizania, quæ quantum est ex se tritico nocet, bona industria, diuinæque gratiæ patrocinio in maximi spiritalis prouentus occasionem, materiamque conuertitur.

Isa. 54. 1. Re. 6.

Dicitur autem Diabolus hanc zizaniã C serere, quia eius industria, atque opera homines, peccant, malique efficiuntur. Vt Iacob oues concipere faceret secundum desiderium suum, uirgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis partim decorticatas, partim autem uirides, & integras in canalibus, in quib. effundebatur aqua, posuit, ut cum uenirent greges ad bibendum ante oculos haberet uirgas, & in aspectu earum conciperent. Hoc facit diabolus in phantasiis, & in sensibus, ad quos intellectus bibiturus accedit uana, atque infructifera tanquam populeas, caducaque, ac trãsitoria sicut amygdalinas virgas col D locans. Aliaque excoriata, alij uero cortice cooperta cõstituit, nam alia manifeste mala, alia autem non tam aperte offert. Cumque uoluntas ex intellectus cogitatione concipiat, mala, diuersaque desideria in se recipit, quæ postea opere complens parit, atque producit.

Isa. 28. Gen. 30. Nu. 11.

Dicensq; dominus: *Cum autem dormirent homines, uenit inimicus homo, & superseminauit Zizania in medio tritici*, denotat diabolum ad facienda mala, quæ facit, ex negligentia nostra occasionẽ accipere Israelitæ de tribu Dan vidisse dicuntur populum habitantem in quadam regione absque ullo timore securum, & quietũ, aliisque eiusdem tribus dixisse: vidimus terram ualde opulentam, eamus, & possideamus eam: nullus erit labor, intrabimus ad securos. Ex eo utique, quod regionis illius incolas securos, & absque ullo hostiũ timore viderunt, animum, atque audaciã illius possidendæ acceperunt. Sic credo Dæmones alios aliis inuicem dicere. Homines (inquiunt) persequamur, facillime namque eos destruemus, quia ad securos intrabimus. Hæc negligẽtia nostra diabolis occasionem præbet, vt nobis tantum malum afferant. Vnde reprehẽdens B. Petrus Ananiam peccati, quod admiserat, dixit ei, cur tentauit Sathanas cor tuum, mẽtiri te Spiritui sancto, & fraudare de pretio agri? O admirabile mysteriũ, nõ vtiq; ille dicit vir sanctus, quomodo te a Sathana superari passus es, sed, cur tẽtauit sathanas cor tuũ? hoc est, quare illi ansam ꝓbuisti, ut te tẽtaret, atq; ita ꝓsterneret? Quasi diceret, nisi tu ei ansam ꝓbuisses, fortasse ille te tentare non auderet. O quot a nobis Sathanas victorias reportat, quia nosmetipsi ei occasionẽ præbemus. Hieremiæ pcepit Deus, vt populo Israel annunciaret, si ab hostib. erat euertẽdus, ipsum eis ad hoc occasionẽ præbuisse, dicens, tu enim docuisti eos aduersum te, & erudisti in caput tuum. Nunquid non dolores apprehendent te quasi mulierem parturientẽ? Idem vobis fratres dicere possumus, vos enim metipsi diabolum docetis, qua nam uos sit aggressurus, quia somnolenti, negligentesque estis. O fratres in Christo Iesu, ne uestri metipsorũ sitis inimici, sed opportunũ uobis remedium adhibete, attẽdite namque, quod postea dolores apprehendent uos, quasi mulierem parturientem, nec tamen quicquam vobis proderit, quapropter aperite nunc oculos, & summa cum vigilantia uiuite, Ne vos Sathanas incautos reperiat. In Ezechiele dicitur de quatuor illis mysteriosis animalibus, quod totum corpus oculis plenũ in circuitu ipsorum quatuor erat. In quo maxima uigilantia significatur, quã ut nos a Sathanæ calliditatibus, laqueisque, quos nobis ubique parat liberare possimus, nos oportet habere. Et quamquam hæc vigilantia singulis quibusque necessaria sit, multo tamen necessarior est prælatis, iisque qui in sublimi dignitatis gradu constituti sunt, quorum somnus multo

Iudic. 18. A Act. 5. B Hier. 13 C D Ezec. 1

A multo grauius subditis affert incommodum. Vnde nomen hoc prælatus, & rex nõ solum dignitatem, sed munus etiam, atq; diligentem vigilantiam præ se fert. Quod etsi Antigonus Macedoniæ rex Ethnicus erat, optime tamen intellexit, qui cuid in filio suo dixit: Scito regnum nostrum esse splendidam seruitutem. O admirabilem veramque sententiam, in qua docemur, principem atque prælatum pari studio, ac vigilantia populo ministrare teneri, qua populus ei obedire, atque seruire tenetur ita princeps atque prælatus seruitutẽ hanc cum dignitate exercet. Maximæ utique

B Christianis principibus & prælatis confusioni erit hoc, quod Ethnicus intellexit ignorare subditorum suorum obliuiscentes, quasi eorum curæ nõn incumbeient.

Ezec. 34 Aduersus hos exclamat Ezechiel propheta, dicens: O Pastor, o Idolum. Et peior quidem est, malus prælatus Idolo, ac statua, nã statua si non graditur, neque uidet, saltem non comedit, neque bibit, nec domini sui diuitias consumit, quando nõ prodest, saltem non obest. At qui subditorum substãtias comedit, cum illis prouidere teneatur, nec tamen hoc facit, sumptum sine incõmodo secum affert.

C Et quod dicitur amplius in Euangelio inimicum zizanijs superseminatis abijsse, significat diabolum quã maxime potest, studere, vt lateat. Sathanas vehementer exoptat, ne tentationes suæ tentationes esse videantur, quo illas homines nõ caueãt cumque securiores sint in illas incidant.

Psal. 88. Posuisti (ait egregius Psaltes) firmamentũ eius formidinem. Sic possumus dicere, ubi homines firmamentum, securitatemque maximam esse arbitratur, ibi rationẽ esse

Apo. 17 timendi. Vas aureum ferebat maledicta Babylõ mater iniquitatum in manu sua. Intus autem abominationes portabat cõ-

D fidens omnes esse bibituros, cum aurei vasis poculum securissimum esse ducerent. Hæc omnia significant uerba illa. *Super seminauit Zizaniam & abijt.* Quapropter millies nos quodcunq; nobis offertur, etsi aurum esse videatur, oportet considerare: nã sub auro isto latet abominatio, qua nos Sathanas peruertere conatur. Hæc autem zizania, quam diabolus serit, nõ statim in principio dignoscitur, plurimi namq; per aliquod temporis spatium malitiam suam dissimulant, uerum in ferendo fructum

quod sit triticum, & quæ zizania dignoscitur. Ersic dixit dominus. Ex fructibus eorũ cognoscetis eos. Cũ sata viridia sunt, torum triticum esse videtur, verum non sufficit hæc bona apparentia, sed bonorũ operum fructum ferri oportet. Ideo enim semen seritur. Et ita dicit Isaias propheta: Nunquid tota die arabit arans, ut serat, & proscindet, & sarriet humum suam? q. d. dicat, non hoc solum expetit agricola, sed optimum ex eã fructum percipere. Quem locũ septuaginta interpretes ita uerterunt. Nunquid tota die arabit arans, aut semen tem præparabit, antequam præparet terrã? In quibus verbis clarius etiam hoc mysterium explicatur. Nam sicut agricola non est cõtentus agrum optime præparare, sed præ maximi fructus percipiendi desiderio semen etiam accuratissime seligit, sic non solum non contentus est Deus animam suis diuinis inspirationibus disponere, eãque cælesti luce commouere, ac illuminare, verũ etiam suam diuinam gratiã in eã infundit, hæc autem omnia facit, ut amoris & gratitudinis fructum ferat, suamque diuinã legem obseruet, & qui hoc faciunt, triticum sunt, qui uero contra faciunt, se zizaniam esse manifeste demonstrant.

Matt. 7.

Isa. 28.

B

Cognita per iustos zizania dixerunt patrisfamilias: *Vis imus, & colligimus ea?* In his verbis seruorum Dei zelus detegitur potissimumq; ministrorũ iustitiæ, quorũ viscera propter zizaniæ detrimentum cõtorquentur, sicuti cruciabatur Dauid cum dicebat: Vidi præuaricantes, & tabescebã, quia eloquia tua nõ custodierunt. Et cum sancto zelo, cum eos a sceleribus non resipiscere perspiciunt, mortem eis desiderare fas est, nisi se se ad meliorem frugem recepturi sint, ne sibimetipsis, proximisq; suis suo malo exemplo magis officiant. Cum hoc zelo dicebat Diuus Paulus. Qui conturbat nos, portabit iudiciũ, quicunq; est ille, & paulo inferius. Vtinam (inquit) abscindantur qui uos conturbant. Et alibi. Non contentus est zelum hũc uerbis manifestare, sed opere etiam demõstrauit, docens in hoc quantũ publicus peccator officiat, quamq; necessarium sit illum puniri, atq; a bonorum consortio separare, & sic dicit. Omnino auditur inter uos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita, ut uxorem patris sui aliqs habeat, & uos inflati estis, & non magis luctum habui-

C

Ps. 118.

Galat. 5

D

1. Cor. 5.

A habuistis, ut tollat de medio uestrum, qui fecit hoc opus. Ego quidem absens corpore, præsens aũt spiritu iam iudicaui, ut præsens, eum qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi cõgregatis uobis, & meo spiritu cũ uirtute domini Iesu tradere huiuscemodi hominẽ Sathanæ in interitũ carnis, ut spiritus saluus sit in die Dñi nostri Iesu Christi. Non est bona gloriatio uestra. Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrũpit? expurgate uetus fermentum. O admirabilia uerba, atque admirabilem sancti Apostoli zelum. Et ualde notandum est, quomodo B Christiani hominis peccatum exaggerat, qui id audet admittere, q̃ inter Ethnicos nec agitur, nec auditur, dicit namque. Auditur inter nos fornicatio, & talis fornicatio, qualis neq; inter gentes, scilicet, audit. Vt autem peccatorem acrius compũgat, non dicit. Admisit peccatum cum nouerca sua, sed cum uxore patris sui, dicensq; Et uos inflati estis, & non magis luctũ habuistis, ut tollatur de medio uestrum, qui hoc opus fecit, significat illum horrificã notabilem esse uirum, de quo Corinthij gloriabantur, ne inter eos commoraretur. Quod ex ijs etiam quæ inferius dicit, se in C uirtute Dñi nostri Iesu Christi diabolo facultatem concessisse, quo illum adeo torqueret, quousq; occideret, ut illis tormentis cruciatus ad Dñm conuerteretur, infertur. O si nunc esset unus Diuus Paulus in mundo, qui homines cõtorquendi propter peccata sua, & propter scandala, quæ proximis afferunt, facultatem diabolo cõcedere posset, quot peccatores passim contorqueri, uideremus, uerũ nisi se in meliorem frugem recipiant, quamuis in hoc mundo non torqueantur, in altero tamen in perpetuum patientur.

In his etiam uerbis. *Vidimus, & colligi* D *mus ex:* Manifestatur ijs, q. in lethali culpa cõmorãtur, non solum in futuro infernum, sed in præsenti et sæculo interitum promereri. Quod clarius D. Paulus dixit, Heb. 10. ubi hoc conficit argumentum Irritã quis faciẽs legem Moysi, sine ulla miseratione duobus, uel tribus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Per charitatem Dei uos rogo, ut aduertatis qualibus uerbis A hic sanctus Apostolus hominis Christiani lethalem nominat culpam, quomodo re uera quando illam admittit, hæc omnia facit, scilicet, filium Dei conculcat, sanguinem testamenti pollutum ducit, & spiritui gratiæ contumeliam facit. Ecquis igitur hæc adeo obstupendo audiens lethalẽ culpam super omnia mundi odibilia non execratur? O Deus infinitæ pietatis, tu nos domine nunc illumina, quo ex tot tantisque comminationibus fructum percipere nouerimus. Si enim tam seuera mora Mosaicæ legis transgressoribus inferebatur, quæ nunc supplicia nos promerebi- B mur, cum tot, tamque ineffabilia beneficia ex tua diuina manu reperimus, si tamen diuinam hanc inæstimabilis gratiæ legem uiolauerimus? Vltimo nos uerbum illud dulcissimum, Patri familias, uellẽ animaduertere, in quo nobis animus, ac confidẽtia additur, ut ad Dñũ possimus accedere, siquidẽ ipse dicitur, atq; est pater huius familiæ, in qua uiuimus, quæ est sacrosancta Ecclesia uniuersalis. Vnde Beatus Paulus dicit. Oẽs enim alij Dei estis Gala. 3. per fidem, quæ est in Christo Iesu. Siquidem igitur pater noster est, illum intrinseco cordis amore diligamus, latria, animi C adoratione ueneremur, eiq; tãquam Patri tali (inquam) patri diligentissime seruiamus, sic enim ipse nobiscum se tanquam. Pater geret; suamque nobis hic gratiam concedet, postea uero nos ad coelestis gloriæ hæreditatem perducet, quod facere dignetur, qui uiuit, & regnat Deus in sæcula sæculorum Amen.

DOMINICA QVINTA post Epiphaniam.

Concio Tertia. D

Simile factum est regnum cælorum homini, qui seminauit bonum semen in agro suo, &c. Matth. 13.

Serpens erat callidior cunctis animã- Gene. 3. tibus terræ quæ fecerat Dominus Deus, q. dixit ad mulierẽ. Cur præcepit nobis Deus, ut nõ comederetis

ex

A ex omni ligno paradisi, dicitur in Genesi. Dignum utique consideratu est, cur cum diabolus hominē tētare uellet, aliud pulchrius animal, aut aliam formam, non tā horribilem, qualis est forma serpentis, in instrumentum assumpserit. Ad hoc respondetur hoc non ita diaboli electione factum, sed diuina prouidētia fuisse dispositum, quæ quidem aliter fieri non permisit, ut homo tam turpi, atque obscœno animali plusquam Deo fidem adhibere dedignaretur, atque ut post lapsum, maiorem confusionis, atque pudoris haberet occasionem, quia contra infallibile Dei uerbū

B tam uili animali crediderit. Ob eandem causam nō permisit Deus, ut cum Hebræi

Exo.31 Deus peterent, aureumque in fornacem liquefaciendam immiserunt, pulchra aliqua, ac deco ra figura conflaret, sed taurus animal ferum, nimiumque irrationale proderet quo ipsa eos figura deterreret, atque a tanta abominatione reuocaret. Neutris autem hæ Dei solicitudines ac diligentiæ profuerunt, sicuti nec nos peccati horribilis turpitudo deterret. quæ nobis sua fœditate dissuadet, ne illud admittamus. Non solum autem serpentis figura primā mulierem deterrere deberet, uerum ipsa etiā

C uerba, quæ illi dixit eam admonere debe rent, ne tale perpetraret. Dæmon enim tē tans eam. Dominicum præceptum in ipsius memoriam reuocauit. dicens. Cur præcepit uobis dominus? quæ omnia eius peccatum grauius reddiderunt. Atq; hinc uerba illa, quæ filius prodigus patri suo dixit, intelligetis. Pater (inquit) peccaui in cœ

Luc.15 lum, & coram te. Omnia peccata coram Deo fiunt, ubique enim Deus est. & ita dicitur. Corrupta est terra coram Deo, attamē illa peccata peculiariter corā Deo fie

Gene.6. ri dicūtur, q̄ Dei recordās, teque conscientia morsibus stimulante committis, sæpe enim cū peccamus, Dei non recordamur,

D & hæc peccata non tam coram Deo, quā altera, facta dicuntur, & dicere. Peccaui coram te, idem est, quod dicere, peccaui cōsiderans quid facerem te perspiciente, hæc sunt peccata Deo odibilia, Cōcedēs Deus

Leuit.4. remedium ad expianda peccata iis, q per ignorantiam, atque ijs, qui per imbecillitatem delinquunt, sacrificium designauit, at, peccatis, quæ ex pura malitia committuntur, expiandis nullum sacrificii genus assignauit, non quidem quod sint irremediabilia, aut irremissibilia, sed ad maiorē A grauitatis ipsorum exaggerationem, atq; etiam, ut significaret, sperandum non esse quod homines rationis participes, atque consilii contra tam bonum, tamq; clemētem Patrem ex malitia peccarent. Vnde per Hieremiā prophetam hoc peccatorū Hie. 21. genus peculiariter cōminatur, dicens. Iudicate mane iudicium, ne forte aggrediar, ut ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit, qui extinguat propter malitiam studiorum uestrorum.

In hac sancti Euangelii parabola dicit dominus. *Cum dormirent homines uenit inimicus eius, & superseminauit zizania.* B Quod si hominibus uitio uertitur, q ipsis dormiētib. diabolus superseminer zizania, uigilare n. diligentissime tenebātur, q̄to grauiori culpæ illis imputabitur, quod ipsis uigilantibus, atque uidentib. hæc damna diabolus afferat? O execrabilem filiorū Adæ abominationem, qui tam libenter Sathanam in eis tot mala facere patiūtur, quam excusationē ô miseri dissolutionis, corruptionisque uestræ reddetis? siquidē, ut uestris effrænatis appetitibus satisfaciatis conscientiæ morsibus, infernalis timoris cōminationibus, diuinis deniq; promissionibus inuitantibus obsurdescitis. O q̄ C merito de uobis dicere possumus, qd Za- Zach.7. charias propheta de abijs uestrum similib. dixit. Noluerūt (inquit) attendere, & auerterunt scapulas recedentes, & aures suas aggrauauerunt, ne audirent, & cor suum posuerunt, ut adamantem, ne audirent legem, & uerba, quæ misit dominus exercituum in spiritu suo per manum prophetarum. Appositissime etiam quadrat uobis similitudo illa Hieremiæ prophetæ dicētis. Onager assuetus in solitudine, in desiderio animę suæ attraxit uētum amoris sui, Hier.2. nullus auertet eā. in mēsitruis suis inueniēt eam, id est, quemadmodū asinus syluester, D quo anni tempore libidine exardescit, sę Siuile. minę desiderio æstuat, quam ubi primum rudentem audit, tanto illam impetu insequitur, ut insectantium uenabula, aut præparatas insidias nihil æstimet, neq; ad eas attendat, quapropter a uenatoribus facile comprehenditur.

Tales estis uos, ô corruptissimi, quos nullius rei timor, neq; consideratio ab effrænatorū appetituū uestrorum sectatione sufficit reuocare. At quæret quispiam, si plu-

A si plurimi apertis oculis, ac vigilantes se a diabolo superari patiuntur, quomodo cōmunis illa sententia intelligitur, quæ dicit, omnis peccans est ignorans? Ad hoc respōdeo hanc sententiam non dicere, omnia peccata ex ignorantia dimanare, sed dicitur peccator ignorās, quia quanta sit Dei, quem offendit, probitas, & quot, quātisque supplicijs dignus sit, atque in quæ mala prolabatur ignorat. Vnde cuiusdam docti us Theologi opinio fuit, Spiritum sanctū omnes peccati circunstātias, mala & damna solum sanctis Apostolis manifestando illos in gratia confirmasse. Adeò quippè B graue malum est lethale peccatum. Et quā quam verè non est hæc causa, quare sancti Apostoli in gratia confirmati fuerunt, attamen inficiari non possumus, cognitionem malorum, atque damnorum, quæ peccatum secum affert maximum, vehementissimumque esse frænum, quo quis cōhiberi potest, ne corruat in peccatum. Orta zizania, perque Dei seruos cognita dicūt ei: Vis imus, & colligamus ea? & ait: non, ne fortè colligntes zizania eradicetis simul & triticum. O ineffabilem Dei patientiam, quomodo malos suffert, cum ipsi statim ut peccant, à terra euelli, ac destrui mereantur. Et ita D. Paulus de malis, bonisque loquens dicit: Terra enim sæpe venientem super se bibens imbrem, & germinās herbam opportunam illis a quibus colitur accipit benedictionē a Deo, proferēs, autē spinas, ac tribulos reproba est, & maledicto proxima. Animaduertite quomodo sanctus Apostolus dicit terram bonā, quæ bonum affert fructum, statim a Deo benedici, per quam viri iusti significātur, terram autem spinas, ac vepres ferentem, quæ impios, malosque significat, non dicit statim maledici, sicuti bonam terrā statim benedici, dixerat, sed maledicto (inquit) proxima est. Vt immensa Dei misericordia clarius innotescat, qui non statim D vt peccatores delinquūt, illos destruit, sed ineffabili patientia illos ad pœnitentiam expectat. Notandum est autem unam ex rationibus, quare illos suffert esse propter iustos. Hoc exaggerat Beatus Paulus, dicens. Deus sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum, ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. In eo quod Deus iustorum causa tandiu peccatores sustinuit, dicit hic sanctus Apostolus ar- A dentissimum Dei erga iustos amorem illuxisse. Hoc etiam manifestatum est, vbi dicitur. Cum Deus Sodomam incendio subuertere conaretur, petenti Loth ne vrbs quædam iuxta montem sita destrueretur, etsi eius incolæ turpissimi flagitiosissimiq; erant, Angelus respondisse. Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas, ut non subuertam vrbem, pro qua locutus es. Festina, & salua re ibi, quia non potero facere quicquam donec ingrediaris illuc. O benedictus, & glorificatus sit talis Deus, ô fœlicissimos, q tam bono domino seruiunt. Quid uobis fratres videtur respectus, quem Deus amicis suis obseruat? etenim propter unum B turpissimæ cuidam ciuitati ignoscit, cum que omnipotens sit, dicit tamen Angelus, qui eius loco erat, quandiu Loth Sodomis esset, se illam euertere, neque ei nocere posse. Et Beatus Clemens dicit se a Beato Petro audiisse nisi Patriarcha Abraham intercederet quando Deus Sodomam succendit, vniuersum etiam mundum igne fuisse succensurum, quemadmodum pristinis quondam temporibus illum diluuio subuertit, tam malus, turpisque tunc temporis vniuersus orbis existebat. Ex his omnibus infertur quantū uiri iusti obitū nos persentire oportet, propter cōmune reipu- C blicæ detrimentum. Idcirco Rex Ioas cum sciret Eliseum Prophetam ęgrotare iamq; prope obitum esse, ad eius lectum in quo iacebat, se contulit, & flebat corā eo, dicebatque, Pater mi, Pater mi, currus Israel, & auriga eius. Aurigam eum vocat quia ipse suo sancto pietatis exemplo, atq; doctrina vniuersum Israelis regnum regebat. currum autem illum appellat, quia uirtute sua, crebrisque orationib. Israel sustinebat, ne Deus illos propter ipsorum peccata destrueret.

Sic se Deus habet quasi paterfamilias D qui cum eius famuli scelera aliqua perpetrarint, suppliciōq; digni sint, si quis, forte vir nobilis, cui reuerentia debeat obseruari, tūc adest, nō eos punit, sed dicit eis gratias habere circūstantibus, at ego vos solos comprehēdam, ubi patronos nō habeatis, tuncq; mihi pęnas dabitis. Mūdus nūc patronos habet, qui sunt iusti, verū cauete nobis, etenim si a scelerib. uos nō cohibueritis, tempus adueniet, in quo non erunt patroni. Et hoc est qd dicit Dauid. Pro hoc (scilicet

Marginalia: Heb. 6. — Rom. 9. — Gen. 19 — D. Cle. lib. 1. itinerarij. — 4. Re. 13 — Simil. — Psal. 31.

A (scilicet iniquitate) orabit ad te omnis sā ctus in tempore opportuno, ueruntamen in diluuio aquarum multarum ad eū non approximabunt. Vnusquisq. profecto peccatorum ē semetipso rationē deberet exigere, ut confunderetur, diceretque, ut quid Deus me plurimos annos uiuere permittit? nisi me in meliorem frugem recipiam. hoc utique ad grauius malum mihi erit. O quantopere te hoc timere oportet ó
1.Ti. 3. peccator. Nā Diuus Paulus dicit, Mali homines proficient in peius. Nonne Deum maximū tecū miraculū facere iudicas, siquidē cū tandiu super te misericordias pluat,
B tu tamen peccata peccatis semper addis, quomodo tantam probitatem non miraris? quō ó peccator tāta pietas saxeum cor tuum non mollefacit? Maximum quidem miraculum est, Deum tandiu te peruersissimam, pessimamq; creaturam ferre. Hoc autem miraculo non conuerteris, imò potius peior efficeris siquidem ex hac ineffabili Dei clemētia occasionem assumis plura peccata committendi, & protinacior existendi. O immense Deus, quia tu es bonus ideo peccator te non timens peccare audet, si enim sciret, se ubi primum peccatū lethale committeret, statim sicuti Dathan
C & Abiron a terra uiuum esse deuorandū, non utique sic faceret. O miserum te, qui ad diabolico munere (licet dissimiliter) fungendū viuis, dissimiliter (inquam) quia Dæmones in hoc mundo nobiscum occulte colluctātur, nosque inuisibiliter persequūtur. Mali autē sunt hostes uisibiles, qui nos insectantur, non solum corporaliter nobis officientes, sed suis etiam malis exemplis, crebrisque suasionibus, quæ maxime homines cōmouere solent, spiritub. nocentes. Tentationibus autem, atque occasionibus a peruersis hominibus oblatis difficilius quodāmodo, quam ijs, quas
D Dæmones afferunt resistitꝰ. Ideo affectuose dicebat Dauid. Eripe me domine ab homine malo, a viro iniquo eripe me. Non
Ps. 139. utique dicit. Eripe me domine a diabolo, sed eripe me ab homine. Magis homines iniquos, quam diabolos pertimescere uidebatur, rationemque reddens, dicit. Qui cogitauerunt iniquitates in corde, tota die constituebant prælia, acuerunt linguas suas sicut serpentes, uenenum aspidum sub labijs eorum. Venenum aspidum hominem sopoiat, sicque illud non sentiens moritur. Talia sunt uerba malorum, quibus boni soporantur, uixque hoc sentientes spiritualiter moriuntur. Verum non ideo iust os deficere oportet, omnes enim hæ contradictiones permittuntur, ut ipsi maiorem pulchrioris coronæ consequendæ occasionem habeant, nec credant, etsi diabolus, eiusq; mini stri potētissimi sunt, plus eos facere posse, quam sibi a Deo fuerit concessum, quod vt sanctus Iob significaret, postquam maximam Sathanæ potentiam, ardentissimumque, quo nos destruendi desiderio flagrat, recensuerat, dicens. Ecce absorbebit fluuium, & non mirabitur, & habet fiduciam, quod influat Iob.40. B
Iordanis in os eius, statim addit, dicens. In oculis suis quasi hamo capiet eum, & in sudibus perforabit nares eius, quasi dicat, Ne arbitremini, eum totum quod voluerit dānū uobis illaturum. Deus enim illū potentiæ suæ fræno coercet, Hoc etiam aperte patet. Hebræi a diabolo instigati Moysen lapidare voluerunt. Tunc confugit uir sanctus ad Deum ab eo auxilium petens, ac dicens. Quid faciam populo Exo.17.
huic? Adhuc paululū, & lapidabit me. Et ait dominus ad Moysen. Antecede populū, quasi diceret. Munere tuo fungere, nec eos pertimescas, mali namque atque diaboli omnes potentiam suam. uoluntate C
meā terminatam habent. Ecce quomodo vniuersi illi Hebræi parati erant Moysen lapidare in eum autem lapidem mittere ausus est nemo, non enim eis Deus facultatem concessit.

Estque notandum ex eo, quod in parabola Paterfamilias zizania eradicare uetat, præcipitque, vt sinantur veraque crescere dicens. *Sinite utraque crescere ad messem*, his verbis non prohiberi peculiarē huius, vel illius peccatoris extirpationē, sed omnium simul malorum in genere, quod nihil aliud est, quam non studendum, vt om D
nes simul mali a bonorum consortio separentur. Vnde iure optimo quotidie per ministros iustitiæ plurimi mali mundo euelluntur. Quod iustissime fit, ut alij terreantur, atque timore perculsi a sceleribus resipiscant, cauentes ne simile, aut grauius de ipsis supplicium aliquando sumatur. Sicuti summa veritas significat, vbi dicit. Aderant autem quidam ipso in tempore nunciantes de Galilæis, quorum sanguinem Luc.13.
Pilatus miscuit cū sacrificijs eorum. Hoc

con-

A communiter declaratur de quodam Iuda Galilæo, de quo fit mentio in actis, q̃ suos docebat Deo, p Romano Imperatore non esse sacrificium offerendum, quod ægre ferens Pilatus illos super ipsorum sacrificia iussit occidi, & ita eorũ sanguinem sacrificiorum cruori commiscuit. Responditq; dominus hæc nunc audientibus: Putatis, q̃ hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non dico uobis, sed nisi pœnitẽtiam habueritis, omnes similiter peribitis: sicut illi decem & octo, supra quos cecidit turris in Siloe, & occi-
B dit eos: Putatis quod ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Hierusalem, non dico uobis, sed si non pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Ex ijs verbis apparet hos Galilæos iuste fuisse punitos, quia Deus pp ipsorum peccata illos Romanorum potestati subie-
Ro. 13. cerat, & ut ait D. Paulus: Non est potestas nisi a Deo. Nec dominus hic Pilati supplicium damnat, imo potius comprobat. Di-
Nu. 21. citur etiam, Israel uoto se domino obligans, ait: Si tradideris populum istum in manu mea, delebo urbes eius. Audiuitque
C dominus preces Israel, & tradidit Chananeum, quem ille interfecit subuersis urbibus eius: videlicet, vt quantum Deo malorum supplicium placeat, cognoscatis.

In his etiam domini verbis ostenditur supplicium, quod humana, diuinaque iustitia de aliquibus peccatorib. sumit, esse ad aliorum correptionem, sin minus, omnes (inquit) similiter peribitis. O terribilem comminationem? ecquis adeo rationis est expers, qui eam audiens toto corpore non contremiscat? Virga Moysi in humum coram Pharaone, domoq; eius projecta non in leonem quidem, neque in tigrim conuertebatur, qui eos dilaniaret,
D sed in colubrum, qui eos comminaretur.
Exo. 7. Cum autem hoc non profuisset, apertum est mare, illosque uiuos deglutiuit. Attendite peccatores ad hoc Dei comminationes, suppliciaque de quibusdam peccatoribus sumpta tendere, uidelicet, ut alijs alij terreantur, sin minus similiter peribunt. Scitote quoniam peccatum uestrum ap-
Nu. 31. prehendet vos. Quantumuis abscondamini, vestrum met peccatum uos reperiet, atque comprehendet, diuinæque uos iustitię tradet: idcirco pęnitentiam facite. Notandumque uobis est, Dominum contentum

non fuisse dicere: Nisi pęnitentiam egeritis, sed dicit, nisi pęnitentiam habueritis, A
plurimi namque eam agunt, nec tamen eã tenent, sed statim ab eis recedũt, non in ea perseuerant, sed ad pristina peccata reuertuntur, ideoque nos admonet, ut eam perseueranter habeamus, alioquin enim similiter peribimus.

Dicensque dominus; *Ne forte colligentes Zizania eradicetis simul & triticum.* Significat ex malis, qui tunc existebant, atque ex ijs etiam, qui nunc in orbe commorantur, plurimos bonos esse nascituros, q̃ si mali ab hoc sęculo tollerentur ab eis boni minime nascerentur, nam ex Iudæis, ac B
gentibus plurimi iusti sunt orti, alijque in posterum orientur, quapropter Deus eos non euellit. Tempore autem messis dicam messoribus; Colligite primum zizania, & ligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum. Explicansque ipse Dominus parabolam dicit; Messores Angeli sunt, quemadmodum qui nunc patronus atque interpellator est noster Iesus Christus Saluator mundi, tunc in iudicem seuerissimum conuertetur, sic sancti Angeli qui nunc pro nobis intercedunt, tunc nostri punitores erunt. Malis quippe omnia con- C
uertentur in malum, sic loquens Ezechiel Ezec. 9.
propheta de vltione per Angelos facta dicit; Vnusquisque uas interfectionis habet in manu sua. O stupendum supplicium. delinquentem a ministro iustitię puniri, usitatum est, at eum a suomet parente puniri, atque occidi, terribile quidem est. Sic etiam malos in inferno a diabolis contorqueri, non est mirandum, illos autem a suimet patronis, pædagogis, atque custodibus in gehennales ignes detrudi, hoc est mirabile, quodque diuinum furorem, atque iustitiam ualde manifestat, atque in hoc etiam aperte declaratur, peccatorem D
dignissimum esse, cui in tormentum acerbissimum omnia cõuertantur. Hoc Deus Angelis merito tribuit, ipsi enim noctu dieq; malorum nostrorũ testes affuerunt. In hoc sensu exponit Beatus Hieronym⁹ Hier. su-
illud Isaiæ, dicentis; Audite cœli, &c. dicit- per Isa. 1.
que; Angelos testes uocat nostræ præuaricationis. Et sicut testes dicent, siquidem consilijs nostris gubernari noluistis, illaque despexistis, nec cælestis patriæ nobiscum ciues esse uoluistis, nũc cum diabolis

A in infernum perpetuo comburēdi properate, illicq; mala, quæ nos uos perpetrare perspeximus, æternis cruciatibus soluite.

Non solum autem eis præcipit, ut illos in infernum detrudant, sed ēt ut in fasciculos ad comburendū deuinciant, significans utiq; illos, qui unius culpæ comparticipes fuerunt, unius ēt pœnæ fore consortes. In unum fasciculum alligabunt usurarium, eiusq; uxorem, liberos ac famulos, nec non & confessariū, qui eos immerito absoluebat, siquidē omnes unius erāt culpæ consortes, in alium fasciculum iniquū iudicem, fallacē scribam, iuris peritū frau-

B dulentum, relatorem, ac deniq; testes mendaces alligabunt, quandoquidem unam, eandemq; culpā cuncti admiserunt. In aliū fasciculum medicum, chirurgum, & pharmacopolam deuincient, quia oēs in unū culpæ genus concurrere solent, in alio fasciculo libidinosos homines, lenonesq; locabunt, sicque in cęteris omnib. scelerum generib. se habebunt. Super hunc literalē sensum aliqui morales sensus optime cōsi debunt. Contemplamini in hac urbe diuinum quoddam semen seri tanta doctrina cęlestibusq; præceptis, quæ tā ī cathedris, quam in pulpitis admonemur. Credibile-

C que est huic semini pluuiam non deesse.

Isa. 30. Isaias. n. dicit, Dei nomine. Et dabitur pluuia semini tuo, ubicunque seminaueris in terra, & panis frugū terræ erit uberrimus; pascetur in possessione tua agnus spatiose, & tauri tui, & pulli asinorū, qui operātur terrā. In quib. uerbis significatur omnibus tā incipientib. quā perfectis, tā imperitis, quā doctis celestē doctrinā, necessariamq; gratiam quantū est ex Deo esse affuturā, dummodo ex parte hominum ad eam te-cipiendam dispositio non deficiat. Ex hoc semine cælesti, qd in hac urbe seritur, prouenit, quod tot pij iuuenes in sanctas re-

D ligio es ingred ūtur, qui postea proximorum animabus maxime profunt. Verū prò dolor cum cathedræ occasio se se offert, aut Ecclesiasticis beneficijs opponimini, venit inimicus homo, & superseminat zizania & prece, uel pretio, fauore, uel amore, seu timore sub specie iustitiæ nos facit a iustitia deuiare. Vnde uobis merito dici

2. Co 11 potest, qd B. Paulus dixit; Timeo, ne sicut serpens sed uxit Euam astutia sua, ita corrumpantur sensus uestri, & excidant a simplicitate, q uæ est in Christo Iesu.

Domine nonne bonum semen seminasti? unde ergo habet Zizaniam? inimicus homo hoc fecit. Vir primarius, monachus, dña, monialis, oēs deniq; q passionū uinculis detinent, sunt hic inimicus hō, siquidē cū dæmonis munere funguntur, dæmones sūt. Nā principatus, & potestates dæmoniorū cum satellitibus suis teste *Paulo*, nō euacuantur usq; ad diē iudicij, cum euacuauerit omnem principatum, potestatē, & uirtutem, subiecta erunt illi omnia, interim si Sathanas trāsfigurat se in Angelū lucis, quid mirum si ministri eius transformentur, ut ipse B. Apostolus ait, unde per hoc dæmon zizaniam serit. De Absalon dicitur, quod non erat pulchrior eo in Israel, & sollicitabat corda filiorū Israel, suauibusq; uerbis oēs, & beneficiorū pollicitationibus corrupit, & ita breui tempore tot ei suffragati sunt, ut eorum suffragio regni cathedram compararit, illud a patre suo subtrahēs. At, aduertite qualē hæ corruptiones finē habuerint. Absalō quippe, atq; Achitophel, qui eius fuit consiliarius uterq; infelici interitu perierūt, quorū alter e quercu pēdens triplici cōfixus est hasta, alter uero ipsemet se laqueo suspendit. Væ nobis subornatorib. & væ uobis q ab eis uos decipi sinitis, de utrisq; namq; merito dici possunt uerba illa, quæ S. Iudas Thaddæus in sua Canonica terribiliter dixit. Væ (inquit) illis, qui in via Cain abierūt, & cupiditate sua cæci, & ī errore Balaā mercede effusi sunt, & in contradictione. Core perierūt, hi sunt in epulis suis maculæ cōuiuātes sine timore semetipsos pascētes, nubes sine aqua (multa. n. promittūt, & modica faciunt) quib procella tenebrarum seruatur in æternū. Quis igitur hæc audiens ulla unquam utilitate cōmotus, in tot tantaque mala volet incidere? Crebro ēt bonorum operum semē seritur in hac sancta Ecclesia militanti, sicuti sanctus Oseas Dei nomine admonet, dicens. Seminate in iustitia, & metite in ore misericordię, in iustitia. i. ad iustitiam. Est quippe Hebrea Phrasis, ut illud Pauli, Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, i. ad desideria. Origenes hunc locu sic legit. Facite bona opera, & mores uestros emēdare, & metite, pro uerbo, metetis. i. tā certus erit fructus, quasi iā illum præ manibus haberetis. Ita Isaias. Audite (inq.) gētes, & comedite bonū, p comedetis bonū.

A (margin)
1. Co. 15
B
2. Co. 11
2. Re. 15
C
Iudæ.
Ose. 10.
D
Rom. 1.
Origen.

Nec

A Nec vero solum tam certus erit fructus,
ac si iam illum domi haberet s, sed hic etiã
fructus vberimus erit, & in ore misericor
diæ, os enim pro mensura, siue pro uolun-
tate ponitur, & ita ubi nos legimus. Voce-
Gen. 24 mus puellam, & quæramus ipsius uolunta
tem, in Græco contextu est: Vocemus puel
lam, & quæramus ipsius os. Et Isaias: Os
Isai. 30. meum non interrogastis? perinde est ac si
diceret, uoluntatem meam non interroga-
stis, & ubi nos legimus: Alebat eos præbẽs
cibaria singulis, in Hebręo habetur prębẽs
Gen. 47. cibaria ad os paruuli, hoc est, (*Apedir de
boca*) Ad mensuram desiderij, hoc igitur
est in ore misericordiæ, idest in abundan-
B tia iuxta oris vestri petitionem metetis.
Animaduertendum est autem sanctum
Hieremiam de quibusdam loquentem di-
Hie. 12. cere. Seminauerunt triticum & messuerũt
spinas. Quod Nicolaus de Lyra explicat
de plurimis, q in hac uita multa bona ope
ra faciunt, arbitrantes se in futuro sæculo
eorum fructum esse percepturos, nec quic
quam tamen inueniunt præter spinas, qui
bus compunguntur, & concremantur, &
hoc accidit, quia inimicus superseminauit
zizania. Diabolus in eorum cordib. inter
opera bona, quæ faciebant superbiam, ua-
nitatemque superseruit, & ita ex illis non
C emolumentum quidem, sed condemnatio
nem potius abstraxerũt. Quæ cum ita sint
dilectissimi fratres, per viscera misericor-
diæ Dei nostri uos deprecor, ne iã alto so-
pore dormiatis, sed bonorum operum sege
tem operemini, & negligentia, spiritalique
somno uestro ne diabolo occasionem præ
beatis ut nos superbia uanitateque repleat,
sic enim postq̃ abundantem in hoc seculo
gratiã receperitis, ad alterum superabundã
tem gloriã messuri migrabitis, quod uobis
præstare dignetur Iesus Mariæ filius. Amẽ.

D

DOMINICA SEXTA post Epiphaniam.

Concio Prima.

*Simile est regnum cęlorum grano sina
pis, quod accipiens homo seminauit
in agro suo, &c. Matth. 13.*

POstquam sanctus euangelista has pa-
rabolas retulit, dicit. Hæc omnia locu
tus est Iesus in parabolis ad turbas, & sine A
parabolis non loquebatur eis. Ob varias
causas summus mũdi Magister Iesus Chri-
stus filius Dei in parabolis loquebatur,
quarũ una est, ut cælestis doctrina firmius Simile.
hominum mentibus infixa maneret. Ha-
bes pretiosissimum adamantem, ne vero
illum, si solutus sit amittas, auro, aut argen Psa. 18.
to iubes cælari, quo filo possit appendi, sic
unigenitus Dei filius, ne ipsius uerba desi-
derabilia super aurum, & lapidem pretio-
sum multum, ab hominum memoria exci
derent, parabolis, ac similitudinibus illa
cælauit. Alia ratio est ut cælestis eius do-
ctrina maiori reuerentiæ haberet. Ideo qp
pe sanctæ diuorum reliquiæ in capsis in- B
cluduntur, pretiosisque uelis operiuntur,
ut maiori cum reuerentia atque affectu co-
lant. Cum autem pretiosissimæ reliquiæ
omnium, quæ nullo unquam tempore fue
runt aut futuræ sunt, sit sacratissimum cor
pus domini nostri Iesu Christi, benedicta
que verba, quæ ex sanctissimo ipsius pecto
re proruperunt, ut homines hæc summo
cum respectu ac reuerentia tractarent, uo
luit ut sanctissimum corpus suum in panis
accidentibus, uerba autem sua sub simili-
tudinibus, atque parabolis delitescerent.
Si Principem nudum gladium manu ge-
stare videretis, illum furibũdum homines C
occidere uelle crederetis, sicque ne homi-
nes terreat vagina illum gerit inclusum. Simile.
Gladius Iesus Christi ueri Principis Regũ
terræ, est cæleste ipsius uerbum, sic illud
appellauit D. Paulus, dicens: Assumite gla
dium spiritus, quod, est uerbum Dei. Vt Ephe. 6.
igitur homines ineffabilem ipsius man-
suetudinem intelligerent, neque ad eum
tanquam ad amicum fidelissimum accede
reuererentur, gladium hunc uagina inclu
sit, hoc est, in parabolis, ac similitudinibus
locutus est. Tertia ratio est, ut hominibus
occasionem piæ exercitationis prȩberet,
eosque ad diuinas literas perscrutandas D
excitaret. Quãdo epistola obsignara uobis
datur, statim illam aperire, eiusque subscri-
ptionem scire cupitis, quidque in ea scri-
ptum sit, nosse optatis, quod si aperta est,
illam legere non desideratis. Ideo Deus
mysteria sua parabolis operuit, ut illa intel
ligere cuperemus, & in ijs, quæ sub parabo
lis latent scrutandis pie nos exerceamus;
illaque super nos benedictio caderet,
quam Dauid adhibet, dicens; Beati qui

A scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum.

Hic ostenditur quo animo diuinæ literæ legi, concionesque oporter audiri, scilicet, desiderando sic Deum inuenire. Vnum que uos magnopere notare uelim, quod B. Matthæus in hoc ipso capite dicit, quod Diuus Chrysostomus ualde perpendit, videlicet, quod accedentes discipuli dixerũt ei. Quare in parabolis loqueris eis? super
Chryso. quo dicit Diuus Chrysostomus. Videte beneuolentiam uirorum, uidete misericordes discipulos benigni Magistri, si domestici, familiaresque regum ac principum in
B dole, nobilitateque ipsorum uti uellent, o Iesu, Iesu, quam pulcher esset in terra paradisus. Hi sacri discipuli prius diuini magistri sui ingenio usi sunt, prius domus suas dominica clementia repleuerunt, & sic omnes ex cælesti ipsius doctrina fructũ percipere cupiebant. Ideoque etsi magnopere parabolam, quam dominus prædicaret, intelligere optabant, prius tamen quasi compassione perfusi interrogare noluerũt, quare alijs etiam parabolam non exposuerit, dolebant enim illos eius absque illius intelligentia fructus expertes tanquam banausos
C abijsse, quibus dominus respondit, dicens. *Vobis datũ est nosse mysterium regni cælorũ, illis ãt non est datũ.* Ex qua responsione apparet, et si dominus ad prædestinatorum prouentum in parabolis loquebatur propter superius adhibitas rationes, ad præscitos tamen in pœnam scelerum ipsorum fuisse locutum, ut tã stulti sicut antea
2.Co.4. remanerẽt. Et ita dicit Diu⁹ Paulus. Quia si opertum est Euangelium nostrum, in ijs qui pereunt, opertum est, in quibus Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium, ut non fulgeat illuminatio Euangelij gloriæ Christi. Euangeliũ gloriæ Christi aliud Beatus Paulus appellat, quia ad animarum
D utilitatem fuit institutum, Deus enim nobis beneficia facere sibi gloriosissimum ducit. Hic infidelium nomine obdurati etiã
Theop. peccatores intelliguntur. Et si Theophylactus dicit, dominum præscitis in parabolis fuisse locutum ne grauius peccatum admitterent, si cum cælestem ipsius doctrinam intelligerent, illam non operarentur.

Ex hac discipulorum quæstione colligitur hos miseros absque parabolarum, quas dominus prædicauit intellectu, fuisse reuersos, nec eas intelligere studuisse, siquidem de earum significatione dominum percontati non sunt. O quot hodie A
ad conciones audiendas conueniunt, & sicut hi in domos suas reuertũtur, nec intelligunt, neque intelligere desiderant mysteria, quæ illis prædicantur. Solum vero prædicatorem loquentem audiendo delectantur. De his conqueritur Deus per Eze Ezec. 33
chielem Prophetam dicens, filij populi tui audiunt sermones tuos & non faciunt eos, quia in Canticum oris sui vertunt illos, & es eis quasi carmen musicum, quod suaui dulcique sono canitur. O quam propria similitudo sicuti qui suauissimum audit musicæ concentũ instrumento solummodo, ac uoce delectatur, facta vero illu- B
strium uirorum, qui in litera concinuntur non intendit imitari, sic plurimi conciones audiunt, qui prædicatoris stylo, dicendique modo delectantur, nec ucto ad doctrinam, quam prædicat, attẽdunt, illam enim imitari non intendunt. In alijs autem etsi attenti sunt concioni, & quod prædicatur intelligunt, nullam tamen cælestis doctrina facit operationem, nam ut hæc operatio fiat, requiruntur dispositi, beneque affecti auditores, quẽadmodum enim fax madida licet igni applicetur, lumen tamen D
non vult accipere, sic etiam qui passionibus pleni sensualibusque turpitudinibus repleti, humidi cælestem doctrinam recipere, neque illa inflammari uolunt. Vnde dicens Dauid, ignitum eloquium Ps. 118.
tuum uehementer, statim subd dit dicens: & seruus tuus dilexit illud. Seruus vtique Dei, non autem Sathanę mancipium diuino eloquio inflammatur. Ecce rationes ob quas potissima hominum pars sic ex concionibus exeunt, vt plurimi ex illis exierũt, qui dominum diuina hæc uerba prædicantem audierunt. D

Valde etiam hic notandum est ecclesiam militãtem regnum cælorum a domino nuncupari, sacræ namque scripturæ phrasis est, homines rerum, quas diligunt nominibus appellare, amatores enim terræ terram uocat, & sic dicit Hieremias Propheta, terra, terra, terra, audi uerbum Dei. Quasi diceret O terrestris peccator, Hie. 22.
cuius omnia desideria sunt terra, omnes sermones terra, omnia opa terra, Dei verbo obtempera, & desines esse terra. Amatores seculi uocat mundum, & ita dicit Ioannes, & mũdus eũ nõ cognouit. Hoc est hõ- Ioan. 1.
mines

A mines mundani, amatores carnis carnem nominat, unde dominus dixit. Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Cælestium autem rerum amatores cœlos nuncupat, & ita dicit Dauid, confitebuntur cęli mirabilia tua domine, etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorũ. Cœli, id est, iusti, quia cœlestibus, non autem terrestribus delectantur. Hæc expetunt, exoptant, & expectant, sicut admonet B. Paulus dicens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Hoc est, cœlestibus oblectamini, terrestribus autẽ contristamini, horum autẽ cœlorum munus est, Dei B mirabilia confiteri, eiusq veritatem in ꝓmissionib collaudare. Hoc optime sanctus Moyses adimpleuit, qui cum Pharaonẽ mari rubro submersum cerneret, cecinit cum filijs Israel carmen hoc domino, & dixerunt: Cantemus domino, gloriose enim magnificatus est, & in Hebræo habetur. Cantabo domino, unumquemque enim sigillatim Deum pro se, ac pro omnibus oportet laudare, diciturq Moyses tanquam bonus pastor, ac princeps, qui ad bonum plebem suam excitat, laudes illas exorsus fuisse. Tunc cecinit. Dictio, tunc, magnam habet emphasim, & mysterium. C Tunc id est, post acceptum beneficium, illud enim tempus gratijs agendis est aptũ, vt autem iusti cognoscunt, nullum esse momentum, in quo Deus super homines beneficia non pluat, sic optime intelligunt ipsum semper laudari debere. Dicitque vlterius Dauid, hanc cõfessionem esse in ecclesia sanctorum. Aduertite quo uocabulo hanc fidelium congregationem appellat. Et ita dicebat D. Paulus, ut sitis sine querela, & simplices filij Dei sine reprehensione in medio nationis prauæ, inter quos lucetis sicut luminaria mundi. Deumque hoc nomine suam sanctam Ecclesiam nũcupare, & singulos fideles cœlum appellare, est dicere nobis non quidem quod plurimi nostrum sumus, sed quod nos omnes D esse oportet.

Gen. 6.
Psal. 88.
Colos. 3
Exo. 15
Philip. 2

Etiam regnum cœlorũ idem est quod regnum cœleste, sæpenamq. in diuinis literis genitiuus casus pro adiectiuo nomine collocatur. Ita Beatus Paulus ait. Transtulit in regnum filij dilectionis suæ, id est, filij dilecti sui, & Dauid, speciei domus diuidere spolia, id est, domus speciosa. Et D. Paulus, infælix homo qs me liberabit de corpore mortis huius? id est, de hoc mortali corpore. Sic et hic regnum cœlorũ i. cœleste. Dicitur aũt sancta ecclesia regnũ cęleste, q a cœlestib. legib. gubernatur. Atq. et quia hęc ecclesia militans est uicus quidã illius triũphantis ciuitatis. uici aũt semper a ciuitate nomen accipiũt. Vñ siqs. in uico Salmãticæ habitat, & sese Toletum, aut Hispalim conferret, ibique cuias esset rogatus, se Salmãticensem esse responderet, verum equidẽ diceret. Ideoque ecclesia militans regnũ cœleste nuncupatur, & tanquã uicus cœli cælestibus donis reficitur.

Colo. 1.
Psal. 67.
Rom. 6.

Comparansq. dominus suam sanctam ecclesiam grano sinapis, non solum significare uoluit inops, & humile initium, quo in orbe exorsa est, ex quo in tantũ deuenit augmentũ, si enim hoc solum significare vellet, potius p aliam similitudinem declararetur, sicuti p nucem, ex qua sata arbor quædam amplissima, altissimaq proficiscitur, ita ut nubes attingere uideatur, at uoluit etiam significare, quemadmodũ granum sinapis præcipuam virtutem, calorẽ que interius habet, sic præcipuum sanctæ ecclesiæ iustorumque bonum in interiori consistere, & exinde exteriora uirtutem ꝓtiumq; percipere. Ad cuius intelligentiam animaduertendum est Diuum Paulum dicere: Deus pacis sanctificet uos per omnia, vt integer spiritus uester, & anima, & corpus in aduẽtu domini nostri Iesu Christi seruetur. In quibus verbis multum inter hæc tria interesse significat, quæ differentia per ignem ad rem comburẽdam applicitum optimẽ declaratur, prius enim in ea radicari, illamq. combu rere nititur, quod postquam effecit, uires suas colligit, vt sursum purius aduolet, sicut apparet in flamma quę ad spheram suam ascendit. Sic anima corpus animat, illudq. viuificãs ei communicatur, & in hac cõicatione aliquantulum terrestris videtur existere, at, quando sursum quasi flammma tanquam corpus superans extollitur, tunc spiritus esse dicitur Itaq; quod animat, est anima, & quod animatur est corpus, & quando hæc anima corpori excellens in diuinarũ rerum contemplationem desiderium̃que erigitur, est spiritus, deprecaturque Beatus Paulus, vt hæc tria in sanctitate, ac uirtute perseuerent, vndiq; enim Dei seruum bonum esse oportet, ideo namque in diuinis literis iustus appellatur. Et sic intelligitur

Thes. 5.

A tur quod dixit Angelus Danieli. Vir desi-
Dan 9. deriorũ es Hebræa lingua adiectiuis nomi
nibus caret, loco autem illorum genitiuis
vtitur casibus, & hic genitiuus desideriorũ
loco adiectiui, desiderabilis ponitur. Itaq.
uir desideriorum idem est, quod uir deside
rabilis, talem oportet esse iustum, ut nihil
in eo, quod bonum non sit, reperiatur, sed
totus sit bonus, totus desiderabilis, cuius
nec cognitio, neque desiderium, neque ver
bum, nec opus malum sit.

Peccator autẽ totus est malus, in cogi-
tationibus, desiderijs, uerbis, & operibus,
corpore denique, & anima est improbus,
B & ita de illo loquens Iob dicit. Ossa eius
Iob. 20. implebũtur vitijs adolescẽtiæ suæ, & cum
eo in puluere dormiẽt. Denotãs in hoc ma
lum in omnibus esse malum, iniquitatem-
que in ossibus inclusam habere. Hoc est
malitiam altas in eo radices egisse Et D.
2. Pet. 2. Petrus, loquens etiã de malis dicit, oculos
habentes plenos adulterijs, & incessabilis
delicti. Significans in hoc peccatores inte
rius, & exterius malos esse, & omnia, quæ
uidẽt, desiderare. Sicut igitur malus in om
nibus vult esse malus, sic iustus in omnib.
Luc. 12. curare debet esse iustus. Quando dñs di-
xit, capilli capitis vestri omnes numerati
C sunt, significauit, nihil esse in iusto, quod
Deus permagni non æstimet, non solum
corpus, & animam, sed ungues etiam, & ca
pillos magni facit, & uestes eorum plurimi
æstimat, ideoque in omnibus eius sancti-
tatẽ oportet illucescere. Præcipiebat Deus
Num. 6 Nazaræorum capillos in sacrificium offer-
ri, quod etiam fecit, ut significaret, omnia
quæ sunt in iusto, talia esse oportere, quæ
Deo possint offerri.

Cum igitur hoc ita sit, quod corpore
anima, & spiritu homo sanctus esse debet,
quomodo dicit B Paulus, testis mihi est
Rom. 1. Deus, cui seruio in spiritu meo? In quo si-
D gnificare uidebatur se non corpore q dem
sed spiritu Deo seruire, ad hoc respondeo,
ꝙ q a præcipua pars est spiritus, iustusque
ex eo, ꝙ spiritum ad Deum per fidem,
spem, & charitatem assiduo eleuat, uenit,
ut corpus suum cum sobrietate sustineat
sanctisque exercitationibus exterius occu
petur, quia igitur hęc omnia ex spiritu pro
Rom. 6. ficiscuntur, illumque sequuntur, ideo d cit
sanctus Apostolus se spiritu Deo seruire,
etsi corpore etiam, atque anima simul, &
spiritu ei seruiat. Sic etiam intelligitur qđ

dixit. Non secundũ carnem ambulamus, A
sed secundum spiritum, idest, non caro qui
dem sed spiritus, cæteras post se potentias
trahit. Ideoque nos admonet dicens, spiri-
tu ambulate, & desideria carnis non persi Galat. 5
cietis, quasi diceret, sp ritus enim carnem
post se attrahet. Ecce quõ etsi Christiana
uita in exterioribus, interioribusque uir-
tutis operibus consistit, præcipua tamen
eius rõ in interiori consistit, q est spũs, un-
de, & exterior sanctitas procedit. Et sic
postquam spiritus sanctus dixit, omnis Psal. 44.
gloria eius filiæ regis ab intus, statim addi
dit dicens: In fimbrijs aureis circumami-
cta uarietatibus, significãs ex interiori vir- B
tute procedere, quod iustus cum fimbrijs
aureis, diuersisque coloribus uestes habeat
exornatas, per quas diuersarum uirtutum
exercitationes intelliguntur. Et quemad-
modũ ad grani sinapis uirtutem experien
dam conteri illud oportet, alioquin enim
non cognosceretur, sic etiam nisi homo diui
na sanctæ ecclesiæ mysteria crebra animi
contemplatione ruminarit, illa sicut opor
ter, non æstimabit, nec eorum essentiam
sentiet, neque in diuino amore inflamma-
bitur, cũ tamen hic sit præcipuus finis pro
pter quem instituta fuerunt, eumque ad- Simile.
hoc etiam faciendũ Deus hominẽ plasma C
uerit Potest utique coquus byssino, idest,
linteo tenuissimo sartagines, ollasq; frica-
re, byssinum autem non ad tam uile mini
sterium fuit confectum. Sic potest etiam
homo animam suam in terrestrib. contẽ-
pland. s occupare, unde prouenit, quod eo
rum amore capiatur, illa uero ad tam ui- Simile.
lem, atq; abiectam exercitationem creata
non fuit. Quemadmodum sagita ab ar-
cu demissa non in aere quidem sistit, sed
vsq; ad methodum, atque signaculum, ad
quod directa est pergit, sic etiam cogitatio
nes ab intellectu prodeuntes non in terre-
strib. reb. q̃ sunt, sistere debent, in eis aũt D
sistere, est in aere sistere. Sed ad Deum vsq;
illas tendere oportet, ipse enim finis est, in
quẽ oẽs actiones, cogitationesq. nostras di
rigere debemus. Ipse namque dicit, pone Cant. 8.
me, vt signaculum supra cor tuum.

Ex assidua Dei, diuinorumq; mysterio
rum ruminatione gustus quidam eius, ter-
restriumque rerum tædiũ, atq; execratio
homini emanat Idcirco d cit Dauid, gu-
state, & videte, quoniã suauis est dominus.
Beatus uir, q sperat in eo. Quasi diceret
omnem

omnem spem uestram in Deo locabitis, si ineffabilem ipsius suauitatē gustaueritis, omniaq; sæcularia nobis odibilia uidebūtur. Cum sāctus Ezechiel dixisset, spiritus eleuauit me, & assumpsit me, statim addidit, & abii amarus, in indignatione spiritus mei, manus enim dñi erat mecum confortans me. In quibus uerbis significauit, secum spiritus suus ad diuinarum rerum contemplationem fuisset eleuatus, illasq; gustasset, statim ea, quæ ipsi prius dulcia uidebantur, super fel amarissima indicasse. Postquam Moyses parentis suæ lac gustauit, nunquam postea aliarum mulierū ubera suxit. Et salmones marini postquam dulcem aquam gustant, illic usq; ad mortem permanent. O fratres mei si hæc, quæ nobis dico, experiri uelletis, quam ex animo uestrā uiuēdi rationem in melius mutaretis Complura refert Diuus Paulus, q̄ ad Deum conuersus obliuioni tradiderit, quæq: penitus neglexerat dicens. Ego circuncisus octaua die ex genere Israel de tribu Beniamin. Hebræus ex Hebræis secūdum legem, pharisæus secundum æmulationem persequēs ecclesiam Dei (propter quæ maximo ab Hebræis honore affici posset, eo quod conditionis suæ zelator esset acerrimus) secundum iustitiam, quæ in lege est, conuersatus sine querela. Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sū propter Christum detrimenta. Veruntamen existimaui omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi dñi mei propter quem omnia detrimētū feci, & arbitror, ut stercora, ut Christū lucrifaciam. Et paulo inferius, unum autē (inquit) quasi dicat. In hoc sermonem resumere uolo, quæ retro sunt obliuiscens, ad ea uero, quæ sunt priora extendens me ipsum ad destinatum persequor, ad brauium supernæ uocationis Dei in Christo Iesu. Ecce quomodo fatetur Diuus Paulus, se eo quod diuina mysteria, quæ in sācto Euangelio docemur, ante oculos proposuerit, cōsanguineos, honores, celebrēq; in Synagoga opinionem contempsisse, omniaq: ut stercora reputasse. Postea que nos admonet dicens, imitatores mei estote fratres, & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Idcirco hęc Beatus Paulus recensebat, ut homines ad illorum imitationem animaret. Nunc quæ ideo illa prædicamus, ut quales sumus, considerantes confundamur, atque in plurimos, qui eadem nunc faciunt, oculos conijciamus, quique nobis huius sæculi despectu, crebraq; diuinarū rerum consideratione, sublimiq; contemplatione mirificum præbent pietatis exemplum, cuiusmodi uiri nunquam in sancta Ecclesia defuerunt, neque illo unquam tempore deerant. Descendens Moyses de monte lapideas præ manibus tabulas ferēs, vidit vitulum, & choros, iratusque valde proiecit de manu tabulas, & cōfregit eas ad radicem montis, nec vero a Deo propter tabularum fractionem vsquam legitur reprehensus, magnum enim in ea latebat mysterium, præceptum est autem ei ad montis fastigium iterum ascēdere, aliasq; adaptare tabulas, in quibus Deus proprio digito suam diuinā legē scriberet. O Deus infinitę maiestatis, quare domine tu posteriores illi tabulas non præbes, sicut & priores ipsi dedisti? Quare nunc eum tantum labore præcipis fatigari? quia ad mysteriū, quod hic inest significādum sic conuenit. Ideo volo (ait dominus) tu ô Moyses tabulas conficias, & ego in illis scribā. Itaque primo homo nihil adhibuit, postremo uero tabulas posuit, in quibus Deus scripsit. In quo significatum est bis hominibus legem datam fuisse primo in monte Sinai, postremo in monte Siō, & in hac posteriori legis acceptione homines cordium suorum lapides esse paraturos, in quibus diuinus digitus, qui est spiritus paracletus esset scripturus, vel (vt clarius loquar) in lege scripturæ Deus non tam hominum cordibus dominabatur, quam in lege gratiæ dominatur. Etenim nunc crebrius homines corda sua Deo cōmittunt, atque magis spirituales sunt, quam tempore veteris legis, huiuscemodi autem hoīes vsque ad sæculi consummationem nunquā deerunt. Quod significauit Deus præcipiens secundas illas tabulas fœdere sempiterno in tabernaculo collocari. Dicite enim mihi tabulæ illæ vbi nunc sunt? iam non extant. Quomodo igitur adimpletur hoc verbum, fœdere sempiterno? Dico vmbram, atque figuram in ueritate compleri, qui sunt iusti ad uniuersalem vsque mundi consummationem in Sancta Ecclesia duraturi. De his dicit Deus per Isaiam pphetam. Populus meus, lex mea in corde eorum.

Ezec. 3. Phili. 3. Exo. 32. Isa. 51.

A Hæc est (iudicio meo) vna ex rationibus, ob quas Christus dominus ecclesiam suam grano sinapis comparauit, scilicet, ut nos erudiret quam diligenter nos mysteria, quę a sancta fide docemur oporteat ruminare, assiduæq; contemplationis den tibus conterere, ut sic in virtute proficiamus, atq; diuinis misericordijs recipiẽdis disponamur. Sic dispositus erat Dauid qñ
Psal. 118. eas a domino postulabat, & ita dicebat. Veniant mihi miserationes tuę, & uiuam, quia lex tua meditatio mea est. In quibus verbis docet Dauid, diuina mysteria crebra animi contemplatione meditanti Dei
B misericordias aduenire, quo sic in perpetuum viuat. His sanctis exercitationibus dispositi sunt credentes, totque diuina auxilia perceperunt, ut sancta ecclesia maxime creuerit, arborque cuius rami per uniuersum terrarum orbem dispersi sunt, facta sit effecta. Mirabile autem est uisu quomodo paucis ab hinc annis fideliũ numerus coarctatus est. Deusq; terras, & regna nobis sustulit, eaque ab Ethnicis possideri pmisit, nos autem adeo insensibiles existimus, vt vix hæc omnia sentiamus. Hoc quondam Hebræis accidit, quod dñs nouo quodam, insolitoq; modo per Ezechie
C lem prophetam significauit dicens ei. Fili
Ezec. 24. hominis ecce ego tollo a te desiderabile oculorum tuorum in plagam, & non planges, neque plorabis, neque fluent lachrymæ tuæ, ingemisces tacens: mortuorum luctum non facies, corona tua circumligata sit tibi, nec cibo lugentium comedas. Locutus sum ergo ad populum mane, & mortua est uxor mea uesperi. Feciq; mane sicut pcepetat mihi, & dixit ad me populus, quare nón indicas nobis qd ista significent, quæ tu facis? & dixi ad eos, sermo domini factus est ad me dicens, loquere domui Israel, hæc dicit Dñs Deus: Ecce ego polluam sanctuarium meum, su
D perbiam imperii uestri, & desiderabile oculorum vestrorum, & facietis sicut feci, ora amictu non uelabitis, & cibum lugẽtium non comedetis, coronas habebitis in capitibus uestris, non plangetis, neq; flebitis, eritq; Ezechiel uobis in portentum iuxta omnia, quæ fecit, facietis cũ uenerit istud, & scietis quia ego Dñs Deus. O quam stupẽdũ est hoc, ꝙ cum homines tot, tantaq; flagella, tamq; insignis templi euersionẽ, ac tã prꝍstantis ingentisq; urbis desolatio nem perspicerent, ne minimam, quidem lachrymã effunderent, neq; ullo dolore angerentur. Vnde illis insensibilitas tanta di manauit? Ex peccato quidem, hoc quippe illos subuertit, atq; inebriauit, ut sic quasi insensati remanerent. O quis nũc spiritu polleret, sanguineisq; lachrymis lamentari posset, id quod modo nostrismet oculis Mat. 16
perspicimus, illis enim Hebræis insensibiliores sumus. Videmus.n. in tot tantasq; angustias sanctam Ecclesiã esse redactã, vt nisi sũma ueritas dixisset. Portę inferi nõ præualebunt aduersus eã: nunc merito timere possimus ne penitus laberetur, petulãtibusq; hostium furiis subiaceret, & tã adeo lęti, hilaresq; incedimus, ac si quoti- B
die mille nationes ad orthodoxam Iesu Christi fidẽ, atq; obedientiam cõuerti audiremus Sin minus, dicite quęso, quis plorat? quis sese in angulum recipit? quis cilicio operitur? q̃s uel minimã adhibet diligentiã ad Dei iram, quæ tam crebro super nos effunditur, mitigãdam? O stupendam insensibilitatẽ, quæ uix humanis uerbis ualet explicari. Hebręis dixit Isaias, ob Isa. 29.
stupescite, & admiramini, quoniã miscuit uobis dominus spiritũ soporis, & septuaginta interpretes transtulerunt, quoniam miscuit nobis dñs compunctionem. Et Theodocion transtulit: miscuit uobis dñs C
mentis excessum. Et Aqla uertit, miscuit uobis dominus grauẽ somnum. Hæc omnia (quæ nostra est miseria) merito nunc nobis dicere possumus, adeo enim sceleribus intenditis, peruersique estis, quasi homines quorũ spiritus est infixus malitiæ, hæc est enim compũctio, & sicut ebrii qui uix unquam dormire cessant, nec sibi illata damna persentiunt.

Eia, eia fratres expergiscimini, haneque sanctæ matris Ecclesiæ destructionem, clademq; miserandam lamẽtamini, oculosq; aperite, nec sicut infælices Germani, Franci, atque Vngari decipi patiamini. Atten- D
dite D. Paulum uobis dicere, doctrinis uarijs, & peregrinis nolite abduci, optimum Heb. 13.
est enim gratia stabilire cor. Vna, & singularis est Euangelica doctrina cum lumine illustrationis, & intelligentię, quo eam sancta mater Ecclesia elucidat, & exponit, cæteræ omnes sũt peregrinæ, quibus abduci nolite. Græcique doctores adnotant uerbum illud, abduci proprie significare hinc illuc circunferri, quousque homo prolabitur,

A bitur. Et sic vult dicere D. Paulus, ne nos peruerti, & hinc illuc circunduci patiamini, sed sacto Iesu Christi Euangelio adhærete, unicũ autem, ac singulare remedium esse dicit, cor diuina gratia stabiliri, illam per ueram peccatorum pœnitentiam adipisci curando. Et cũ hac stabili perseuerantia diuina i hoc sęculo gratia fulti cęlestē in futuro gloriam consequentur, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

IN EADEM DOMINICA VI. post Epiphaniam.

B

Concio Secunda.

Simile est regnum calorũ grano synapis, quod accipiēs homo, seminauit in agro suo, &c. Mat. 13.

Esa. 2. VT sanctus propheta Esaias pacis abundantiam, quæ in aduentũ Dñi nostri Iesu Christi, in mundo futura erat, exaggeraret, dixit, & cõflabũt gladios suos i uomeres. Hoc est, tãta pacis C vigebit abundantia, vt cũ non opus sit, gladiis, illos i uomeres, atq; ligones ad agros excolẽdos conuertant. Simulque hic spũs sãctus modũ significauit, quo humana corda excoli debent, ut bonorum operũ fructum ferant. Nam per gladium limata, & 1. Co. 2. subtilia uerba intelliguntur, per uomeres autem plana significantur. quæ plusquam perpoliti, ac subtiles sermones ædificant. Ideoq; gladios in uomeres conuerti oportet sicut faciebat B. Paulus, qđ ipse affirmat dicẽs, sermo meus, & prædicatio mea Simile. non in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis, sed in ostensione spũs, & uirtutis, D ut fides uestra non sit in sapientia hominum, sed in uirtute Dei. Et queadmodũ, siquis gladio agrum uellet arare, minime quidem efficeret sulcum, nihilq; prodesset, non enim terra bene rupta, & disposita ad fructum ferendum maneret, quia non nisi uomere, aut ligone bene colitur, sic subtilis perpolitisque verbis referta prędicatio, satis parum emolumenti afferre consuescit, humilis autem planisque uerbis exposita cõcio utilior eē solet, cordaq; melius dissecat, atq; disrumpit. Hunc do-

cendi modum nos summus prædicatorũ A Magister Iesus Christus filius Dei erudiuit per parabolas, ac similitudines clarissimas & ab his rebus ductas, quas passim manibus cõtrectamus, verbisq; simplicissimis, ac omni inani rethorica denudatis explicitas prædicans, quod in hodierna sancti Euangelij lectione, atque in toto sanctissimæ prædicationis eius discursu apparet. Hoc autum faciebat, ut suam cęlestem doctrinam in hominum cordibus magis imprimeret, & etiam, quia ea quæ prædicabat, infallibilis ueritas erant, ueritas autẽ quomodocunq; dicatur, sufficit, ideoq; ethnici, philosophi, atq; rethores exquisitissimis, subtilissimisq; sermonibus utebantur, ut ea, quæ dicere uolebant, hominib. B persuaderent, erant enim mẽdacia, quibus uti fides adhibeat, subtilibus uerbis oportet exornari, quibus non indiget ueritas. Mulier deformis, ut deformitatem suam operiat, fucis se curat exornare, quæ uero pulchra, candida, & rubicunda est, maximam pulchritudini suæ inferret iniuriã, si his artificijs vteretur. Quia uero Euãgelica doctrina ex se pulcherrima est, artificiis, uanisque rethoricæ elocutionib. non Gala. 9. indiget, iniuriamq; sancto Euangelio infert qui illud uanis elocutionibus, subtilibusque phrasibus, quib. inanes homines Simile. suas prophanas, atque inhonestas scripturas componere consuescunt, exornare conatur C O quantum est in his infœlicib. tẽporibus circa hoc lachrymandum, cum plerique concionatores in concionibus suis non tam diuinam virtutem, quam sermonis sui eloquentiam conantur ostendere, cupientes eloquentes, acutissimiq; sermonis homines æstimari. Et sic homines mõdici spiritus dementatos, & quasi ueneficiis deuinctos post se ferunt, ij enim ad eorum conciones tanquam ad inanem ali- Simile. quam comædiam audiendã humanæ tantum voluptatis, atq; oblectationis causa se conferunt. O perniciosissimam pestem, D quę sanctę Dei ecclesiæ tãtum officis. Si hostes ad hanc urbem expugnãdum accederent, ij autem quibus illius protegendæ cura incũbit, cũ fortissima, & grauissima tela in eos immittere deberent, flores ex membus inijcerent, quomodo aduersarijs aditum impedirent? O atroces reipublicæ uestræ subuersores, qui sic hostes illam desolaturos ingredi sinitis. O quam ad, ...

A Hæc est (iudicio meo) vna ex rationibus, ob quas Christus dominus ecclesiam suam grano sinapis comparauit, scilicet, ut nos erudiret quam diligenter nos mysteria, quę a sancta fide docemur oporteat ruminare, assiduæq; contemplationis dentibus conterere, ut sic in virtute proficiamus, atq; diuinis misericordijs recipiẽdis disponamur. Sic dispositus erat Dauid qñ eas a domino postulabat, & ita dicebat.

Psal. 118. Veniant mihi miserationes tuę, & uiuam, quia lex tua meditatio mea est. In quibus verbis docet Dauid, diuina mysteria crebra animi contemplatione meditanti Dei

B misericordias aduenire, quo sic in perpetuum viuat. His sanctis exercitationibus dispositi sunt credentes, totque diuina auxilia perceperunt, ut sancta ecclesia maxime creuerit, arborque cuius rami per uniuersum terrarum orbem dispersi sunt, facta est effecta. Mirabile autem est uisu quomodo paucis ab hinc annis fideliũ numerus coarctatus est. Deusq; terras, & regna nobis sustulit, eaque ab Ethnicis possideri pmisit, nos autem adeo insensibiles existimus, vt vix hæc omnia sentiamus. Hoc quondam Hebræis accidit, quod dñs nouo quodam, insolitoq; modo per Ezechielem prophetam significauit dicens ei. Fili

C

Eze. 24. hominis ecce ego tollo a te desiderabile oculorum tuorum in plagam, & non planges, neque plorabis, neque fluent lachrymæ tuæ, ingemisces tacens: mortuorum luctum non facies, corona tua circumligata sit tibi, nec cibo lugentium comedas. Locutus sum ergo ad populum mane, & mortua est uxor mea uesperi. Feciq; mane sicut pceperat mihi, & dixit ad me populus, quare nón indicas nobis qd ista significent, quæ tu facis? & dixi ad eos, sermo domini factus est ad me dicens, loquere domui Israel, hæc dicit Dñs Deus:

D Ecce ego polluam sanctuarium meum, superbiam imperii uestri, & desiderabile oculorum vestrorum, & facietis sicut feci, ora amictu non uelabitis, & cibum lugẽtium non comedetis, coronas habebitis in capitibus uestris, non plangetis, neq; flebitis, eritq; Ezechiel uobis in portentum iuxta omnia, quæ fecit, facietis cũ uenerit istud, & scietis quia ego Dñs Deus. O quam stupẽdũ est hoc, ꝙ cum homines tot, tantaq; flagella, tamq; insignis templi euersionẽ, ac tã pręstantis ingentisq; urbis desolatio nem perspicerent, ne minimam quidem lachrymã effunderent, neq; ullo dolore angerentur. Vnde illis insensibilitas tanta dimanauit? Ex peccato quidem, hoc quippe illos subuertit, atq; inebriauit, ut sic quasi insensati remanerent. O quis nũc spiritu polleret, sanguineisq; lachrymis lamentari posset, id quod modo nostri smet oculis

Mat. 16 perspicimus, illis enim Hebræis insensibiliores sumus. Videmus.n.in tot tantasq; angustias sanctam Ecclesiã esse redactã, vt, nisi sũma ueritas dixisset. Portę inferi nõ præualebunt aduersus eã: nunc merito timere possimus ne penitus laberetur, petulãtibusq; hostium furiis subiaceret, & tñ adeo lęti, hilaresq; incedimus, ac si quotidie mille nationes ad orthodoxam Iesu Christi fidẽ, atq; obedientiam cõuerti audiremus Sin minus, dicite quęso, quis plorat? quis sese in angulum recipit? quis cilicio operitur? q̃s uel minimã adhibet diligentiã ad Dei iram, quæ tam crebro super nos effunditur, mitigãdam? O stupendam insensibilitatẽ, quæ uix humanis uerbis ualet explicari. Hebręis dixit Isaias, ob

Isa. 29. stupescite, & admiramini, quoniã miscuit uobis dominus spiritũ soporis, & septuaginta interpretes transtulerunt, quoniam miscuit uobis dñs compunctionem. Et Theodocion transtulit: miscuit uobis dñs mentis excessum. Et Aqla uertit, miscuit uobis dominus graue somnum. Hæc omnia (quæ nostra est miseria) merito nunc uobis dicere possumus, adeo enim sceleribus intenditis, peruersique estis, quasi homines quorũ spiritus est infixus malitiæ, hæc est enim compũctio, & sicut ebrii qui uix unquam dormire cessant, nec sibi illata damna persentiunt.

Eia, eia fratres expergiscimini, hancque sanctæ matris Ecclesiæ destructionem, clademq; miserandam lamẽtamini, oculosq; aperite, nec sicut infælices Germani, Franci, atque Vngari decipi patiamini. Attendite D. Paulum uobis dicere, doctrinis

Heb. 13. uarijs, & peregrinis nolite abduci, optimum est enim gratia stabilire cor. Vna, & singularis est Euangelica doctrina cum lumine illustrationis, & intelligentię, quo eam sancta mater Ecclesia elucidat, & exponit, cœteræ omnes sũt peregrinæ, quibus abduci nolite. Græcique doctores adnotant uerbum illud, abduci proprie significare hinc illuc circunferri, quousque homo prolabitur,

A bitur. Et sic vult dicere D. Paulus, ne nos peruerti,& hinc illuc circunduci patiamini,sed sãcto Iesu Christi Euangelio adhærere,unicũ autem, ac singulare remedium esse dicit,cor diuina gratia stabiliri,illam per ueram peccatorum pœnitentiam adipisci curando. Et cũ hac stabili perseuerantia diuina i hoc sęculo gratia fulti cęlestẽ in futuro gloriam consequentur,ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

IN EADEM DOMINICA VI. post Epiphaniam.

B

Concio Secunda.

Simile est regnum calorũ grano synapis,quod accipiẽs homo,seminauit in agro suo,&c. Mat. 13.

Esa. 2. VT sanctus propheta Esaias pacis abundantiam, quæ in aduentũ Dñi nostri Iesu Christi, in mundo futura erat, exaggeraret,dixit, & cõflabũt gladios suos i uomeres. Hoc est.tãta pacis C vigebit abundantia,vt cũ non opus sit,gladiis,illos i uomeres, atq; ligones ad agros excolẽdos conuertant. Simulque hic spũs sãctus modũ significauit,quo humana corda excoli debent, ut bonorum operũ fructum ferant. Nam per gladium limata, & 1. Co. 2. subtilia uerba intelliguntur, per uomeres autem plana significantur.quæ plusquam perpoliti,ac subtiles sermones ædificant. Ideoq; gladios in uomeres conuerti oportet sicut faciebat B. Paulus, qđ ipse affirmat dicẽs,sermo meus,& prædicatio mea Simile. non in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis,sed in ostensione spũs,& uirtutis, D ut fides uestra non sit in sapientia hominum,sed in uirtute Dei. Et queadmodũ, siquis gladio agrum uellet arare,minimũ quidem efficeret sulcum, nihilq; prodesset, non enim terra bene rupta, & disposita ad fructum ferendum maneret, quia non nisi uomere,aut ligone bene colitur, sic subtilis perpolitisque verbis referta prędicatio, satis parum emolumenti afferre consuescit,humilis autem planisque uerbis exposita cõcio utilior eẽ solet,cordaq; melius dissecat,atq; disrumpit. Hunc docendi modum nos summus prædicatorũ A Magister IesusChristus filius Dei erudiuit per parabolas,ac similitudines clarissimas & ab his rebus ductas, quas passim manibus cõtrectamus, verbisq; simplicissimis, ac omni inani rethorica denudatis explicitas prædicans, quod in hodierna sancti Euangelij lectione,atque in toto sanctissimæ prædicationis eius discursu apparet. Hoc autum faciebat,ut suam cęlestem doctrinam in hominum cordibus magis imprimeret,& etiam, quia ea quæ prædicabat, infallibilis ueritas erant, ueritas autẽ quomodocunq; dicatur,sufficit,ideoq; ethnici,philosophi,atq; rethores exquisitissimis,subtilissimisq; sermonibus utebantur, ut ea,quæ dicere uolebant, hominib. B persuaderent,erant enim mẽdacia, quibus uti fides adhibeat, subtilibus uerbis oportet exornari, quibus non indiget ueritas, Mulier deformis, ut deformitatem suam operiat, fucis se curat exornare, quæ uero pulchra, candida,& rubicunda est, maximam pulchritudini suæ inferret iniuriã, si his artificijs vteretur. Quia uero Euãgelica doctrina ex se pulcherrima est, artificijs,uanisque rethoricæ elocutionib. non Gala. 9. indiget,iniuriamq; sancto Euangelio infert qui illud uanis elocutionibus, subtilibusque phrasibus, quib. inanes homines Simile. C suas prophanas,atque inhonestas scripturas componere consuescunt,exornare conatur O quantum est in his infœlicib. tẽporibus circa hoc lachrymandum, cum plerique concionatores in concionibus suis non tam diuinam virtutem,quam sermonis sui eloquentiam conantur ostendere, cupientes eloquentes, acutissimiq; sermonis homines æstimari. Et sic homines mũdi spiritus dementatos, & quasi ueneficiis deuinctos post se ferunt,ij enim adeo Simile. rum conciones tanquam ad inanem aliquam comœdiam audiendã humanæ tantum voluptatis, atq; oblectationis causa sese conferunt. O perniciosissimam pestem, D quę sanctę Dei ecclesiæ tãtum officis. Si hostes ad hanc urbem expugnãdum accederent, ij autem quibus illius protegendæ cura incũbit,cũ fortissima, & grauissima tela in eos immittere deberent, flores e membus injicerent,quomodo aduersarijs aditum impedirent? O atroces reipublicæ uestræ subuersores, qui sic hostes illam desolaturos ingredi finitis. O quam ad-

A Hæc est (iudicio meo) vna ex rationibus, ob quas Christus dominus ecclesiam suam grano sinapis comparauit, scilicet, ut nos erudiret quam diligenter nos mysteria, quę a sancta fide docemur oporteat ruminare, assiduæq; contemplationis dentibus conterere, ut sic in virtute proficiamus, atq; diuinis misericordijs recipiẽdis disponamur. Sic dispositus erat Dauid qñ eas a domino postulabat, & ita dicebat. Ps. 118. Veniant mihi miserationes tuę, & uiuam, quia lex tua meditatio mea est. In quibus verbis docet Dauid, diuina mysteria crebra animi contemplatione meditanti Dei B misericordias aduenire, quo sic in perpetuum viuat. His sanctis exercitationibus dispositi sunt credentes, totque diuina auxilia perceperunt, ut sancta ecclesia maxime creuerit, arborque cuius rami per universum terrarum orbem dispersi sunt, fuerit effecta. Mirabile autem est uisu quomodo paucis ab hinc annis fideliũ numerus coarctatus est. Deusq; terras, & regna nobis sustulit, eaque ab Ethnicis possideri ꝑmisit, nos autem adeo insensibiles existimus, vt vix hæc omnia sentiamus. Hoc quondam Hebræis accidit, quod dñs nouo quodam, insolitoq; modo per Ezechie C lem prophetam significauit dicens ei. Fili Eze. 24. hominis ecce ego tollo a te desiderabile oculorum tuorum in plagam, & non planges, neque plorabis, neque fluent lachrymæ tuæ, ingemisces tacens: mortuorum luctum non facies, corona tua circumligata sit tibi, nec cibo lugentium comedas. Locutus sum ergo ad populum mane, & mortua est uxor mea uesperi. Feciq; mane sicut ꝑceperat mihi, & dixit ad me populus, quare nón indicas nobis qd ista significent, quæ tu facis? & dixi ad eos, sermo domini factus est ad me dicens, loquere domui Israel, hæc dicit Dñs Deus: D Ecce ego polluam sanctuarium meum, superbiam imperii uestri, & desiderabile oculorum vestrorum, & facietis sicut feci, ora amictu non uelabitis, & cibum lugẽtium non comedetis; coronas habebitis in capitibus uestris, non plangetis, neq; flebitis, eritq; Ezechiel uobis in portentum iuxta omnia, quæ fecit, facietis cũ uenerit istud, & scietis quia ego Dñs Deus. O quam stupẽdũ est hoc, ꝙ cum homines tot, tantaq; flagella, tamq; insignis templi euersionẽ, ac tã pręstantis ingentisq; urbis desolatio nem perspicerent, ne minimam, quidem lachrymã effunderent, neq; ullo dolore angerentur. Vnde illis insensibilitas tanta dimanauit? Ex peccato quidem, hoc quippe illos subuertit, atq; inebriauit, ut sic quasi insensati remanerent. O quis nũc spiritu polleret, sanguineisq; lachrymis lamentari posset, id quod modo nostrismet oculis Mat. 16 perspicimus, illis enim Hebræis insensibiliores sumus. Videmus.n. in tot tantasq; angustias sanctam Ecclesiã esse redactã, vt, nisi sũma ueritas dixisset. Portę inferi nõ prævalebunt aduersus eã: nunc merito timere possimus ne penitus laberetur, petulãtibusq; hostium furiis subiaceret, & tã adeo lęti, hilaresq; incedimus, ac si quotidie mille nationes ad orthodoxam Iesu B Christi fidẽ, atq; obedientiam cõuerti audiremus. Sin minus, dicite quęso, quis plorat? quis sese in angulum recipit? quis cilicio operitur? ꝗs uel minimã adhibet diligentiã ad Dei iram, quæ tam crebro super nos effunditur, mitigãdam? O stupendam insensibilitatẽ, quæ uix humanis uerbis ualet explicari. Hebręis dixit Isaias, ob Isa. 29. stupescite, & admiramini, quoniã miscuit uobis dominus spiritũ soporis, & septuaginta interpretes transtulerunt, quoniam miscuit uobis dñs compunctionem. Et Theodocion transtulit: miscuit uobis dñs C mentis excessum. Et Aqla uertit, miscuit uobis dominus grauẽ somnum. Hæc omnia (quæ nostra est miseria) merito nunc uobis dicere possumus, adeo enim sceleribus intenditis, peruersique estis, quasi homines quorũ spiritus est infixus malitiæ, hæc est enim compũctio, & sicut ebrii qui uix unquam dormire cessant, nec sibi illata damna persentiunt.

Eia, eia fratres expergiscimini, hancque sanctæ matris Ecclesiæ destructionem, clademq; miserandam lamẽtamini, oculosq; aperite, nec sicut infælices Germani, Franci, atque Vngari decipi patiamini. Atten- D dite D. Paulum uobis dicere, doctrinis uariis, & peregrinis nolite abduci, optimum Heb. 13. est enim gratia stabilire cor. Vna, & singularis est Euangelica doctrina cum lumine illustrationis, & intelligentię, quo eam sancta mater Ecclesia elucidat, & exponit, cæteræ omnes sũt peregrinæ, quibus abduci nolite. Græcique doctores adnotant uerbum illud, abduci proprie significare hinc illuc circunferri, quousque homo prolabitur,

A bitur. Et sic vult dicere D. Paulus, ne nos peruerti, & hinc illuc circundue i patiamini, sed sacto Iesu Christi Euangelio adhærere, unicũ autem, ac singulare remedium esse dicit, cor diuina gratia stabiliri, illam per ueram peccatorum pœnitentiam adipisci curando. Et cũ hac stabili perseuerantia diuina i hoc seculo gratia fulti cœlestẽ in futuro gloriam consequentur, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

IN EADEM DOMINICA VI. post Epiphaniam.

B

Concio Secunda.

Simile est regnum cælorũ grano synapis, quod accipiẽs, homo, seminauit in agro suo, &c. Mat. 13.

Esa. 2. VT sanctus propheta Esaias pacis abundantiam, quæ in aduentũ Dñi nostri Iesu Christi, in mundo futura erat, exaggeraret, dixit, & cõflabũt gladios suos i uomeres. Hoc est. tãta pacis C vigebit abundantia, vt cũ non opus sit, gladiis, illos i uomeres, atq; ligones ad agros excolẽdos conuertant. Simulque hic spũs sãctus modũ significauit, quo humana corda excoli debent, ut bonorum operũ fructum ferant. Nam per gladium limata, &
1. Co. 2. subtilia uerba intelliguntur, per uomeres autem plana significantur. quæ plusquam perpoliti, ac subtiles sermones ædificant. Ideoq; gladios in uomeres conuerti oportet sicut faciebat B. Paulus, qd ipse affirmat dicẽs, sermo meus, & prædicatio mea
Simile. non in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis, sed in ostensione spũs, & uirtutis,
D ut fides uestra non sit in sapientia hominum, sed in uirtute Dei. Et queadmodũ, siquis gladio agrum uellet arare, minimũ quidem efficeret sulcum, nihilq; prodesset, non enim terra bene rupta, & disposita ad fructum ferendum maneret, quia non nisi uomere, aut ligone bene colitur, sic subtilis perpolitisque verbis referta prędicatio, satis parum emolumenti afferre consueuit, humilis autem planisque uerbis exposita cõcio utilior eẽ solet, cordaq; melius dissecat, atq; disrumpit. Hunc docendi modum nos summus prædicatorũ A Magister Iesus Christus filius Dei erudiuit per parabolas, ac similitudines clarissimas & ab his rebus ductas, quas passim manibus cõtrectamus, verbisq; simplicissimis, ac omni inani rethorica denudatis explicitas prædicans, quod in hodierna sancti Euangelij lectione, atque in toto sanctissimæ prædicationis eius discursu apparet. Hoc autem faciebat, ut suam cœlestem doctrinam in hominum cordibus magis imprimeret, & etiam, quia ea quæ prædicabat, infallibilis ueritas erant, ueritas autẽ quomodocunq; dicatur, sufficit, ideoq; ethnici, philosophi, atq; rethores exquisitissimis, subtilissimisq; sermonibus utebantur, ut ea, quæ dicere uolebant, hominib. B persuaderent, erant enim mẽdacia, quibus uti fides adhibeat, subtilibus uerbis oportet exornari, quibus non indiget ueritas, Mulier deformis, ut deformitatem suam operiat, fucis se curat exornare, quæ uero pulchra, candida, & rubicunda est, maximam pulchritudini suæ inferret iniuriã, si his artificijs vteretur. Quia uero Euãgelica doctrina ex se pulcherrima est, artificijs, nanisque rethoricæ elocutionib. non Gala. 5. indiget, iniuriamq; sancto Euangelio infert qui illud uanis elocutionibus, subtilibusque phrasibus, quib. inanes homines Simile. C suas prophanas, atque inhonestas scripturas componere consuescunt, exornare conatur O quantum est in his infœlicib. tẽporibus circa hoc lachrymandum, cum pleriq; concionatores in concionibus suis non tam diuinam virtutem, quam sermonis sui eloquentiam conantur ostendere, cupientes eloquentes, acutissimiq; sermonis homines æstimari. Et sic homines mũdi spiritus dementatos, & quasi ueneficiis deuinctos post se ferunt, ij enim ad eo Simile. rum conciones tanquam ad inanem aliquam comœdiam audiendã humanæ tantum voluptatis, atq; oblectationis causa seconferunt. O perniciosissimam pestem, D quę sanctę Dei ecclesiæ tãtum officis. Si hostes ad hanc urbem expugnãdum accederent, ij autem quibus illius protegendæ cura incũbit, cũ fortissima, & grauissima tela in eos immittere deberent, flores ex membus inijcerent, quomodo aduersalis aditum impedirent? O atroces reipublicæ uestræ subuersores, qui sic hostes illam desolaturos ingredi finitis. O quam ad, ij

A Hæc est (iudicio meo) vna ex rationibus, ob quas Christus dominus ecclesiam suam grano sinapis c omparauit, scilicet, ut nos erudiret quam diligenter nos mysteria, quę a sancta fide docemur oporteat ruminare, assiduæq; contemplationis dentibus conterere, ut sic in virtute proficiamus, atq; diuinis misericordijs recipiẽdis disponamur. Sic dispositus erat Dauid qñ
Ps. 118. eas a domino postulabat, & ita dicebat. Veniant mihi miserationes tuę, & uiuam, quia lex tua meditatio mea est. In quibus verbis docet Dauid, diuina mysteria crebra animi contemplatione meditanti Dei
B misericordias aduenire, quo sic in perpetuum viuat. His sanctis exercitationibus dispositi sunt credentes, totque diuina auxilia perceperunt, ut sancta ecclesia maxime creuerit, arborque cuius rami per uniuersum terrarum orbem dispersi sunt, fuerit effecta. Mirabile autem est uisu quomodo paucis ab hinc annis fideliũ numerus coarctatus est. Deusq; terras, & regna nobis sustulit, eaque ab Ethnicis possideri pmisit, nos autem adeo insensibiles existimus, vt vix hæc omnia sentiamus. Hoc quondam Hebræis accidit, quod dñs nouo quodam, insolitoq; modo per Ezechie
C lem prophetam significauit dicens ei. Fili
Eze. 24. hominis ecce ego tollo a te desiderabile oculorum tuorum in plagam, & non planges, neque plorabis, neque fluent lachrymæ tuæ, ingemisces tacens: mortuorum luctum non facies, corona tua circumligata sit tibi, nec cibo lugentium comedas. Locutus sum ergo ad populum mane, & mortua est uxor mea uesperi. Feciq; mane sicut pceperat mihi, & dixit ad me populus, quare nón indicas nobis q̃d ista significent, quæ tu facis? & dixi ad eos, sermo domini factus est ad me dicens, loquere domui Israel, hæc dicit Dñs Deus:
D Ecce ego polluam sanctuarium meum, superbiam imperii uestri, & desiderabile oculorum vestrorum, & facietis sicut feci, ora amictu non uelabitis, & cibum lugẽtium non comedetis, coronas habebitis in capitibus uestris, non plangetis, neq; flebitis, eritq; Ezechiel uobis in portentum iuxta omnia, quæ fecit, facietis cũ uenerit istud, & scietis quia ego Dñs Deus. O quam stupẽdũ est hoc, ꝙ cum homines tot, tantaq; flagella, tamq; insignis templi euersionẽ, ac tã prẽstantis ingentisq; urbis desolatio nem perspicerent, ne minimam, quidem lachrymã effunderent, neq; ullo dolore angerentur. Vnde illis insensibilitas tanta di manauit? Ex peccato quidem, hoc quippe illos subuertit, atq; inebriauit, ut sic quasi insensati remanerent. O quis nũc spiritu polleret, sanguineisq; lachrymis lamentari posset, id quod modo nostrismet oculis Mat. 16
perspicimus, illis enim Hebræis insensibiliores sumus. Videmus.n. in tot tantasq; angustias sanctam Ecclesiã esse redactã, vt, nisi sũma ueritas dixisset. Portę inferi nõ præualebunt aduersus eã: nunc merito timere possimus ne penitus laberetur, petulãtibusq; hostium furiis subiaceret, & tñ
adeo lęti, hilaresq; incedimus, ac si quotidie mille nationes ad orthodoxam Iesu B
Christi fidẽ, atq; obedientiam cõuerti audiremus Sin minus, dicite quęso, quis plorat? quis sesein angulum recipit? quis cilicio operitur? q̃s uel minimã adhibet diligentiã ad Dei iram, quæ tam crebro super nos effunditur, mitigãdam? O stupendam insensibilitatẽ, quæ uix humanis uerbis ualet explicari. Hebręis dixit Isaias, ob Isa. 29.
stupescite, & admiramini, quoniã miscuit uobis dominus spiritũ soporis, & septuaginta interpretes transtulerunt, quoniam miscuit uobis dñs compunctionem. Et Theodocion transtulit: miscuit uobis dñs C
mentis excessum. Et Aq̃la uertit, miscuit uobis dominus graue somnum. Hæc omnia (quæ nostra est miseria) merito nunc uobis dicere possumus, adeo enim sceleribus induratis, peruersique estis, quasi homines quorũ spiritus est infixus malitiæ, hæc est enim compũctio, & sicut ebrii qui uix unquam dormire cessant, nec sibi illa ta damna persentiunt.

Eia, eia fratres expergiscimini, hancque sanctæ matris Ecclesiæ destructionem, clademq; miserandam lamẽtamini, oculosq; aperite, nec sicut infælices Germani, Franci, atque Vngari decipi patiamini. Atten- D
dite D. Paulum uobis dicere, doctrinis uarijs, & peregrinis nolite abduci, optimum Heb. 13.
est enim gratia stabilire cor. Vna, & singularis est Euangelica doctrina cum lumine illustrationis, & intelligentię, quo eam sancta mater Ecclesia elucidat, & exponit, cœteræ omnes sũt peregrinæ, quibus abduci nolite. Græcique doctores adnotant uerbum illud, abduci proprie significare hinc illuc circunferri, quousque homo prolabitur,

A bitur. Et sic vult dicere D. Paulus, ne nos perverti, & hinc illuc circundue: patiamini, sed sãcto Iesu Christi Euangelio adhærere, unicũ autem, ac singulare remedium esse dicit, cor diuina gratia stabiliri, illam per ueram peccatorum pœnitentiam adipisci curando. Et cũ hac stabili perseuerantia diuina ĩ hoc seculo gratia fulti celestẽ in futuro gloriam consequentur, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

IN EADEM DOMINICA VI. post Epiphaniam.

B

Concio Secunda.

Simile est regnum cælorũ grano synapis, quod accipiẽs homo, seminauit in agro suo, &c. Mat. 13.

Esa. 2. ET sanctus propheta Esaias pacis abundantiam, quæ in aduentũ Dñi nostri Iesu Christi, in mundo futura erat, exaggerarer, dixit, & cõflabũt gladios suos ĩ uomeres. Hoc est, tãta pacis C vigebit abundantia, vt eũ non opus sit, gladiis, illos ĩ uomeres, atq; ligones ad agros excolẽdos conuertant. Simulque hic spũs sãctus modũ significauit, quo humana corda excoli debeat, ut bonorum operũ fructum ferant. Nam per gladium limata, & 1. Co. 2. subtilia uerba intelliguntur, per uomeres autem plana significantur, quæ plusquam perpoliti, ac subtiles sermones ædificant. Ideoq; gladios in uomeres conuerti oportet sicut faciebat B. Paulus, qd ipse affirmat dicẽs, sermo meus, & prædicatio mea Simile. non in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis, sed in ostensione spũs, & uirtutis, D ut fides uestra non sit in sapientia hominum, sed in uirtute Dei. Et queadmodũ, siquis gladio agrum nellet arare, minimũ quidem efficeret sulcum, nihilq; prodesset, non enim terra bene rupta, & disposita ad fructum ferendum maneret, quia non nisi uomere, aut ligone bene colitur, sic subtilis perpolitisque verbis referta prædicatio, satis parum emolumenti afferre consuescit, humilis autem planisque uerbis exposita cõcio utilior eẽ solet, cordaq; melius dissecat, atq; disrumpit. Hunc docendi modum nos summus prædicatorũ A Magister Iesus Christus filius Dei erudiuit per parabolas, ac similitudines clarissimas & ab his rebus ductas, quas passim manibus cõtrectamus, verbisq; simplicissimis, ac omni inani rethorica denudatis explicitas prædicans, quod in hodierna sancti Euangelij lectione, atque in toto sanctissimæ prædicationis eius discursu apparet. Hoc autum faciebat, ut suam celestem doctrinam in hominum cordibus magis imprimeret, & etiam, quia ea quæ prædicabat, infallibilis ueritas erant, ueritas autẽ quomodocunq; dicatur, sufficit, ideoq; ethnici, philosophi, atq; rethores exq̃sitissimis, subtilissimisq; sermonibus utebantur, ut ea, quæ dicere uolebant, hominibus persuaderent, erant enim mẽdacia, quibus ut fides adhibeat, subtilibus uerbis oportet exornari, quibus non indiget ueritas. B Mulier deformis, ut deformitatem suam operiat, fucis se curat exornare, quæ uero pulchra, candida, & rubicunda est, maximam pulchritudini suæ inferret iniuriã, si his artificijs vteretur. Quia uero Euãgelica doctrina ex se pulcherrima est, artificijs, uanisque rethoricæ elocutionib. non indiget, iniuriamq; sancto Euangelio infert qui illud uanis elocutionibus, subtilibusque phrasibus, quib. inanes homines suas prophanas, atque inhonestas scripturas componere consueuerunt, exornare conatur. O quantum est in his infœlicib. tẽporibus circa hoc lachrymandum, cum pleriq; concionatores in concionibus suis non tam diuinam virtutem, quam sermonis sui eloquentiam conantur ostendere, cupientes eloquentes, acutissimiq; sermonis homines æstimari. Et sic homines mõdici spiritus dementatos, & quasi uenesicijs deuinctos post se ferunt, ij enim ad eorum conciones tanquam ad inanem aliquam comœdiam audiendã humanæ tantum voluptatis, atq; oblectationis causa sesconferunt. O perniciosissimam pestem, quę sanctę Dei ecclesiæ tãtum officis. Si hostes ad hanc urbem expugnãdum accederent, ij autem quibus illius protegendæ cura incũbit, cũ fortissima, & grauissima tela in eos immittere deberent, flores ex membris inijcerent, quomodo aduersariis aditum impedirent? O atroces reipublicæ uestræ subuersores, qui sic hostes illam desolaturos ingrẽdi finitis. O quam ad...

Gala. 5.

Simile.

C

Simile.

D

A tur quod dixit Angelus Danieli. Vir desi-
Dan 9. deriorũ es Hebræa lingua adiectiuis nomi
nibus caret, loco autem illorum genitiuis
vtitur casibus, & hic genitiuus desideriorũ
loco adiectiui, desiderabilis ponitur. Itaq.
uir desideriorum idem est, quod uir deside
rabilis, talem oportet esse iustum, ut nihil
in eo, quod bonum non sit, reperiatur, sed
totus sit bonus, totus desiderabilis, cuius
nec cognitio, neque desiderium, neque ver
bum, nec opus malum sit.

Peccator autẽ totus est malus, in cogi-
tationibus, desiderijs, uerbis, & operibus,
corpore denique, & anima est improbus,
B & ita de illo loquens Iob dicit. Ossa eius
Iob. 20. implebũtur vitijs adolescẽtiæ suæ, & cum
eo in puluere dormiẽt. Denotãs in hoc ma
lum in omnibus esse malum, iniquitatem-
que in ossibus inclusam habere. Hoc est
malitiam altas in eo radices egisse Et D.
2. Pet. 2. Petrus, loquens etiã de malis dicit, oculos
habentes plenos adulterijs, & incessabilis
delicti. Significans in hoc peccatores inte
rius, & exterius malos esse, & omnia, quæ
uidẽt, desiderare. Sicut igitur malus in om
nibus vult esse malus, sic iustus in omnib.
Luc. 12. curare debet esse iustus. Quando dñs di-
xit, capilli capitis vestri omnes numerati
C sunt, significauit, nihil esse in iusto, quod
Deus permagni non æstimet, non solum
corpus, & animam, sed ungues etiam, & ca
pillos magni facit, & uestes eorum plurimi
æstimat, ideoque in omnibus eius sancti-
tatẽ oportet illucescere. Præcipiebat Deus
Num. 6 Nazaræorum capillos in sacrificium offer-
ri, quod etiam fecit, ut significaret, omnia
quæ sunt in iusto, talia esse oportere, quæ
Deo possint offerri.

Cum igitur hoc ita sit, quod corpore
anima, & spiritu homo sanctus esse debet,
quomodo dicit B Paulus, testis mihi est
Rom. 1. Deus, cui seruio in spiritu meo? In quo si-
D gnificare uidebatur se non corpore q dem
sed spiritu Deo seruire, ad hoc respondeo,
φ q a præcipua pars est spiritus, iustusque
ex eo, φ spiritum ad Deum per fidem,
spem, & charitatem assiduo eleuat, uenit,
ut corpus suum cum sobrietate sustineat
sanctisque exercitationibus exterius occu
petur, quia igitur hęc omnia ex spiritu pro
Rom. 6. ficiscuntur, illumque sequuntur, ideo d cit
sanctus Apostolus se spiritu Deo seruire,
etsi corpore etiam, atque anima simul, &
spiritu ei seruiat. Sic etiam intelligitur qđ

dixit. Non secundũ carnem ambulamus, A
sed secundum spiritum, idest, non caro qui
dem sed spiritus, cæteras post se potentias
trahit. Ideoque nos admonet dicens, spiri-
tu ambulate, & desideria carnis non perfi Galat. 5
cietis, quasi diceret, spiritus enim carnem
post se attrahet. Ecce quõ etsi Christiana
uita in exterioribus, interioribusque uir-
tutis operibus consistit, præcipua tamen
eius iõ in interiori consistit, q est spũs, un-
de, & exterior sanctitas procedit. Et sic
postquam spiritus sanctus dixit, omnis Psal. 44.
gloria eius filiæ regis ab intus, statim addi
dit dicens: In fimbrijs aureis circumami-
cta uarietatibus, significãs ex interiori vir- B
tute procedere, quod iustus cum fimbrijs
aureis, diuersisque coloribus uestes habeat
exornatas, per quas diuersarum uirtutum
exercitationes intelliguntur. Et quemad-
modũ ad grani sinapis uirtutem experien
dam conteri illud oportet, alioquin enim
non cognosceretur, sic etiam nisi homo diui
na sanctæ ecclesiæ mysteria crebra animi
contemplatione ruminarit, illa sicut opor
tet, non æstimabit, nec eorum essentiam
sentiet, neque in diuino amore inflamma-
bitur, cũ tamen hic sit præcipuus finis pro
pter quem instituta fuerunt, eumque ad- Simile.
hoc etiam faciendũ Deus hominẽ plasma C
uerit Potest utique coquus byssino, idest,
linteo tenuissimo sartagines, ollasq; frica-
re, byssinum autem non ad tam uile mini
sterium fuit confectum. Sic potest etiam
homo animam suam in terrestrib. contẽ-
plandis occupare, unde prouenit, quod eo
rum amore capiatur, illa uero ad tam ui- Simile.
lem, atq; abiectam exercitationem creata
non fuit. Quemadmodum sagita ab ar-
cu demissa non in aere quidem sistit, sed
vsq; ad methodum, atque signaculum, ad
quod directa est pergit, sic etiam cogitatio
nes ab intellectu prodeuntes non in terre-
strib. reb. q̃ sunt, sistere debent, in eis aũt D
sistere, est in aere sistere. Sed ad Deum vsq;
illas tendere oportet, ipse enim finis est, in
quẽ oẽs actiones, cogitationesq. nostras di
rigere debemus. Ipse namque dicit, pone Cant. 8.
me, vt signaculum supra cor tuum.

Ex assidua Dei, diuinorumq; mysterio
rum ruminatione gustus quidam eius, ter-
restriumque rerum tædiũ, atq; execratio
homini dimanat Ideireo dicit David, gu-
state, & videte, quoniã suauis est dominus.
Beatus uir, q sperat in eo. Quasi diceret
omnem

omnem spem uestram in Deo locabitis, si ineffabilem ipsius suauitatẽ gustaueritis, omniaq; sæcularia uobis odibilia uidebũtur. Cum sãctus Ezechiel dixisset, spiritus
Ezec. 3. eleuauit me, & assumpsit me, statim addidit, & abii amarus, in indignatione spiritus mei, manus enim dñi erat mecum confortans me. In quibus uerbis significauit, secum spiritus suus ad diuinarum rerum contemplationem fuisset eleuatus, illasq; gustasset, statim ea, quæ ipsi prius dulcia uidebantur, super fel amarissima indicasse. Postquam Moyses parentis suæ lac gustauit, nunquam postea aliarum mulierũ
B ubera suxit. Et salmones marini postquam dulcem aquam gustant, illic usq; ad mortem permanent. O fratres mei si hæc, quæ nobis dico, experiri nelletis, quam ex animo nostrã uiuẽdi rationem in melius mutaretis Complura refert Diuus Paulus, q̃
Phili. 3. ad Deum conuersus obliuioni tradiderit, quæq: penitus neglexerat dicens. Ego circuncisus octaua die ex genere Israel de tribu Beniamin. Hebræus ex Hebræis secũdum legem, pharisæus secundum æmulationem persequẽs ecclesiam Dei (propter quæ maximo ab Hebræis honore affiei posset, eo quod conditionis suæ zelator esset acerrimus) secundum iustitiam, quæ
C in lege est, conuersatus sine querela. Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sũ propter Christum detrimenta. Veruntamen existimaui omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi dñi mei propter quem omnia detrimẽtũ feci, & arbitror, ut stercora, ut Christũ lucrifaciam. Et paulo inferius, unum autẽ (inquit) quasi dicat. In hoc sermonem resumere uolo, quæ retro sunt obliuiscens, ad ea uero, quæ sunt priora extendens me ipsum ad destinatum persequor, ad brauium supernæ uocationis Dei in Christo
D Iesu. Ecce quomodo fatetur Diuus Paulus, se eo quod diuina mysteria, quæ in sãcto Euangelio docemur, ante oculos proposuerit, cõsanguineos, honores, celebrẽq; in Synagoga opinionem contempsisse, omniaq: ut stercora repuasse. Postea que nos admonet dicens, imitatores mei estote fratres, & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Ideirco hęc Beatus Paulus recensebat, ut homines ad illorum imitationem animaret. Nunc que ideo illa prædicamus, ut quales sumus, considerantes confundamur, atque A
in plurimos, qui eadem nunc faciunt, oculos conijciamus, quique nobis huius sæculi despectu, crebraq; diuinarũ rerum consideratione, sublimiq; contemplatione mirificum præbent pietatis exemplum, cuiusmodi uiri nunquam in sancta Ecclesia defuerunt, neque illo unquam tempo- Exo. 32.
re deerant. Descendens Moyses de monte lapideas præ manibus tabulas ferẽs, vidit vitulum, & choros, iratusque valde proiecit de manu tabulas, & cõfregit eas ad radicem montis, nec vero a Deo propter tabularum fractionem vsquam legitur reprehensus, magnum enim in ea latebat B
mysterium, præceptum est antem ei ad montis fastigium iterum ascẽdere, aliasq; adaptare tabulas, in quibus Deus proprio digito suam diuinã legẽ scriberet. O Deus infinitę maiestatis, quare domine tu posteriores illi tabulas non præbes, sicut & priores ipsi dedisti? Quare nunc eum tantum labore præcipis fatigari? quia ad mysteriũ, quod hic inest significãdum sic conuenit. Ideo volo (ait dominus) tu ò Moyses tabulas conficias, & ego in illis scribã. Itaque primo homo nihil adhibuit, postremo uero tabulas posuit, in quibus Deus C
scripsit. In quo significatum est b.s hominibus legem datam fuisse primo in monte Sinai, postremo in monte Siõ, & in hac posteriori legis acceptione homines cordium suorum lapides esse paraturos, in quibus diuinus digitus, qui est spiritus paracletus esset scripturus. vel (vt clarius loquar) in lege scripturæ Deus non tam hominum cordibus dominabatur, quam in lege gratiæ dominatur. Etenim nunc crebrius homines corda sua Deo cõmittunt, atque magis spirituales sunt, quam tempore veteris legis, huiuscemodi autem hoĩes vsque ad sæculi consummationem nunquã deerunt. Quod significauit Deus D
præcipiens secundas illas tabulas fœdere sempiterno in tabernaculo collocari. Dicite enim mihi tabulæ illæ vbi nunc sunt? iam non extant. Quomodo igitur adimpletur hoc verbum, fœdere sempiterno? Dico vmbram, atque figuram in ueritate compleri, qui sunt iusti ad uniuersalem vsque mundi consummationem in Sancta Ecclesia duraturi. De his dicit Deus per Isaiam pphetam. Populus meus, lex mea Isa. 51.
in corde eorum.

A Hæc est (iudicio meo) vna ex rationibus, ob quas Christus dominus ecclesiam suam grano sinapis comparauit, scilicet, ut nos erudiret quam diligenter nos mysteria, quę a sancta fide docemur oporreat ruminare, assiduæq; contemplationis dentibus conterere, ut sic in virtute proficiamus, atq; diuinis misericordijs recipiẽdis disponamur. Sic dispositus erat Dauid qñ eas a domino postulabat, & ita dicebat. Veniant mihi miserationes tuę, & uiuam, quia lex tua meditatio mea est. In quibus verbis docet Dauid, diuina mysteria crebra animi contemplatione meditanti Dei B misericordias aduenire, quo sic in perpetuum viuat. His sanctis exercitationibus dispositi sunt credentes, totque diuina auxilia perceperunt, ut sancta ecclesia maxime creuerit, arborque cuius rami per uniuersum terrarum orbem dispersi sunt, fuerit effecta. Mirabile autem est uisu quomodo paucis ab hinc annis fideliũ numerus coarctatus est. Deusq; terras, & regna nobis sustulit, eaque ab Ethnicis possideri pmisit, nos autem adeo insensibiles existimus, vt vix hæc omnia sentiamus. Hoc quondam Hebræis accidit, quod dñs nouo quodam, insolitoq; modo per Ezechielem prophetam significauit dicens ei. Fili C hominis ecce ego tollo a te desiderabile oculorum tuorum in plagam, & non planges, neque plorabis, neque fluent lachrymæ tuæ, ingemisces tacens: mortuorum luctum non facies, corona tua circumligata sit tibi, nec cibo lugentium comedas. Locutus sum ergo ad populum mane, & mortua est uxor mea uesperi. Feciq; mane sicut pceperat mihi, & dixit ad me populus, quare nón indicas nobis qd ista significent, quæ tu facis? & dixi ad eos, sermo domini factus est ad me dicens, loquere domui Israel, hæc dicit Dñs Deus: D Ecce ego polluam sanctuarium meum, superbiam imperii uestri, & desiderabile oculorum vestrorum, & facietis sicut feci, ora amictu non uelabitis, & cibum lugẽtium non comedetis, coronas habebitis in capitibus uestris, non plangetis, neq; flebitis, eritq; Ezechiel uobis in portentum iuxta omnia, quæ fecit, facietis cũ uenerit istud, & scietis quia ego Dñs Deus. O quam stupẽdũ est hoc, ꝙ cum homines tot, tantaq; flagella, tamq; insignis templi euersionẽ, ac tã pręstantis ingentisq; urbis desolatio

Psal. 118.

Eze. 24.

nem perspicerent, ne minimam, quidem lachrymã effunderent, neq; ullo dolore angerentu r. Vnde illis insensibilitas tanta di manauit? Ex peccato quidem, hoc quippe illos subuerti t, atq; inebriauit, ut sic quasi insensati remanerent. O quis nũc spiritu polleret, sanguineisq; lachrymis lamentari posset, id quod modo nostrismet oculis perspicimus, illis enim Hebræis insensibiliores sumus. Videmus.n. in tot tantasq; angustias sanctam Ecclesiã esse redactã, vt, nisi sũma ueritas dixisset. Portę inferi nõ præualebunt aduersus eã: nunc merito timere possimus ne penitus laberetur, petulãribusq; hostium furiis subiaceret, & tã adeo lęti, hilaresq; incedimus, ac si quotidie mille nationes ad orthodoxam Iesu Christi fidẽ, atq; obedientiam cõuerti audiremus Sin minus, dicite quęso, quis plorat? quis sese in angulum recipit? quis cilicio operitur? quis uel minimã adhibet diligentiã ad Dei iram, quæ tam crebro super nos effunditur, mitigãdam? O stupendam insensibilitatẽ, quæ uix humanis uerbis ualet explicari. Hebręis dixit Isaias, ob stupescite, & admiramini, quoniã miscuit uobis dominus spiritũ soporis, & septuaginta interpretes transtulerunt, quoniam miscuit nobis dñs compunctionem. Et Theodocion transtulit: miscuit uob is dñs mentis excessum. Et Aqla uertit, miscuit uobis dominus grauẽ somnum. Hæc omnia (quæ nostra est miseria) merito nunc uobis dicere possumus, adeo enim sceleribus intenditis, peruersique estis, quasi homines quorũ spiritus est infixus malitiæ, hæc est enim compũctio, & sicut ebrii qui uix unquam dormire cessant, nec sibi illata damna persentiunt.

Mat. 16

B

Isa. 29.

C

Eia, eia fratres expergiscimini, hancque sanctæ matris Ecclesiæ destructionem, clademq; miserandam lamẽtamini, oculosq; aperite, nec sicut infælices Germani, Franci, atque Vngari decipi patiamini. Attendite D. Paulum uobis dicere, doctrinis uarijs, & peregrinis nolite abduci, optimum est enim gratia stabilire cor. Vna, & singularis est Euangelica doctrina cum lumine illustrationis, & intelligentię, quo eam sancta mater Ecclesia elucidat, & exponit, cæteræ omnes sũt peregrinæ, quibus abduci nolite. Græcique doctores adnotant uerbum illud, abduci proprie significare hinc illuc circumferri, quousque homo prolabitur,

D

Heb. 13.

A bitur. Et sic vult dicere D. Paulus, ne nos peruerti, & hinc illuc circunduci patiamini, sed sácto Iesu Christi Euangelio adhærete, unicũ autem, ac singulare remedium esse dicit, cor diuina gratia stabiliri, illam per ueram peccatorum pœnitentiam adipisci curando. Et cũ hac stabili perseuerantia diuina ĩ hoc sęculo gratia fulti cęlestẽ in futuro gloriam consequentur, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

IN EADEM DOMINICA VI. post Epiphaniam.

B

Concio Secunda.

Simile est regnum cælorũ grano synapis, quod accipiẽs homo, seminauit in agro suo, &c. Mat. 13.

Esa. 2. ET sanctus propheta Esaias pacis abundantiam, quæ in aduentũ Dñi nostri Iesu Christi, in mundo futura erat, exaggeraret, dixit, & cõflabũt gladios suos ĩ uomeres. Hoc est, tãta pacis C vigebit abundantia, vt cũ non opus sit, gladiis, illos ĩ uomeres, atq; ligones ad agros excolẽdos conuertant. Simulque hic spũs sãctus modũ significauit, quo humana corda excoli debent, ut bonorum operũ fructum ferant. Nam per gladium limata, & 1. Co. 2. subtilia uerba intelliguntur, per uomeres autem plana significantur. quæ plusquam perpoliti, ac subtiles sermones ædificant. Ideoq; gladios in uomeres conuerti oportet sicut faciebat B. Paulus, qđ ipse affirmat dicẽs, sermo meus, & prædicatio mea Simile. non in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis, sed in ostensione spũs, & uirtutis, D ut fides uestra non sit in sapientia hominum, sed in uirtute Dei. Et queádmodũ, siquis gladio agrum uellet arare, minimũ quidem efficeret sulcum, nihilq; prodesset, non enim terra bene rupta, & disposita ad fructum ferendum maneret; quia non nisi uomere, aut ligone bene colitur, sic subtilis perpolitisque verbis referta prędicatio, satis parum emolumenti afferre consuefeit, humilis autem planisque uerbis exposita cõcio utilior eẽ solet, cordaq; melius dissecat, atq; disrumpit. Hunc docendi modum nos summus prædicatorũ A Magister Iesus Christus filius Dei erudiuit per parabolas, ac similitudines clarissimas & ab his rebus ductas, quas passim manibus cõtrectamus, verbisq; simplicissimis, ac omni inani rethorica denudatis explicitas prædicans, quod in hodierna sancti Euangelij lectione, atque in toto sanctissimæ prædicationis eius discursu apparet. Hoc autum faciebat, ut suam cęlestem doctrinam in hominum cordibus magis imprimeret, & etiam, quia ea quæ prædicabat, infallibilis ueritas erant, ueritas autẽ quomodocunq; dicatur, sufficit, ideoq; ethnici, philosophi, atq; rethores exquisitissimis, subtilissimisq; sermonibus utebantur, ut ea, quæ dicere uolebant, hominib. B persuaderent, erant enim mẽdacia, quibus uti fides adhibeať, subtilibus uerbis oporret exornari, quibus non indiget ueritas. Mulier deformis, ut deformitatem suam operiat, fucis se curat exornare, quæ uero pulchra, candida, & rubicunda est, maximam pulchritudini suæ inferret iniuriã, si his artificijs vteretur. Quia uero Euãgelica doctrina ex se pulcherrima est, artificijs, uanisque rethoricæ elocutionib. non Gala. 9. indiget, iniuriamq; sancto Euangelio infert qui illud uanis elocutionibus, subtilibusque phrasibus, quib. inanes homines Simile. C suas prophanas, atque inhonestas scripturas componere consuescunt, exornare conatur O quantum est in his infœlicib. tẽporibus circa hoc lachrymandum, cum plerią; concionatores in concionibus suis non tam diuinam virtutem, quam sermonis sui eloquentiam conantur ostendere, cupientes eloquentes, acutissimiq; sermonis homines æstimari. Et sic homines mõdici spiritus dementatos, & quasi ueneficiis deuinctos post se ferunt, ij enim ad eorum conciones tanquam ad inanem ali- Simile. quam comædiam audiendã humanæ rantum voluptatis, atque oblectationis causa sese conferunt. O perniciosissimam pestem, D quę sanctę Dei ecclesiæ tãtum officis. Si hostes ad hanc urbem expugnãdum accederent, ij autem quibus illius protegendæ cura incũbit, cũ fortissima, & grauissima tela in eos immittere deberent, flores et membus inijcerent, quomodo aduersarijs aditum impedirent? O atroces reipublicæ uestræ subuersores, qui sic hostes illam desolaturos ingredi sinitis. O quam ad. liti-

A ram hoc plurimi prædicatores faciunt, quorum munus est sāctissimis, efficacissimis, feruentissimoq; spiritu repletis uerbis, seueris reprehensionibus, suauibusq; promissionibus, quasi ardentibus fistulis æneisq; iaculis a republica uitia relegare, quæ cum ex munere facere teneantur, flores emittunt, quæ sunt limata, nimiumq; composita verba, quibus peccatores non percutiuntur, nec vel minimo timore de-
Hier. 8. terrentur. De hoc acerrime conqueritur Deus per Hieremiam dicens date florem Moab, quia florēs egredietur. Hoc ironicè dicit quasi dicat. Sic sic, immittite flores
B Moab, satis namque bonum ei remedium adhibebitis, decoreque florebit. Et statim addit. Maledictus qui facit opus domini fraudulenter, & maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine. O terribilia uerba, miseros illos, quos comprehenderint. Opus domini per antonomasiam est animarum salus, & maledictus qui facit hoc opus domini fraudulenter, sicuti reuera facit inanis prædicatur, qui nihil aliud præter plebis applausum expetit, ideo que prohibet gladium suum a sanguine, hoc eest verbum reprehensionis a peccatis. O patres mei per elementissima Dei uisce
C ra uos deprecor, ut diligētissime caueatis ne in has maledictiones, incidatis, hocque sanctissimæ prædicationis ministeriū uere, & ex animo fidelissime tractandum suscipiatis, siquidem, & vestra permagni interest, & ad sanctę ecclesię reformationem plurimum conducit.

Dicit igitur dominus. *Simile est regnum celorū grano synapis.* Regnū cęlorum hanc militātem Ecclesiā uocat, significans quales omnes Christianos esse oportet. Qd ut clarius intelligatis, aduertite D. Paulum dicere, primus hō de terra terrenus, scds
i. Co. 15 homo de cęlo cælestis Qualis terrenus, tales & terreni, qualis cœlestis tales, & cæle-
D stes. Igit sicut portauimus imaginem terreni, portemus imaginē cœlestis. Satis apte perspicitis, quomodo B. Paulus discrimē inter ueros iustos Iesu Christi veri ducis, & capitis suis sectatores, & inter peccatores inobediētes terrenique Adæ sequaces constituit. Etenim iusti cælestes, peccatores autem terreni sunt. Et hoc est mysterium, quare loquēs Deus Abrahę dixit ei suspi-
Gen. 15 ce cœlum, & numera stellas, si potes, sic erit semen tuum. Anteaque ei dixerat faciam semen tuum sicut puluerem terræ. A
Mirabile quidem, primo quippe dominus Gen. 15
filios ei se daturum, sicut puluerē terræ, postremo autem sicut stellas cæli pollicetur. Quid hoc est? Dico dominum in hoc significare uoluisse ex Abraham bonos, & malos liberos esse nasciturosmalos q; terræ pulueri confert, quia terrestres futuri erant, bonos autem cœlestibus stellis comparat, quia cœlestes futuri erāt. Terrestria Simile.
corpora non mouentur, nisi propter propriam utilitatem, ut desideratum quidpiā acquirant, cœlestium autem corporum uniuersi motus sunt propter horum inferiorum utilitatem, sic hoīes terreni nunquam nisi propria utilitate commoti mo B
uentur, ut x quisquam illorum propter proximi sui commodum cōmoueri uult, nisi aliquam ex eo speret utilitatem. De quibus dixit Beatus Paulus, omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Iusti Philip. 2
autem quasi cælestia corpora propter proximorum utilitatem commouētur. Et ita dicebat Diuus Paulus. Omnia sustineo 2. Ti. 2
propter electos, ut & ipsi salutem consequantur. Imitans, scilicet, in hoc diuinum caput suum Iesum Christum, qui tantum laborauit, insudauit, atque operatus est propter animarum salutem. Etiam cœlis iusti comparantur, pp ordinem quem in C
motibus suis obseruant. Eodē ordine, atque tenore quo cœli in uere gubernatur, eodem in hyeme reguntur Dicit spōsa loquēs de spōso suo, manus eius tornatiles, Cant. 5.
hoc est, (*Hechas a torn*) significans in hoc omnia opera manibus sponsi sui confecta esse torno perfectissima, in quo etiā diuinus hic sponsus uult, vt sui eum imitentur omniaque eorum opera torno, & non ad oculum (ut aiunt) perficiantur Etenim opera, quæ ad oculum fiunt, disparia & modo parua, & modo gradia prodeūt, quæ autē torno perficiūtur, semper æqualia sunt. Videbitis nōnullos quasi riuulos, Simile.
qui tempore pluuiæ adeo accrescunt, ut ab alueo exeant. Vbi primum autem tran D
quillitas fit, minuuntur, & in æstate penitus arefiunt. Sic nonnulli cum cœlestis ex cidit pluuia, & ab Spiritu sancto cœlestes accipiunt rores, atque uoluptates, tam feruidi sunt, ut ab alueo exeuntes, superflua faciant, & in rebus pœnitentiæ, atque orationis modum excedant. At uero vbi primum cœlestes illæ pluuiæ, atque diluuia cessant,

A cessant, statim in incepto bono relaxantur, aliamque viuendi suscipiũt rationem, atque ex hoc paulatim omnia relinquunt. Non enim diu stabilis in aliqua exercitatione perseuerare potest, qui appetituum suorum motibus gubernatur. Ideo fidelis Iesu Christi sectator in hoc cæteris omnibus debet antecellere quod opera sua non ad oculum quidem, sed torno perficiat. Volo dicere, fidelē Dei seruum oportere statuere illa quæ facturus est in Dei ministerio, omnique possibilitate sua curare ne sanctarum exercitationum suarum filum & continuationem infringat. Opera enim
B torno perfecta semper paria, ac similia prodeunt, & hoc est esse similes cœlo, quod modo uigeat tribulationum frigus, modo
Simile. florid um indulgentia sit uer, semper vno, eodemque ordine ac methodo gubernantur. Nam, credite mihi, magis accrescit arbor quotidiano aquæ uase irrigata, quam illa, cui modo una, modo quatuor vrnæ, triduo autem nulla effunditur. Sic magis proficit anima quotidie vnam horā sanctis exercitationibus intendens, quam hodie multum, cras autem nihil in eis tempotis consumens. Ecce cur iusti cæli uocantur, & cur dñs Ecclesiam suam regnum
C cœlorum appellat, significans non quales sumus, sed quales nos oportet esse.

Dicitque: *Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod minimum est omnibus seminibus, cum autem creuerit maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita ut uolucres cæli ueniant, & habitent in ramis eius.* O quot in his diuinis uerbis mysteria includuntur. dñs mentes nostras illuminet, quo ea intelligamus, atq; explicamus, illamq; ex illis vtilitatē hauriamus, q̄ diuina ipsius
1.Co.1. Maiestas a nobis optat hauriri, Sanctā Ecclesiā pp humile, atq; inops ipsius initium grano sinapis cōparat. Et ita dicit Beatus
D Paulus, videte vocationem vestrā fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes, ut non glorietur omnis caro in conspectu eius. Hoc est, vt aperte cognosceretur multiplicatio, atque augmentū Sanctæ Ecclesiæ in suis credentibus opus esse Dei, neque homines suum opus esse gloriarentur. Si Dauid horribilem illum Gigantem Saulis armis superaret, eis victoria posset attribui, vt autem uictoria diuinum opus esse perspiceretur, dispoluit Deus ne Dauidi Saulis arma consi A
1.Re.17 derent, nec eis commoueri posset. Et ita ipse Giganti dixit, tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo, ego autē uenio ad te in nomine domini exercituum, & dabit te dominus in manu mea. Si Sancti Apostoli antequam a domino ad prædicationis officium eligerentur rhetores, eloquentes, atque humanarum scientiarum eruditi essent, aliquis quodāmodo aditus pateret, quo malignantes homines mundi conuersionem Dei opus non esse suspicarentur, ideoque homines elegit, qui Saulis armis muniti non essent eloquētes, nō B
Philosophos, neque sapiētes, sine terrestri auxilio, neque gratia, vt tantorum Gigantum conuersionem Dei opus esse vniuerso mundo innotescat, sciantque homines Dei potentiam, non autem hominum uires, tantarum, tamque innumerabiliū gentium sensualitatem, atque peccatum dissipasse, hoc autem per manus pauperum hominum, qui ne primis quidem labris Hebraicas literas degustarant. O ineffabilis Dei potētia, quantopere in hoc altissimo opere manifestata es. Hinc fratres mei nos virtutem, atque confidentiam maximam debemus elicere, ad nostram viuendi rationem reformandam, atque ad perfectionē perueniendum. Et siquidem Dei manus C
tam potentes sunt, in eis nos cōstituamus, quantumuis enim uiles simus, ipse tamen nos perficere poterit, atque efficere, ut instrumenta salutis plurimorum simus. Etenim nihil est tam inutile, cui diuina coniuncta gratia, illud utilissimum non efficiat. Quid inutilius puluere, quo viatores excæcari solent? & tamen ut dicit Beatus Ioannes, commiscens eum dominus saliuæ suæ saluberrimum confecit vnguentū, Ioan.9.
quo cæco a natiuitate visum præbuit. O peccator ne deficias, neque diffidas, licet D
enim puluis sis, & tanquam puluis plurimos spiritaliter excæcas, proximosq; tuos peruertis, si bonus Iesus in te saliuam gratiæ suæ collocarit ex peccatore, ac peruersore te iustum reddet, efficietq. ut sis lux, quæ tuo sancto, pioque exemplo cæcos illumines. De hac diuinæ ipsius gratiæ saliua dicebat Iob, vsquequo non parcis mihi, nec dimittis me, vt glutiā saliuā meam? Iob.7.
Quemadmodum quandiu saliua in ore persistit periculū est prorumpendi, & ut Simile.
foras

A foras emittatur, postquam autem in stomachum mittitur, iam secura est, nec euomatur, sic gratia quandiu in hoc sæculo viuimus in magno periculo uersatur, ne foras immittatur, atque perdatur, post mortem autem manet quasi saliua deglutita, & firmior quidem quia remanet confirmata. Dicit igitur Iob quare domine me iam ex hoc mundo nō tollis, vt gratia, quā me do nasti, maneat confirmata? Ora igitur ô frater hunc diuinum artificem, vt siquidem saliua gratiæ suæ tam admirabile medicamentum, quo mundi cæcitatem sanauit, ex tam vili puluere, qui erant Apostoli sui, confe-

B cit, illam etiam in animam tuam infundat tibique ita medeatur, ut aliorum etiam salutis sis instrumentum.

Arbor, quæ ex grano sinapis processit, est hæc vniuersalis Ecclesia: rami autem sunt diuersi eius status, scilicet, monachorum, clericorum, coniugalium, continentium denique status. Ita ut volucres cæli veniant, & habitēt in ramis eius. Hæ aues sunt iusti, qui proprie in sancta Dei Ecclesia dicūtur habitare. Eorum enim affectiones in sanctissimis ipsius legibus, sacramentis, ac ceremonijs sitæ sunt. Etenim peccatores etsi p habitum fidei in sancta Eccle-

C sia sunt, non tamen in ea sic habitant, non enim eius res, atque diuina ipsius mysteria diligunt. Vt autem intelligatis quam meritò iusti uolucres cæli uocentur, aduertite in Genesi dici ex uno eodemque ele-

Gene. 1. mento volucres, ac pisces fuisse formatos. Illic enim dicitur Deus dixisse producant aquæ reptile animæ uiuentis, & uolatile per terram sub firmamento cæli, piscesque in suomet elemento remanserunt, aues autem super naturam ad aera eleuata sunt. Sic est equidē in hominibus, omnes quippe vnius sumus naturæ, omnes ex vno terræ elemento formati sumus. Et ita dicit

D Iob, Ecce me sicut, & te fecit Deus, & de eo

Iob. 33. dem luto ego quoque formatus sum, ualde tamē dispares moribus sumus, etenim alij tanquam aues ad aera uolaturi erigun tur, alij autem corruptam propensionem suam sequūtur, quæ est prona ad malum ab adolescentia sua. Et tanq tam pisces in huius sæculi aquis, in turpitudinibus, ambitionibus, ac si bruta essent animantia, merguntur, ac si bruta essent animantia, totiusque rationis expartia. De quibus nō certo dicere possumus, qđ etsi ad aliqd pro-

A positum Habacuc propheta dixit. Facies homines quasi pisces maris, & quasi reptilia nō habētia ducē, Deus. n. hos a diabolo tanquam pisces tractari permittit Quemadmodum. n. piscator, qui grandem piscē hamo suo apprehendit, illum usque ad littus suauiter deceptum attrahit, quo ut peruenit, in sicco remanet, sic diabolus peccatorē, quem in peccato deuinctum tenet, & voluptatibus permulcet, quousq; illum ad littus, hoc est, ad mortem protrahit, ubi in sicco remanet, eiusq; deliciæ finiuntur. Quoties piscis in siccum deueniens in arena volutatur, neque vllum calamitati suæ remedium reperit. O infælix peccator, qui

B nunc in deliciarum aquis inatas, quam misere in hora mortis hic, atq; illuc uolutaberis, cum in aridum deueneris. O quot afflictionibus, atq; amaritudinibus angeris quasi piscis se se in arena uolutans, neque in re aliqua dolorum tuorum, solatium reperies. O in quanta te confusione perspicies, qñ iram Dei super te corruere videns. Tunc vtique cognosces quantum malum fuerit te a iustorū via recedere. Maximis supplicijs comminatus est Deus Hebreos, qui a iustorū viuendi ratione recesserunt, vñ Sāctus Esaias Propheta de hac materia

Esa. 29. loquēs, vbi nos legimus. Declinauerūt fru-

C stra a iusto propter hoc hęc dicit dominus ad domū Iacob, qui redemit Abraham, septuaginta interpretes transtulerunt, Declinauerunt frustra a iusto, propterea hæc dicit dñs, supra domū Iacob quam separauit ex Abraham. Hoc est, q̄ permisit separari a sequentibus virtutē Abraham. Vbi notandū est, supplicia, quæ illic Sāctus Propheta recēset, ut ibidē dicitur, sup eos vētura esse, significās in hoc illos propter ipsorū deprauationem ex his supplicijs fructum nō esse percepturos, sed ad maiorē eorum cōdēnationē illa esse passuros. Vt enim sæpe numero diximus, diuina supplicia non su-

D per iustos quidem, sed subter iustos cadere solent, quo ad maiorē perfectionē erigantur Et quamuis illic Sanctus Esaias loq tur de magna confusione, atq; pudore, quo hi in hoc sæculo affici solēt, hæc tñ oīa modica sunt, si cum ijs conferantur, quæ sentiēt quando sicut pisces per mortem extra huius sæculi mare fuerint abstracti, iusti autē cum eiusdem malorum fint naturę, magis tamen quam aues a piscibus, ab eis differunt, qui etsi natura sunt homines, viuēdi ta-

men

A men ratione non homines quidem, sed Angeli sunt. O heroicum, atque præclarissimum factum, hominem suæmet naturæ præcellere. Qualis autem sit horum spiritalium, atque Angelicorum uirorum uita ex eo, uel maxime intelligi potest, quod

Psal. 76. Dauid dicit de se loquens (& si Rex erat, & tempore legis scriptæ, quam longe, maxime Euangelica lex excellentia superat.)

Sap. 2. Renuit consolari anima mea, uidelicet in his aquis humanarum uoluptatum, quibus mali perfunduntur, & dicunt, Nullum sit pratum, quod non pertranseat luxuria nostra, Ego autem (ait sanctus Rex) memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus, anticipauerunt uigilias oculis mei, turbatus

B sum, & non sum locutus, cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Et meditatus sum nocte cum corde meo & exercitabar, & scopebam spiritū meum. O quam mirifice, & pulchre hic sanctus propheta Spiritualiū uirorum uitam, mores, atque exercitia in semetipso declarauit. Qui enim Deum gustat, non his sæcularibus nænijs oblectatur, sed omnis eius consolatio in Dei recordatione sita est. Defecit spiritus meus, dicit, quia diuino spiritu plenus erat. Omnis superbia, omnis cupiditas, omnis inuidia, omnis denique turpitudo deficit, & arescit in iusto. Et hoc est defecit spiritus meus, quia spiritus dñi in

C eum flauit. Exercitatus sum. Quibus autē exercitationibus intendebas uir sancte? Anticipauerunt uigilias oculi mei, in diuinis

Isa. 52. scilicet laudib. occupabar, quæ est una ex sublimioribus exercitationibus, quæ in terra fiunt. Et sic ubi nos legimus. Exaltabo te, & confitebor nomini tuo, septuaginta interpretes uerterūt, glorificabo te, laudabo nomē tuū. In quibus uerbis ostenditur Deū laudari, esse Deum magnificari, glorificari, atq. extolli, ô admirabilem exaggerationē, in qua significatur, quod si honor, & gloria Dei augmentum posset accipere, iustorum laudibus, & confessionibus illud

D reciperet. Dicit ulterius. Turbatus sum, scilicet a confusione peccatorum, & præ nimia confusione non sum locutus, quasi diceret. Cum me coram Deo tot sceleribus circunseptum, penitusque inexcusabilem reperirem, obmutui, & cogitaui dies antiquos, scilicet, in illis uigilijs totam uitam meam transactam in memoriam reuocaui diuina beneficia, quæ in toto illius discursu a Deo accepi, modicaq ministeria, quæ illi exhibui, sceleraque, quæ aduersus eum perpetraui, considerans, ut illa omnia lamentarer, eorumq. ueniam postularem, & annos æternos in mente habui, hoc est, præmium illud etiam æternum, gloriamque perpetuo duraturam, atq mentis meæ oculos proposui, ut cor meum rebelle hoc saltem modo, ad faciendas iustificationes tuas in æternum inclinassem. Et meditatus sum nocte cum corde meo, idest, his alijsque similibus meditationibus cor meum nocte occupabam, quando a regni negotijs, ac perturbationibus quiescebat. Hæc enim est aptior, & opportunior hora huic

B sanctæ exercitationi, ubi spiritus præ tranquillitate maiores capit uires. Et sic ubi nos legimus. Aia mea desiderauit te in nocte, Beatus Hieronymus uertit. Anima mea desiderauit, desiderauit te in nocte. Hieron.

In qua uerbi repetitione denotantur uehementissima desideria, quę anima in noctis tranquillitate, ac requie concipit. Et septuaginta interpretes transtulerunt. De nocte consurgit spiritus meus ad te Deus, quę translatio rem hanc clarius explicat: quia nocturna diuinarum rerum contemplatio spiritum efficacius excitat, ut ad Deum sublimius efferatur, dicit ulterius sanctus propheta. Exercitabar, & scopebam spiritum meum, quasi dicat. Quo altiores erant considerationes meæ, eo diligentius spiritum, & cor meum ab omni

C uanitatis, & reliquæ immunditiæ puluere pænitentiæ scopa, continuis illud lachrymis irrigans, mundare curabam. Quod si Rex in medio tot negotiorum, ac perturbationum, quos tanti regni gubernatio secum afferebat, eo præsertim tempore, quo imperfectissimi erant homines, his sanctissimis exercitationibus intēdebat, quid credibile est nunc in lege gratiæ plurimos Euangelicos uiros tot sacramentis diuinisque auxilijs adiutos esse facturos? Hi autē in omnibus sanctę Ecclesiæ statibus habitant. Ideoque aptissime iusti uolucres cæli esse dicuntur. D

Vnde infertur quā merito Christianos, qui hoc non faciunt cum tanta eis hoc faciendi adsit opportunitas, iureque id facere teneantur, confundi oportet. Dicensque Dominus. *Volucres cæli ueniunt, & habitant in ramis eius*, denotat duo inter illa.

Alte-

A Alterum recollectionem, ac tranquillitatē. qua serui Dei uiuunt. Quemadmodum
Simile. enim apis per prata, atque uireta ad colligendos flores aduolat, quibus collectis intra alueare fabricatum melle se recipit, sic animus iusti Spiritus sancti flatibus aduolans ad illa prata, & suauissima gloriæ uireta extollitur, ibique sanctarum cogitationum, ac desideriorum colligit flores, ex quibus intra cubiculum suum dulcissimos spiritualiū gustuum fauos producit, quos quidem minime produceret, nisi sicut apes sese in cubiculi sui alueare recepisset. Alterum uero perseuerantiam, & longanimitatem
B tem in uirtute, quod proprius uerbum illud, habitant, significant, & est unum ex præcipuis, quæ Deus a nobis sperat. Et ita
Rom: 6. Diuus Paulus dicit. Hoc scientes, quia uetus homo noster simul crucifixus est, scilicet cum Christo, ut destruatur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. Ad horum uerborum intelligentiam nos scire oportet, quid sit uetus homo, & quid corpus peccati, & quid seruire peccato. Vetus quippe homo non est illius Adæ substantia, sed corruptæ naturæ effectus. Vnde non vult dicere Beatus Apostolus, Adā, aut alterum hominem simul cum Christo fuisse crucifixum, sed ueterem hominem,
C id est, omnium malorum propensionum, atque habituum congregationem, uniuersalemque morum deprauationem. De quibus omnibus intelligitur, quod Diuus
Colos. 3 Paulus ait. Spoliantes uos ueterem hominem cum actib. suis Vbi inter ueterem hominem eiusque actus discrimen constituit sicut inter generantem, & generata, omniū namque malorum radix est fomes peccati, & concupiscentia, quæ cum Christo redemptore nostro confixa sunt cruci, non quidem penitus extincta, sed attenuata, atque eneruata, ad quæ superanda ex sacra-
Ori. sup tissima illa morte uires eliciuntur. Corpus
epist. ad peccati iuxtà Originem est congregatio
Ro. c. 6. iniquorum hominum, sicut enim iusti unū corpus Christi, ita mali unum corpus pec-
D cati esse dicuntur. Tuncque peccati corpus destruitur, cum mali conuertuntur, & Christi corpus efficiuntur. Et sic dicebat
Ps. 102. Dauid. Iucundum sit ei eloquium meum, ego uero delectabor in domino? Cuius rei rationem reddit, dicens. Deficiant peccatores a terra, id est ab operibus terrenis, & iniqui ita, ut non sint, idest, ut desinant esse iniqui, propter hoc delectabor in Domino. A
no. Seruire peccato plus est quam peccare, dicitur enim homo seruire peccato, cum per inueteratum peccandi habitum peccati seruus efficitur, cumque peccatum altas iam in peccatoris corde radices egerit, illius cum atroce tyrannide dominatur. Vt igitur hæc omnia morerentur, summa ueraque uita Iesus Christus filius Dei mortuus est. Additque inferius Diu. Paulus dicens. Scientes quod Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Sic nos ad gratiæ uitam resurgentes, miseramque atque tyrannicam diaboli seruitutem relinquentes, B
oportet iterum morti, quod est peccatum, aditum non patefacere, sed semper in hac diuina gratia persistere, quousque ab cælestem gloriā peruenire mereamur. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

IN EADEM DOMINICA Sexta post epiphaniam.

Concio Tertia.

Simile est regnum cælorum grano synapis, quod accipiens homo, seminauit in agro suo, &c. Matth. 13. C



Qvanto sacratissima Sluatoris nostri Iesu Christi anima mortales amore dilexerit, nulla potest orationis ui explicari. Sicq. ipsa meri to dicere potuit illud Canticorum. Introdu- Cant. 1.
xit me rex in cellā uinariā, ordinauit in me charitatem. Pro quo illa translatio hēt, posuit supra me uexillū amoris, hoc est, prin- D
cipem, ducem, & absolutissimū amoris exē plum cęlestis pater me posuit in ecclesia. In prælio milites super in uexillū intentos habent oculos, ut quod debent facere norint. Sic qui Deum, proximosque suos diligere uolet, in Christum supernum mundi Saluatorem oculos conijcere debet, hocque uexillum sequens non errabit. Ideo quando diuinus hic magister hominum præceptum de proximorum amore commendauit, dixit. Hoc est pręceptum meum, ut di- Ioan. 15
ligatis

A ligatis inuicem ficut dilexi vos. Cumque hic amor, quem nos diuinus hic magister erudiuit, fit vna ex præcipuis rebus, quæ a nobis petit, ideo suam sanctam Ecclesiam nõ granis quidem, sed grano sinap s com parauit. Licet enim plurimi in Ecclesia sint Christiani, omnes tamen vnum cum Deo, & se cũ ipsis in amore, & charitatis vnitate illos esse oportet. Tales erant primitiuæ Ecclesiæ credentes, etsi nunc ĩ hac misera tempestate in paucis quidem hæc unitas reperitur. Et sic explicans quidã
Psal.132 doctissim᷒ uir uerba illa Psalmi; Ecce quã bonum, & quam iucundum habitare fra-
B tres in unum. Sicut unguentum in capi-
Simile te, quod descendit in oram uestimenti. Sãctã Ecclesiam subuculæ comparat, quæ in collo, & initio coniũctissimos habet si nus, idest, (*Los pliegues*. Et quanto inferius descendit, tanto magis sinus explicantur; ita ut in ora nullus iam sit. Sic in huius sãctæ Ecclesiæ initio tanta erat credentium unitas, ut de illis dicat Erat illis cor unũ,
Act.4. & anima una. Paulatim uero hęc charitas alsit: abijtque ab alij præ passionibus, odijsq; adeo disiũcti, diuisiq; sunt, ut iã fere in sanctæ Ecclesię ora simus: paucissimi etenim sunt, in quib. hęc charitas, & amor
C reperiatur. O miseros nos, quia tale pspicientes nem nimã quidẽ ab oculis lachrymam effundere: nouimus, quo dolore non cõficimur uidentes plur mos Christianos, qui tanquam canes alij alios se se inuicem mordent, atque dilaniant, cum hoc grauissima fit diuinæ Maiestatis offensio: adeo que granis, ut plurimis in locis diuinæ literæ significent Deum quodammodo iniurias, quæ proximis inferuntur magis, quã quæ sibi fiunt persentire. Præcipueq;
Amos.1 ad hoc propositũ in Amos Propheta uerba hoc magnopere manifestantia reperiũtur, ubi dicitur, super tribus sceleribus
D Edom, & super quatuor non conuertam eum, eo quod persecutus sit in gladio fratrem suum, & uiolauerit misericordiam eius: & tenuerit ultra furorem suum, & in dignationem suam seruauerit usque in finem. mittam ignem in Theman, & deuorabit ædes Bosræ. O quam aspera uerba, & q iã seueræ comminationes. Hoc autẽ maiorem hic affert admirationem, quod cum hi filij Esau Idololatræ essent, non tamẽ eis dicit dominus. Hæc mala ueniãt uobis eo quod Idololatræ, atque blasphemi estis, sed eo quod persecutus sit in gla- A
dio fratrem suum. Quomodo non consternati estis hæc audientes qui cũ celestis fidei lumine illustrati sitis, tam crudeles estis ĩ fratres uestros, quam hi idololatræ? O cæci nũquid terribilẽ Dei iram magis quam illi uos fugituros arbitramini, nisi forte ĩ meliorem frugem uos receperitis? Quod cum ita sit fratres charissimi, ego uos deprecor, & per infinitam Dei clementiam adiuro, ut diligentissime curetis, uos inuicem diligere, atq; adiuuare, quod ut facere sciatis, mirabile quoddam percipite documentum, quod tradit Beatus Paulus, Rom.12
qui postquam dixerat Benedicite pseque- B
tibus uos, benedicite, & nolite maledicere, gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, scilicet oportet uos. Vera namque charitas efficit, ut proximorum bona, & mala nostra esse ducamus, atque ut nostra sentiamus, statim subdidit dicens. Idipsũ sentientes non alta sapientes, sed humilibus consentientes, nolite esse prudentes apud nosmetipsos. In his uerbis dicit sanctus Apostolus duas inter nos concordias esse oportere, alterã intellectuũ, uoluntatum alteram, & utramque nos habere ad monet. Priorem cum dicit, idipsum sentiẽtes non alta sapientes, nolite esse pruden- C
tes apud uosmetipsos, alteram uero cum dicit. Humilibus consentientes tam in fide, quam in moribus.

Animaduertite autem quam ordinate, procedit, prius enim animorum unitatẽ in actibus interioribus petit, quia ex ea exteriorum operum unitas, & concordia proficiscitur. Impossibile quippe est ubi supbia, uanaq; elatio, atq; inanis sui ipsi᷒ uiget æstimatio, ueram pacem, atq; amorem splendere. Hoc etiam a uobis aduerti uolo, quod in ipso capite paulo superius Spiritus sancti dona recensens unum ex D
ijs esse dicit, charitatem fraternitatis inuicem diligentes, diuinoque artificio statim addidit, honore inuicem preuenientes. Vbi etiam inter diuina dona hoc alijs alios cũ honore præuenire numerauit, hocque donum statim post alterum posuit, ut significaret ad amorem, nisi sit, generandum, atque ad ipsum genitum cõseruandum mirificum esse medium nos inuicẽ honorare, atque honores alijs offerre. Quæ si quidem Spiritus sancti sunt dona, instantissime nos ab eo oportet exposcere omnem

A ad ea impetranda, quam possumus, diligentiam adhibentes, nosque in eis sæpenumero exercentes.

Etiam valde notandum est dominum in hac parabola dicere, in ramis arboris, quæ ex sinapis grano processit, qui sunt varij sanctæ Ecclesiæ status, quæ quidē ex paupere illo, atque humili defluxit initio (de quo in superiore Concione sermonem fecimus) cæli volucres habitare. In quo significauit quam cælestes spirituales, atque a terrestribus rebus eleuatos oportet esse Christianos, qui in sancta Ecclesia commorantur. Et ita dicit Beatus Paulus de illis loquens. Nihil nunc damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant: idest, tam excellens, ac præstans res est, hominem cum Christo Iesu tanquam cum suo diuino capite esse coniunctum, ut nihil condemnationis habeat. Esse in Christo Iesu, ut hic intelligit diuinus Apostolus, est hominem per voluntatis conformitatem ei esse unitum, ita ut una sit utriusque volūtas. Hoc rogabat diuinus mundi Saluator æternū patrem suum, cum iam morti propinquus existeret, dicens. Rogo ut omnes unum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, ut ipsi in nobis unum sint, hoc est ut eadem velint, & nolint nobiscum. Hæc præterea vnio, modusque efficacius existendi per seraphicum quendam, & heroicum amorē efficitur, quo amator in rem dilectam trāsformatur, sicut ferrum in ignem, qui illud penetrat transformatur. Hunc etiam existendi modum dominus comparat modo quo palmites sunt in vite dicens. Ego sum vitis, & vos palmites, si quis in me nō manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. O miserum illum, qui in hac diuina vite non permanet, de hoc enim dicitur, Arescet, valdeque metuendum est hoc, qd hic sanctus Apostolus dicit. Quod nihil damnationis nunc est his qui sunt in Christo Iesu. In his enim uerbis significat eis, qui extra Christum sunt, aliquid damnationis inesse in hoc sæculo etiam priusquam penitus æternis ignibus condemnentur. Pro quo est notandum cum sanctus Paulus dicat. Nihil damnationis, in hoc significare se non de condemnatione quidem quæ per peccatum fit, loqui, in hac enim non est magis, aut minus, & con

Rom. 8. B Ioan. 17 C Ioan. 15 D

tra nihil est aliquid. Et quamuis qui plurima peccata commisit, quantum ad præsentem iustitiam grauioribus supplicijs condemnetur: veruntamen tam cōdemnatus manet, qui unicum lethale peccatum, quā qui plura cōmisit. Vnde alter nec dici potest magis, nec alter minus condemnationis habere: quapropter dicendum est hic condemnationis nomine similitudinem intelligi, quam peccatores in hoc sæculo cum damnatis alterius sæculi habent. In hac enim magis est, & minus. & gradus in peccatoribus.

Primus gradus est intelligentiæ spiritalis amissio in præsenti, cum Christianus ratione, fideque sit præditus, hoc est potentias, habitusque habeat, quibus ad supernaturalium rerum cōsiderationem potest eleuari, quæ sunt, gratia, gloria, pęna, & supplicium peccatorum, & non solum his nō utitur, uerum instar bruti ad terrena conuertitur, nihilque de futuro sæculo cogitat. Hic iam aliquid damnationis habet, quoddam enim similitudinis genus cum damnatis habet. Nā B Augustinus dicit. Tantam pœnæ sustinebunt reprobi angustiam, ut uix aliquid cogitare ualeant, prę ter pœnam: sed illuc dirigunt uim cogitationis, & impetum, ubi sentiunt uim doloris. Ibique meminit de discipulo quodam vita functo, qui magistro suo apparuit, & cum eum damnatum cognouisset, eū interrogauit, utrum in impiorum sedib. quęstiones aliquæ a damnatis tractarentur: & respondit. Apud inferos solum quęritur quid non sit pœna, & ita dicit Ecclesiastes. Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare, quia neque opus, neq; ratio, neque sapientia, neque scientia erunt apud inferos, quo tu properas. Hic uero miseri iam in hoc sæculo quodammodo tanquam damnati sine intelligentia, sine scientia, tanquam immanes belluæ totius rationis expertes terrenarum rerum cogitationibus vinciuntur.

Secundus gradus est quādo anima propter ipsius demerita dæmonum potestati quodammodo derelinquitur, quo illam ab alijs in alia mala commoueant, atque exagitent. In hoc sensu explicat Beatus Ambrosius illud Matthæi, quando dominus diabolo facultatem concessit, ut in porcos introirent, qui ingressi eos ita agitarunt, ut in profundum maris demergerentur.

A B Aug. in millelo. qui. fol. 538. C Eccle. 9. D Amb. in millelo. qui. fol 689. Matt. 8

A rentur. Sic dicit hic sanctus doctor Deum facultatem diabolis cõcedere, ut peccatores in pœnam scelerum suorum exagitet, adijcitq; dicens. Nisi quis porci more uixisset, nunquam accepisset in eum diabolus potestatem, ut tanquam porcus infernalibus furijs agitatus in tot peccatorum pelago demergatur. Et in hoc sensu dixit D. Ioannes de misero Iudâ. Cum diabolus misisset in cor ut Iudas traderet eum. Et Diuus Lucas. Intrauit Sathanas in Iudã. Et Diuus Paulus de quibusdã dicit. A laqueis diaboli captiui tenentur ad ipsius uoluntatem. Et B. Augustinus dicit. Diabolus mouet tales tanquam organa propria, ut anima membra sui corporis. Hic autẽ est alius peior damnationis gradus, quo hi miseri peccatores damnatis assimilantur, quos dæmones ab alijs ad alia tormenta commouent, atque exagitant. Tertius gradus est cordis obstinatio, & durities, quo etiam damnatis aliquo modo similes fiunt, etsi iam penitus obdurati, atque obstinati sint, neque ullo nuquam tempore mollefieri, aut ad Deum conuerti possunt. Hi autem si uoluerint mollefieri, ac pœnitentiam agere, peccatorum suorum ueniam impetrare queunt, si quidem sufficiens illis ad hoc Dei auxilium non deficit. Et de his gradibus dicit Diuus Paulus; Nihil damnationis nunc est ijs, qui sunt in Christo Iesu, quia uero existendi in Christo duplex est modus, alter per fidem, alter vero per fidem, charitatẽ, & gratiam, explicuit sanctus Apostolus vtri horum fiat quibus nil damnationis est dicens, qui non secundum carnem ambulant. Cum homo ex spiritu constet, & carne atque harum utraque partium suas habeat propensiones, & appetitus, qui Dei charitate præditi, exornatique sunt, spiritus partes sequûtur, qui vero hac charitate carent, post effrænatos carnis appetitus abeũt. Vnde Beatus Augustinus, illud Beati Pauli, uos non estis in carne, sed in spiritu, ex ponens ait. Non estis in carne qui non facitis opera carnis, concupiscentiæ carnis cõsentiendo, sed estis in spiritu, quia secundum interiorem hominem condelectamini legi Dei.

Ioan: 3.
Luc. 22.
2. Ti. 2.
B
C
D
Aug. de ver. apo. ser. 6.
Rom. 8.

Eia fratres oculos aperite, & considerate vtram harum partium sequamini, ex hoc namque conijcere potestis verum quicquã uobis condemnationis insit, aut si estis uo lucres cæli, an bestiæ terræ. Pater luminũ à quo omne datum optimũ procedit, uos illuminet, quo hæc, quæ uobis hic docui intelligatis, quibus intellectis, aliquoque in vobis damnationis reperto, oppurtunum uobis remedium curetis adhiberi. In hac etiam parabola ostenditur una ex differentijs, quæ sunt inter Dei, & mundi opera. Etenim sæcularia ab illustribus exordiri principiis, exitus autẽ infœlices habere consuescunt, quam admirabile fuit initium Babylonicæ turris, finis autem quanta cõfusione perturbatus extitit. Persarumque, Græcorum atque Medorum monarchiæ, quanto cum fastu atque authoritate cœperunt, postea uero quam miseros exitus habuerunt. Res autem Dei non sic, quemadmodum ipse dicit per Isaiam prophetam. Nõ sunt (inquit) uiæ meæ sicut viæ uestræ, quia sicut exaltãtur cæli a terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ a viis uestris. Animaduertite quomodo hæc sancta Ecclesia ab homine tanquam delinquente crucifixo, cũ tamen ipse summa esset innocentia, dimanauit, qui pauperes, ignarosq; scientiarum homines in coadiutores elegit, ex hoc autem principio, quod humano uideri uile, atq; humile uidebatur, ecce quot, quam que gloriosi atque abundantes prodierint fructus in tanta iustorum, sanctorumque multitudine, qui in toto sanctæ Ecclesiæ discursu, floruerunt. Hanc differentiam significauit Gamaliel in illis uerbis, quæ in Pontificum, & Pharisæo rum concilio dixit. Quoniam si ex hominibus est consilium hoc aut opus, dissoluetur; si uero ex Deo est, non poteritis dissoluere, ne forte, & Deo repugnare videamini. Quasi diceret, hoc interest inter Dei atque hominum opera, quod Dei opera in dies magis, ac magis excellentiam suam, opera autem mundi utilitatem, atque malitiam manifestant. Quæ cũm ita sint dilectissimi fratres, ne uos sæcularibus rebus decipi patiamini, nec diuinarum rerum labores formidetis, sed dispares utrarumque fines considerate, animaduertentes confusionem, quam omnia sæcularia finienda sunt, fructumque vberrimum, quem ex Dei rebus percipietis. Ita ut in Hebræo legitur, melior est finis alicuius rei, quam principium, id est melius est aspicere finem alicuius rei, quã principium.

A
Gen. 11.
B
Isai. 55.
C
Acto. 5.
D
Eccle. 7.

A Aliam parabolã loquutus est eis. *Simi-
le est regnũ cælorũ fermento, quod acceptum
mulier abscõdit in farina satis tribus, donec
fermentatum est totum.* Hoc nobis primũ
in hac parabola ualde notandũ occurrit,
videlicet dominum in similitudine iuxta
materiam, de qua loquebatur proprieta-
tem obseruasse. Etenim cum antea de se-
mine loqueret, dixit. *Simile factum est re-
gnum cælorũ grano sinapis, quod accipiẽs ho
mo seminauit in agro suo.* Nũc autem de pi
stura sermonem faciens, dicit. *Simile fa-
ctum est regnum cælorum fermento, quod ac
ceptum mulier abscondit.* Incongruum nã
B que est dicere, hominem pinsere, & mu-
lierem serere. Nam serere hominum, pin-
sere autem mulierum est proprium mu-
nus. In his igitur uerbis ostendit domi-
nus, in bene, recteque ordinata familia ui-
rum uirilia opera, fœminamque fœminea
facere oportere. Et sic de illa sancta mulie-
re dicitur. Considerauit semitas domus
Prou 31 suæ, & panem otiosa nõ comedit. Vbi val-
de pensanda sunt uerba hæc, considera-
uit semitas domus suæ: Fœmina enim ijs
debet intendere, quæ domus suæ otio con
tinentur, uir autem illa quæ foris sunt ne-
gotiari debet. Atque etiam Diuus Pau-
C lus de fœminis loquens dicit. Vt sint do-
Tit. 2. mus curam habentes. Magnæ confusio
nis est, ac perturbationis, quod uir otio-
sus domi suæ commoretur, mulier au-
tem ea foris agat, quæ ad virum proprie
pertinebant. Dixit Deus, Germinet terra
Gene. 1. lignum pomiferum, faciens fructum iux-
ta genus suum, ita ut malus mala, pyrus
pyra, amygdalus denique amygdala fer-
ret. Quem ordinem vult ab hominibus
etiam obseruari, ita ut vnusquisque opera
sibi decentia faciat. Atque in similitudine
Ps. 122. illa quam Dauid adhibuit dicens. Sicut
oculi seruorum in manibus dominorum
D suorũ, & sicut oculi ancillæ in manib. do-
minæ suæ: ita oculi nostri ad dominum
Deum nostrum, etiam docuit quomodo
in bene disposita domo munera diuidi
oportet. Etenim dominus seruorum, do-
mina uero ancillarũ curam gerere debet.
Non utique dicit sanctus Propheta Ocu-
li ancillæ in manibus Domini sui, neque
oculi seruorum in manibus dominarum
suarum: Dominas enim cum seruis, domi
nosq. cum ancillis assiduo agere dedecet.
Sciendum est etiam res non idem semper
in diuinis literis significare, ut adnotat A
Beatus Augustinus. Et sicut leo in sacra pa Au. li. 3.
gina aliquando in bonam, aliquando in de doct.
malam partem accipitur, aliquando enim Chri.
significat Christum redemptorem nostrũ, Cap. 24
Vicit Leo de tribu Iuda. Aliquãdo autem Apoc. 6.
per leonem intelligitur Sathanas, vt, Libe
ratus sum de ore leonis. Et sic fermentum
in bonam, atque in malam partem accipi
tur, in malam, vt cauete a fermento Phari
sæorum, quod est hypocrisis, hic autem in
bonam partem accipitur. Quatenus fer
mentum corrumpit totum massam, acci-
pitur in malã partem, quatenus autem in 2. Ti. 4.
sipidæ massæ saporem tribuit, illamq. con B
dit, iusti virtutem piorumque exemplum Luc. 12.
significat. Posuitque Dominus tria sata,
quæ est vox Syriaca, & tria sata idem est,
quod tres modij, aut tres mensuræ. Posuit
que hos tres modios quos plerumque mu-
lier in bene disposita familia pinsere for-
tasse consueuerat. Et in huius mulieris of-
ficio suorum fidelium seruorum efficaciã
dominus significat. Etenim vnumquem
que uirtutis suæ bonique exempli fer-
mento curare oportet, ut peccatores Deo
ingratissimi, atque insipidissimi conuer-
tantur, & ex insipidis sapidissimi reddan-
tur, diuineque Maiestati gratissimi sint.
Dicit autem, *Donec fermentatũ est totum:* C
Vt doceat hominum de nouo conuersum
non oportere esse contentum vna aut
duabus virtutibus, sed totum penitus bo-
num esse debere. Arbitratur homo vitio-
sus, quia quotidie rei sacræ interest, se iam
Deo satis fecisse, nec aduertit quando ad
eam audiendam accedit, unde venit, &
quot antea turpitudines commisit, aut
quot noctis horas ludendo consumpsit.
neque quo postea pergit, vt mille conuen-
tiones illicitas faciat. O cæce, nũquid hac
vna boni specie vniuersas iniquitates tuas
a te operiri arbitraris? Longe profecto
opinione falleris. Hebræus quidam no-
mine Michas idola domi suæ, quæ adora- D
bat, habuit, puerumque Leuitici generis, Iud. 17.
qui Domi suæ contra uniuersa Dei præ-
cepta sacrificia immolaret, conduxit, adeo
que solummodo quia Leuitem domi habe
bat, contentus remansit, ut diceret. Nunc
scio, quod benefaciet mihi Deus habenti
Leuitici generis sacerdotem. Perpendite
idololatræ cæcitatem, qui illa virtutis spe-
cie uniuersas idololatrias atque peccata

A sua operiri putabat. O quot sunt hodie in orbe huiusmodi, qui propter unam eleemosynam, tot propter unum ieiunium vniuersa mala sua dimitti existimāt. Ideo dicit hic dominus, donec fermentetur totum. In omnibus namque te iustum atque omnibus numeris absolutum esse oportet, idemque facere, quod Dauid, qui dicebat. Ad omnia mandata tua dirigebar, omnem uiam iniquam odio habui,
Psl.118. quid enim tibi prodest plurimas vrbis portas claudere, si tamen unam relinquis apertam, si quidem illac ingredietur, qui tibi mortem inferat? Quando Dominus
Mat.11. suam diuinam legem commendauit, non
B dixit. Tollite iugum meum super ceruicem, aut super humeros uestros, sed super vos, omnes enim hominis partes tam interiores, quam exteriores huic coelesti iugo submitti oportet. Vos autē serui Dei, qui piæ mulieris uisceribus huic massæ quodammodo condiendæ debetis intendere, ne defeciscamini, donec fermētetur totū. Sicque utique diuina repleti gratia coelesti gloria fruituri ad ætherea regna conscendetis. Ad quæ nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

C

IN FESTO PVRIFICAtionis beatissimę Virginis Marię.

Concio Prima.

Postquam impleti sunt dies purgationis Marię secundum legem Moysi, &c. Luc. 2.

D



Nus ex fontibus, e quibus simultates & inimicitiæ exoriri solent, est quemquam aliena diripere, te proximo tuo famā, diuitias ve detrahere, causa est, ex qua inter utrumque simultas oritur. Et quemadmodum cuiquā sua diripi causa est inimicitię, sic et ipsi dona offerri beneuolentiam, atq; amicitiam gignit. Si quis confractam amicitiam resarcire vult, singulare ad hoc remedium A est dona offerre. Sic affirmat spiritus diuinus dicens. Munus absconditum extinguit iras, & donum in sinu indignationem maximam. Maxima quondam inter Deū & homines inimicitia fuit. Etenim illi Deo debitam obedientiam, reuerentiam, atque amorem subtrahebant. Deusque illos suis peculiaribus priuabat auxilijs, & sic dicit Dauid. Ipsi autem exacerbauerūt eum in consilio suo, & humiliati sunt in iniquitatibus suis. Irritauerunt, eum in adinuentionibus suis, & multiplicata est in eis ruina, hoc est Deum suis prauis con siliis prouocarunt, suisque idololatriis ab ipsius obedientia, atque amore recesserūt. Deus autem complura in eis supplicia multiplicauit. Ad has igitur inimicitias dissoluendas opus fuit Deum nobis dare, quid sibi offerremus, quo eum placare possemus. Vnde Dauid dicebat. Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suū. Hic fructus est Christus Iesus summum bonum nostrum, hoc est, optimum donum omnium, quæ unquam in orbe fuerunt, aut futura sunt. Ad hoc æterno patri offerendum, ut ipsius iram mitiget sacratissima virgo Maria domina nostra sese hodie in templum confert. Cum sanctus Patriarcha Iacob ex Mesopotamia (licet pinguis, locuplesque) rediret, timebat tamen fratrem suum Esau, eo quod ei benedictionem surripuerat, ut autem eum leniret, munera illi misit dicens. Placabo illum muneribus forsitan propitiabitur mihi. Posteaq; vniuersam substantiam suā in tres turmas diuisit, atque in vltimo tandem loco decoram Rachelem cum sancto puero Ioseph posuit, forte considerans (& prudenter) quod quamuis Esau ad munera non respiceret, sed ea negligeret [illegible] admirabilem Rachelis speciem, [illegible]que decorem perspiciens non posset non mitigari. Sic etiam genus humanum intelligens quanto Deus in se furore indignatus existeret, plurima ei dona, offerre curauit. Statim in mundi primordio multa ei in lege naturæ offerens sacrificia, postea que in lege scripturæ illa offerre non cessans. Hæc autem omnia non suffecerunt Deum placare, quousque in vltimo tandem loco, hoc est in fine temporis illarum legum, naturæ scilicet, & scripturæ ei pulcherri-

Pro.21

Psal.105.

B

Psal.84.

C

Gen.32

D

A mam Rachelem cum sancto Ioseph obtulit, q est speciosissima virgo Maria pretiosissimum infantem Iesum brachiis baiulans, hoc est munus quod ei infinite placuit, illumq; mitigare sufficit. Ille namq; actus, quo bonus Iesus in templo uoluit offerri infiniti fuit ualoris. Nolo dicere hunc diuinum Saluatorem hoc uno actu mundum redemisse, eius enim redemptio nemi eo differebat, ut sua sacratissima morte perficeretur, ut suam ineffabilem charitaté clarius demonstraret, quia pro ipsismet sibi mortem inferentibus moriebatur, cū homines eo cæcitatis deuenerunt, ut ma-
B ximum iniurū omnium quæ in orbe fue-
Rom. 5. runt, admitteret. Et sic Beatus Paulus magnopere perpendit tempus, in quo dominus infinita hac misericordia cum hominibus usus est, uidelicet quando ipsi ea indigniores erant. Vnde dicit. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundū tempus Christus pro nobis mortuus est. Vbi illud secundum tempus (ut
Hieron. dicit Beatus Hieronymus super hunc locum) uerbis illis iungendum est, pro nobis mortuus est, ut ostendat commodissimum tempus mortis Christi Iesu, iuxta eximiam ipsius misericordiá esse quando
C homines ea indigniores erant. In hoc ét ostendit quam liberalis sit in eos, a quibus diligitur, cum tam magnificum se prebuerit erga eos a quibus odio habebatur.

Gene. 8. Cum Noe & omnis eius familia in arca essent, uenit ad eū colūba ad uesperam portans ramum oliuæ uirentibus foliis in ore suo. Et intellexit Noe quod cessassent aquæ super terram. O quam singularem lætitiam columbæ ingressus eorū animis afferret cum per diluuii aquas nauigarēt, ac si diceret. Iam terra patet, iam Deus pacis signa demonst[illegible] Hodie mitissima columba oliuæ ram[illegible]ens in templum ingreditur. O quanta est hæc lętitia homi-
D nibus, qui per immensum peccatorum diluuium, atque profundum diuini furoris pelagus nauigabant. Iam igitur terra detegitur, iam amicitia inter Deum & homines restauratur, siquidem speciosa columba (scilicet beatissima virgo) ramū oliuæ, qui est Iesus Chrs in brachiis affert. Hodie nobis singularis uia detegitur ad remedium nostris necessitatibus consequendum. Qui sunt pauperes & simul infirmi maximis angustiis conturbari, atque af- A
fligi consuescunt, nam qui pauper est, si tamen ualet, labore suo uictum acquirit, aut si ægrotat, necessariamque habet alimoniam, aliquo consolationis genere permulcetur, quenquam autem pauperem esse, atque infirmari, est duplici morbo laborare. Qui igitur huiuscemodi sunt, hoc refugio uti consuescunt, quod in præcipuis anni festiuitatibus ad templorum ostia se conferunt, a potentibus uiris eleemosynam petituri. Illic eos uulnera detegentes, ærumnasque suas ore promentes cernetis, nec non eos remedium
implorantes audietis. Omnes nos itemus B
pauperes, & ægroti, quod pauperes simus 2.Co.3.
Diuus Paulus, admirabili quadam exaggeratione affirmat dicens. Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis tanquam ex nobis nullis equidem aliis uerbis paupertas nostra amplius exaggerari posse uidetur, nisi dicendo nos ne unam quidem bonam cogitationem habere posse, sed sufficientiam nostram ex Deo esse. 2.Co.12
Nos etiam infirmos esse ipse Apostolus fatetur dicens. Infirmi sumus in illo. Propter peccatum enim cæcitas in intellectu nostro remansit, malitiaque uoluntas infecta est, & denique uniuersali quodam C
morbo potentiæ interiores, atque exteriores debilitatæ sunt. Quis igitur nobis in tanta necessitate subueniet? Scitote fratres hodie cœlestis regni Imperatricem in templum ditissimam introire, totum namque cœli thesaurum, atque diuitias præmanibus fert. Accedamus igitur cum consideratione nostra ad templi ianuam, tanquam pauperes, uulnera nostra illi pādentes, atque ab illa remedium mendicantes, siquidem tam laute atque abundanter nobis auxiliari potest. Sic nos admo- Ber. ser.
net Beatus Bernardus dicens. Amplecta- 12.i Ap.
mur Marię uestigia fratres mei, & deuotis-
sima supplicatione beatis illius pedibus D
prouoluamur: Teneamus eam, nec dimittamus donec benedixerit nobis, potens est enim. O fœlices illos, qui tam bona opportunitate uti norunt.

Valde autem super hanc sancti Euangelii lectionem notandum est, quæ nam fuerit causa, ob quam sanctissima Dei mater hanc legem, quæ tamen eam non obligabat, uoluerit adimplere. docebat enim lex. Leui. 12
Mulier si suscepto semine pepererit ma-

masculum,

A culum, immunda erit septem diebus, &c. Nec ingredietur i sanctuarium donec impleantur dies purificationis suæ. Et alibi p cipiebatur, quod omne masculum adaperiens vuluã sanctificaretur Domino. Non adhibuit sancta scriptura particularitates has, eo quod solitum est in natura fœminas absq uiri accessu concipere ac sine corruptione parere nõ posse. Illas ãt posuit, ut significaret unam absque corruptione, ac viri accessu esse parituram. Hæc autem est purissima Regina, ac Domina cœlorum, & terræ virgo Maria mater Dei. Hanc admirabilem prærogatiuam significauit Spi B ritus sanctus, dicens. Duo ubera tua sicut duo hinnuli capræ gemelli, qui pascuntur in lilijs donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ, ut quid o diuine spirit⁹ nobis ubera numeras dicens: duo ubera tua? Satis utique compertum uobis est illa duo esse. Præterea quid similitudinis habere poterunt hinnuli ex unico nati partu cum virginis uberibus? Præterea quomodo dieis lilia esse illorum pastum, cum vix sit uiua creatura, quæ lilijs depascatur? Quomodo igitur illa hinnuli edere poterunt? O profunda mysteria præstantissima ab Spiritu sancto depicta metaphora. O sponsa cha- C rissima, (ait ille) duo ubera, quibus me oblectasti sunt immaculata virginitas, & chara maternitas, hasque duas prærogatiuas, quibus mihi tantopere seruijsti, hinnulis confero, qui ab uberibus lac sugunt, ut significem isthæc duo, quibus mihi magno pere placuisti, duo fuisse præclarissima beneficia quæ a me accepisti. Itaque date tuum fuit accipere. Ideoque dico illos esse syluestres hinnulos, quia quandam esse matrem, & virginem simul non est res domestica, non est res communis, neque huius sæculi, sed hæc duo priuilegia ex super nis cęlorum montibus descenderunt, ut D hæ duæ excellentiæ in simul reperirentur in uno. Fæminam matrem solum, aut virginem solum esse, facile quidem in mũdo reperitur: at utranque harum excellentiarum simul in uno subiecto reperiri, hoc quidem nulli unquam, nisi tibi contigit. Dicensque Spiritus sanctus hæc duo ubera inter lilia pasci, nobis significauit uirginitatis sanctissimæ Dei genitricis mysterium inter Sanctos Apostolos, sanctosque discipulos tanquam inter pulcherrima lilia fuisse cel itum, ibique depastum atque

Exo. 13.

Cant. 4.

conseruatum fuisse, quousque dies sacratis A simæ uitę Christi Redemptoris nostri finitus est, & sancta Ecclesia ignorationis tenebras ab orbe cępit expellere omnes uidelicet credẽtes mysterium hoc admirabile cum reliquis ineffabilib. fidei nostræ sacramẽtis erudiens. Quæ cum ita sint, quare ô purissima virgo purificari uis, si quidẽ hãc legẽ obseruans quodãmodo honori, virginitatiq; tuæ detrahis? arbitrabuntur nãq; homines te sicut & reliquas eẽ genitrices. Ecquis autem optime factum fuisse dubitat, quod cęlestis hęc regina diuino spiritu plena, & ab ipso edocta perfecit? Duo hic aderant, alterum scandalum euitare, ne le- B gem transgredi videretur, & hoc poterat ipsa facere, alterum, honorem atque pudicitiam suam propugnare, quod quidẽ ipsa facere nõ posset, licet enim se uirginẽ esse affirmaret, nulla tamen ei fides haberetur. Ideoque ut scandalum euitaret, quod potuit, facere uoluit, quod autem nequiuit, in Dei manib dereliquit. In quo nos docuit, quod quando sese nobis duo obtulerint, quorum alterum possumus, alterum antẽ nequimus efficere, id quod possumus faciamus, alterum vero Dei manibus dimittamus, ut ipse faciat, sicuti eum sanctissima genitrice sua fecit sancti senis Simeonis C testimonio ipsi⁹ honorem, ac pudicitiam commendans. Illata est tibi iniuria, quam si dimiseris, te pusillanimem iudicandum esse suspicans, honorem tuum amittẽdum arbitraris, fac quod debes, tolle scandalum, quod non ignoscendo præbes: nec uero arbitreris te honorem amittere, Deus enim te dedecore affici non patietur. Vbi Isa. 28. nos legimus, erit Dominus exercituum corona gloriæ, & sertum exultationis, septuaginta interpretes transtulerunt: erit Dominus Sabaoth corona spei. In quo docet Spiritus sanctus eis, qui honorem suum paruifaciunt, ut quod debent, perfi- D ciant, sperantes se a Deo esse protegendos, atque ad pristinum honorem restituendos, Deum gloriæ coronam esse futurum, & sic quibus est corona spei, erit corona gloriæ.

Dicit ulterius Sãctum Euangel. ũ: *Tulerũt Iesum in Hierusalem ut sisterent eũ Domino.* Quod uqs q atsiq dẽ sacratissimus hic infans absq; genitricis suæ corruptione natus est, ideoq; lege hac minime tenebat, quare in tẽplo uoluit offerri atq; huic

A se legi submittere? ad hoc respondeo, Dominum hoc ita fieri uoluisse, ut munus suũ inciperet exequi. Sãctus Simeon illum hodie lumen ad reuelationem gentium appellauit. Hoc lumen accensum est, sicuti lumen in solitudine solet accendi. In oppido plerunq; alter uicinus alteri lumen præstat, si lumen uultis accendere, in domum vicini uestri uos cõfertis, & ille uobis lumẽ suum communicat. In solitudine autem lumen instrumẽtis solet accendi, percussa videlicet silice annulo ferreo erumpit igniculus, & in escam ingreditur, sicque lumen accenditur. In cælesti Hierusalem beatissi-
B ma ciuitate spiritus beati lumen sibi inuicem communicant tanquam uicini. Deus namque Seraphim mysteria sua reuelat, Seraphim illa Cherubim, illi autem cæteris minoribus spiritibus manifestãt, & sic mysteria diuina de ore ad os procedunt quousq; ad minimos Angelos perueniũt.
Dion. de cęl. hier. Vnde B. Dionysius dicit: Angeli maiores illuminant minores, scilicet tanquam uicini in una ciuitate commorãtes. In hoc autem sæculo cum simus in solitudine ut lumen quod nobis illucesceret haberemus, necessum fuit annulum ferreum silicem
2. Reg. 22. attingere. Silex Deus est: ita dicitur in secũ-
C do Regũ uolumine, Dominus petra mea. Vnde uolẽs ipse Deus quam grauia Hierosolymæ peccata essent, ostendere, ut contra diuinam maiestatem suam illa cõmissa fuisse demonstraret, dicit per Ezechielẽ
Ezec. 24 prophetã, sanguis enim eius in medio eius est, super limpidissimam petram effudit illum, nõ effudit illum super terram, ut possit operiri puluere; Annulus autem ferreus idest, *(El eslabon)* quã plurimis exactus uirtutibus fuit sacratissima virgo Maria, qui hanc silicem supernam fidei humilitatis, & obedientiæ tactibus tetigit dicens, ecce
Luc. 1. ancilla Domini, fiat mihi secũdum uerbũ
D tuum. Statimq; scintilla, quod est uerbum diuinũ, ex silice (qui est pater) procedens, virginalẽ eius uiscerum escam apprehendit, quæ sic ut esca ab omni malo, carnali que cõcupiscentia libera & sicca erant, ibique homo factus est, & inde prodijt tanq̃ lumen, ut mundo in tenebris sedenti illucesceret, frigentemque diuini amoris igni inflãmaret. Statimq. in præsepio nos illuminare cępit, humilitatem atque paupertatem nos erudiens. Hodie nos etiam illumi-nauit se legi submittens, cum tamen ipse legis esset dominus, & quatenus homo ab
A illa immunis, siquidem in ortu suo purissimam genitricem suam integram incorruptamque reliquit. In qua submissione nos docuit tam humanis maiorum nostrorũ, quam diuinis legib. nos parere oportere.
Simile. Quam in uobis furibundus leo stragem ederet, si in libertate dimitteretur? ideoque ferreis uinculis deuincitur. Equus autem effrænatus Dominum suum humi deijceret, pedibusque conculcaret. Quid igitur aliud est homo in sua libertate constitutus, nisi immanis leo, atque effrænatus equus? idcirco vult Deus, vt hic homo diuinis humanisque legibus uinciatur, quibus
B nisi teneretur quæ mala non faceret? ideo
Eccle. 6. dicitur: vincula illius alligatura salutis. Et
Eccl. 11 admonet unumquemq. dicens: sta in testamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mãdatorum tuorum ueterasce. Non est bonus filius, qui parentis sui testamentum non complet: Dei testm̃ dicitur diuina ipsius lex, sanctumque eius Euangelium.

In hoc testamento filiis suis legitimis bona suæ gloriæ legauit: hic præstãtissima
Matt. 5. illa legata perscripsit dicens. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cęlorum: beati mũdo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. O. fęlicissimos homines,
C quibus tam fortunata cõtigit sors. In hoc testamento suam vltimam explicuit uolũtatem dicens, qui perseuerauerit usq. in finem hic saluus erit. In hoc igitur testamento tibi consulit sapiens, vt sis tanquam bonus filius. In illo pmane, passim illud euolue clausulas illas, & legata, quibus te in cęlo donandum promittit, assidua animi cogitatione considera; in illo colloquere. Animaduerte conditiones, quas testator expostulat, quæ est suorum præceptorum
Deut. 6. obseruatio, quam exequi debes. Loquens Moyses de diuinis præceptis Dei nomine
D dicit: eruntque verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & mouebuntur ante oculos tuos. Quasi diceret, erunt quasi conspicilia super oculos tuos. O mirificam exaggerationem, attendite quales nos Deus in præceptorum suorum obseruantia esse vult. Si quidem tanquam conspicilia semp ante oculos nostros illa geri præcipit. Qui conspicilia gerit quæcunq. videt, mediantibus illis videt, talisque res quam uidet, ei apparet, qualia, seu qualis coloris sunt conspicilia, sic vult Deus ne quid

A quid optandum siue faciendum perspicia mus, quin prius ante considerationis ocu los diuina ipsius præcepta proponamus, taliaque desideremus ac faciamus, qualia ipsa nobis repræsentarint. Illaque ut bona sequamur, quę ipsa nobis bona esse monstrarint. Cum enim tu o homo tã tenui sis ocolorum acie, nisi his conspi lijs usus fueris lapidem lignũ esse putabis, & e contra bonum pro malo, malumq; pro bono habebis, si autẽ hæc diuina consp ci

Psa. 18. cilia ante oculos proposueris, omnia recte

Psal. 118 facies. Nam propheta dicit, præceptũ Do

B mini lucidum illuminans oculos, & alibi dicit, tunc non confundar cum perspexerõ in omnibus mandatis tuis. Subitiens se Dominus huic legi etiam nos docuit, non

Lege Di solum inferiores, sed ipsos etiam legislato

gna vox res legibus quas sanciunt, obligari. Et quã

C. de le. nis iuris periti dicunt legislatores suis legi

gibus. bus non teneri, intelligendum est hoc in foro exteriori, quod nullus porest eos ad earum obseruantiam obligare, nisi ipsi il las velint obseruare, coram Deo autẽ mor taliter peccant; bonum enim piumque exemplum præstare tenentur.

Luc. 11. Quosdam autẽ, qui hoc non faciebant, comminatus est Christus summa ueri tas dicens, vę nobis legisperitis, quia oneratis

C homines oneribus, quæ portare non pos sunt. Et ipsi uno digito uestro nõ tangitis sarcinas. Quod, væ, peccatũ mortale signi ficat. Miserabile est uisu quam difficile ma gnates ac principes uel minimo quidem digito ea pertingunt, quæ subditis suis im ponunt. Hoc maximo cum affectu atque

2. Esd. 3 dolore dixit Sanctus Propheta Esdras qui labores atque diligentiam, qua filij Israel. Hierosolymam denuo ædificarunt, recen sens addidit dicens, optimates autem eorũ non posuerunt colla sua in opere Domini Dei sui. Optimates tantum ac principes la bores oderunt quod (quæ nostra est mise ria) nunc etiam experientia comperimus.

D Etenim Euangelium, quadragesima & de nique conciones non illis quidem institu ta fuisse uidentur Cum tamẽ ipsi alijs opti mum præbere pietatis exemplum sanctisq; legibus stare potiori iure teneantur. Vnde

1. Esd. 9 maiorum peccata, semper apud Deum execrabiliora, magisque exaggerata fuere. Idem namque Esdras maximam quãdam abominationem recẽsens, quam filij Israel admisere, quasi magnam exaggerationem faciens dicit manus etiam principum, & A magistratuum in transgressione hac pri ma. Quapropter addit statim, cumque au dissem sermonem istum, scidi palliũ meũ & tunicam, & euelli capillos capitis mei, & barbæ, & sedi mærens. O beatum uirum, q peccata aduersus Deum tantopere sentie bat, præcipue uero ea quæ ab ij s facta fue rant, qui meliores esse sanctiusque alijs exẽ plum præstare tenebantur propter damnũ quod scandalo suo minoribus inferebant. Nulla quippe lingua poterit explicari quantum hoc reipublicæ incommodum afferat. Quod Esaias Propheta exaggera- B uit dicens, uisio dura annunciata est mihi, Esai. 21. & quæ fuit hæc uisio Sanctę Propheta? qui (inquit) incredulus est, infideliter agit, & qui depopulator est uastat. Et septuagin ta interpretes hunc locum ita transtule runt, uisio dura nunciata est mihi, præuari cator præuaricatur, & iniquus inique agit, ubi aperte docet spiritus diuinus præuari catorem & iniquum esse Deo infidelem, proximisque suis perfidum, atque reipubli cæ depopulatorem ac deuastatorem.

Et ut darent hostiam secundum quod di ctum est in lege Domini par turturum, aut C Le n. 12. *duos pullos columbarum.* Lege præcieba tur quod quæ posset agnum offerret, quod Leui. 12. si non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, sumet duo turtures, uel du os pullos colũbarũ. Sacratissima uero cęlo rũ imperatrix pauperis quidẽ nõ aũt diui tis obtulit munus, qa & si sancti Magi au ri copiã ei obtulerãt, credibile est, ipsam il lud iã in pauperes diuisisse. O admirabile Christianis omnib. maximeq; Ecclesiasti cis uiris exẽplũ, qui de redditib. suis maio ri iure pauperibus partem aliquã tenentur erogare, siquidẽ omnia quæ possident sunt D munera, quę Christo Saluatori nostro ob lata sunt, sicuti quæ Magi obtulerũt. Dicit Diuus Paulus, induite vos sicut electi Dei, Colo. 3. & dilecti viscera misericordię. Non cõten tus est hic Sanctus Apostolus quacumque sicca & famelica misericordia, sed viscera misericordię postulat, quod est multo plus illãque a nobis indui petit. In quo signifi cat se desiderare, ut omnes nos misericor dia simus operti, quemadmodum corpus uestibus operitur, idest ut uerba, cogitatio nes, desideria, & denique opera nostra oĩa sint misericordia cooperta. Quod si ab om nib. Christianis uniuersaliter petitur, quid

A Ecclesiasticos uiros facere oportet, siquidẽ meliores esse tenentur, & sicut talibus Ecclesiastica vectigalia quæ habent, eis commendata sunt? Habet princeps filium, quẽ nutrix educat, & princeps optimos ei cibos præcipit dari, ut infanti bonum atque abundans præbeat lac, puer autem semper famelicus ac macilentus, est, quod admirans princeps perscrutans unde id prouenire possit, reperit nutricem illam alios habere liberos, qui eius lac sugunt secreto (*A en hora buena*) (ait princeps) ideo ego admirabar quod filium meum adeo macilentum videbam, nunquid nutrix illa acerrima reprehensione digna uobis non videtur? sic utique. O pauperes filij Dei, ipse ecclesiasticis nris præbuit uectigalia, quibus uos alant, uos autem semper esuritis, uarijsque necessitatibus opprimini, nec uero mirandum est, siquidem Ecclesiastici uiri, & si non habebant liberos, multi tamen eorum habent consanguineos, qui omnia que pauperibus deturi erant, eis fugunt. Quod magnum quoddam crudelitatis est genus. In cuius supplicium arbitror Deum permittere ut reges tot necessitatibus opprimantur, ut modos quærere compellantur, quibus de Ecclesiasticis ẽt C bonis partem sibi uendicent. Ecclesia est refugium, atque protectio delinquẽtibus quandiu delinquens in loco sacro moratur, ministri iustitiæ illum non apprehendant, caueat autem ne a sacris liminibus discedat, statim enim a iustitia comprehendet Bona Ecclesiastica (ut ait Gerson) sunt bona peccatorum atq; delinquentiũ equæ pro peccatis suis ad Deum mitigandũ obtulerant, hinc beneficiorum, canonicatuũ, episcopatuum denique redditus surrexere. Verum o Domini Ecclesiastici animaduertite quomodo redditus istos consumitis, si enim illos extra Ecclesiasticos terminos abstr hitis, eos prophanitatibus, uoracitatibus, aut leuitatibus consumendo, sæcularis iustiti a illos apprehendet, quia eos extra sacrum locum reperiet. Quando Ecclesiastici redditus in honesto moderatoq usu consumuntur, pauperibusq. subuenien dis atque aliis pijs operibus faciendis expenduntur, tunc delinquentes in loco sacro cõmorantur, nec permittet Deus ut têporales Domini eis indigeant, ue necessita tibus coacti eos apprehendant si uero extra Ecclesiam & eius terminos exierint, ne

Simile.

Simile.

Gerson in.li.de uita cont emplatiua.

miremini si a uobis ablati fuerint. O patres, ac Dñi mei discite quæso ab hac sacratissima præceptice, quę tam merito mater misericordiæ dicit, ad ipsius imitationẽ thesauros istos in pauperes distribuite, quo dñs sua ineffabilia dona uobis impertiatur. Notãdum est etiam circa hoc, ꝙ præcipiens Deus ut qui agnum non posset, turturum, aut columbarum par offerret: nos docere voluit, ut cum propter animorum inopiam, & peccata iam commissa nos immaculatos agnos offerre non potuerimus. Saltem turtures, aut pullos columbarum per pænitentiam effectos nos offeramus. B Turtures gemunt, pulli autem columbarum vlulant, & sic per has aues significantur gemitus & planctus, lachrymæ, atq. suspiria, quæ ex uera cordis pænitentia prodeũt. Habes pretiosum, illustremque equũ, quẽ latro furatur & facit lapides atque arenã asportare, postea illũ uarijs plagis debilitatũ reperis, ita ut iam ei sellam imponere nequeas. Tunc eius oculos uelamine operis ad rotanque deuincis, atq; ad hortũ irrigãdum aquã ex anthla, idest, (*Norta*) facis haurire. Animus innocens, puius gratiæque splendore illustratus est pretiosus q C dam equus Dei, in quem diuina ipsius maiestas ascendens tãquam eques deambulat, unde dicitur. Anima iusti sedes est sapientiæ. Perditur hic equus. diabolus hanc animam furatur, illamque tanquam iumentũ lapides (quæ sunt peccata lapidibus duriora) facit asportare, terramque humeris eius imponit, quia illam terrestrib. rebus facit occupari, quęrit Deus hunc equum, idest, hanc animam, quã sic corruptã, vulneribus infitã splendore ac pulchritudine amissa reperit, & siquidẽ innocentis munus exequi non potest, facit eam esse pænitentem. Ad obedientiæ rotam illam deuincit, prudẽtiæque oculos ei operit, prudentię (inquã) humanæ atq; carnalis, & oculorum fistulis idest alchaduces eam ex uiscerum suorum anthla lachrymarum aquam facit haurire ad conscientiæ suę uiretum irrigandum, ut bonorum desideriorum flores & optimorum operum proferat fructum. Turtures atque columbarum pullos offerebat Dauid Deo, cum postquam peccarat, diceret Secundum multitudinem misetationum tuarum dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquitate mea. Misericordia solum significat alienarum calamitatum compassio-

Simile.

Sap. 7.

D

Psal. 44.

A compassionē. Miseratio uero prętcr hoc operum ĕt subsidium erga miserum atq; afflictum designat. Ideoq. non contentus est Dauid dicere Miserere mei Deus secūdum magnā miser cordiā tuam. Sed addidit ĕt; & secundū multitudinem miserationū tuarū. Et q̄a ea, quæ abradūtur, aliquod sui uestigiū, ea uero q̄ lauantur nullū prorsus relinquūt, sed penitus munda manēt, ne q; in aīa sua peccati uestigium remaneret non est ĕt contentus dicere, dele iniquitatē meā, sed subdidit dicēs. Amplius laua me ab iniquitate mea, hoc est, iterum, atq. iterum me ablue, ne q in me peccati uestigiū, signumve remaneat. O peccatores, qui tot maculis

B estis infecti, quot peccata commisistis, ne a uiuentium libro deleamini, efficacissima Deum oratione deprecamini, ut ipsæ prius a uobis abradantur; & cum Dauid Dñm rogate, ut vobis cordis lachrymas concedat, quib. a diuina ipsius Maiestate lauamini, ita vt nullū in uobis uestigium peccati remaneat. Leęna dicitur, si cum alio, nisi cum leone socio suo commisceatur, non audere corā eo apparere, nisi prius abluatur, Ideq. Ciconia facit Cygnus adeo munditia delectatur, ut si cum socia sua cōmisceatur prius quam comedat, abluatur. Elephasq. dr̃ si ad sociam suam accessit, al js Elephantibus se nō coniūgere donec lauetur. Quæ cum ita

C sint o peccator, ex his brutis animantibus disce, nec eos tibi præcellere patiaris, si aliqua te culpa maculasti ne cum hominibus audeas cōuersari, nec ad mensam tuam considere, quanto minus coram Deo apparere donec sacro sancto pænitentiæ lauacro abluaris, ut illa te disponēte diuinā gratiā consequaris, qua postea cælesti gloria fruiturus ad æterna regna conscendere merearis. Ad quę nos perducat Iesus Mariæ filius Amen.

IN EODEM FESTO Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ. Concio II.

D

Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secūdum legem Moysi. Luc. 2.

DVo grandia mysteria celebrat hodie sancta mater Ecclesia in hac sacra solennitate, alterum quomodo sacratissimus infans Iesus in templo præsentatus est, alterum uero quomodo purior cœlis sanctissima uirgo Maria domina nostra purificata est. Hæc duo distinctis præceptis Deus iusserat Hebræis, præcepit sibi Exo. 13 primogenita & hominum & brutorum offerri in memoriam uidelicet illius beneficii, quod Deus in eorum maiores contulit, cum ipsorum causa primogenitos Aegypti occidit Qua plaga pcussi Aegyptij eos compulerunt ut ab Aegypto exirent. Est autem ualde notandum, q cum Deus in lege dicat, quicquid habueris masculini sexus, consecrabis Domino: addidit B dicens, primogenitum asini mutabis boue, quod si non redemeris, iterficies. Ita quę alia primogenita uolebat Deus sibi offerri non autem primogenitum asini. In quo significauit eos qui diuinæ ipsius maiestatis ministerio, peculiariter offerendi & consecrandi sunt, non asinos quidē, neque insipientes, sed sapientes atque disertos esse oportere, quanto igitur magis diuinus hic dñs eos q̄ ecclesiæ suæ præsunt, insipientes atq; asinos esse nollet? Subtus illam decorā, sublimemq. atq; procerā arborem, quā uidit Nabuchodonosor habi C tabant animalia & bestiæ, & in ramis eius cōuersabātur uolucres cæli, atq ut ipse sāctus Daniel interpretatus est, per arborē Dan. 4 illā imperium & monarchia Nabuchodonosor significabatur, ubi aliquis ĕt ordo esse uidebat, siquidē aues superius, bestiæ uero inferius morabantur. Qđ cū ita sit, quō ferendū esset, q in sacratissimo dñi nostri Iesu Christi imperio atque monarchia, q̄ est uniuersalis ecclesia, tāta esset monstruositas atq; perturbatio, ut bestiæ atque asini per aera uolarent, & in ramis quæ sunt pęminentes dignitates considerent, aues aūt D ad uolandū a Deo creatæ in inferiori loco opprimerentur? liberet nos Deus a tanta abominatione. Inter lamentabilia, de quib. querebatur Hieremias propheta ut unum erat, serui dominati nostri, nō fuit qui redimeret de manu eorū. Thre. 5 Hoc ĕt magnopere mirabatur sapiens dicens; est malū, q uidi Eccl. 10 sub Sole positū stultū ī dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum, vidi seruos in equis, & principes ambulantes super terram quasi seruos. In his oib. significat spūs sanctus unam ex maximis huius sæculi abominationibus & malis esse quod stulti

ac

A ac uitiorum serui, sapientes, uirtutum dinites passionumque suarum dominos gubernent earumque dominentur. Valde est animaduertendum est, quod ubi primum Moyses Dei nomine legem hanc de primo genitis consecrandis indixit: statim addidit: Cumque interrogauerit te filius tuus cras dicens, quid est hoc respondebis ei; In manu forti eduxit nos Dominus de terra
B Ægypti, de domo seruitutis. Ex quo apparet Deum uelle ut ipsius beneficia uiua animi recordatione teneamus, eorum quippe recordatio animum in diuino inflam-
Iosue 3. mat amore. Iosue dixit populo Israel; sanctificamini, cras enim faciet Dominus inter uos mirabilia; nonnulli dicunt hanc sanctificationem fuisse faciendam abstinédo ab amplexib. maritalibus: alii vero Hebraei (& melius) dicunt illos ad miraculi magnitudinem animaduertendam, commouere voluisse, quasi diceret eis. Attentis animis aduertite quæ cras uisuri estis, dili
C genter ea considerate, hoc enim ad nos sanctificandos sufficit. O si Christiani magnalia quæ Deus eorum causa perfecit, attenta animi consideratione perpenderent, hoc multum ad ipsorum sanctificationem conduceret, atque inde singularis eis confidentia oriretur, qua in huius sæculi calamitatibus securissimam uitam degerent Ideoque ipse Iosue ibidem populo suo dicebat; In hoc scietis, quia Dominus Deus viuens, in medio uestri est, & disperdet in conspectu vestro Chananæum. In hoc scilicet ope
Simile. re excellenti transitus Iordanis, cognoscetis quantopere uos in Deo sperare oporteat, & quam merito confidere uos ab eo
D plurima esse beneficia percepturos. Si amicus tuus propter te uitam, aut honorem suum in discrimen adducit, opus illud certo te scire facit, eum etiam diuitias suas tibi esse præbiturum, si quidem quantum est ex se pretiosius qđ habuit tibi dedit. Hoc efficacissimum argumentum conflat Diuus Paulus dicens, qui etiam proprio filio
Rom. 9. suo non pepercit, sed pro nobis tradidit illum; quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit? Intelligens Dominus quam efficax sit hæc beneficiorum recordatio statim illic præcipit Sancto Iosue, ut duodecim lapides abstraheret a Iordane, illosque collocaret in loco castrorum ubi fixerunt tentoria, ut per eos eorum recordarentur, quæ Dominus illic eorum causa perfecit. Hic autem primogenita iussit A offerri, & quando ineffabile sacramentum altaris instituit, dixit, Hæc quotiescunque feceritis in mei memoriam facietis. O benedictus & glorificatus sit talis Deus. Quid Domine? tam modico contentus es? Satis aperte pauperibus uendere uideris, siquidem te tam paruo pretio uendis. Dico Dominum hoc petere, quia nouit hoc modo homines, nisi forte sint lapides aut Dæmones, sui amore esse inflammandos. Diuus Ro. 12. Paulus dicit, si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi, hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Si ergo unius hominis beneficia B in alterius hominis corde amoris ignem sufficiunt inflammare, quantumcunque ille sit alteri infestus; quanto efficacius hoc innumerabilia atque ineffabilia Dei beneficia idem in nobis efficiét? o eximium atque efficacissimum argumentum? quomodo fieri potest, quod cum nos Deo infestos esse non credamus, eius amore non capiamur, & quasi ardentissimi carbones inflammatissimo amore excandescentes illum non diligamus, cum nos tot ab eo beneficia percepisse nouerimus? secundum enim ligna silC uarũ, sic ignis exardescit, ait Ecclesiasticus. Eccl. 28.

Si ergo unumquodque beneficium est unum lignum accensum, quomodo in medio tot ignium nos sic algemus? Hoc utique est unum ex magis obstupendis, quæ in sæculo aguntur, illud autem multo maiorem affert admirationem, quod ex ipsissimet Dei beneficiis plurimi occasionem accipiũt maiora mala committendi. De quo quæritur Deus per Hieremiam dicens? saturaui eos, & mæchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur. De iustis autem dicit Dauid, edent pauperes, & saturabuntur laudabunt Dominum, qui requirunt eum: Hi comedebant ad Deum laudandum, illi autem saturabãtur, ad magis peccandum. O summam filiorum Adæ peruersitatem, D ueneficia in maleficia conuertentium. Dauid nuncios misit ad regem Amon in signum gratiæ, ac beneuolentiæ, ut eum de afflictione quadam qua premebatur, consolarentur, ipse uero rex Amon adeo ingratus fuit, ut nuncios, & perinde mittentem regem iniuriis affecerit. Omnia Dei beneficia nuncii eius sunt, si quidem ob commodum tuum ea facit, quę te ad gratitudinem amoremque inuitant. At uero tanta

Hier. 5.
Psal. 21.
2. Re. 10

A est malitia tua o infelix homo, ut eis iniuriam inferas diuitijs, ualetudine, pulchritudine, & scientia denique abutens. Quid igitur o miser expectas pro tāta iniuria, qiā Domino ea tibi mittenti infers, nisi quod acerrimum de te propterea suppliciū sumat? O per uiscera misericordię Dei nostri te rogo frater mi, ut tui ipsius miserearis, teq; in meliorem frugem recipias, atque huic summo benefactori tuo gratissimus
Psal. 118 esse cœperis: fac sicut Dauid, qui de seipso fatetur dicens: Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem. Hoc est, ut gratus
B sim, ut ex plurimis quæ debeo aliqua saltē ex parte Domino satisfaciam. Et hæc mihi uidetur uera huius loci intelligentia. Propter retributionem, scilicet ne referatur ad sperata præmia, sed ad accepta beneficia In quo manifestat Sāctus Propheta adeo efficacem esse acceptorum beneficiorum recordationem, ut cor ad diuinæ legis obseruantiam, non per quinquaginta aut centum annos inclinet, sed in æternum, si tandiu hominis uita duraret. Has leges uoluit hodie cœlorū imperatrix ad implere, quamuis eis minime teneretur. Noluit taxim apud Deum habere dicens;
C satisfaciam legibus, quæ mecum loquuntur, & non pluribus. Filij Adę cum Deo taxim constituere gaudent, semel (inquiunt) in anno ad confessionem & nō pluries accedam, & si plura habeam peccata quam
2 1. 34 Iudas, dūmodo alia præcisa necessitas non offeratur; quando mihi bona redundarint eleemosynam faciam, rei sacræ festis tantum diebus interero: non alioquar proximum meū, (*Porque el me quito la habla.*) denique dicit infælix homo, ea tantum ad implebo præcepta, quæ me sub mortali culpa obligant. O ingrate non consideras quomodo se Deus tecum habuerit? cum
D enim alijs medijs te redimere potuisset, propter te homo fieri uoluit: cūque homo factus una sanguinis gutta te posset redimere, uniuersumq; orbem a Diaboli serui tute liberare, tui causa totum effundere, & demum pro te mori uoluit: nullam tecum beneficiorum constituit taxim: tu uero ministeriorum quæ illi exhibiturus es, ta-
2 Re. 23 xis esse uis? Hec omnia ex amoris defectu procedunt: Nō sic utique uiri iusti faciūt. Illi tres fideles famuli Dauid, ubi primum Dominum suum aq ua de cisterna Bethlehem desiderare cognouerunt, non expecta A runt ut ipse eis illam portare iuberet: sed statim irruperunt castra Philistinorum, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehem, & attulerunt ad Dauid: sic fidelissimi Dei serui faciunt: etenim non expectant quousque Deus res eis pręcipiat facere, sed ipsimet ultro multa bona opera faciūt, quia ea diuinę uoluntati conformia esse cognoscunt. Sanctus dux Iosue non solum duo- Iosue. 4. decim illos lapides e Iordane subtraxit, quos ei Dominus auferre præceperat, sed alios (inquit sacratus textus) duodecim lapides posuit in medio Iordanis alueo, ubi steterunt sacerdotes, qui portabant ar- B cam fœderis Domini, & sunt ibi usque in præsentem diem. Et de his lapidibus dicitur communiter a Doctoribus teste Lira, Matt. 3. quod B. Ioannes baptizans in Iordane dixit: potens est Deus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahæ, illos magis quam alios qui extra fluuium erant designans: significans Deum in lapides illos, qui supererogationis opus fuerunt, semper aspicere. Cū igitur supererogationis opera tā grata sint diuinæ maiestati, diligentissime quæso, fratres charissimi, ea facere curate. *Et ut darēt hostiam secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos co* C *lumbarū.* Hic uana quædam nimiumque usitata pręsumptio confunditur: quod nemo pauper uideri uult. Videbitis hominē, qui uix habet drachmam, ne autem pauper appareat, mulam habet & famulos, nestesque ac maximum familiæ fastum, ad quam uanitatem sustentādam uisceribus dissecatur, modicamque quam habet substantiam distrahit, quod nisi facere uellet bonis suis mediocriter aleretur. Ne accipias faciem aduersus faciem tuam dicit Ecclesiasticus: hoc est, pauper cum sis noli Eccl. 4. uideri diues, stultum est enim, plurimorūque hoc tibi futurum est causa laborum D nec non occasio complurium peccatorū. Quare fratres mei uos pauperes esse pudebit, si quidem Angelorum regina ne agnū quidem, quem in purificatione sua offerret habuit, & sic obtulit par turturum aut duos pullos columbarum? O ineffabilem Dei probitatem: & enim non solum pauper pro nobis ipse fieri voluit, ut inopia ipsius omnes diuites essemus, sed omnia & indigentia voluit eligere, matrem pauperem, familiā inopem, pauperes egenosque

A uoluit habere discipulos. Adeo ut unus ex illis dixerit. Cum essem apud uos, & egerē nulli onerosus fui. Quibus indigebas o
1. Co. 11 Beate Paule? necessarijs utique rebus, uestibus, cibis, domoque: quod inferius significauit dicens se vixisse in fame & siti, in frigore, & nuditate. Adeoque clemētissimus hic Dominus paupertatem diligit vt se pp pauperes præcipue in mundum venisse fateatur. Et sic vbi nostra trāslatio habet: Ad
Isa. 61. annūciandum mansuetis misit me: septuaginta interpretes transtulerunt: Euangelizare pauperibus misit me: quam translationem secutus est D. Lucas, Pauperibus
B Euangelizare est euangelicæ gratiæ participes potissimum facere. Quis igitur hæc
Luc. 7. audiens paupertatem non diliget, si quidem a Domino adeo vehementer amatur: tantamque in animabus operationem facit, ut māsuetudinis virtutem illas adiuuet adipisci, vt hic apparet: cum quos una trāslatio mites ac mansuetos, altera pauperes appellet: præcipue uero cupiditatem, uitiorum omnium ianuam atque radicem esse cognoscens? Sic etenim illam appellauit
1. Ti. 6. Diuus Paulus dicens: radix omnium malorum est cupiditas. Quapropter affectuose
Ps. 118. rogabat Dauid dicens; Inclina cor meum
C in testimonia tua, & nō in auaritiam. Vbi notandum est, sanctum regem totam legē diuinaque præcepta uniuerso peccatorum generi opponere quæ omnia auaritiæ nomine complectitur, cum dicit, & non in auaritiam, idest, & non in omnem iniquitatem, ipsa enim os est & ostium totius iniquitatis. O diuites auari huius sęculi quomodo hæc audientes non trepidatis, remediumque opportunum nūc, cum potestis, vobis curatis adhiberi? Vult quis profun-
Simile. dum præterire uadū, cui dicitur, ne isthac transeas, nuper enim ibi demersus est homo, at ille protinus dicit, si sic est, aliud iter
D assumā, licet quatuor aut quinque millia passum ambiam, ne per tam periculosum locum præteream. Si quidem igitur o frater auare merito tibi dicere possumus in isto itinere non solum diuitem epulonem sed alios etiā complures fuisse demersos: quare aliam uiam licet aliquāto difficiliorem non suscipis, ne perpetuo gehennalibus ignibus comburaris? quid enim demētius? quid insanius quam propter modicū lucrum temporale, æternū supplicium subire uelle? Hoc cęlum hoc terra, hoc muta elementa, hoc saxa ipsa, atque ipsa marmora (si id quidem fieri potuisset) lamentarentur, & obstupescerent. A

Dicit amplius sanctum Euangeliū: *& ecce homo erat ī Hierusalē, cui nomē Simeō, & homo iste iustus & timoratus*, q quidem sanctissimū infantē in vlnas suas accepit. Simile.
In quo docemur q ad hūc diuinū dñm sicut oportet recipiendū, curare debemus tales esse qualis sanctus hic Simeō. Sup quo notandū est prius quā sanctus Euāgelista eū iustū appellaret, illū hominē nuncupasse. Ad hoc enim q aliquis homo iustus sit hominē eū esse oportet qui rōne nō uero passione ducatur: q enim passione & nō ratione utit, bellua potius quā homo dicendus est. Nonnulla sunt officia, quæ ut optime, perfectissimeq; fiant alia prius addisci necessum est: ad hoc vt quis scriba sit, priꝰ illū scire legere oportet, ad hoc, ut sit bonus aurifex, prius bonꝰ insculptor esse debet, ut sit bonus excusor, bonū prius architectum illum esse oportet. Sic & ad hoc q quis iustus sit, prius illum esse hominem necesse est. Vnū ex ijs, ad q̄ Deus homo factus est, fuit ut nos homines esse doceret. Qn̄ quis illatam sibi iniuriā ulciscit, tuq; illū dicis eum sicut hominē fecisse, mētiris non. n. sicut homo, sed sicut iumentum eō tra percutientē se calcitrans fecit. Quemquā. n. esse hominē in hoc sensu, de quo loquimur est cum rōne, mansuetudine, humilitate, patiētia deniq; uti ad imitationē cælestis illius hominis, qui nobis dicit, discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Vt quis in aliqua arte perfectus euadat necesse est eū diu in illa se se exercere, usus em̄ facit magistrū, ideoq; si homines esse uolumus, plurimū rōne uti debemus, cā. n. quare tā pauci in mundo sunt homines est quia non rōne quidē sed passione ducuntur. Qui uero est homo rationeq; ac conformitate cū Iesu Christo filio Dei utitur hic merito dīci pōt iustus. Iustus nanq. dicitur ille, qui secundū mensurā diuinæ uolūtatis uiuit, siue ī modico siue in magno. Sanctus Elias aquā a uidua Sareptana petijt: cūq. illa (inquit sanctus textus) pergeret ut afferret clamauit post tergū eius dicēs. Affer mihi obsecro, & bucellam panis in manu tua: ipsa uero excusari cœpit dicēs se modicum tantū habere farinæ. Qd parū ualebat, facile dabat, q aūt caro æstimabatur difficile datu iudicabat. Cui dixit Elias;
B (beside "passione ducatur")
C (beside "non. n. sicut homo")
Mat. 11 (beside "cælestis illius hominis")
D (beside "formitate")
3. Re. 17 (beside "tijt")

A Elias. Vade & mihi primum fac de ista farinula sub cinericium panē paruulum, & affer ad me, tibi autem & filio tuo facies postea. Si quod nobis Deus præcipit appetitui nostro consonat facile facimus, si vero aliquid ei laboris inest, difficillime operamur. Qui autem uerus est iustus, in modico & in magno diuinæ uoluntati cōformari curat.

Et homo iste iustus. Non solum dicitur iustus, quia famulis suis mercedē exoluebat, sed quia iustitia ꝑditus erat, quæ apud Theologos uniuersalis est uirtus, illeq; ipse in rigore dicitur iustus, qui est humilis,
B castus, pius, patiens, atque misericors. Sacerdos, qui in altari deuotus existit, cum autem ab eo discedit dissolutus est, nō dicitur iustus, religiosus, q in choro orat, & in dormitorio garrulatur, non est iustus. Vestis dicitur iusta quando secūdum omnia quadrat, si uero in aliquo deficit, aut redundat, iam nō est iusta. O quam modicos iustos secundum hoc arbitror esse in
4. Re. 5. orbe terrarum. Naaman princeps militiæ regis Syriç erat uir magnus apud dominū suum, & honoratus, per illum enim dedit dominus salutem Syriæ, erat autē uir fortis, & diues, sed leprosus. Animaduertite
C quot excellētiis sancta scriptura uirū hūc extulit, in fine tñ dixit eū esse leprosum. Quod ultimum cętera priora maculauit. O de quot hoībus dicere possumus eos pluribus uirtutibus esse ornatos, quas tamen aliq ia lethali culpa inficiunt. De istis quippe ille est humilis, clemens, mitis, at est leprosus est carnalis, de alio dicitis est castus, misericors, deuotus, sed est leprosus, est inanis glorię cupidus, de alio dicitis est humilis, castus, orationi deditus, at est leprosus est auarus, qui ne obolum quidē
Simile. Dei causa dare nouit. Plerisque hominib. nō deest rima, qua oleum effunditur. Nullus horum iustus est, nullus enim iuxta
D Dei uoluntatem uiuit. Non equidem ex his erat Simeon, ideoq; sancta scriptura illū iustū appellat. Simulq; erat timoratus. Quum domina plurimis pretiosisq; gemmis, atque Saphyris, aureisque monilibus exornata est, quanto pretio si ori ornata est apparatu, tanto magis timet, nequis ad se accedat, qui aliquid eorum sibi subtrahat. Sic iustus quo pluribus splēdet vir
Eccl. vl. tutibus, eo cautius viuit, atq; se custodit ne illas amittat. Adeo excellens, ac necessarius est timor Dei, vt dicitur, Deum time, & mandata eius custodi, & hoc est omnis homo, idest, perfectus homo, phrasis namque est sanctæ scripturæ aliquibus in locis hoc nomine, omnis, perfectum significare, Vt omnem escam abominata est anima eorum, idest, perfectam escam. Quando Patriarcha Abraham sese excusauit, rationem reddens, quia vxorem suā sororem quidem, & non vxorem esse simularat, ubi nos legimus, cogitaui mecum dicens, forsitan non est timor Dei in loco isto, & interficient me propter vxorem meam, septuaginta interpretes uerterunt, si non est in loco isto ueneratio Dei. Ex quo apparet timorem Dei, venerationemque Dei vnum, & idem esse, Deumq; a timentibus se magnopere venerari. Hominesq; Deū non timere, signum est modicę cognitionis amorisque, quo diuinam maiestatem diligūt. De cælestibus potestatibus canit Ecclesia Tremunt potestates, quia enim optimi cognoscunt, atq; ardentissime diligunt, amoroso quodam reuerentialiq; tremore coram illo assistentes tremunt. Dicitq; sanctum Euangelium sanctum hunc virum esse præterea expectantem. Hæ duæ virtutes, timor scilicet, atque spes, sunt tanquam duæ molæ, qui bus animus noster purificatur. Quemadmodum granum frumenti inter duplicē molam allocutus a se corticem expellit, pulchraq; & candida remanet farina, sic animus noster in medio spei, atque timoris constitutus omnes imperfectiones a se expellit, candidaq; atque decora remanet farina, disponiturq; ut Dei sit cibus. Mola inferior est spes, quæ animum detinet ne per diffidentiam excidat, ne dæmonum panis efficiatur, timor uero est mola superior, quę animam comprimit, ne per superbiam nimis efferatur. Præcipiebat Deus, dicens. Non accipies loco pignoris inferiorem, & superiorem molam, quia aīam suam appo suit tibi, hoc est, quia pignus, quod tibi offert, ualde sibi necessariū est victui, ideo ne illud tollas. Si quidem igitur hæ binæ virtutes magis necessariæ sunt animæ tuæ, q̄ illæ molæ homini Hebræo, caue ne illas ei adimas. His optime munitus erat sanctus Iob, de timore q̄ ppe dicebat, sp quasi tumentes super me fluctus timui Deū, & pondus eius ferre non potui. O incōmutabilis Deus q̄ta est hæc

Marginalia (right column): A; Ps. 106.; Gen. 20; B; C; Simile.; Deu. 24; D; Iob. 31.

frag-

A exaggeratio. Singula hæc uerba fratres carissimi diligenti animi cōsideratione perpendite: sunt.n pēsatu dignissima, ut quē timorem animas uestras oporteat cōcipere cognoscatis. Quo timore perculsi sunt qui in medio mari in naui commorantes hinc atrocissimis piratis, illic tumentibus maris fluctibus se circūseptos animaduertunt, ita ut passim se ab illis absorbendos existiment, præterea nanim rimosam fluctibusq; patentē uidentes fractū gubernaculum, uela disrupta cernentes, nauigātesq́ue. *A arbor seco* (vt Hispani aiunt) quod nauigationis genus periculosissimū est, timētesq; in pximas rupes deuenire, ubi cōtra ēta naui in profundū pelagus demergantur? O q̄ metuēdum est hoc dictu ēt, atque auditu. Dicite quæso, qui tot tantisq; periculis expositi essent, nūquid superbiæ, aut cupiditatis cogitationes haberent, aut sensualib. uoluptatib. indulgerent? non equidem, imo diuitias suas celerrime in mare proijcerent, ut uiui ex tēpestate euaderēt, nec ederent, neque dormirent propter procellæ inuersionem. Nunquid igitur ignoratis in maiori, ac tumidiori pcella spiritalem animarum uitam uersari, nosq; ab infernalibus piratis esse circumseptos, q. adeo perditionem interitumque nostrū exoptant, ut de nobis quoque illorum dicat Beatus Petrus. Tanquā leo rugiens circuit quærens quem deuoret? mare tumulentum est hoc sæculum, in quo corporū nostrorum naues corruptis, deprauatisq; moribus rimosæ aperteque sunt, malaque tanquā aqua per sensus introeunt, prudentiæ gubernaculū amisimus, uela quæ sunt Dei, proximorūque amor disrupta sunt, sicca arbore nauigamus, hoc est fidē sine operibus habemus. Furibundi assiduarū tentationum uenti undiq; conflant, & in maximo periculo passim uersamur in infernales rupes incidendi, ibiq; æternum pereundi, quis ergo in tot periculis constitutus non timeat? quomodo tā alto sopore requiescimus? quomodo cū tot plorandi, atque timendi occasiones habeamus, tam hilari vultu ridemus? quomodo ludimus, quomodo tanto gustu, ac uoluptate delectamur? quomodo his temporalibus bonis derelictis singuli singulas foueas, in quibus pœnitentiam agamus, non exquirimus? O cœcos nos; qui inter tot pericula tam securi, ac sine timore uiuimus. O sancte Iob quam merito dicis. Semper quasi tumentes super me fluctus timui Deum, non vnam quidem horam, nec vnū diem, siue vnam hebdomadam, sed semper. De spe autem vir sanctus postquam dixerat Credo, quod Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. & in carne mea uidebo Deum Saluatorē meū, addidit, dicens. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Sinus animæ est charitas, bona autem spes in animi sinu debet includi, vt feruida sit, & viua, frigida namque ac mortua est equidem spes, quæ charitati, diuinoque amori non nititur. Hac feruidissima, uigentissimaq; spe præditus erat Diuus Petrus eiusque socij, quapropter Deo gratias agebat, dicēs. Benedictus Deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui regenerauit nos in spem viuam. Curemus nos etiā fratres charissimi, ut spes nostra optimæ, probatissimæque uitæ innitatur, nē sit uana præsumptio, atq; vt in charitatis sinu sit inclusa, & sēper feruida sit: ne autem ab hoc sinu erūpat, firmo quondam proposito illam astringamus, fortitudinisque corrigia firmiter uinciamus.

Margin: B; C; 1. Pet. 5.; D; Iob. 19.; B; 1. Pet. 1; C; D

Est etiam ualde notandum Spiritū sanctum non fuisse contentum dicere uenerabilem senem non solum sibi esse expectantem, sed etiam dicere. *Erat expectans consolationem Israel*, Liberet nos Deus ab omnib. qui suā tm̄ cōsolationē, voluntatem, honorem, ac deniq; vtilitatem expectāt atque perquirūt. His enim plurimis scelerib. admittēdis latissima patet lanua illum autem, qui est iustus. Deiq; timens sicut Simeon, ipsa iustitia, charitas sanctusque timor, eū cōmouet, ut spiritale oīum bonū ac cōsolationē exoptet. Hic vir erat senex & sanctus, nunc autem (q̄ nostra est miseria) nonnullos senes non sanctos qui dē, sed maximos peccatores cū magno vniuersæ Reipublicæ scandalo esse perspicimus, cum tamen ipsi sanctiores esse, meliusque iunioribus exemplum præstare teneantur. Muri qui ciuitatem custodiunt, dicuntur Hispano sermone (*Barbacanas*) quare autem arbitramini hanc metaphoram sumptam esse à longæuis, qui canos habent in barbis? profecto, quia ij virtute, sanctitateque sua, Reipublicæ murus esse consueuerunt, atque inde prouenit, quod muri ciuitatum barbæ canæ dicātur. Animaduertite autem non maiores quidem,

A sed minores muros, qui exteriores sunt, maiores muros ciuitatesque muniunt, barbas canas dici. Murus quo Deus nos uallauit, est diuina ipsius lex, sanctusque timor: senes vero sunt barbæ canæ, quæ
Isa 1. hanc legem, sanctumque timorem faciunt obseruari. Et sic dicit Isaias Propheta: Nisi dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrhæ similes essemus. Super quo dicit glossa. Semen, idest, superstites, qui sunt senes atque longæui. Si ergo ij, qui hoc facere tenentur, optimum non præbent pietatis exemplum, quid in uniuer-
B sa Republica erit, nisi quædam dissoluta corruptio? O patres ac domini mei, qui iam ad vltimum vitæ terminum propinquatis, per reuerentiam Dei uos rogo, ut animaduertatis uos hodie, aut etas tremendo ipsius iudicio esse præsentandos, & non uestrorum modo peccatorum, sed eorum etiam, quæ vestra causa commissa sunt, rationem arctissimam esse reddituros, similes Simeoni esse oportet eos, qui Deum suscepturi sunt.

Hic dicitur accepisse eum in vlnas suas, non dicit, in vlnam, sed in ulnas. In quo significatur, non sufficere nos Deum una
C manu accipere, sed binis manibus debere suscipere. Duæ animi manus sunt intellectus, atque uoluntas, illique illum unica manu suscipiunt, quorum intellectus est fidei plenus, voluntas autem repleta mali
Simile. tia. Nonnulli sunt famuli adeo negligentes, quibus si gallinam iubetis assare, versus ignem eam ex altero latere tamdiu sistere sinunt, ut partim cruda, partim verò combusta remaneat, eo quod famulus illam utrinque non uersarit, bina animi latera sunt intellectus atque voluntas, plurimique intellectum maxime torrere, & comburere curant multa discentes, atq; scien-
D tes, voluntatem autem frigidam & crudā, sine amore, ac charitate relinquunt. Iusti autem diligentissime utrinque uersantur, quo illuminato intellectu uoluntas amoris igne inflammetur. Et hoc est Deum vtraque manu suscipere, quem si sic receperimus suam nobis hic gratiam, in futuro autem cœlestem beatitudinem largietur. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

IN EADEM FESTIuitate Purificationis Beatissimæ virg. Mariæ.

Concio III.

Postquam impleti sunt dies purificationis Mariæ secundum legem Moysi, &c. Luc. 2.



A Deo inanes erant olim homines, ut pro minimo quoque honoris puncto mundū euerterent, atq; illius impetrandi cā grauissimis sese mortis pe- B
riculis offerrent, plurimasq; miserias tolerarēt. Vnde scribens D. Cypria. ad quendā in principis palatio educatū, illiusq; miserias perferre solitū, dicit ei, se penitus ignorare quō iungi possit, q̄ honorum cupiditas homines tot iniurias atq; ignominias faciat pati, & cordiū suorū elatio tot humilitatib. ac subiectionib. illos submitti cogat, q̄bus q̄dē ij oēs submittūtur, q̄ aliquid sæcularium honorum conantur adipisci. Inter omnia verò, quæ illic dicit, hęc notabilia ipsius verba vellem à uobis dili- C
genter aduerti, scilicet, quibus homo sordibus emit, ut fulgeat? quod ita profectò verum est. Et B. Augustinus uerba illa Ecclesiastici interpretans, dicentis. Vanitas vanitatum, & omnia uanitas, dicit sanctā Scripturam res humanas uanitatem appellare, quia homines propter amorem atque æstimationem earum rerū captiui serui q; efficiuntur, quarum per contemptum possent dominari, qđ magnum quoddam uanitatis est genus, q̄ tam excellens creatura, sicut homo ad tam miseram seruitutem redigatur, ut parum inanis gloriæ atque honoris, qui nulla stabilitate nititur, D
consequatur. Nunc autem in his temporibus iam non sic agitur, enim uerò quondam pro modico honore diuitias, uitamq; ipsam homines periculis exponebāt, nunc autem honorem ac uitam pro diuitijs obiciunt, adeo illarū auidi sunt. Et sic in illa parabola uinea, quam dñs attulit, optime hominum huius miseræ tempestatis ingenia mihi represētari uidētur. Nā operarij illi non murmurabāt, eo, q̄ dominus alios

Cypr. li. 2. epi. ad Lōgeuū quendā virum.
Au. li 1. de moribus. Eccle. c. 21.
Matt. 20.

A alios eis prætulisset, sed quia eos pari præmio donabat, vellent etiam ipsi in præmio aliis anteponi, in quo maior auiditas, quã uanitas repræsentatur. Quantum autẽ malum sit hæc honorum temporalium auiditas, Sapiẽs satis apertè manifestat dicens;
Sap.4. Fascinatio nugacitatis obscurat bona, & incõstantia concupiscentiæ transuertit sensum sine malitia. Singulorũ uerborum fratres mei pondus attentè perpendite, Fascinatio est corruptio adueniens teneris infantib. ex hominibus aut fœminis malę uenolæq cõplexionis. Et ita hic fascinatio nugacitatis significat corruptionem quã
B homines in cordibus recipiunt ex terrenarum rerum amore atq. affectione, quæ res nugacitas appellantur, quia illam tantum exteriorem habent speciem, cum tam breuiter prætereant, & consumantur, qua specie hoĩes tanquam pueros rationis expertes decipiũt, & hæc est causa, ob quam cælestium bonorum pulchritudinem, splendoremq; non dignoscunt. Ideoque dicit: Fascinatio nugacitatis obscurat bona, siquidẽ efficit, ne virtutes, resq; cælestes æstimentur, sed tãquam obscuræ ac sine splendore negligantur. Et inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum sine malitia.
C Inconstantia (inquit) cõcupiscentiæ, quia cupiditas hominem cõmouet, ut ubi primum, qđ expetebat consecutus est, illud non æstimet, pluraq; desideret, quib. comparatis plura etiã, & plura cõcupiscat, atq; expetat. Et hæc est inconstantia concupiscentiæ, quæ homines fatigat, atq; perturbat, arbitrantes se maiorem in possidẽdis, quam in possessis rebus uoluptatem esse reperturos, ipsaq; illorum & sensus peruertit, qui neq. peccato, neq. malitia sunt infecti. Vt autem quõ hæc cupiditas sensum transuertit, cognoscatis, notate quod dicit sacra pagina de maledicto illo Ieroboam
D qui cupiditate cõmotus idololatra factus est, regnumq; suum idololatrare fecit, ad quem obiurgandum cum Prophera quidam Dei nomine accederet, exclamauit
3 Re.13 contra altare in quo ipse Ieroboam idolis offerebat incensum, statimque altare marmoreum diffecatũ est medium, ideft scissũ est in duas partes, extendentisq; maledicti Regis manus aduersus sanctũ Prophetam arefacta est, rogãteq. Rege, vt pro se Deum precaretur, orauit vir Dei faciem domini, & reuersa est manus Regis ad eum, & facta est sicut prius fuerat. Ecce triplex miraculum tam breui rpe operarũ coram maledicto illo Rege, quæ omnia non suffecerunt illum ad dominum conuertere, adeo fuerat a diabolo excæcatus, atque a sua cupiditate transuersus. O quo vnius hominis durities, atq. obstinatio peruenit, quomodo hæc audiẽtes nõ deterremur, & quo modo tantum hoc malum non pertimescimus, quod infælicib his temporib. tam tyrannice dominari videmus? ex his, quæ modo vobis dicam, cognoscetis quantum hodie cupiditas dominatur. Omnibus cõpertum est postquã hæc noua mundi pars patefacta est, quæ sunt Indiæ Orientales, atq; Occidentales quam innumera hominum multitudo terra, mariq; perierit, ita, ut pauciſſimi fuerint, qui prospere in patrias suas reuersi sunt. Omnes autem qui ad illuc eundum commouẽtur, non in eos quidem, qui illic perierunt, sed in paucos qui huc reuersi sunt, oculos conijciunt, & sic decipiuntur sibi persuadentes se non illic esse morituros, sed ex illis esse futuros, qui in suas patrias redierunt. Tanta est cupiditatis vis, sicq; homines excæcat, ut qua si pueri se decipi patiantur. Ideoque dicit Spiritus sanctus. Fascinatio nugacitatis obscurat bona, & incõstantia concupiscẽtiæ transuertit sensum sine malitia, vt propter incerta certiſſimis periculis exponantur, quæq; & si reuera consequantur, eras tamen finienda sunt. Idcirco exclamat Beatus Augustinus, dicens, cur per multa uagaris homuncio quærẽdo bona animæ, & corporis tui? quære vnum bonũ, in quo sunt omnia bona, & sufficit, ibi enim est quicquid amas, quicquid desideras. Aug. In medita.

Maxime nos cõmouere debet ad hanc ueneficam pestem (quæ est temporalium auiditas bonorũ) è cordibus nostris euellendam, summa paupertas qua sublimis Rex glorię in hoc mundo viuere dignatus est, & qua sacratiſſimam etiam genitricẽ suam degere uoluit, quæ quidẽ tanta fuit, vt in suo virginali partu domus ei defuerit, & sic in stabulo fuerit paritura, nec in purificatione sua offerendum habuerit, agnum, & sic par turturum, aut duos pullos columbarum fuerit oblatura, sicut ait sanctum Euangelium, quæ oblatio erat pauperum mulierum iuxta legis consuetudinem. Ecquis igitur hæc considerans ardẽtiſſime paupertatem ab altiſſimo Dei filio

A filio cõsecratam, atque a purissima ipsius genitrice susceptam nõ amplectatur? Dignũ autem est consideratu, cur in columbarum genere nõ columbas quidẽ, sed duos pullos masculos columbarum dñs offerri iusserit, in genere aũt turturum turtures, non uero pullos turturũ postularit? Ad qđ respondetur, pullos colũbarum teneriores ac sapidiores esse columbis: turturũ uero meliores turtures magnos, quã pullos. In quo significauit Deus se velle ut sibi meliora semper offerantur. Vult Deus ut sui ministerio pullus tener te offeras, nõ aũt cum iã es senex, & scelerib. obduratus, &
B si tunc nõ displiceat. Miseri aũt filij Adæ longe aliter faciunt: finis prandium, & tanquam in successiuis perditisq; horis diurnum officiũ persoluis: principium autem diei & totũ mane, temporalib. negotijs cõsumis; quasi semper meliorem uitæ, tẽporisque partem mundo, peius autem Deo offerre consuescis. Habes binos liberos alterum habilem atque ingeniosum, alterum vero ineptum, atque inhabilem, & dicis, hunc inhabilem, & fatuum Deo offeramº, fit clericus: hic vero ingeniosus ĩ mũdo temaneat, sæcularibusque rebus intendat. O Christe spiritalis vitæ reparator, ac
C fidelissime hominum amator: tu in solitudine prius præcipuam, potioremque panum pisciumque partem turbis diuisisti, tibi autem dñe infinitæ Maiestatis, tuisque sanctis discipulis fragmenta colligi iussisti, nos aũt vice uersa facimus, fragmenta quippe, atq; ea, quæ neglecta relinquimº, tibi in pauperib. tuis damus, melius autẽ quasi ingrati nobis adseruamus, non sic fratres, non quæso sic fiat, sed amodo meliorem diuitiarum, vitæque vestræ partem Deo immolate. Qui in mari nauigant, statim ĩ nauigationis initio nauium uela extendunt. Stultum.n. esset expectare, ut illa extenderent, quando iã peruenitur ad
D portum, atq; anchoras iaci oportet. Insanius quidẽ est expectare in littore mortis uela rendere, & pœnitentiam agere. O terribilem insaniam in initio nauigationis, idest vitæ, vela tendere debuisses: tu uero illud tempus expectas, cum iam prope mortem fueris, iam penetrationis expers, cum quid facias uix noris?

Simile.

Præcipiebat etiam dominus turtures, non autem pullos turturum sibi offerri, quando vir est inquietus, aut tumultuosus, siue cum fœmina est stulta ac vana, dicere cõluescitis, est turtulus, aut est turtula, aliquid igitur inest turturis, si q̃dem ua nos atq; demẽtes illis cõparamus. Vult igitur Deus pullos colũbarũ, non uero turturulos, vt significet hoĩes insanos, uanos, atq; inquietos, nõ esse diuino ministerio idoneos. Et sic vbi nos legimus. Ad quẽ aspiciã, nisi ad pauperculũ, & contritũ spiritu, alia translatio habet, super quẽ requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum? Quapropter uobis magnopere commendo fratres charissimi, ut quo ad fieri poterit, quiescere curetis: nã maximis quibusdam peccatoribus dixit ipse Propheta Isaias Dei nomine. Si reuertamini & quiescatis, salui eritis, in silentio & in spe erit fortitudo vestra. Cũ hac oblatione, ac munere ingressa est hodie in tẽplum superna cælorũ imperatrix sacratissimũ infantẽ Iesum in brachijs baiulans, vt eũ æterno Patri offerret. Nã quia Deus primogenitos Aegipti occiderat, hãc oblationẽ ab Hebræis petebat ut in illius beneficij gratitudinem sibi primogenitos offerrẽt. Ex qua lege optime intelligi põt quem animũ atque gratitudinẽ dñs a nobis exposcat, siquidem vt nos a crudelissimo Sathanicæ seruitutis iugo liberaret nõ inimicorum quidem nostrorum sicuti Aegyptiorũ primogenitos interemit, ut Hebræos a Pharaonis captiuitate subtraheret, sed sũmet primogenitum filiorum atrocissimẽ tradidit morti. Vnde B. Paul infert quãtũ Deo debeamus, dicens Charitas Christi urget nos æstimãtes hoc, qm̃ si unus pro omnibus mortuus est, ergo oẽs mortui sunt, & pro omnib. mortuus est Christus, vt & q̃ viuunt, iam non sibi viuant, sed ei, qui p̃ ipsis mortuus est. O mirabilia uerba, & quantæ confusioni nobis esse deberet nos non facere qđ nobis in eis S. Apostolus cõmẽdat, super omnia aũt uerbum illud.
D Vrget nos, perpendite quæso quod significat hos aliter facere posse non debere deuinctos tanto beneficio. Et credo præterea per omnes illos primogenitos, quos Hebræi offerebant, hunc supernũ primogenitũ purissimæ Virginis significari, atque ideo cæteros etiam postulasse. Sicut Herodes propter ingens ac detestabile odium, quo celestẽ hunc puerũ prosequebatur, omnes pueros Bethlehẽ & in confinib. eius iussit occidi, quo inter illos hunc unum,

Isa. 66.
Isa. 3.
Exo. 13
2. Cor. 5

A vnum, quem maxime oderat, interimeret, Sic vice uersa Pater æternus propter summum amorem, quo *Iesum* Christum filiū suum complectebatur, omnes sibi primo genitos præcepit offerri, ut hic unus inter omnes sibi gratissimus offerretur. Quapropter fratres mei hoc saluberrimum perci pite consiliū, si uultis corda, munera, oblationes, orationesque uestras Deo gratas esse, semper hunc diuinum primogenitū

Simile. uobiscū deferte, ut ab æterno Patre amorosis, atque beneuolis oculis recipiamini. Sicut principum nutrices eos regibus parentibus suis offerre consuescunt, cum ira

B ti sunt ut præ uisi filij gaudio mitigentur & petita concedāt. In hoc supernæ cælorū imperatricis ingressu adimpleta est cele-

Agge. 2 bris illa Prophetia Aggæi Prophetæ dicētis. Magna erit gloria domus istius nouissimæ plusquam primæ, dicit dominus exercituum, & in loco isto dabo pacem, dicit dominus exercituum. Ad quorum uerborum intelligētiam sciendū est ea à sancto Propheta dicta fuisse, cum Hebræi tēplū reædificare incipiebant post Chaldæorum euersionem. Etenim nonnulli tunc aderāt senes, qui magnificentię ac sumptuositatis templi Salomonis meminerant, & desperā

C tes hoc posterius templum sicut prius esse futurum, amare lamentabantur, nec illud reędificare gaudebant propter impossibilitatē, q̄ eis in hoc esse uidebatur. Tūc surrexit hic uir sanctus diuino spiritu repletus, illosque consolatus est dicens: Magna erit gloria dom^9 istius nouissimę plusquam primæ. Quomodo o uir sancte hoc dicis, siquidem tam pauperem ædificationem perspicis, & tanta post templum constructū futura ē inopia uictimarū? Maior equidem prioris gloria fuisse uidetur, in quo erat illa fœderis arca super quam gloria domini descendebat, ubi tanta, tamq;

D locupletia immolabantur sacrificia. In eodem capite rationem reddit huius maioris excellentiæ secundi templi, etenim nō futurum erat gloriosius, quia pluribus diuitijs esset abundaturum, nec maior ministrorum sanctitas esset futura, sed quia ad huc (inquit) unum mod cum est, & ego cōmouebo cęlum, & terrā, & ueniet deside-

2. Co ti ratus cunctis gentibus, & implebo domū istam gloria, dicit dominus exercituum. Hoc est unum ex efficatissimis argumentis, quibus iam Christus Iesus filius Dei i mundum uenisse comprobatur, quia iam

A hoc secūdum templum penitus euersum est, si quidem autem sanctus Propheta illū in illud secundum templū uēturum esse p̄dixit, illud autē iam non extat, neque in eo remāsit lapis super lapidē, quid ergo cæci Iudęi expectant, siquidē Aggęus Propheta Christum in illud secundum teplū quod ipsi reędificabant, uenturum esse prophetauit, atque ēt hic illud templum ultimum esse, nec post illud aliud futurū esse prædixit, his uerbis. Magna erit gloria domus istius nouissimæ, qūo igitur infęlices adhuc in templum illud desideratum, gentib. uenturum sperant, si quidem iam pe

B nitus fuit euersum atque dissipatum? Hæc igitur erat gloria huic secūdo templo promissa, q̄ in illud uerbum incarnatum erat uēturū, sicut & uenit & in eo prædicauit, ac complura mirabilia fuit operatum. Hodie autem primum in illud ingressum est in brachijs sāctissimæ Virginis Marię matris suę, quam credibile est millia millium Angelorum fuisse comitatos, & cum tāta

August. gloria atque maiestate, ut dicat B. Augustinus. Nisi fides credat, sermo non explicat.

Et ecce homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus & timoratus. O q̄s adeo fortunatus esset, ut de eo

C hęc oīa merito dici possent. Iustitia in Hebręo sermone uniuersas uirtutes amplectitur, iustus ēt dicitur, q̄ gratia iustificātē p̄ditus est, licet oēs uirtutes nō fuerit adeptus, sed quas nō habet curat acquirere, & quas acquisiuit, intēsiores facere eas pfectioresq; intēdit. Et hoc ēst quod crebrius ī diuinis literis iusti nomine intelligitur. Vnde sponsus, cū prius sponsæ oculos laudasset, dicēs. Oculi tui columbarum ut sponsa in dies in uirtutib. accrescere, magnosq;

Cant. 4. progressus facere perspiceretur, dixit ei postea Cant. 6. Auerte oculos tuos a me, q̄a ipsi me euolare fecerunt, quæ fuit eximia

D quędam exaggeratio, quasi diceret, auerte hinc oculos tuos quia me occidis, neque enim illos ualeo tolerare. O ineffabilem Dei probitatē, etenim cum infinitæ sit potentię ie ab unius aīæ dilectę sibi plectione superari fatetur. In eo āt, quod hic dicit trāslatio nostra septuaginta interpretes sequēs Hebræus textus hēt uerbū qd̄ significat, superare me fecerunt, qd̄ mō poetico ponitur pro me superauerunt. Vbi clarius dicit ac fatetur De^9, se ab illis oculis

A esse deuinctum, & alij transtulerunt, auerte oculos tuos à me, quia me superbire fecerunt. O benedicant te cælestes Hierarchiæ seculorum omnium Imperator, quia talia uerba tuo nomine dici voluisti. Ecquis non obstupescit audiens Deum magnificari, extolli atque superbire, quia animā sanctam habet in suam? Hęc singularis exaggeratio significat, quod si Deus efferri ac superbire posset, unius perfectæ animæ sanctitas ei elationis atque superbiæ esset occasio. Ex quo apparet, quot in uirtute progressus facere solet anima iusti, quæ prius
B oculos habebat columbæ; si quidem in tā tam perfectionem ac uirtutis pulchritudinem peruenire possunt, ut Deus de illis has exaggerationes dicit.

Dicit ulterius sanctum Euangelium *Et timoratus*. Iustus adeo iustā habet conscientiam, ut minimę quæq; res illi timorem gignāt. Videbitis hominū perpolitū, q adeo
Simile. iustū se calceat calceū, ut si forte calculus quantumcumq; minimus sit in eum ingrediatur, illū nequeat tolerare, videbitis aūt, rusticum adeo ineptos, ac dissolutos gerentem calceos, ut quamuis in eos lapides atq; arena includatur, nulla molestia afficiatur
C Hoc interest inter iustorum, atque peccatorum conscientiam: etenim cōscientia iusti quia minimum quodq; otiosum uerbum dixit, uix quiescere potest, peccatoris autē animus adeo amplus ac dissolutus est, ut nihilo molestetur, ne mortalia quidē peccata pertimescat, ꝙ si iusti uenialia peccata timent, quanto magis uerebuntur, ne in mortalia prolabātur, scientes alios sanctiores se, in ea infeliciter incidisse? Ad cū sanctitatis gradū peruenerat Dauid, vt cū bis capitalē hostem suū Saulū in manu sua haberet, qui actualiter ipsum occidere conabatur, nollet eū interficere, postea uero in
D tantam infelicitatē deuenit, ut fidelissimū amicū suum Vriam occidi iusserit? Ecquis eum qui crudelissimis hostib. ignoscebat, fidelissimum amicum occisurum esse putaret? O quam merito dixit Apostolus: Qui stat, uideat ne cadat. Nemo dicat, ex hac aqua non bibam, sed unusquisq; in perpetuo timore uiuere curet, nouerítq; iustitiā esse tanquam thesaurū in arca conscientię inclusum, arcamq. istam diuino timore (tā quam claui) occludi, ne iustitia interius in
Ec.c.27 clusa perdatur & esse sicut pondus nauis, quod eam securam pergere facit. Et sic dicitur. Si non in timore domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua. A
Perpendite uerbum illud: instante, in quo nos docet Spiritus sanctus, quam cōtinuū in nobis esse oportet hunc diuinum timorē, & quam diligenter illum debemus inquirere. Est enim timor quasi uermis semper nos interius rodens, semper nobis pericula in quibus uersamur, leges quib. tenemur, rationem arctissimam quam Deo reddituri sumus, hostes denique qui nobiscum atrocissimum bellum gerunt, ante mentis nr̄æ oculos proponens Satis aperte demonstrauit sanctus propheta Habacuc sanctū Dei timorē oēs has operationes in anima sua efficere cū dixerit. Super custodiā meā stabo, & figā gradū super munitionē, & cōtēplabor, ut uideā, q̄d dicatur mihi & q̄d respōdebo ad arguentē me, i. uniuersis uanis curis post terga relictis huic uni ītendā, s. ut custodiā me. Quapropter stabo super custodiam meam, non edormiā quasi piger, sed erecto animo vigilabo sup munitionē meā aduersus oīa hostium tela ac stratagemata. Et diligenter aduertā ꝙ mihi Deus in lege sua dicit: Qūo me interni ignib. cōminatʳ, & q̄ libēter mihi gloriā pollicetur, & quid respondebo quando arctissimam a me exegerit rationē? O beatū uirum, qui sic uiuit, atq. huius curæ excitatorē hēt timorem Recēsens Dauid mali peccata, & dicens. Quid gloriatis in malitia, qui potens es iniquitate, &c. Statim annumerat supplicia; qui b. ille punietur, dicens. Propterea Deus destruet te in finē, statimque subdit dicens. Videbunt iusti, & timebūt. Experientia comperimus animalia habentia cornua, unguens ac uires quibus se tueantur, absque timore esse secura. Cętera uero animantia, quę hoc armorū genere carent, sicuti lepores, capræ, cerui, atque alia huiuscemodi hæc metu ac timore perculsa fugiunt, uitamque suam tuentur, & sic eis timor arma ministrat. Siquidem igitur homo p peccatū fortissima illa gratiæ, iustitiæq. originalis arma deperdidit, hoc timore quasi armis ab spiritalibus contradictionibus sese defendere dēt. His omnibus exornatus erat sanctus ille senex Simeon, & eū senectute atque labore expectabat breui tp̄is spatio Iesū Christum Saluatorē mundi in terra uidere, q̄to diligentius nos elaborare debemus vt in celestibus ipsum in æternū videamus, illoque fruamur.

Simile. Haba.2. B Isa.51. D D

A *Et responsum acceperat a Spiritu sancto, non uisurum se mortem, nisi prius uideret Christum Domini.* Diligenter pensate uerbũ hoc non uisurũ se mortẽ. In eo nanq. significantur iusti qñ moriuntur, mortẽ uidere, quia ex longinquo se ad illa præparãt. Malus autem oculis clausis non uidẽs mortem ad interitũ properat. B. Ambros. dicit: Si basiliscus hominem uidet priusquam ab eo perspiciatur, illum occidere, si uero homo prius basiliscum cernit, basiliscum ab homine interfici: hoc satis ia morte uerũ esse comprobatur. Nam si mors hominẽ incautum, & non præparatum, sed in lethali culpa commorantem perspicit, eum æternaliter occidit, quia cum primum moritur in infernum detruditur, si autem homo B considerationis oculis mortem præuidet, & cum hac cõsideratione se diligentissime præparat, non sic a morte necatur, si quidem in æternum uicturus moritur: imo uero ipse illam occidit, quia mors ei iã eneruata & mortua occurrit.

Ambro ser. 10. in Psa. 118.

Et venit in spiritu in templum. Ideo nũc nõ diuina auxilia in tẽplo percipimus, quia non sicut Simeon ad illud in spiritu, sed in carne uenimus. Cauete fratres per reuerenC tiam Dei ne in hunc sanctum locũ in uanitatis spiritu ueniatis, sicut illi quos comminabatur Amos Propheta, dicens. Væ uobis, qui opulenti estis in Sion optimates capita populorum ingredientes pompatice domum Israel. Ecquis pompatice ingredietur ad Regẽ ab eo ueniam petiturus de crimine læsæ maiestatis? si quidem igitur quotidie diuinam lædimus maiestatem, & in templum ueniã ab eo petituri uenimus, tanquam Rei cum profunda humilitate ueniamus. Nec vero carne commoti ueniatis, sicuti plurimi ad tẽplum, ut uideant & uideantur accedunt, atque ut cupiant & D ab alijs cupiantur, nec in curiositatis spiritu ueniatis, sicuti nonnulli ueniunt ad loquendum, atque ab alijs nunc. os audiendũ: maxime uero fęminę, quæ tota hebdomada domi suæ commorantur, diebus autem festiuis omnia quæ in toto terrarum orbe gesta sunt, in illo anno inuicem aliæ alijs nunciant, nec ueniatis in spiritu hypocrisis, sicut plurimi ueniunt, qui oculos in cælum tollunt, cor autem & cogitationes in terra defigunt, neque in spiritu pigritię, sicut nõnulli, qui in medio missæ accedũt, & in concione dormitant, hi filium Dei in

Amos. 6

templum non reperiunt, siquidẽ eius gratiam non inueniunt, cum non diuino quidem (sicut Sanctus Simeõ) spiritu, sed diabolica persuasione commoti in templũ ueniũt. O Rex gloriæ Christe uere Deus, quã pauci te hodie in ineffabili altaris sacramẽto nos expectantem, ut quam plurima in nos beneficia conferas, reperiunt, quæ quidem dispositionis nostræ defectu non accipimus. Per ineffabilem clementiam tuam te deprecor, ut oculos nobis aperias, q̃bus tantum hoc malum cognoscamus, eique opportunum remedium adhibeamus. A

Et cum inducerent puerum Iesum &c. Ipse accepit eum in ulnas suas. O ineffabilẽ Dei liberalitatem & q̃ firmiter stat promissis, ac multo q̃dem maiora largitur q̃ pollicitus est. Regi Ezechiæ Dei nomine dictũ fuit: Hæc dicit dñs de Rege Assyriorum. Non ingredietur urbem hãc, nec mittet in eam sagittam, & multo q̃dem maiora compleuit dominus, nam ipsa met nocte uenit Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia. Et Isaias dicit: Omnes sitientes uenite ad aquas. Ad solam utique aquam inuitat, postea uero non potũ tantum, sed cibum etiam præbet, & sic addidit. Comedite bonum, & delectabitur in crassitudine aĩa uestra. Sic fecit sancto Simeoni, promisit enim se illi mundi Saluatorem esse ostãsurum, & non solum eum illi ostendit, sed etiam eo illum oblectauit in ipsius manibus Christum collocans. B 4 Re. 19 C

Et benedixit Deum, & dixit. Nũc dimittis seruum tuum Domine secundum uerbũ tuũ in pace. Hic sanctus ad hoc solum uita frui uolebat, ut uiuens uerã uitã Iesũ Christum perspiceret, quo uisa nolebat amplius uiuere. O quot sunt hodie (quorum forrasse multi adsunt) qui ad bonis tãtũ tẽporalibus perfruendum uitam desideram, ideoque summopere mortem execrantur. Credite mihi fratres, pessimum signum est uitam tantopere diligere, mortem autem adeo odisse. Carnem ab osse facile separari signũ est illã iã esse coctam, siue tostam, quæ enim cruda est difficile ab osse disiungitur, ut in cælum conscendamus, oportet nos charitate coctos, tostosque esse: signũ autem ex quo nos tales esse colligimus, est nos a terrestribus rebus esse separatos, iamque dissolui, & ab hoc sæculo exire desiderare, nos aũt mortem tantopere odisse, si gnum D Simile.

A gnum est, quod adhuc erudi ac sine charitate persistimus. Aduersus malos est mors armata, ideoq; illā maxime pertimescunt: arma uero quib. munita est ipsi ei præbēt, nā(ut dicit D. Paulus:) Stimulus aūt mor
1. Co. 15 tis peccatū est. Tollite fratres mei hos mortis stimulos, & deinceps illā nō timebitis. Iō illā iusti nō timēt, qa ad eos uenit inermis, sicut eam non timebat S. Simeon, sed eam cupiebat, atq; petebat in initio huius cœlestis cantici. Multum inter Cygnū, & marinam Syrenam interesse cōperitur, nā Cygnus cū ad mortē appropinquat, dulcissime canit; Syrena, aūt cum se obire sentit
B amare lamentatur, ut. n. ait Philosophus in suis problematibus, in morte accedit sanguis ad cor, sanguis aūt Cygni est nimiū generosus, sanguis uerò Syrenæ est pessimus, & ille uenenosus sanguis ad eius cor accedens, amarissimos gemitus illā proferre cogit, bonus aūt sanguis Cygnum canere facit, sic peccatores malus scelerum sanguis ad eorū cor accedens in morte, mœrere facit, iustos aūt(quasi Cygnos.) uirtutes ut hilari āio moriātur inuitant. Et hoc est
Pro. 14 quod dicitur. In malitia sua expellitur impius, iustus aūt sperat in morte sua. O singularē sniam in qua Spiritus sanctus ostē
C dit assiduā mortis recordationē, peccatoribus quidē nimiū exosam, quia propter ipsorum malitiā in ea perpetuis inferni cruciatib. cōdemnandi sunt, iustum maxime consolari, omnes namque præsentis uitæ labores citò finiendos esse sperat, & postq̄ propter eorum tolerātiam in hac uita gratiam receperit, sempiterna cœlestis beatitudinis gloria fruiturum, se ad æctherea regna esse migraturum confidit, ad quæ nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

IN EADEM FESTIVITATE Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ.

D

Concio IIII.

Postquam impleti sunt dies Purificationis Mariæ secundum legem Moysi, &c. Luc. 2.

Leu. 12. HÆC lex quam hic refert sanctum Euangelium, quæ habetur in Leuitico, magnam uolenti illam attente considerare admirationem affert. Dicit enim; Mulier si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem dieb. &c. Sin autem pepererit fœminam, immunda erit duabus hebdomadibus. Ecquis hanc legē non admirabitur, quod non sufficiat fęminæ doloris partus, sed tot etiā diebus immunda remaneat? quodque pœna hæc in partu filiæ duplicetur, cum tamen non sit in manu genitricis masculum aut fęminam parere? Huius rei consideratio primum Origenem, deinde alios sanctos patres commouit, ut hac essent sententia, manifesteque docerent, antiquas leges pręter literalem sensum, quem uerba contextus B in se habent alios mysticos, atque latentes sensus, & intelligentias habere, ad quas recurri oportet, vt diuinæ legis iustitia, & maiestas clarius innotescat, quæ in sensu exteriori non tam manifeste perspicitur. Ad cuius rei confirmationem unicam ex plurimis legibus, quas Deus in ueteri Testamento sanciuit, uobis referam, quæ in tantam uos admirationem, quam pręterita, inducet. Præcipiebat Deus, ut uitulæ ci- Nu. 19. neres in mundo loco reponerentur, & ad hominum purificationem custodirentur, simulque ut sacerdos, qui uitulam illam immolaret, uestes suas ablueret, immun- C dusque esset usque ad uesperam, idemque illam comburenti cineresque obseruanti præcepit, uidelicet ut omnes immundi essent. Quæ erat ratio(ut ait Flauianus) qua Flauian. re illud, quod alios immundos tergebat, in Leui. atque mundabat, mundum sacerdotem & ministros inficeret, ita ut vsque ad uesperam essent immundi? quomodo fieri potest, ut quod immundos purgat, mundos suo tactu inficiat? In hoc utique manifestatur, alia maiora mysteria, quæ sub hoc cortice delitescunt, Deum significare uoluisse. Ideo dicebat Dauid. Beati qui Ps. 118. scrutantur testimonia eius, hoc est qui literæ superficie non cōtenti interiora eius D mysteria perscrutantur. Et sic illi, qui leges has scrutati sunt, dicunt illam priorem Leuitici legem significasse animam producentem fructum, quantumcunque bonus sit in sui reputatione immundam se existimare, & uereri debere, an forte fructus ille Deo placebit sicuti faciebat Iob, qui dicebat. Verebar omnia opera mea sciens, qa Iob. 9. non parceres delinquenti. Et quanquā de oībus bonis operibus uereri debet, mul-

A tā tamen magis de exterioribus & corpo-
ralibus, quæ sunt filiæ respectu interi orū
ac spiritualium operum, quæ per filios ma
sculos significantur, in quibus plerunque
non est tanta periculi occasio. Lex autem
vitulæ secūdum illorum doctorum sentē-
tiam significat aliter Deum de mundis bo
nisque hominibus, aliterque ipsos de se-
metipsis esse iudicaturos. Nā licet homo
sit uerè mundus, Deusque eum talem esse
iudicet, illum tn̄ mūdum se præsumptuo-
se arbitrari, sufficeret ueram ab ipso mun-
ditiam puritatemq; subtrahere, sicut acci-
dit illi Pharisæo, qui tunc cœpit esse iniu-
B stus, cum se iustum esse reputauit. Idcirco
iusti causas exquirunt quib. se contemnāt
malosque iudicent, sicut faciebat humilli
Ibidem. mus Iob, qui dicebat: Si lotus fuero quasi
aquis niuis, & fulserint sicut mundissimæ
manus meæ in sordibus intinges me, hoc
est, oculi tamē tui in me sordes inuenient,
cumq. uestimenta mea sordidum atq. im-
mundum me perspexerint, dicent mihi,
Recede, abi à nobis. Abominabuntur (in
quit) me uestimenta mea. Hoc dicebat,
quia meminerat se diuino inspirāte spiritu
dixisse. Nūquid oculi carne tibi sunt, aut
sicut videt homo, & tu uides? Et sępenume
C ro (ut summa Veritas ait) quod hominib,
Luc. 16. altū est, abominatio est ante Deum, sicut
apparuit in illo, cui dominus dixit, Dicis
Apoc. 3. quod diues sum, & locupletatus & nullius
egeo, & nescis quia tu es miser & miserabi-
lis, & pauper, & cæcus, & nudus. Idcircò
quantumcunq; iustus quis sit tota tamen
huius uitæ hebdomada iniustum se se re-
putare debet, & immundum, quod si oportet
facere animam parientem masculum, id
est heroica opera faciētem, quid facere de
bet anima, pariens fœminam, i. remissa, &
tepida faciens opera? hanc oportet timere
ne duabus hebdomadibus pęna afficiatur
D scilicet, in hoc sæculo, & in purgatorio. iō
iure optimo admonet Diuus Paulus singu
los fideles, ut vnusquisque consideret, quid
super fundamētum, qui est Iesus Christus,
& eius fides ædificet. Alius enim (inquit)
ædificat aurum, & lapides pretiosos, alius
ligna, fœnum, & stipulas, & vniuscuiusque
opus quale sit, ignis probabit, quod si de ani
ma remissa opera faciente hoc futurū est,
quæ tn̄ parit fructumque affert, quid fiet
animæ, non solum fructum non afferenti
sed plurimis etiam se malis operib. ac sce-
leribus maculanti, magnopere nos pœni- A
tentia purificari oportet fratres mei, ante-
quam nos immundos mors occupet, neq;
enim nos immūdos esse negare possumus
cum ad ea, quæ animam coinquinant pro
ximè accedamus.

Triplex est modus rerū, purissima quæ
que inficientium, si ad eas accedant, uideli-
cet, fumus, puluis & res liquidæ. De fumo
experientia comperitis, quantumcunque
enim dealbata, & speciosa sit domus, si ta-
men in eam fumus ingreditur, breui eā ita
denigrat, vt visu sit miserabilis. Puluis etiā
inficit & conturbat, si aqua quantumuis
clara ad puluerem peruenit, & cū eo com- B
miscet, statim lutum efficitur, pannusque
quantūcunq; exactus si ad eum puluis ac-
cedat, inficitur. Res liquefactæ ēt maculāt,
sicuti pix, oleum, & alia huiuscemodi Hęc
tria triplex malorū genus (quibus plenus
est orbis) repræsentant de quibus dixit B. 1. Ioā. 2.
Ioannes. Omne quod est in mūdo aut est
concupiscentia oculorū, aut concupiscen-
tia carnis, aut superbia uitæ. Auaritiā, ocu-
lorum concupiscentiam nominauit, quia
infælix auarus uix omnibus quæ possidet
(nisi oculis) fruitur, famem namque ac nu
ditatem patitur ne bona consumat, solum
contentus est oculis illa uidere. Et hæc cu- C
piditas est puluis animas nostras inficiens:
Fumus est superbia uitæ. Nā sicut fumus
nunquam cessat ascēdere quousq. euanescit &
cōsumitur, sic superbia humana corda ef-
fert, ut nihilo contenta sint, sed ad unam
elata dignitatē ad aliā sublimiorem eleua-
ri concupiscant, & cum hac imperandi, ac
præualēdi anxietate usque ad uitæ termi-
num perseuerāt. Est autem peccatum hoc
adeo iniuriosum diuinæ maiestati, ut idē
sit in diuinis literis dicere superbiam, atq;
dicere. Dei iniuriam, & sic ubi nos legimus
væ coronæ supbiæ ebrijs Ephraim, septua
ginta interpretes transtulerunt: Væ coro- D
næ iniuriæ mercenarijs Ephyraim. In his Isai. 28.
vtriusq; trāslationis verbis significatur, ēt
superbiā esse quandā animę ebrietatem, su
perbosq; esse mercenarios, quæcunque. n.
alijs faciunt beneficia, ideo faciunt, ut eos
adiuuent conscendere ac cęteris pręuale-
re. Pix liquefacta est carnis concupiscētia,
quę magis quam pix homini adhęret, il-
lumque coinquinat. Et sic dicit Ecclesia-
sticus, qui tetigerit picem, coinquinabitur
ab ea. Idcirco nobis pręcipit spiritus san- Eccl. 13.

ctus

A ctus, ut huius virij occasiones diligentissi- me fugiamus. Vn postquã dixerat, fauus stillans labia meretricis nouissima autẽ il- lius amara quasi absynthiũ, ad [illegible] gres- sus eius penetrant, statim adhuc longe fac ab ea uia tuam, & ne appropinquẽs forib. domus eius. Et Ecclesiasticus dicit. Auerte faciem tua a muliere compta, & ne cir- cunspexeris speciem alienã. Statimque cau- sam assignat dicẽs. Propter speciem, n. mu- lieris multi perierunt, & ex hoc concupi- scentia quasi ignis ardescit. O quam san- ctum necessariumque consilium, diuina B maiestas nobis uires, efficaciamq; ad illud obseruãdum con cedat, simulque ut quod dicit S. Iob custodiamus. In fame(inq̃t)& siti bestiæ terræ pulchræ erũt tibi. Et mul- to magis pacifici erũt bestiales corporum nostrorum motus, si hæc eis medicina ap- plicetur. Ecce fratres mei tria, quæ nos fre- quentius inquinant, siquidem igitur adeo immundi sumus, rationi cõsentaneũ erit, ut purificari curemus. Ad quod faciendũ, ut nos sancta mater ecclesia commoueat, uerba illa Malachię prophetę cantat dicẽ- tis. Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum, & sedebit conflans, & e- mundans argentum, & purgabit filios Le- ui. Aurum, & argẽtum fecibus admistum C nequaque aurificari potest, nisi igne lique- fiat, & cymbalum confractum minime re- sarciri potest, nisi igni cõfletur, denuoque in formam redeat. Singuli peccatores sũt quasi cymbalum confractum, de quibus dicitur, cor fatui quasi uas confractum, & sicut cymbalum fractum male sonat, sic peccator turpibus uerbis malisq; operib. dissonat, nullamq; aliud habet remedium nisi in contritionis lachrymis diuini amo- ris igni liquefieri, atque ad pristinam for- mam (quæ est exactissima Iesu Christi Sal- D uatoris nostri uita) redit. Et hæc spiritalis purificatio significat in illa purificatione quam Deus in lege Leuitici fieri præcipie- bat, q̃ hodie sacratissima Virgo cõpleuit.

Prou. 5. Eccle. 9. Iob. 23. Mala. 5. Eccl 23

Itaque festum purificationis (potius pu- ritatis & redemptionis, qua diuinus mun- di Redemptor redemptus fuit, hodie ab al- ma Ecclesia celebratur. Cumque ad hanc purificationem, ablutionemque faciẽdam in templum sacratissima virgo veniret, ac- cepit uenerabilis quidam senex, Simeon nomine, in ulnas suas diuinum infantem Iesum. De quo quidem sene dicit sanctũ Euangelium, q̃ *erat homo iustus & timo- ratus*. Quæ duæ uirtutes in hoc sæculo plerumque coniunctę esse consuescunt. In medio maiorum gustuum, diuinarumque consolationum cum magno timore sunt iusti. Quod adnotauit Spiritus sãctus, vbi sponso sponsæ indulgẽti, suauissimoq; ser- mone loquẽti atq; dicenti. Ostende mihi faciẽ tuam, sonet uox tua in aurib. meis, uox. n. tua dulcis, & facies tua decora: ipsa importune respondit, capite nobis vulpes paruulos, quę demoliuntur uineas, nam vi- nea nr̃a floruit. In hoc significat spiritus sanctus quid oẽs facere oportet, quod quã- to diuinis munerib. locupletiores fuerint, tanto maiori instãtia hoc à Deo petere de- bent. Et quemadmodum cũ diabolus ma- nifeste tentat, uocatur leo rugiens, sicut il- lum appellauit D. Petrus, sic quando alias cautelas, ac decipiendi modos exquirit, di- citur uulpes. Cumq; iustos tã turpissimis reb. nõ audeat inuitare, per ambages mini- mis reb. quas paruifaciunt, illos tentat, ut ex illis leuissimis eos ad maiora peccata deducat. Ideoq; spõsa, minima hæc pecca- ta vulpeculas uocat, quæ florentes perdũt uineas ne maturos afferant fructus. Cum igitur animus in maiori orationis feruo- re, spiritaliq; gustu perstiterit, Deũ debet deprecari dicens. O domine his Sathanæ astutijs, & calliditatib. libera me, quia ma- gnopere me curat euertere. Hoc ẽt nos admonet D. Paulus dicẽs: cũ metu & tre- more uestram salutẽ operamini. i. ne uos Diabolus incautos, negligentesque repe- riat. Et ad hoc q̃ quis est iustus, & timora- tus additur: & spũs sanctus erat in eo. Nã rationi cõsentaneũ erat, eũ, qui talib. præ- ditus erat uirtutib. sancti spũs esse domici- liũ. Quemadmodũ ubi primũ corpus suis naturalib. mẽbris in matrice organizatur atq; disponitur, statim Deus in illud ani- mam infundit. Sic ubi primũ anima cęle- sti auxilio diuinis est ornata uirtutib. sta- tim ad eum tota sanctissima Trinitas de- scẽdit. Hoc Dñs affirmauit dicens, siquis diligit me sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eũ, & ad eũ ueniemus, & mãsionẽ apud eũ faciemus. Et dicẽs hic D. Lucas: spiritus sanctus erat in eo signi- ficat quam lente atque tranquille in eo morabatur, non etenim per eum quasi uiator celerrime præteribat. Princeps, q̃ celerrime uiam facit, idest, (*que va por la posta*)

A Cant. 2. B 1. Pe. 5. C Phili. 2. Simile. D Simile

A tó : tmen magis de exterioribus & corporalibus, quæ sunt filiæ respectu interiorũ ac spiritualium operum, quæ per filios masculos significantur, in quibus plerunque non est tanta periculi occasio. Lex autem vitulæ secũdum illorũm doctorum sententiam significat aliter Deum de mundis bonisque hominibus, aliterque ipsos de semetipsis esse iudicaturos. Nã licet homo sit uerè mundus, Deusque eum talem esse iudicet, illum tñ mũdum se præsumptuose arbitrari, sufficeret ueram ab ipso munditiam puritatemq; subtrahere, sicut accidit illi Pharisæo, qui tunc cœpit esse iniu-
B stus, cum se iustum esse reputauit. Idcirco iusti causas exquirunt quib. se contemnãt malosque iudicent, sicut faciebat humillimus Iob, qui dicebat: Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint sicut mundissimæ manus meæ in sordibus intinges me, hoc est, oculi tamẽ tui in me sordes inuenient, cumq. uestimenta mea sordidum atq. immundum me perspexerint, dicent mihi, Recede, abi à nobis. Abominabuntur (inquit) me uestimenta mea. Hoc dicebat, quia meminerat se diuino inspirãte spiritu dixisse: Nũquid oculi carne tibi sunt, aut sicut videt homo, & tu uides? Et sæpenume-
C ro (ut summa Veritas ait) quod hominibus altũ est, abominatio est ante Deum, sicut apparuit in illo, cui dominus dixit, Dicis quod diues sum, & locupletatus & nullius egeo, & nescis quia tu es miser & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Idcircò quantumcunq; iustus quis sit tota tamen huius uitæ hebdomada iniustum se se reputare debet, & immundum, q̃ si oportet facere animam parientem masculum, id est heroica opera faciẽtem, quid facere debet anima, pariens fœminam, i. remissa, & tepida faciens opera? hanc oportet timere ne duabus hebdomadibus pœna afficiatur
D scilicet, in hoc sæculo, & in purgatorio. iõ iure optimo admonet Diuus Paulus singulos fideles, ut vnusquisque consideret, quid super fundamẽtum, qui est Iesus Christus, & eius fides ædificet. Alius enim (inquit) ædificat aurum, & lapides pretiosos, alius ligna, fœnum, & stipulas, & vniuscuiusque opus quale sit, ignis pbabit, quod si de anima remissa opera faciente hoc futurũ est, quæ tñ parit fructumque affert, quid fiet animæ, non solum fructum non afferenti sed plurimis etiam se malis operib. ac sceleribus maculanti, magnopere nos pœnitentia purificari oportet fratres mei, antequam nos immundos mors occupet, neq; enim nos immũdos esse negare possumus cum ad ea, quæ animam coinquinant proximè accedamus.

Ibidem.

Luc. 16.

Apoc. 3.

Triplex est modus rerũ, purissima quæque inficientium, si ad eas accedant, uidelicet, fumus, puluis & res liquidæ. De fumo experientia comperitus, quantumcunque enim dealbata, & speciosa sit domus, si tamen in eam fumus ingreditur, breui eã ita denigrat, vt visu sit miserabilis. Puluis etiã inficit & conturbat, si aqua quantumuis clara ad puluerem peruenit, & cũ eo commiscet, statim lutum efficitur, pannusque quantũcunq; exactus si ad eum puluis accedat, inficitur. Res liquefactæ et maculãt, sicuti pix, oleum, & alia huiuscemodi. Hec tria triplex malorũ genus (quibus plenus est orbis) repræsentant de quibus dixit B. Ioannes. Omne quod est in mũdo aut est concupiscentia oculorũ, aut concupiscentia carnis, aut superbia uitæ. Auaritiã, oculorum concupiscentiam nominauit, quia infælix auarus uix omnibus quæ possidet (nisi oculis) fruitur, famem namque ac nuditatem patitur ne bona consumat, solum contentus est oculis illa uidere. Et hæc cupiditas est puluis animas nostras inficiens: Fumus est superbia uitæ. Nã sicut fumus nunq̃ cessat ascẽdere quousq. euanescit & cõsumitur, sic superbia humana corda efferet, ut nihilo contenta sint, sed ad unam elata dignitatẽ ad aliã sublimiorem eleuari concupiscant, & cum hac imperandi, ac præualẽdi anxietate usque ad uitæ terminum perseuerãt. Est autem peccatum hoc adeo iniuriosum diuinæ maiestati, ut idẽ sit in diuinis literis dicere superbiam, atq; dicere. Dei iniuriam, & sic ubi nos legimus væ coronæ supbiæ ebrijs Ephraim, septuaginta interpretes transtulerunt: Væ coronæ iniuriæ mercenarijs Ephyraim. In his vtriusq; trãslationis verbis significatur, et superbiã esse quandã animæ ebrietatem, superbosq; esse mercenarios, quæcunque. a. alijs faciunt beneficia, ideo faciunt, ut eos adiuuent conscendere ac cæteris præualere. Pix liquefacta est carnis concupiscẽtia, quę magis quam pix homini adhęret, illumque coinquinat. Et sic dicit Ecclesiasticus, qui te tigerit picem, coinquinabitur ab ea. Idcirco nobis pręcipit spiritus sanctus

A

B

1. Ioã. 2.

C

D

Esa. 28.

Eccl. 13.

A ctus, ut huius vitij occasiones diligentissi-
Prou.5. me fugiamus. Vnde postquã dixerat, fauus
stillans labia meretricis nouissima autẽ il-
lius amara quasi absynthiũ, ad inferos gres-
sus eius penetrant, statim adhuc longe fac
ab ea uia tuam, & ne appropinques forib.
domus eius. Et Ecclesiasticus dicit. Auerte
Eccle.9. faciem tua a muliere compta, & ne cir-
cunspexeris speciem alienã. Statimque cau-
sam assignat dicẽs. Propter speciem, n. mu-
lieris multi perierunt, & ex hoc concupi-
scentia quasi ignis ardescit. O quam san-
ctum necessariumque consilium, diuina
B maiestas nobis uires, efficaciamq; ad illud
obseruãdum concedat, simulque ut quod
dicit S. Iob custodiamus. In fame (inquit) &
Iob.23. siti bestiæ terræ pulchræ erũt tibi. Et mul-
to magis pacifici erũt bestiales corporum
nostrorum motus, si hæc eis medicina ap-
plicetur. Ecce fratres mei tria, quæ nos fre-
quentius inquinant, siquidem igitur adeo
immundi sumus, rationi cõsentaneũ erit,
ut purificari curemus. Ad quod faciendũ,
ut nos sancta mater ecclesia commoueat,
Mala.3. uerba illa Malachię prophetę cantat dicẽ-
ris. Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi
herba fullonum, & sedebit conflans, & e-
mundans argentum, & purgabit filios Le-
ui. Aurum, & argẽtum fęcibus admistum
C nequaquam purificari potest, nisi igne lique-
fiat, & cymbalum confractum minime re-
sarciri potest, nisi igni cõfletur, denuoque
Eccl 23 in formam redeat. Singuli peccatores sũt
quasi cymbalum confractum, de quibus
dicitur, cor fatui quasi uas confractum, &
sicut cymbalum fractum male sonat, sic
peccator turpibus uerbis malisq; operib.
dissonat, nullumq; aliud habet remedium
nisi in contritionis lachrymis diuini amo-
ris igni liquefieri, atque ad pristinam for-
mam (quæ est exactissima Iesu Christi Sal-
D uatoris nostri uita) redit. Et hæc spiritalis
purificatio significat in illa purificatione
quam Deus in lege Leuitici fieri præcipie-
bat, q̃ hodie sacratissima Virgo cõpleuit.

Itaque festum purificationis ipsius pu-
ritatis & redemptionis, qua diuinus mun-
di Redemptor redemptus fuit, hodie ab al-
ma Ecclesia celebratur. Cumque ad hanc
purificationem, ablutionemque faciẽdam
in templum sacratissima virgo veniret, ac-
cepit uenerabilis quidam senex, Simeon
nomine, in ulnas suas diuinum infantem
Iesum. De quo quidem sene dicit sanctũ

Euangelium, quod *erat homo iustus & time-* A
ratus. Quæ duæ uirtutes in hoc sæculo
plerumque coniunctę esse consueuerunt. In
medio maiorum gustuum, diuinarumque
consolationum cum magno timore sunt
iusti. Quod adnotauit Spiritus sãctus, vbi
sponso sponsæ indulgẽti, suauissimoq; ser-
mone loquẽti atq; dicenti. Ostende mihi
faciẽ tuam, sonet uox tua in aurib. meis, Cant.2.
vox. n. tua dulcis, & facies tua decora: ipsa
importune respondit, capite nobis vulpes
paruulos, quę demoliuntur uineas, nam vi-
nea nr̃a floruit. In hoc significat spiritus
sanctus quid oẽs facere oportet, quod quã- B
to diuinis munerib. locupletiores fuerint,
tanto maiori instãtia hoc à Deo petere de-
bent. Et quemadmodum cũ diabolus ma-
nifeste tentat, uocatur leo rugiens, sicut il-
lum appellauit D. Petrus, sic quando alias
cautelas, ac decipiendi modos exquirit, di- 1. Pe.5.
citur uulpes. Cumq; iustos tã turpissimis
reb. nõ audeat inuitare, per ambages mini-
mis reb. quas paruifaciunt, illos tentat, ut
ex illis leuissimis eos ad maiora peccata
deducat. Ideoq; spõsa, minima hæc pecca-
ta vulpeculas uocat, quæ florentes perdũt
uineas ne maturos afferant fructus. Cum
igitur animus in maiori orationis feruo- C
re, spiritaliq; gustu perstiterit, Deũ debet
deprecari dicens. O domine his Sathanæ
astutijs, & calliditatib. libera me, quia ma-
gnopere me curat euertere. Hoc ẽt nos Phili.2.
admonet D. Paulus dicẽs: cũ metu & tre-
more uestram salutẽ operamini. s. ne uos
Diabolus incautos, negligentesque repe-
riat. Et ad hoc quod quis est iustus, & timora-
tus additur: & spũs sanctus erat in eo. Nã
rationi cõsentaneũ erat, eũ, qui talib. præ-
ditus erat uirtutib. sancti spũs esse domici- Simile.
liũ. Quemadmodũ ubi primũ corpus suis
naturalib. mẽbris in matrice organizatur D
atq; disponitur, statim Deus in illud ani-
mam infundit. Sic ubi primũ anima cęle-
sti auxilio diuinis est ornata uirtutib. sta-
tim ad eum tota sanctissima Trinitas de-
scẽdit. Hoc Dñs affirmauit dicens, siquis
diligit me sermonem meum seruabit, &
pater meus diliget eũ, & ad eũ ueniemus,
& mãsionẽ apud eũ faciemus. Et dicẽs hic
D. Lucas: spiritus sanctus erat in eo sãgni-
ficat quam lente atque tranquille in eo Simile
morabatur, non etenim per eum quasi
uiator celerrime præteriebat. Princeps, q
celerrime uiam facit, idest, (*que ua por la*

 posta)

A tū tamen magis de exterioribus & corporalibus, quæ sunt filiæ respectu interiorū ac spiritualium operum, quæ per filios masculos significantur, in quibus plerunque non est tanta periculi occasio. Lex autem vitulæ secūdum illorum doctorum sententiam significat aliter Deum de mundis bonisque hominibus, aliterque ipsos de semetipsis esse iudicaturos. Nā licet homo sit uerè mundus, Deusque cum talem esse iudicet, illum tñ mūdum se præsumptuose arbitrari, sufficeret ueram ab ipso munditiam puritatemq; subtrahere, sicut accidit illi Pharisæo, qui tunc cœpit esse iniu-
B stus, cum se iustum esse reputauit. Idcirco iusti causas exquirunt quib. se contemnāt malosque iudicent, sicut faciebat humillimus Iob, qui dicebat: Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint sicut mundissimæ manus meæ in sordibus intinges me, hoc est, oculi tamē tui in me sordes inuenient, cumq. uestimenta mea sordidum atq. immundum me perspexerint, dicent mihi, Recede, abi à nobis. Abominabuntur (inquit) me uestimenta mea. Hoc dicebat, quia meminerat se diuino inspirātē spiritu dixisse: Nūquid oculi carne tibi sunt, aut sicut videt homo, & tu uides? Et sępenume-
C ro (ut summa Veritas ait) quod hominib. altū est, abominatio est ante Deum, sicut apparuit in illo, cui dominus dixit, Dicis quod diues sum, & locupletatus & nullius egeo, & nescis quia tu es miser & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Idcircò quantumcunq; iustus quis sit tota tamen huius uitæ hebdomada iniustum se se reputare debet, & immundum, ꝙ si oportet facere animam parientem masculum, id est heroica opera faciētem, quid facere debet anima, pariens fœminam, i. remissa, & tepida faciens opera? hanc oportet timere ne duabus hebdomadibus pęna afficiatur
D scilicet, in hoc sæculo, & in purgatorio. iō iure optimo admonet Diuus Paulus singulos fideles, ut vnusquisque consideret, quid super fundamētum, qui est Iesus Christus, & eius fides ædificet. Alius enim (inquit) ædificat aurum, & lapides pretiosos, alius ligna, fœnum, & stipulas, & vniuscuiusque opus quale sit, ignis ꝓbabit, quod si de anima remissa opera faciente hoc futurū est, quæ tñ parit fructumque affert, quid fiet animæ, non solum fructum non afferenti sed plurimis etiam se malis operib. ac lce-

Ibidem.

Luc. 16.

Apoc. 3.

leribus maculanti, magnopere nos pœnitentia purificari oportet fratres mei, antequam nos immundos mors occupet, neq; enim nos immūdos esse negare possumus cum ad ea, quæ animam coinquinant proximè accedamus. A

Triplex est modus rerū, purissima quæque inficientium, si ad eas accedant, uidelicet, fumus, puluis & res liquidæ. De fumo experientia comperitis, quantumcunque enim dealbata, & speciosa sit domus, si tamen in eam fumus ingreditur, breui eā ita denigrat, vt visu sit miserabilis. Puluis etiā inficit & conturbat, si aqua quantumuis clara ad puluerem peruenit, & cū eo commiscet, statim lutum efficitur, pannusque quantūcunq; exactus si ad eum puluis accedat, inficitur. Res liquefactæ et maculāt, sicuti pix, oleum, & alia huiuscemodi Hęc tria triplex malorū genus (quibus plenus est orbis) repræsentant de quibus dixit B. Ioannes. Omne quod est in mūdo aut est concupiscentia oculorū, aut concupiscentia carnis, aut superbia uitæ. Auaritiā, oculorum concupiscentiam nominauit, quia infælix auarus uix omnibus quæ possidet (nisi oculis) fruitur, famem namque ac nuditatem patitur ne bona consumat, solum contentus est oculis illa uidere. Et hæc cupiditas est puluis animas nostras inficiens: Fumus est superbia uitæ. Nā sicut fumus nunꝗ cessat ascēdere quousq. euanescit & cōsumitur, sic superbia humana corda efferet, ut nihilo contenta sint, sed ad unam elata dignitatē ad aliā sublimiorem eleuari concupiscant, & cum hac imperandi, ac præualēdi anxietate usque ad uitæ terminum perseuerāt. Est autem peccatum hoc adeo iniuriosum diuinæ maiestati, ut idē sit in diuinis literis dicere superbiam, atq; dicere. Dei iniuriam, & sic ubi nos legimus væ coronæ sup̄biæ ebrijs Ephraim, septuaginta interpretes transtulerunt: Væ coronæ iniuriæ mercenarijs Ephyraim. In his vtriusq; trāslationis verbis significatur, et superbiā esse quandā animę ebrietatem, superbosq; esse mercenarios, quæcunque alijs faciunt beneficia, ideo faciunt, ut eos adiuuent conscendere ac cęteris pręualere. Pix liquefacta est carnis concupiscētia, quę magis quam pix homini adhęret, illumque coinquinat. Et sic dicit Ecclesiasticus, qui tetigerit picem, coinquinabitur ab ea. Idcirco nobis pręcipit spiritus sanctus

B

1. Ioā. 2.

C

D

Isa. 28.

Eccl. 13.

A ctus,ut huius virij occasiones diligentissi-
Prou. 5. me fugiamus. Vñ postquã dixerat, fauus stillans labia meretricis nouissima autẽ il lius amara quasi absynthiũ,ad inferos gressus eius penetrant,statim adhuc longe fac ab ea uia tuam,& ne appropinquẽs forib. domus eius. Et Ecclesiasticus dicit. Auerte
Eccle. 9. faciem tuã a muliere compta, & ne circunspexeris speciem alienã. Statimque causam assignat dicẽs. Propter speciem,n.mulieris multi perierunt,& ex hoc concupiscentia quasi ignis ardescit. O quam sanctum necessariumque consilium, diuina
B maiestas nobis uires,efficaciamq; ad illud obseruãdum concedat, simulque ut quod dicit S. Iob custodiamus. In fame(inquit)&
Iob. 23. siti bestiæ terræ pulchræ erũt tibi. Et multo magis pacifici erũt bestiales corporum nostrorum motus, si hæc eis medicina applicetur. Ecce fratres mei tria,quæ nos frequentius inquinant,siquidem igitur adeo immundi sumus,rationi cõsentaneũ erit, ut purificari curemus. Ad quod faciendũ, ut nos sancta mater ecclesia commoueat,
Mala. 5. uerba illa Malachię prophetę cantat dicẽtis. Ipse enim quasi ignis conflans,&quasi herba fullonum, & sedebit conflans,&emundans argentum,& purgabit filios Leui. Aurũ, & argẽtum fęcibus admistum
C nequaquam purificari potest,nisi igne liquefiat,& cymbalum confractum minime resarciri potest,nisi igni cõfletur,denuoque
Eccl. 23 in formam redeat. Singuli peccatores sũt quasi cymbalum confractum, de quibus dicitur,cor fatui quasi uas confractum,& sicut cymbalum fractum male sonat, sic peccator turpibus uerbis malisq; operib. dissonat,nullumq; aliud habet remedium nisi in contritionis lachrymis diuini amoris igni liquefieri, atque ad pristinam formam(quæ est exactissima Iesu Christi Sal-
D uatoris nostri uita)redit. Et hæc spiritalis purificatio significat in illa purificatione quam Deus in lege Leuitici fieri præcipiebat,q̃ hodie sacratissima Virgo cõpleuit.

Itaque festum purificationis ipsius puritatis & redemptionis,qua diuinus mundi Redemptor redemptus fuit,hodie ab alma Ecclesia celebratur. Cumque ad hanc purificationem,ablutionemque faciẽdam in templum sacratissima virgo veniret, ac cepit uenerabilis quidam senex, Simeon nomine, in ulnas suas diuinum infantem Iesum. De quo quidem sene dicit sanctũ Euangelium, q̃ erat homo iustus & timoratus. Quæ duæ uirtutes in hoc sæculo plerumque coniunctę esse consuescunt. In medio maiorum gustuum,diuinarumque consolationum cum magno timore sunt iusti. Quod adnotauit Spiritus sãctus, ubi sponso sponsæ indulgẽti,suauissimoq; sermone loquẽti atq; dicenti. Ostende mihi
A
Cant. 2. faciẽ tuam, sonet uox tua in aurib. meis, uox.n. tua dulcis,& facies tua decora: ipsa importune respondit, capite nobis vulpes paruulos,quę demoliuntur uineas,nam vinea nr̃a floruit. In hoc significat spiritus sanctus quid oẽs facere oporteat, quod quãto diuinis munerib. locupletiores fuerint,
B tanto maiori instãtia hoc à Deo petere debent. Et quemadmodum cũ diabolus manifeste tentat,uocatur leo rugiens, sicut il-
1. Pe. 5. lum appellauit D. Petrus,sic quando alias cautelas,ac decipiendi modos exquirit, dicitur uulpes. Cumq; iustos tã turpissimis reb. nõ audeat inuitare,per ambages minimis reb. quas paruifaciunt, illos tentat,ut ex illis leuissimis eos ad maiora peccata deducat. Ideoq; spõsa,minima hæc peccata vulpeculas uocat,quæ florentes perdũt uineas ne maturos afferant fructus. Cum
C igitur animus in maiori orationis feruore,spiritaliq; gustu perstiterit, Deũ debet deprecari dicens. O domine his Sathanæ astutijs,& calliditatib. libera me,quia ma-
Phili. 2. gnopere me curat euertere. Hoc ẽt nos admonet D. Paulus dicẽs: cũ metu & tremore uestram salutẽ operamini. ne uos Diabolus incautos, negligentesque reperiat. Et ad hoc q̃ quis est iustus,& timoratus additur: & spũs sanctus erat in eo. Nã rationi cõsentaneũ erat, eũ,qui talib. præ-
Simile. ditus erat uirtutib. sancti spũs esse domicilium. Quemadmodũ ubi primũ corpus suis
D naturalib. mẽbris in matrice organizatur atq; disponitur, statim Deus in illud animam infundit. Sic ubi primũ anima cęlesti auxilio diuinis est ornata uirtutib. statim ad eum tota sanctissima Trinitas descẽdit. Hoc Dñs affirmauit dicens, siquis diligit me sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eũ, & ad eũ uenίemus, & mãsionẽ apud eũ faciemus. Et dicẽs hic D. Lucas: spiritus sanctus erat in eo signi-
Simile ficat quam lente atque tranquille in eo morabatur, non etenim per eum quasi uiator celerrime præteriebat. Princeps,q̃ celerrime uiam facit,idest,(que ua por la posta)

A tñ tamen magis de exterioribus & corporalibus, quæ sunt filiæ respectu interiorũ ac spiritualium operum, quæ per filios masculos significantur, in quibus plerunque non est tanta periculi occasio. Lex autem vitulæ secũdum illorum doctorum sententiam significat aliter Deum de mundis bonisque hominibus, aliterque ipsos de semetipsis esse indicaturos. Nã licet homo sit uerè mundus, Deusque eum talem esse iudicet, illum tñ mũdum se præsumptuose arbitrari, sufficeret ueram ab ipso munditiam puritatemq; subtrahere, sicut accidit illi Pharisæo, qui tunc cœpit esse iniu-
B stus, cum se iustum esse reputauit. Idcirco iusti causas exquirunt quib. se contemnãt malosque iudicent, sicut faciebat humillimus Iob, qui dicebat: Si lotus fuero quasi
Ibidem. aquis niuis, & fulserint sicut mundissimæ manus meæ in sordibus intinges me, hoc est, oculi tamẽ tui in me sordes inuenient, cumq. uestimenta mea sordidum atq. immundum me perspexerint, dicent mihi, Recede, abi à nobis. Abominabuntur (inquit) me uestimenta mea. Hoc dicebat, quia mẽminerat se diuino inspirãte spiritu dixisse. Nũquid oculi carne tibi sunt, aut sicut videt homo, & tu uides? Et sępenume-
C ro (ut summa Veritas ait) quod hominib.
Luc. 16. altũ est, abominatio est ante Deum, sicut appáruit in illo, cui dominus dixit, Dicis
Apoc. 3. quod diues sum, & locupletatus & nullius egeo, & nescis quia tu es miser & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Idcircò quantumcunq; iustus quis sit tota tamen huius uitæ hebdomada iniustum se se reputare debet, & immundum, ꝙ si oportet facere animam parientem masculum, id est heroica opera faciẽtem, quid facere debet anima, pariens fœminam, i. remissa, & tepida faciens opera? hanc oportet timere ne duabus hebdomadibus pęna afficiatur
D scilicet, in hoc sæculo, & in purgatorio. iõ iure optimo admonet Diuus Paulus singulos fideles, ut vnusquisque consideret, quid super fundamẽtum, qui est Iesus Christus, & eius fides ædificet. Alius enim (inquit) ædificat aurum, & lapides pretiosos, alius ligna, fœnum, & stipulas, & vniuscuiusque opus quale sit, ignis ꝓbabit, quod si de anima remissa opera faciente hoc futurũ est, quæ tñ parit fructumque affert, quid fiet animæ, non solum fructum non afferenti sed plurimis etiam se malis operib. ac sce-

A leribus maculanti, magnopere nos pœnitentia purificari oportet fratres mei, antequam nos immundos mors occupet, neq; enim nos immũdos esse negare possumus cum ad ea, quæ animam coinquinant proximè accedamus.

Triplex est modus rerũ, purissima quæque inficientium, si ad eas accedant, uidelicet, fumus, puluis & res liquidæ. De fumo experientia compertus, quantumcunque enim dealbata, & speciosa sit domus, si tamen in eam fumus ingreditur, breui eã ita denigrat, vt visu sit miserabilis. Puluis etiã inficit & conturbat, si aqua quantumuis
B clara ad puluerem peruenit, & cũ eo commiscet, statim lutum efficitur, pannusque quantũcunq; exactus si ad eum puluis accedat, inficitur. Res liquefactæ ẽt maculãt, sicut pix, oleum, & alia huiuscemodi Hęc tria triplex malorũ genus (quibus plenus est orbis) repræsentant de quibus dixit B. 1. Ioã. 2.
Ioannes. Omne quod est in mũdo aut est concupiscentia oculorũ, aut concupiscentia carnis, aut superbia uitæ. Auaritiã, oculorum concupiscentiam nominauit, quia infælix auarus uix omnibus quæ possidet (nisi oculis) fruitur, famem namque ac nuditatem patitur ne bona consumat, solum contentus est oculis illa uidere. Et hæc cu- C
piditas est puluis animas nostras inficiens: Fumus est superbia uitæ. Nã sicut fumus nunꝙ cessat ascẽdere quo usq. euanescit & cõsumitur, sic superbia humana corda efficit, ut nihilo contenta sint, sed ad unam elata dignitatẽ ad aliã sublimiorem eleuari concupiscant, & cum hac imperandi, ac præualẽdi anxietate usque ad uitæ terminum perseuerãt. Est autem peccatum hoc adeo iniuriosum diuinæ maiestati, ut idẽ sit in diuinis literis dicere superbiam, atq; dicere. Dei iniuriam, & sic ubi nos legimus væ coronæ supbiæ ebrijs Ephraim, septuaginta interpretes transtulerunt: Væ coro- D
næ iniuriæ mercenarijs Ephraim. In his Isai. 28.
vtriusq; trãslationis verbis significatur, ẽt superbiã esse quandã animę ebrietatem, superbosq; esse mercenarios, quæcunque ab alijs faciunt beneficia, ideo faciunt, ut eos adiuuent conscendere ac cęteris pręualere. Pix liquefacta est carnis concupiscẽtia, quę magis quam pix homini adhęret, illumque coinquinat. Et sic dicit Ecclesiasticus, qui tetigerit picem, coinquinabitur ab ea. Idcirco nobis pręcipit spiritus san- Eccl. 13.
ctus

A ctus, ut huius virij occasiones diligentissi-
Prou. 5. me fugiamus. Vñ postquã dixerat, fauus stillans labia meretricis nouissima autẽ illius amara quasi absynthiũ, ad inferos gressus eius penetrant, statim adhuc longe fac ab ea uia tuam, & ne appropinquẽs foribus domus eius. Et Ecclesiasticus dicit. Auerte
Eccle. 9. faciem tua a muliere compta, & ne circunspexeris speciem alienã. Statimque causam assignat dicẽs. Propter speciem, n. mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiscentia quasi ignis ardescit. O quam sanctum necessariumque consilium, diuina
B maiestas nobis uires, efficaciamq; ad illud obseruãdum concedat, simulque ut quod dicit S. Iob custodiamus. In fame (inq̃t) &
Iob. 23. siti bestiæ terræ pulchræ erũt tibi. Et multo magis pacifici erũt bestiales corporum nostrorum motus, si hæc eis medicina applicetur. Ecce fratres mei tria, quæ nos frequentius inquinant, siquidem igitur adeo immundi sumus, rationi cõsentaneũ erit, ut purificari curemus. Ad quod faciendũ, ut nos sancta mater ecclesia commoueat,
Mala. 5. uerba illa Malachię prophetę cantat dicẽtis. Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum, & sedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Leui. Aurum, & argẽtum fęcibus adinistum
C nequaque purificati potest, nisi igne liquefiat, & cymbalum confractum minime resarciri potest, nisi igni cõfletur, denuoque
Eccl 23 in formam redeat. Singuli peccatores sũt quasi cymbalum confractum, de quibus dicitur, cor fatui quasi uas confractum, & sicut cymbalum fractum male sonat, sic peccator turpibus uerbis malisq; operib. dissonat, nullumq; aliud habet remedium nisi in contritionis lachrymis diuini amoris igni liquefieri, atque ad pristinam formam (quæ est exactissima Iesu Christi Saluatoris nostri uita) redit. Et hæc spiritalis
D purificatio significat in illa purificatione quam Deus in lege Leuitici fieri præcipiebat, q̃ hodie sacratissima Virgo cõpleuit.

Itaque festum purificationis ipsius puritatis & redemptionis, qua diuinus mundi Redemptor redemptus fuit, hodie ab alma Ecclesia celebratur. Cumque ad hanc purificationem, ablutionemque faciẽdam in templum sacratissima uirgo ueniret, accepit uenerabilis quidam senex, Simeon nomine, in ulnas suas diuinum infantem Iesum. De quo quidem sene dicit sanctũ Euangelium, q̃ erat homo iustus & timoratus. Quæ duæ uirtutes in hoc sæculo plerumque coniunctę esse consuescunt. In medio maiorum gustuum, diuinarumque consolationum cum magno timore sunt iusti. Quod adnotauit Spiritus sãctus, vbi sponso sponsæ indulgẽti, suauissimoq; sermone loquẽti atq; dicenti. Ostende mihi faciẽ tuam, sonet uox tua in aurib. meis, Cant. 2.
vox. n. tua dulcis, & facies tua decora: ipsa importune respondit, capite nobis vulpes paruulos, quę demoliuntur uineas, nam uinea nr̃a floruit. In hoc significat spiritus sanctus quid oẽs facere oporter, quod quã B
to diuinis munerib. locupletiores fuerint, tanto maiori instãtia hoc à Deo petere debent. Et quemadmodum cũ diabolus manifeste tentat, uocatur leo rugiens, sicut illum appellauit D. Petrus, sic quando alias I. Pe. 5.
cautelas, ac decipiendi modos exquirit, dicitur uulpes. Cumq; iustos tã turpissimis reb. nõ audeat inuitare, per ambages minimis reb. quas paruifaciunt, illos tentar, ut ex illis leuissimis eos ad maiora peccata deducat. Ideoq; spõsa, minima hæc peccata vulpeculas uocat, quæ florentes perdũt uineas ne maturos afferant fructus. Cum igitur animus in maiori orationis feruore, spiritaliq; gustu persisterit, Deũ debet C
deprecari dicens. O domine his Sathanæ astutijs, & calliditatib. libera me, quia magnopere me curat euertere. Hoc ẽt nos Phili. 2.
admonet D. Paulus dicẽs: cũ metu & tremore uestram salutẽ operamini. ne uos Diabolus incautos, negligentesque reperiat. Et ad hoc q̃ quis est iustus, & timoratus additur: & spus sanctus erat in eo. Nã rationi cõsentaneũ erat, eũ, qui talib. præditus erat uirtutib. sancti spũs esse domicilũ. Quemadmodũ ubi primũ corpus suis Simile.
naturalib. mẽbris in matrice organizatur D
atq; dispositur, statim Deus in illud animam infundit. Sic ubi primũ anima cęlesti auxilio diuinis est ornata uirtutib. statim ad eum tota sanctissima Trinitas descẽdit. Hoc Dñs affirmauit dicens, siquis diligit me sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eũ, & ad eũ ueniemus, & mãsionẽ apud eũ faciemus. Et dicẽs hic D. Lucas: spiritus sanctus erat in eo significat quam lente atque tranquille in eo Simile
motabatur, non etenim per eum quasi uiator celerrime præteriebat. Princeps, q̃ celerrime uiam facit, idest, (que ua por la posta)

A *Et responsum acceperat a Spiritu sancto, non uisurum se mortem, nisi prius uideret Christum Domini*. Diligenter pensate uerbũ hoc non uisurũ se mortẽ. In eo nãq. significantur iusti qñ moriuntur, mortẽ uidere, quia ex longinquo se ad illa præparãt. Malus autem oculis clausis non uidẽs mortem ad interitũ properat, B. Ambros. dicit: Si basiliscus hominem uidet priusquam ab eo perspiciatur, illum occidere, si uero homo prius basiliscum cernit, basiliscum ab
Ambro ser. 10. in Psa. 118. homine interfici: hoc satis in morte uerũ esse comprobatur. Nam si mors hominẽ incautum, & non præparatum, sed in lethali culpa commorantem perspicit, eum æternaliter occidit, quia cum primum moritur in infernum detruditur, si autem homo
B considerationis oculis mortem præuidet, & cum hac cõsideratione se diligentissime præparat, non sic a morte necatur, si quidem in æternum uicturus moritur: imo uero ipse illam occidit, quia mors ei iã enerqata & mortua occurrit.

Et uenit in spiritu in templum. Ideo nũc nõ diuina auxilia in tẽplo percipimus, qa non sicut Simeon ad illud in spiritu, sed in carne uenimus. Cauete fratres per reuerentiam
C Dei ne in hunc sanctum locũ in uanitatis spiritu ueniatis, sicut illi quos comminabatur Amos Propheta, dicens. Væ uobis,
Amos. 6 qui opulenti estis in Sion optimates capita populorum ingredientes pompatice domum Israel. Ecquis pompatice ingrederetur ad Regẽ ab eo ueniam petiturus de crimine læsæ maiestatis? si quidem igitur quotidie diuinam lædimus maiestatem, & in templum ueniã ab eo petituri uenimus, tanquam Rei cum profunda humilitate ueniamus. Nec vero carne commoti ueniatis, sicuti plurimi ad tẽplum, ut uideant & uideantur accedunt, atque ut cupiant &
D ab alijs cupiantur, nec in curiositatis spiritu ueniatis, sicuti nonnulli ueniunt ad loquendum, atque ab alijs nunc. os audiendũ: maxime uero fœminę, quæ tota hebdomada domi suæ commorantur, diebus autem festiuis omnia quæ in toto terrarum orbe gesta sunt, in illo anno inuicem aliæ alijs nunciant, nec ueniatis in spiritu hypocrisis, sicut plurimi ueniunt, qui oculos in cælum tollunt, cor autem & cogitationes in terra defigunt, neque in spiritu pigritię, sicut nõnulli, qui in medio missæ accedũt, & in concione dormitant, hi filium Dei in templum non reperiunt, siquidẽ eius gratiam non inueniunt, cum non diuino quidem (sicut Sanctus Simeõ) spiritu, sed diabolica persuasione commoti in templũ ueniũt. O Rex gloriæ Christe uere Deus, quã pauci te hodie in ineffabili altaris sacramẽto nos expectantem, ut quam plurima in nos beneficia conferas, reperiunt, quæ quidem dispositionis nostræ defectu non accipimus. Per ineffabilem clementiam tuam te deprecor, ut oculos nobis aperias, qbus tantum hoc malum cognoscamus, eique opportunum remedium adhibeamus.

B *Et cum inducerent puerum Iesum &c. Ipse accepit eum in ulnas suas*. O ineffabilẽ Dei liberalitatem. & q̃ firmiter stat promissis, ac multo qdem maiora largitur q̃ pollicitus est. Regi Ezechiæ Dei nomine dictũ fuit: Hæc dicit dñs de Rege Assyriorum. Non ingredietur urbem hãc, nec mittet in eam sagittam, & multo qdem maiora compleuit dominus, nam ipsamet nocte uenit Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta qnque millia. Et Isaias dicit: Omnes sitientes uenite ad aquas. Ad solam utique aquam inuitat, postea uero non potũ tantum, sed cibum etiam præbet, & sic addidit. Comedite bonum, & delectabitur in crassitudine aĩa uestra. Sic fecit sancto Simeoni, promisit enim se illi mundi Saluatorem esse ostẽsurum, & non solum eum illi ostendit, sed etiam eo illum oblectauit in ipsius manibus Christum collocans. — 4. Re. 19 — C

Et benedixit Deum, & dixit. Nũc dimittis seruum tuum Domine secundum uerbũ tuũ in pace. Hic sanctus ad hoc solum uita frui uolebat, ut viuens uerã uitã Iesũ Christum perspiceret, quo uisa nolebat amplius uiuere. O quot sunt hodie (quorum fortasse multi adsunt) qui ad bonis tãtũ tẽporalibus perfruendum uitam desiderant, ideoque summopere mortem execrantur. Credite mihi fratres, pessimum signum est uitam tantopere diligere, mortem autem adeo odisse. Carnem ab osse facile separari signũ est illã iã esse coctam, siue rostam, quæ enim cruda est difficile ab osse disiungitur, ut in cælum conscendamus, oportet nos charitate coctos, tostosque esse: signũ autem ex quo nos tales esse colligimus, est nos a terrestribus rebus esse separatos, iamque dissolui, & ab hoc sæculo exire desiderare, nos aũt mortem tantopere odisse, si — D — Simile.

gnum

A gnum est, quod adhuc erudi ac sine charitate persistimus. Aduersus malos est mors armata, ideoq; illā maxime pertimescunt: arma uero quib. munita est ipsi ei præbēt, nā(ut dicit D. Paulus:) Stimulus aūt mor
1.Co.15 tis peccatū est. Tollite fratres mei hos mortis stimulos, & deinceps illā nō timebitis. Iō illā iusti nō timēt, qa ad eos uenit inermis, sicut eam non timebat S. Simeon, sed eam cupiebat, atq; petebat in initio huius cœlestis cantici. Multum inter Cygnū, & marinam Syrenam interesse cōperitur, nā Cygnus cū ad mortē appropinquat, dulcissimē canit; Syrena, aūt cum se obire sentit
B amare lamentatur, ut. n. ait Philosophus in suis problematibus, in morte accedit sanguis ad cor, sanguis aūt Cygni est nimiū generosus, sanguis uerò Syrenæ est pessimus, & ille uenenosus sanguis ad eius cor accedens, amarissimos gemitus illā proferre cogit, bonus aūt sanguis Cygnum canere facit, sic peccatores malus scelerum sanguis ad eorū cor accedens in morte, mœrere facit, iustos aūt(quasi Cygnos.) uirtutes ut hilari aīo moriātur inuitant. Et hoc est
Pro. 14 quod dicitur. In malitia sua expellitur impius, iustus aūt sperat in morte sua. O singularē sniam in qua Spiritus sanctus ostē-
C dit assiduā mortis recordationē, peccatoribus quidē nimiū exosam, quia propter ipsorum malitiā in ea perpetuis infernal cruciatib. cōdemnandi sunt, iustum maxime consolari, omnes namque præsentis uitæ labores citò finiendos esse sperat, & postq̄ propter eorum tolerātiam in hac uita gratiam receperit, sempiterna cœlestis beatitudinis gloria fruiturum, se ad æthereа regna esse migraturum confidit, ad quæ nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

IN EADEM FESTIVITAte Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ.

D

Concio IIII.

Postquam impleti sunt dies Purificationis Mariæ secundum legem Moysi, &c. Luc.2.

Leu.12. HÆC lex quam hic refert sanctum Euangelium, quæ habetur in Leuitico, magnam uolenti illam attente considerare admirationem affert. Dicit e- A nim; Mulier si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem dieb. &c. Sin autem pepererit fœminam, immunda erit duabus hebdomadibus. Ecquis hanc legē non admirabitur, quod non sufficiāt fœminæ doloris partus, sed tot etiā diebus immunda remaneat? quodque pœna hæc in partu filiæ duplicetur, cum tamen non sit in manu genitricis masculum aut fœminam parere? Huius rei consideratio primum Origenem, deinde alios sanctos patres commouit, ut hac essent sententia, manifesteque docerent, antiquas leges prȩter literalem sensum, quem uerba contextus B in se habent alios mysticos, atque latentes sensus, & intelligentias habere, ad quas recurri oportet, ut diuinæ legis iustitia, & maiestas clarius innotescat, quæ in sensu exteriori non tam manifeste perspicitur. Ad cuius rei confirmationem unicam ex plurimis legibus, quās Deus in ueteri Testamento sanciuit, uobis referam, quæ in tantam uos admirationem, quam prȩterita, inducet. Præcipiebat Deus, ut uitulæ ci- Nu. 19. neres in mundo loco reponerentur, & ad hominum purificationem custodirentur, simulque ut sacerdos, qui uitulam illam immolaret, uestes suas ablueret, immun- C dusque esset usque ad uesperam, idemque illam comburenti, cineresque obseruanti præcepit, uidelicet ut omnes immundi essent. Quæ erat ratio(ut ait Flauianus) qua Flauian. re illud, quod alios immundos tergebat, in Leui. atque mundabat, mundum sacerdotem & ministros inficeret, ita ut usque ad uesperam essent immundi? quomodo fieri potest, ut quod immundos purgat, mundos suo tactu inficiat? In hoc utique manifestatur, alia maiora mysteria, quæ sub hoc cortice delitescunt, Deum significare uoluisse. Ideo dicebat *Dauid*. Beati qui Ps. 118. scrutantur testimonia eius, hoc est qui li D teræ superficie non cōtenti interiora eius mysteria perscrutantur. Et sic illi, qui leges has scrutati sunt, dicunt illam priorem Leuitici legem significasse animam producentem fructum, quantumcunque bonus sit in sui reputatione immundam se existimare, & uereri debere, an forte fructus ille Deo placebit sicuti faciebat Iob, qui dice Iob. 9. bat. Verebar omnia opera mea sciens, qa non parceres delinquenti. Et quanquā de oībus bonis operibus uereri debet, mul-

A ctus,ut huius vitij occasiones diligentissi
Prou.5. me fugiamus. Vñ postquã dixerat, fauus
stillans labia meretricis nouissima autẽ il
lius amara quasi absynthiũ, ad [illegible] gres
sus eius penetrant, statim adhuc longe fac
ab ea uia tuam,& ne appropinques foris.
domus eius. Et Ecclesiasticus dicit. Auerte
Eccle.9. faciem tua a muliere compta, & ne cir-
cunspexeris speciem alienã. Statimque cau
sam assignat dicẽs. Propter speciem,n.mu
lieris multi perierunt,& ex hoc concupi-
scentia quasi ignis ardescit. O quam san-
ctum necessariumque consilium, diuina
B maiestas nobis uires,efficaciamq; ad illud
obseruãdum con cedat, simulque ut quod
dicit S.Iob custodiamus. In fame(inq̃t)&
Iob.5. siti bestiæ terræ pulchræ erũt tibi. Et mul
to magis pacifici erũt bestiales corporum
nostrorum motus, si hæc eis medicina ap
plicetur. Ecce fratres mei tria,quæ nos fre
quentius inquinant,siquidem igitur adeo
immundi sumus,rationi cõsentaneũ erit,
ut purificari curemus. Ad quod faciendũ,
ut nos sancta mater ecclesia commoueat,
Mala.5. uerba illa Malachię prophetę cantat dicẽ
tis. Ipse enim quasi ignis conflans,&quasi
herba fullonum, & sedebit conflans,&e-
mundans argentum,& purgabit filios Le
ui. Aurũ n., & argẽtum fęcibus admistum
C nequaquam purificari potest,nisi igne lique
fiat,& cymbalum confractum minime re
sarciri potest,nisi igni cõfletur,denuoque
Eccl.23 in formam redeat. Singuli peccatores sũt
quasi cymbalum confractum, de quibus
dicitur,cor fatui quasi uas confractum,&
sicut cymbalum fractum male sonat, sic
peccator turpibus uerbis malisq; operib.
dissonat,nullumq; aliud habet remedium
nisi in contritionis lachrymis diuini amo
ris igni liquefieri, atque ad pristinam for-
mam(quæ est exactissima Iesu Christi Sal
uatoris nostri uita)redit. Et hæc spiritualis
D purificatio significat in illa purificatione
quam Deus in lege Leuitici fieri præcipie-
bat,q̃ hodie sacratissima Virgo cõpleuit.

Itaque festum purificationis ipsius pu-
ritatis & redemptionis,qua diuinus mun-
di Redemptor redemptus fuit,hodie ab al
ma Ecclesia celebratur. Cumque ad hanc
purificationem,ablutionemque faciẽdam
in templum sacratissima virgo ueniret, ac
cepit uenerabilis quidam senex, Simeon
nomine, in ulnas suas diuinum infantem
Iesum. De quo quidem sene dicit sanctũ
Euangelium, q̃ *erat homo iustus & tima* A
ratus. Quæ duæ uirtutes in hoc sæculo
plerumque coniunctę esse consuescunt. In
medio maiorum gustuum,diuinarumque
consolationum, cum magno timore sunt
insti. Quod adnotauit Spiritus sãctus,vbi
sponso sponsæ indulgẽti,suauissimoq; ser
mone loquẽti atq; dicenti. Ostende mihi
faciẽ tuam, sonet uox tua in aurib.meis, Cant.2.
vox.n.tua dulcis,& facies tua decora: ipsa
importune respondit, capite nobis uulpes
paruulos,quę demoliuntur uineas,nam vi
nea nr̃a floruit. In hoc significat spiritus
sanctus quid oẽs facere oportet, quod quã B
to diuinis munerib. locupletiores fuerint,
tanto maiori instãtia hoc à Deo petere de
bent. Et quemadmodum cũ diabolus ma
nifeste tentat, uocatur leo rugiens, sicut il
lum appellauit D. Petrus, sic quando alias 1. Pe.5.
cautelas,ac decipiendi modos exquirit, di
citur uulpes. Cumq; iustos tã turpissimis
reb.nõ audeat inuitare,per ambages mini
mis reb.quas paruifaciunt, illos tentat,ut
ex illis leuissimis eos ad maiora peccata
deducat. Ideoq; spõsa,minima hæc pecca-
ta vulpeculas uocat,quæ florentes perdũt
uineas ne maturos afferant fructus. Cum
igitur animus in maiori orationis feruo- C
re,spiritualiq; gustu perstiterit, Deũ debet
deprecari dicens. O domine his Sathanæ
astutijs,& calliditatib. libera me,quia ma-
gnopere me curat euertere. Hoc ẽt nos Phili.2.
admonet D.Paulus dicẽs: cũ metu & tre-
more uestram salutẽ operamini. ſ. ne uos
Diabolus incautos, negligentesque repe-
riat. Et ad hoc q̃ quis est iustus,& timora
tus additur: & spũs sanctus erat in eo. Nã
rationi cõsentaneũ erat,eũ,qui talib. præ-
ditus erat uirtutib. sancti spũs esse domici Simile.
liũ. Quemadmodũ ubi primũ corpus suis
naturalib. mẽbris in matrice organizatur D
atq; disponitur, statim Deus in illud ani-
mam infundit. Sic ubi primũ anima cęle-
sti auxilio diuinis est ornata uirtutib. sta-
tim ad eum tota sanctissima Trinitas de-
scẽdit. Hoc Dñs affirmauit dicens, siquis
diligit me sermonem meum seruabit, &
pater meus diliget eũ, & ad eũ ueniemus,
& mãsionẽ apud eũ faciemus. Et dicẽs hic
D. Lucas: spiritus sanctus erat in eo signi-
ficat quam lente atque tranquille in eo Simile
morabatur, non etenim per eum quasi
uiator celerrime præteribat. Princeps,q̃
celerrime uiam facit,idest,(*que ua por la*
posta)

A *posta*) non domestica supellectilia, neque uasa aurea, neq; apparatum secum defert. Cum uero quietus alicubi cōmorat, hæc omnia in eius domicilio colloeantur. Q̄n̄ Spiritus sanctus per alionē uelociter præterit, neq; in eo requiescit, quia per eius cogitationem tantummodo transit, animū suis cœlestibus donis ornatū non relinquit quando uero in eo requiescit, illū quasi tāti domini domicilium cœlitus adornat.

Et respōsū acceperat a Spiritu sācto, &c. Beatus hic vir mūdi mala perspiciens Deū Isai. 61. crebro precabatur, ut eis mederet. Sic.n. admonebat Isaias propheta dicens, qui reminiscimini dn̄m, ne taceatis, & ne detis B silentiū ei, donec stabiliat, & ponat Hierusalem laudem in terra. Et a diuina misericordia ex audito illi promissum fuit cœlitus, eum mortem non esse uisurum, donec prius diuinā uita frueretur. *Et uenit in Spiritu in templum.* O quanto gaudio atq; lætitia eius cor interius propulsabat. Cōsiderate quid uos sentiretis, si Dei nomine uobis diceretur, ut iteris in tēplum, quia ibi regem gloriæ Iesum Christū in forma uisibili intuituri eratis. Illoq; in tēplo existēte, ecce cœlorum imperatrix eum verbo incarnato in brachiis suis ingressa est.

C *Et accepit eū Simeō in ulnas suas.* Et eū ineffabili iubilo illū nō cessabat in sanctis pannis inuolutum osculari, totusq; lachrymis perfusus dixit. *Nūc dimittis seruū tuū Domine, secundū uerbum tuum in pace.* O beate vir quid nūc petis? nūc cū longā uitā petiturus esses, ut hac sācta luce fruereris, ut re in pace dimittat, exposcis? In hoc vtique satis manifeste ostēdit se iustū esse, ac spūm diuinū in ipso cōmorari. Nam iusti magis cōe proximorum bonum, quā vtilitatem suam expetunt. Peculiare ipsius bonum erat Iesum Christū uerum animarū consolatorem videre, illoq; diu perfrui: bo D nū autē cōe erat bonos nuncios sāctis patribus, qui in sinu Abrahæ morabantur, deferre, quia uero commune bonum proprio præferebat, ideo Deum rogabat vt se Gen. 46 in pace dimitteret. Cūm Patriarcha Iacob filium suum Ioseph uiuum perspexit, tantumq; in Ægypto dominū illū esse cognouit, postquam eum mortuū diu fuerat lamentatus, in eius collum sese immisisset, & deosculans eum dixisse fertur, tā lætus moriar, quia uidi faciem tuam, & te superstitē relinquo. Sic etiam sanctus hic senex, qui

Saluatorem mundi ardentius diligebat A quam Iacob filium suum Ioseph, uidēs eū Isa. 61. dicit: *Nūc dimittis seruū tuū Domine, &c.* Vsque ibi: *quod parasti ante faciē omniū populorum.* Sicuti pater longæuus uidēs filiā suam optimo uiro traditam, dicit nunc in pace moriar, si quidem filiam meā optime locatam relinquo. Loquens Isaias Propheta de fructibus aduentus Dei in carne ad mundum, humanam alloquitur naturā dicens, nō uocaberis ultra derelicta, & terra tua nō uocabitur amplius desolata, sed uocaberis uoluntas mea, id est, amor meus, & terra tua inhabitata (& in Hebræo habet, & terra tua maritata) quia cōplacuit dn̄o, in te. O dulcissima & suauissima verba. Et quod est uel marmoreum cor quod eorū B efficacia non mollesiat? Iam Deus factus est maritus humanæ naturæ, uidensque illam sanctus Simeon eum tam singulari remedio in pace se se moriturum esse dicit.

Vlteriusque explicans emolumēta, quæ filius Dei mundo erat allaturus dicit: *Lumē ad reuelationem gentiū, & gloriā plebis tuæ Israel.* In quo unam ex diuinis Dei cōditionibus atque ingeniis manifestauit, scilicet quod quando quempiam recipit, eum in boni quod habet possessione conseruat illudq; ei perficit, & quod deest adimplet. Illi duo populi Gentilis, atque Iudæus habebant singuli aliquid, at aliquid utrique deerat. Populus Gentilicus gloriā & honorem habebat, Gētilitas enim totius dominabat orbis in Romana monarchia, hanc tñ humanam gloriam habenti, lux deerat quia absque cognitione persistebat. Populus autem Hebræus diuinarum scripturarum luce fulgebat, earumque fidem habebat, at ei gloria deficiebat, quia Romanis subditus erat. Veniensq; filius Dei in mundum Gentiles in pristinæ gloriæ, melioris tamen effectæ possessione reliquit, lucemque quæ illis deerat, scilicet catholicam fidem uerique Dei cognitionem, altissimorumq; ipsius mysteriorum eis addidit, & D ita eorum gloria atque honor melior effectus est, illos enim docuit ueram gloriam atque honorem non aliis quidem hominibus, sed in ipsis, passionibusq; suis superandis, diuinæ se obedientiæ subiiciendo consistere, Iudæis autem lucem, quam habebant clariorem ac lucidiorem reliquit, ueritatem per legis umbram significatam eos erudiens, & gloriam, quæ illis deerat,

super-

A superaddidit, quod fecit eos, præcipua qua premebantur seruitute liberans, quæ erat seruitutis peccati, sicut prædixerat Isaias propheta dicens diuino mūdi Saluatori: Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti. Et septuaginta interpretes, hoc clarius explicuerunt transferentes: Ablatum est iugum quod supra ipsos erat, & virga de collo eorum, virga enim exactorum dissipata est. Et dicentes exactorum, significarunt Hebræos, qui ad fidem Domini nostri Iesu Christi ueri Dei, & hominis conuersi sunt, non solum culpæ seruitute, uerum corporali etiam captiuitate liberos remansisse. Nam Romani Imperatores ad sanctissimam fidem conuersi uniuersum populum Christianum (qui ex Iudæis & gentibus erat constitutus) liberum atque immunem esse uoluerunt. Ideoque dicit Sanctus Simeon, Christum Saluatorem nostrum esse lumen ad reuelationē gentium, & gloriam plebis suæ Israel: Quod reuera significat, uerbum diuinum ideo se se hominem fecisse, hominumque manibus tradidisse, ut illorum defectibus mederetur.

Esai. 6.

B

In illo tempore quo Sanctus Simeon hæc dicebat, uenerabilis quædam matrona plurimis referta annis, uirtutibusque plena, prophetis, filia Phanuelis, diuino commota spiritu ad sacratissimum puerū Iesum accessit, totumque templum laudibus replebat, omnes accersiens. Venite (aiebat) Pōtifices, uenite Sacerdotes, uenite uniuersi populi, procidite ante hūc diuinum infantē. Etenim hic est Messias in lege promissus: hic est Iesus & Saluator mundi, multo antea a Deo per prophetas promissus, atque a maioribus sanctisque patribus exoptatus, credite mihi quia hic est. Et cum hoc feruore, spiritus ac reuerentia ad sanctissimum puerum accessit, cum magna omnium admiratione, & quia illam ut prophetidem habebant, eius uerbis fidem adhibebant. Cuius prophetiæ, genitricis species atque eximia pulchritudo respōdebat, cælestisque pueri admirabilis elegantia consonabat. Et sic maxima in templo excitata est perturbatio, & inde ex templi ostio usque ad altare solennis quædam processio celebrata est, quam duo uenerabiles uiri Ioseph ac Simeon præcedebant, quos subsequebantur sacratissima uirgo Maria, & Sancta uidua Anna. Quā processionē hodie per uniuersum terrarum orbem sacrosancta Ecclesia celebrat. Vt primū igitur ad altare peruentum est sanctissima uirgo humi consternata diuino amore ex eande scēs, dulcissimis uerbis dilectissimum filium suum Iesum, æterno Patri obtulit dicens: suscipe sancte Pater omnipotens, æterne Deus, hanc immaculatam hostiam, ac sacrificium matutinum de manibus meis, quod aliquando tādem ut uespertinum suscipies sacrificiū ex brachiis crucis, illumque sic Sacerdotis manibus offerens, statim quinque siclis eū redemit. O rex gloriæ cælorū primogenite quomodo iam noster effectus remanes, amor quippe te seruum hominū effecit: æternus Pater tuus te nobis dedit, & sacratissima genitrix tua te nobis redemit. Qui cum noster sis, merita, lachrymæ, sudores, uita, mors, omnia denique, nostra atque ad utilitatem nostrā sunt. Ecce fratres charissimi, sacratissimum festū quod hodie celebramus. Venite, uenite omnes cupidi ad has pretiosas nundinas, hodie Saluator mundi uenalis efficitur. Attendite ad sacerdotem habentē diuinū infantē præ manibus suis in gradib. altaris, ut eū uolēti emere uendat. Accelerate, & emite, nō enim nimis caro pretio uenditur, quin que siclis hodie salus, ac uita uenit, quos non ex uro, mena quidem, sed ex corde deposcit. O peccator cedo quinque siclos, & Deum accipies: cedo pro peccatis intimū animi dolorem, pro beneficiis gratias age pro mysteriis laudes reddito, pro exemplo imitationē præsta, denique pro amore amorem persolue, Deumque perpetuam hæreditatem tuā habebis. Accede igitur o homo, ne uereare, accede, & ne tantum bonū prætermittas. Etiam hic pensandum est, quomodo filius Dei magis ac magis in dies humiliatur, atque descēdit propter eruditionem nostram. In die sanctissima Natalis sui cū Deus esset, inter homines homo factus apparuit, in die Circuncisionis existens homo se in specie peccatoris ostē dit, peccati signo cauteriatū, atque signatū, hodie uero apparet homo in similitudine peccatoris ac serui uenditi & empti iuxta altare, in monte aūt Caluariæ apparebit tanquā homo peccator, seruus, & iniquus inter duos latrones crucifixus. Nos ergo fratres dilectissimi, ad imitationem huius diuini

C

D

A diuini magistri humiliemur, quo cœlestis ipsius gratiæ participes effecti ad cœlestem beatitudinem illo in perpetuum fruituri conscendere ualeamus. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

IN FESTO S. AGATHAE Virginis & martyris.

Concio Vnica.

Accesserunt ad Iesum Pharisęi tentantes eum, &c. Mat. 19. B

VNum ex uitiis quæ longius animam a Deo seiungunt, est turpitudo sensualis. Vnde B. Paulus dicit, qui adhæret meretrici unum corpus efficitur. Qui autem adhæret domino, vnus spiritus est, scilicet cum eo. Statimque addit dicens, fugite fornicationem. Quasi diceret, si in hac Dei unitate perseuerare vultis, hoc vitium diligenter effugite: ideoque carnis sanctificationē postulabat dicens. Obsecro uos fratres p misericordiā Dei, ut exhibeatis corpora, uestra hostia uiuentē sanctam, Deo placētē, ut probetis quæ sit voluntas Dei bona. Hoc est, si in vna cū Deo uoluntate persistere vultis, carnē uestram ieiuniis, et iis disciplinisq; vos sacrificare oportet. Quod vitiū quia Deo magnopere execrabile est etiam in hoc sæculo acerrime puniri consuescit. Et sic ubi nos legimus, non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est, alia translatio habet, non litigabit spiritus meus iu homine, quia caro est, idest. Non reprehendam (ait dn̄s) deinceps homines uerbis, siquidē eos carnales ac sensuales factos fuisse perspicio, sed eos e peribus puniam. Delebo (inquit) hominē quē creaui a facie terræ ab homine usq; ad animantia, a reptili vsq; ad uolucres cœli. Pisces solūmodo ex omnibus, quæ extra arcam remāserunt a diluuio euaserunt, quia pisces non sunt tam libidinosi, quam cæte ra terræ animantia, eo quod uenis ac sanguine carent. Vnde de sancto Noe dicitur uixit post diluuium trecētes quinquaginta annis & mortuus est, nec uero meminit sacra Scriptura illū alios liberos post

1. Co. 6. — C — Gene. 6. — D — Gene. 9.

diluuiū genuisse, unde creditur continentiā cōseruasse toto tempore, quo post diluuium uixit, tanto enim timore perculsus est propter crudele supplicium, quod Deum de sensualitate sumpsisse perspexerat, ut nulli deliciarum generi se se tradere ausus fuerit. Quod si uinū bibit atque inebriatus est, hoc fecit quia uini proprietatem ignorauit. Tam seuerum autē se se Deus in turpes & carnales ostendit, vt cū Sodomitas puniret, eos q a Sodomis exibant ne retro quidē respicere permiserit, ne cum tam grauibus tormentis turpissimos illos cōtorqueri uiderent, eorum misererentur. Et est ualde notandum D. uum Bonifacium Martyrem Archiepiscopum Maguntinum ad regem Angliæ quādam epistolam scripsisse dicētem. Siquidem in isto tuo regno tantopere abominatio nephanda pręualuit, ne pessimæ istius gentis supplicium dissimules, nec timeas militares tibi copias esse de futuras, si delinquētes occideris, nam ex maledictis his hominibus quæ uirtus aut quæ uictoria poterit sperari? Sicut in Hispanis hominib. cōpertū est, qui quia inhonestissimi ac libidinosissimi sunt, adeo iratus est Deus in eos, ut in pęnam peccatorū ipsorum Mauros ac Turcas ad illos miserit, qui illorum terras usurparent, illisq; mortem inferrēt. Animaduertite qūo sanctus hic vir Hispaniæ euersionem, quæ paulo ante præcesserat, attulit in exemplū, Nam epistola hæc scripta est anno incarnationis Dominicæ septingentesimo quinquagesimo quinto. Hispaniæ aūt euersio facta est anno septingentesimo decimo quarto. Quid autē mirum si hæc tā execrabilia sint infinitæ dei puritati, siquidē Beatus Augustinus dicit Dœmones oculos claudere, ne tot carnales imūditias, quot homines ī die excogitant, perspiciant? O terribilē exaggerationem, quomodo nō trepidamus hæc audientes, & quæ in hac miseria tempestate gerantur aspicientes magnæ utique insensibilitatis, atque duritiæ est signum.

A — B — S. Boni. i c. si gēs anglorū dist. 59. — C — Aug. li. de ciu. Dei c. 10. — D

Hic igitur (quæ uera sunt) supponentes, sciēdum uobis est, unum ex uitiis carnalibus, quæ Deus maximæ sēper execratus est esse adulterium, adeo ut aduersus illud seuerissimam zelotipiæ legem statuerit, eamq; miraculo confirmauit, ut habetur in Numeris. Etenim obstupendum est q Deus illic edicit ī huius peccati detestatio nem. Num. 5

A nem. Aulus Gellius refert, cum Alexander Magnus sese Iouis filium esse iactaret, eius matrem Olympiadem eum per literas reprehendisse, eo quod dicens se Iouis esse filium, significaret genitricem suam cum Deo fuisse adulteram, quod ualde ignominiosum sibi esse ducebat, etsi esset eum Ioue qui ab Ethnicis tanquam Deus maximus colebatur. Tanto etiam gentes adulterium odio prosequebantur. Hoc etiam apparet ex iis, quę Abrahā dixit Saræ uxori suæ, cum essent prope, ut ingrederentur Ægyptū. Noui quod pulchra sis mulier, & cū uiderint te Ægyptij, dicturi sunt, uxor illius est & interficient me, & te reseruabunt. B Super quo dicit Lyra, Abrahā nō se Ægyptios nephandum scelus adulterij habuisse leuiusq; peccatum indicasse virū interficere, quam eo uiuente uxorē ipsius deturpare. Idem sentiebat Abimelech, unde reprehendens Abraham propter aliam dissimulationem, qua vsus fuerat dixit ei. Quid fecisti nobis? quid peccauimus in te? quia induxisti super me, & super regnū meum peccatum grande? quæ non debuisti facere fecisti nobis. Ecce quo uocabulo Ethnicus adulterium appellat, peccatum C (inquit) grande. Idemque dixit rex Palestinæ Patriarchæ Isaac propter aliam simulationem similem, quare (inquit) imposuisti nobis? poterat coire quispiam de populo cum uxore tua, & induxeras super nos grāde peccatum. O quam asperæ reprehensiones sunt hæ Christianis hominibus, qui parui æstimant peccatum, quod gentes naturali tantum lumine ductæ, tam execrabile esse ducebant.

Aul. gel. l. 13 c. 4

Gen. 12

Gen. 20

Gen. 29

De hoc enormi peccato loquitur Dñs in hodierna sancti Euāgelij lectione, quæstioni cuidā a Pharisæis sibi propositæ respōdens. Dicit quippe sanctū Euangeliū, ꝙ *Accesserunt ad Iesum Pharisæi tentantes* D *eum*. Horrendum utique est de hominib. idem dici, quod de Sathana dicitur. De Sathana dixit ipse Beatus Matthęus, accedēs tētator, & de his hominibus nunc dicitur; Accesserūt, vt tentarent eū. Nonnulli homines quasi dæmones, & peiores quodammodo esse videntur, nam dæmon suasit Domino dicens si filius Dei es mitte te deorsum, ipse autem non est ausus eum præcipitare. Nazareni uero duxerunt eum vsq; ad supercilium montis ut precipitarēt eum. Diabolus facultatem a Deo petijt, ut Sanctum Iob tangeret, eiusque diuitias A ac ualetudinem perderet qua impetrata eam executus est. Atque ad ingrediendum in porcos dixerunt diaboli, ut ait Diuus Mathæus, mitte nos in gregem porcorū. Homo autem malignus est, ut contra Dei voluntatem omnia, quæ potest proximis suis incommoda inferat. Sathanas contentus erat hac probatione, ꝙ Iesus Christus erat uerus filius Dei, videlicet, si lapides in panes conuerteret. Pharisæi autem non contenti fuerunt aquam in vinum conuersam uidentes, nec cæcum à natiuitate oculos iam habere, nec mortuos ad vitam reductos, nec mortem in uitam conuersam aspicientes. O duritiem inauditam, liberet B nos Deus, ne malitiæ locum demus, ut cordibus nostris dominetur, & peiores quodā modo diabolis maneamus.

Matt. 4.

Ibidem.

Iob. 1.

Matt. 8.

Accesserunt ergo hi tentantes eum, & dicētes: *Si licet homini dimittere uxorē suā quacunque ex causa.* Cui quęstioni respondens dñs negatiue, eis declarauit utrum propter adulterium ab uxore sua posse recedere. Hoc autem intelligitur quo ad thorum, non autem quo ad uinculum. Et qđ dicit Spiritus sanctus qui tenet adulteram, stultus est, & insipiens, intelligendum est C illa in malo perseuerante, si autē uoluerit emendari, nō est stultū illā tenere, sed potius opus misericordiæ ad eam in bono proposito conseruandam. At circa hoc uolo uos diligenter aduertere miserū casum, qui cuiusdam leuitæ uxori accidit de qua fit mentio in Iudicum uolumine, quo vxores delinquentes timore perculsæ sese in meliorem frugem recipiant. Refert illic sacratus textus, qđ quidā vir leuites accepit uxorem de Bethlehem Iuda, quæ reliquit eum, & reuersa est in domū patris sui, & quanquam in nostro contextu non assignatur causa, ob quam mulier hæc a uiro suo recesserit, in Hebræo tamē legitur hoc modo, & fornicata est apud D eum, & abijt ab eo, quia fortasse reprehensiones, quibus eam propter hoc vir suus obiurgabat ægre ferebat. Ille autem ne penitus perderetur, eam requisiuit. At illa, quæ per legem morte digna erat, nec unā propterea reprehensionem ferre volebat, etsi hominum supplicium euasit, Dei tñ manus non effugit. Qui quidē illam crudelissima, & turpissima quadam morte permisit obire, vt ibidem uidere est.

Pro. 18.

Iud. 19.

Leui. 20

Audientes

A Audientes sancti Apostoli quam forte, ac indissolubile sit vinculum matrimonij dixerunt: *Si ita est causa hominis cũ uxore non expedit nubere.* Profecto si matrimoniũ non Christianis oculis aspiciatur, est una ex grauissimis crucib. totius orbis: iã fratris q̃dem crux al quo modo potest immutari, nam mutato graui atque oneroso, & charitatis experte prælato religiosi crux immutatur, & clericus si prælatum suum male in se affectum sentiat, ad aliã diœcesim proficiscens crucem mutat, crux autem matrimonij necessario vsque ad alterius coniugis obitum toleranda est. Va-
B lerius Maximus refert, quosdam latrones, in eos quos deprædabantur maxima quadam crudelitate uti consueuisse, scilicet q̃ alijs mortuis alios uiuos finebāt, at uiuos ac mortuos uinciebār, & mortuorum manus, & ora uiuorum manibus atq; oribus componebant, & sic illos relinquebant, quousque mortuorum fœtor atque corruptio uiuos occidebat Nũquid maior in orbe crudelitas est audita? aut miserabilior in hoc sæculo uita poterit reperiri, quam que miseri illi homines mortuis alligati viuebant? huic comparari solet unio animæ cum corpore post peccatum, nam anima
C immortalis corruptibili corpori admiscetur, & eios ad os, manus ad manũ, & pes ad pedem est coniuncta, nam est tota in toto, & tota in qualibet parte. Cumq; corpus per originalis iustitiæ carentiam ram male propensum remanserit, magnas in animã strages operatur. Et ita dicitur, corpus, quod corrumpitur, aggrauat animã: & terrena cogitatio deprimit sensum multa cogitantem. Nec solum tormentũ hoc unioni animę cum corpore comparari potest, verum etiam unioni uiri cum fœmina quodammodo conferri potest, quando accidit quod prudentia atque ingenio sint
D dispares, ac disæquales. Et tamen etiam antequam matrimonium esset sacramẽtum erat bonum, & status conueniens, in quo homines saluarentur, sicut in eo innumeri Dei serui saluati sunt.

Valeti Max. li. 9. de crudelitate.

Sap. 9.

Volensq; Dñs duos viros uiuos in mundo ad singulare quoddam ministerium, quod ante uniuersale iudicium executuri sunt reseruare Heliam elegit, & Enoc, quorum Helias fuit castus, nec fœminam ullo unquã tempore cognouit: Enoc verò fuit cõiugatus. Et de hoc dicitur, Enoc placuit Deo, & translatus est in paradisum, ut det gentibus sapiẽtiam. Alterum ex matrimonij, alterum verò ex castitatis statu dñs elegit; quasi diceret, uterque mihi status deseruit, ac placet. Et si religiosus in religione sua potest saluari, etiam cõiuges in suo statu, quamuis non tam perfecto æternam beatitudinem promereri ualent. Et si ante quam esset sacramentum, erat bonus status, uiaque ad animarum salutem nunc postquam illud summa probitas authoritate sua cõprobauit, bonumque esse declarauit sacramentum illud efficiens, gratięq; cælestis instrumentum esse uolens, maiori iure laudari, atque ab omnibus æstimari debet. Ideo ne infidelibus illud oculis consideretis, seuerissima nanque, atque durissima crux uobis esse uidebitur, sed Christianis oculis aspicite, & ardẽti spiritus affectu Deum laudate, qui tantum, tamq; salubre lasciuiæ uestræ remedium præbuit. Scitoteq; aliquibus quamuis causa hominis ita sit cum uxore, expedire nubere. Quapropter qui Christiana prudentia intelligitis melius esse uobis nubere, quam uri, ut ait Diuus Paulus de quibusdam bonam uirtuteque præditam uxorem diligenter exquirite. Nã dicitur, qui inuenit mulierem bonam inuenit bonum, & hauriet iucunditatem a domino. O admirabilem diuini spiritus exaggerationem. Animaduertite quę so quomodo hic dicit spiritus sanctus hũc non unum quidem, aut duo, sed vniuersa bona reperisse. Sed dicens hominem ea inuenisse, significauit, prius exquisiisse. Verũ proh dolor quam pauci in bonis uxorib. quærendis diligentiam adhibent, sed uniuersam curam suam, quasi Ethnici essent, in eis locupletibus atque decoris perquirendis constituũt, probitatis uero modicã curam gerunt. Nec etiam mulieres optimæ esse curant, non enim probitatis, sed pulchritudinis, ac pecunię causa se nupturas esse sperant. Et enim si secundum Lacedæmonum legem nupturæ essent, absque dubio optimæ esse curarent. Illius regni lex erat, ne quis pater filiæ suæ dotem relinquere post mortem, aut uiuẽs dare posset, sed eius dos esset ipsius uirtus, sicque vt nuberẽt, omnes honestæ, ac uirtute præditæ esse curabant. Vt sciatis quos modos ex q̃ fierent Ethnici, ut filias suas ad uirtutem amplectẽdam inducerent. Profecto nescio quo Christiani hæc audientes pudore non confun-

A
Eccl. 44
B
1. Co. 7.
C
Pro. 18.
D

A confundimur. Ne permittatis fratres, ut gentes naturali tantum lumine ductæ uobis excedāt, sed semper in uirtutem oculos conijcite, & animaduertite, quod cum Deus primam mulierem formauerit, dicit sacratus textus, quod adduxit eam ad Adam. Ex Gene. 2. quo infertur rationi consentaneum esse, quod vir uxorem quam ducit, & fœmina uirum cui nūbet, aspiciat, utrum sibi inuicem placeant, non enim est hic contractus post biduum rescindendus, & quia ex hoc pluri ma inconuenientia exoriri consueuerunt, matrimonia per absentes contrahenda non esse sentio.

Contracto igitur matrimonio, be ex illo fel peccatorum, atque amaritudo procedat, coniuges inuicem intrinsecus uos diligentes amate. Ideo namque utitur sancta mater Ecclesia ceremonia illa, quæ præcipit ut sponsus annulum in quarto sponsæ digito collocet, naturales enim philosophi dicunt, uenam ex corde procedere, quæ ad hūc digitum peruenit. In quo significat Sancta Ecclesia uxorem uiro suo, intimum cordis amorem reddere debere, ita ut inter utrunque una sit par, & æqua uolun Simile. tas. Quemadmodum oculi cum sint duo, diuersisque locis dispositi, in actu tamen uidendi unum sunt, uterque enim in re uisa conueniunt, simulque unam, & eandem uidendi operationem constituunt, sic coniuges licet ingenio, natione, ac genere sint C diuersi, unum tamen in uoluntate, & corde esse, suauemque pacem, ac perpetuam beneuolentiam conseruare debent, ita ut una eademque uoluntas bina corda gubernet. Quam sine cōtradictione aspicit unus oculus idem, quod alter intuetur: tales oportet esse bonos coniuges. Attendite qualem primi parentes nostri pacem obseruarint; etenim etsi Adam propter vxoris suę persuasionem, secundum gratiæque statu deturbatum perspexit, non dicit sacra scriptura eum cum illa fuisse rixatum, nec ligno percussisse dicentem, tu me per D didisti, imo statim sese sub arborem receperunt, & quo melius potuerunt, nuditatem suam frondibus operuerunt. Si forte alterius coniugis causa infortunium aliquod aut detrimentum accidit, nullum impatientia remediū exhibere pōt, sed potius magis augetur incommodum, ergo adinuicē vos cum charitate supportate. Ad hanc ēt pacem magnopere uos oportet intelligere unā ex causis, quare, ut dicitur, ædifica- A uit dominus Deus costā, quam tulerat de Gene. 2. Adam in mulierem, quod ideo fecit, ut significaret, quemadmodum costa cordis est operimentum, sic uxorem ex uiri costa formatam regimen, conseruatricem atque custodiam cordis atque arcanorum uiri sui esse debere. Cuius rei defectus plurima gignit mala. Illam etiam ex costa perficiens significauit dominus uxorem, quasi sociam, non autem quasi dominam Gen. 17 esse diligendam. Vnde Deus Saræ quæ prius Sarai uocabatur, hoc est, domina mea, nomen immutauit, illamque Saram, idest Dominam, iussit appellari; denotans in hoc consentaneum esse uxorem dominum suam tanquam dominam gubernare, prudenterque illi dominari, uiri autem B sui dominam esse non decere, hoc enim magnæ confusionis est causa. Simulque Cor. 7. cum hoc oportet uos scire, quod dicit B. Paulus de modestia, & sobrietate, qua carnalibus uoluptatibus uos frui oportet: qui postquam temporis breuitatem proposuit dicens, tempus breue est, addidit dicens, reliquum est, ut qui habent uxores tanquam non habentes sint, non uult consulere, ut omnino uiuant abstinentes, sed in his uerbis sobrietatem, temperantiam que commendat. Etiam Ethnicus Aristo Aristot. teles in œconomicis dixit, uirum ea sobrietate cum uxore sua uti oportere, ut cum ab ea absit ei graue non sit sese continere, casteque uiuere. Exemplumque Vlyssis adducit, qui cum diu ab uxore sua Penelope C abesset, a Circe filia Athlæ rogitatus est, ut eādem accederet, quæ & immortalitatē ei pollicebatur, & quamuis ipse credebat illam si uellet, immortalitatem sibi posse largiri, satius duxit uxori suæ Penelope fidelis existere mortalis manens q̃ immortalis effectus adulterium perpetrare. O Deus infinitæ maiestatis, & gloriæ, quid domine de plurimis huius temporis Christianis dicam, si eos Ethnicis illis comparare uelimus? quid uobis fratres de illa gente uidetur, quæ tamen gehennalibus nunc igni D bus cōrorquetur? uos autem turpissimi quasi iumenta saluari speratis? Per clementissima Dei uiscera uos rogo fratres mei, ut ad hæc aduertatis, uitamque uestram moderari cunctis, secundum Euangelicam legem, quam professi estis, præcipue uero ii, qui seniores estis, sanctius in hoc, & in om-

A omnibus pietatis exemplum cæteris præstare tenemini. Vbi nos legimus Saram cum
Gen.21. se peperisse perspexit, dixisse: Risum fecit mihi Deus, & quicunque audierit corridebit mihi, alii trastulerunt, Dominus fecit me in risum, quicunque audierit, irridebit me. Nempe, quia cum essem senio confecta uoluptatibus tamen indulsi, iuxta quod ualde hic notatur non solum Saræ honestas, sed hominum etiam illius tempestatis mira sobrietas, qui longæuam mulierem prægnantem uidentes irridebant. Ideoque
Luc.1. de Beata Elisabeth dicit D. Lucas Sentiens se prægnātem occultabat se mensibus quinque, & si accepto beneficio gaudebat, se tamen
B adeo grandæuam prægnari erubescebat, quasi mulier honestissima. Qui enim senes iam sunt, oportet iam ab his uoluptatibus sese cohibere, ut impensius se Deo tradere, atque in diem mortis diligentius uacent se præparare.

Cum Sancti discipuli dixissent: *Si ita est causa hōis cū uxore non expedit nubere. Respōdit eis Dominus. Non oēs capiunt uerbum istud sed quibus datum est.* In quib. uerbis summa ueritas manifestauit aliquibus magis matrimonii, quam continentiæ statum propter lasciuiam complexionum suarum conuenire. Et quenquam castum esse uel-
C le, atque in perpetua continentia uiuere donum Dei esse etiam significauit. Hi autem illud habent, quibus datum est, & de his sic ab spiritu diuino adiutis, atq. deducti s dicit paulo interius. *Sunt Eunuchi, qui seipsos castrauerunt pp regnum cælorum.* Hoc est, qui se uoto ad generandum inhabiles red-
1.Co.7. diderunt. Nam ut Diuus Paulus dicit Qui sine uxore est, solicitus est, quæ sunt domini, quomodo placeat Deo, qui aūt cum uxore est solicitus est, quæ sunt mundi, & diuisus est. Et mulier innupta, & uirgo cogitat quæ Domini sunt, quę autem nupta est, cogitat, quę sunt mundi, quomodo pla-
D ceat uiro, ut autem dominus se hoc laudare ostenderet, dixit. *Qui potest capere capiat.* Hoc est, qui huius capax esse poterit,
Hieron. fit. Quod explicuit B. Hieronymus dicens. Qui uictor euadere poterit uictor euadat, qui poterit pugnare, pugnet, qui poterit triumphare, triumphet. Et profecto ego suspicor minus laboriosum esse homini qui ad hoc se dispositum, aptumque fuerit expertus, semper se castum fore statuere, quam uxorem (qualiscunque sibi contige- rit) stultam, aut sapientem, fidelem, aut a- A dulteram toto uitæ suæ tempore tolerare. Idemque de uxore erga uirum dici potest si ipsa hoc penitus intelligeret. At una ex maledictionibus, in quas mulier per peccatum incidit, est eam nimium uiro esse propensam Et sic referens sacra pagina maledictiones, quas ei Deus intecit, secundum septuaginta interpretum translationem, vna est, ad ipsum erit conuersio tua, scilicet ad uirum. Et ista conuersio est effræna tus amor, quo illū diligit. Dicensq. Dominus. *Sūt Eunuchi, qui seipsos castrauerunt.* Significat hanc uirtutē iam pristinis olim temporibus fuisse exercitā, sicut affirmat B
Lyr. su. Lyra. dicit. n. in tempore legis ueteris fuisse laudabilem uirginitatem; siquidem He-
Iud.11 lias, & Razias, de quo dicitur. Hic multis
2.Ma.14 temporibus continentiæ propositum tenuit in Iudaismo. Et gloriosus Ioannes Baptista, & sacratissima Virgo Maria Domina nostra, & filia Iephte, & Diuus Paulus in perpetua uirginitate perstiterunt De filia Iephte dicitur, ut uidere est apud Lyram quod propter uotum, quod pater ipsius Deo nouerat in virginitate permansit, & propter hanc obedientiam, quam parenti suo præstitit, Hebrææ uirgines festum solenne quotannis agebant, quo tantæ obedientiæ, quam hæc filia patri suo exhibuit, memoria in perpetuum remaneret, siquidem primum patris sui manibus se com- C misit, ut ratione uoti, quod uouerat, ipsam si uellet, occideret, postea uero cum sapientes statuissent, eum non oportere ipsam corporaliter interficere, sed sufficere illam Deo dicare, ut in perpetua uirginitate perseueraret, sicut pater uoluit, sic obediens filia fecit. Vt autem noueritis quanto cum rigore uotum hoc, aut aliud, quod domino noueritis, adimpleri tenemini uellem uos intelligere, quod dicunt doctores circa uotum, quod uouit sanctus Patriacha Iacob, quando fratrem suum Esau fugie- Gen.28
bāt, uidelicet, si fuerit dominus mecum, & custodierit me in uia hac per quam ambu- D
lo, erit mihi dominus in Deum, & lapis iste, quem erexi in titulum, uocabitur domus Dei, cuius uoti executionem adimpleta conditione, qua illud sanctus Patriarcha uouit, postea distulit, propter quam dilationem, & negligentiam maximi ei labores acciderunt, etenim Euæus quidam filiam eius Dinam defloravit, filij eius Si-

meon-

meon & Leui, immani inhabitatores Sichem crudelitate sunt usi, dilecta illius coniux Rachel ex partu obijt, filius eius Rubē incestum admisit, patrisq; stratum maculauit. Denique ipsius filius Ioseph in Aegyptum uenditus, ibiq; inhumaniter tractatus est. Hos omnes labores aiunt doctores fuisse uerbera, quib. Deus afflixit Iacob, eo quod in uoti executione tardus extiterit, quod si tam seuerum de hoc fidelissimo amico suo dominus supplicium sumpsit, quid uobis faciet fratres mei, nisi sibi factis promissis steteritis? Per huius altissimi Dei reuerentiam uos rogo, ut diligen-
B tissime cunctis ei præstitam seruare fidem, uerbumq; promissum adimplere, nec tam supernæ malestati perfidi sitis.

Qui potest capere capiat, ait dn̄s. Nō utique ad tantam perfectionem uos obligat, sed si conflictum hunc aggredi uultis fulcimini, atque ad uictoriam reportandam constātes estote, uitium namque sensualitatis fortissimus est hostis, Rhinoceros (ut naturales philosophi dicunt) adeo ferus est, ut nunquam domari possit, quo hominibus sit tractabilis, cum tamē uterum sit cætera omnia animantia beneficijs affecta
Iob 39. domari. De hoc animali dicit Iob. Nun-
C quid alligabis Rhinocerota ad arādum in loco tuo? Quod de hoc ... animali dicimus, idem de immani carnis concupiscētia dicere possumus. Etenim alios malos naturæ motus, atq; impetus, diuturna uirtutis exercitatio, aut suffocat, atque exprimit, aut penitus extinguit, hæc autē pestis uix unquam prorsus aboletur, neq. domatur. Reperiuntur quippe complures Dei serui, qui cum quadragesimum, aut quinquagesimum annum agant, neque opere, nec desiderio castitatē amiserunt, nihilominus tamen, & si tam diuturna uirtutis huius exercitat one percallent, sen-
D sualitatis tamen stimulos, & rebelliones quotidie sentiunt, & in senectute etiam illis opus est cū carne p̄liari. Et sic de sancto quodam uiro ordinis Fratrum Minorum, cuius causa plurima Deus miracula faciebat (qui Frater Antonius de Ripa uocabatur) legitur, quod cum decrepitæ iam esset ætatis, & in maximis asperitatibus atque abstinentiis adhuc perseueraret, grauissimas carnis tentationes patiebatur, & aliquando elatis uocibus in dormitorio dicebat. O fratres cauete, cauete, nam si uir senio confectus, qui uix sustinendæ naturæ necessaria panis, & aquæ sumit alimenta, tam grauia carnis certamina sustinet, quid accidet iuueni uino, & carne stomachum adimplenti? Non sine causa dicit Spiritus sāctus. Vigilia honestatis tabefaciet carnes, & cogitatus illius auferet somnū. At dicet aliquis, quid facis pater ut quid hanc uirtutem nobis tā difficilem repræsentas? Imo potius ut illius amore caperemur nobis dicturus esses spiritus tranquillitatem, qua castus in orbe uiuit. Non in hoc erro fratres, sic namque fieri oportet. Qui certamen aggressuri sunt, hostiū suorum uires nosse desiderant, ut sese aptius præparent, sic nos oportet scire quanta sit repugnantia ex parte sensualitatis nostræ ad hanc uictoriam cōsequendam. Hocque nos ualde consolari debet, quod quanto maior inest in aliqua uirtute difficultas, tanto præstantius propter illā præmium comparatur. Simulque hoc nos fulciri oportet, ad hanc atque alias uirtutes apprehendendas, quod in maioribus illatum difficultatibus solet Spiritus sanctus ... spiritalesque suauitates communicare, quo fideles ipsius serui in suis sanctis prætensionibus non deficiant, atque omnia sæcularia detestentur. Sic affirmat Dauid, dicens. Manducauerunt, & adorauerunt eum omnes pingues terræ, in conspectu eius cadent omnes, qui descendunt in terram. Quem locum quidam interpres sic exponit. Manducauerunt, & cum gustassent spiritalia Domini dona, supplices facti sunt potētissimi quique eorum, qui terram habitant, & in uenerationem illius genua flectent. Nam spirituali suauitate gustata facile carnalis uoluptas respuitur. Rubē filius Liæ, & Iacob reperit mandragoras (sicut lilia candida) quas matri suæ Liæ detulit. Cumque decorē Racheli redolerent, adeo earum odore delectata est, ut cōiugalem illius noctis uoluptatem, qua cum uiro suo frui posset, pro mandragorarum odore commutarit. Vnde dixit Liæ. Dormiat tecum, (scilicet Iacob uir meus) hac nocte pro mandragoris filij tui. O quot honestis iuuenibus, atque iuuenculis hoc quotidie accidit, qui diuina Dei suauitate rapti carnales uoluptates, quibus coniugati frui possent libētissime respuerunt, atque in perpetua uirginitate uiuere uoluerūt, atque humanas uolu-

Marginalia (right column): A; Eccle. 3; Simile.; B; C; Psal. 21.; Gen. 30; D

A voluptates pro illius lilij conuallium Iesu Christi gustu, atque odore mirifico commutarunt. O quam decorum, odoriferum, atque suaue lilium est corpus, & sanguis Iesu Christi Saluatoris nostri, quod ut plurimi gustent terrestrium rerum gustus contemnunt. O fratres mei ego uos deprecor, vt huic cælesti lilio gustãdo, eiusque odori percipiendo intendatis, & videbitis quã facile sæculares has nænias respuetis. O Christe dulcissime animarum nostrarum amor inæstimabilis pulchritudinis, fra-
B grantiæ ac suauitate illium, per uiscera infinitæ misericordiæ tuæ te deprecor, vt horum fratrum meorum interiores excites sensus, quo diuini odoris tui efficaciam sentientes omnibus posthabitis te vnum sequantur, sicut fecit hæc gloriosa virgo beata Agatha, cuius festum hodie sancta mater Ecclesia celebrat, quæ crudelissima propter te tormẽta perpessa est, ne singularem thesaurum virginitatis amitteret: ad quæ omnia perferenda tu singulare illi auxilium præstitisti, sicut ipsa quam plurimos perpessa cruciatus in carcere existens expansis ad te manibus maximas tibi propterea gratias agens fatebatur dicens. Do- A
mine, qui me fecisti, creasti, custodisti ab infantia mea, & fecisti me in iuuentute mea viriliter agere, qui tulisti a me amorem sæculi, qui corpus meum a pollutione separasti, qui fecisti me vincere tormenta carnificum, ferrum, ignem, & vincula, qui mihi inter tormenta virtutem patientiæ contulisti, te deprecor, vt accipias modo spiritum meum. Tempus enim est domine, vt me iubeas sæculum istud derelinquere, & ad tuam misericordiam peruenire, quibus verbis suum tibi spiritum commendauit. Per ineffabilem amorem, quo B
ei auxiliatus es, te quæsumus nobis etiam faueas, ut illam imitantes hic te per gratiam, & in futuro sæculo per gloriam consequamur. Amen.

AD LECTOREM.

Dominica secunda post Epiphaniam retro, in qua agitur de nuptijs, multa notatu digna inuenies: ex quibus confici possunt aliæ conciones pro isto Euangelio.

LAVS DEO.

